Digitized by Google

8
3-E
30

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
30 K
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

81.2.17.
81-F-17
8-3-E-30.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

CELSISSIMO PRINCIPI,

DN. ALBERTO,

MARCHIONI BRANDENBVRGENSI; DVCI MAGDEBVRGENSI, BORVSSIÆ, STETINI, POMERANIÆ, CASSVBIÆ, VANDALIÆ, AC IN SILESIA CROSNÆ, ET IÆGERNDORFII, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI; PRINCIPI HALBERSTADIENSI, AC MINDENSI:

Domino meo deuote colendo.

Coll. Rom. Soc. Jesu

CAuſa non vna eſt, quæ me impellit, vt *Notitiam Regni Franciæ*, quam variis ex libris, labore haud exiguo, collegi, &, trinis vicibus eodem in Regno, aliquot per annos, hoſpes, mihi comparaui, Tibi, CELSISSIME PRINCEPS, nunc oblatum eam. Recordor nempe illius quadriennii, quando nomine Ephori, vel morum Præfecti, operam meam in Francia, tunc impuberi exhibui, ac inter cætera quoque delineationem Status dicti Regni, non oculis modo ſubieci, ſed & quo memoriæ firmius imprimeretur, ſubinde variis diſcurſibus familiarem reddere allaboraui. Obſeruaui porro, Celſitudinem Tuam hos octodecim per annos, poſt reditum in patriam, non modo quæ antehac in tenera ætate legit, vel audiuit, mente conſeruaſſe, verum etiam animum ſtudio penitus

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

tus cognoſcendi Res, & Imperia, præſertim Euro-
pæi orbis, intendiſſe. Inde, quem primum ad hoc
ſtudii genus olim adhortatus fui, & iam nunc eo
delectari conſcius ſum, præſentis libri mei patro-
num eligere audeo. Vbi videro, Celſitudinem
Tuam prompta manu, fronteque benigna ſuſci-
pere, quod ſubmiſſe offero, plurimas gratias di-
cam, & habebo; memorque benefici[illegible], vt
palam ſit omnibus, me ingrati nomen, notam-
que, cane peius & angue odiſſe. Cæterum, va-
leat, floreat, viuatque feliciter Celſitudo Tua Ne-
ſtoreos vſque in annos. Dabam Onolsbaci, K.
Mart. A. C. MDCLV.

Celſitudinis Tuæ

deuotus cliens

Iohannes Limnæus.

Digitized by Google

CONSPECTVS OPERIS.

LIBRI I.

CAP. I. *De origine & nomine Gallorum ac Francorum.* Tom. I. Pag. 1

II. *De lingua Francica, tam antiqua quam moderna.* 25

III. *De his quæ in honorem & laudem, vel etiam vituperium, Francogallorum, annotata reperiuntur.* 36

IV. *De finibus, latitudine ac longitudine Franciæ, nec non de prouinciis, in ea, vel extra eam, quæ Regni membra ſunt, vel Regno cohærent.* 80

V. *De iure, quod prætenditur nomine Regni vel Regis Franciæ, in totum orbem, vel varias eius partes.* 112

VI. *De excellentia Regni Franciæ, & præſtantia prouinciarum ad illud pertinentium.* 132

VII. *De diuerſis diuiſionibus Regni Franciæ.* 157

VIII. *De Iure tam priuato quam publico, quo Francia vtitur.* 171

IX. *De ſtatu vel forma ciuilis adminiſtrationis Regni Franciæ.* 227

X. *De Inſigniis regni Franciæ.* 255

XI. *De vexillo regni Franciæ, quod Auriflamma appellatur.* 272

XII. *De ſacris ampullis Franciæ.* 280

XIII. *De Angelo tutore, nec non de Patrono regni Franciæ.* 291

XIV. *De æternitate regni Galliæ.* 301

LIBRI II.

CAP. I. *De nomine Regis & Imperatoris.* 313

II. *De ſucceſſione in regnum Franciæ.* 325

III. *Cui debeatur ſucceſſio in regnum Franciæ?* 335

IV. *De coronatione & vnctione Regis Franciæ.* 349

V. *De virtute Regum Franciæ, ſanandi ſtrumoſos.* 374

VI. *De independentia Regis Franciæ, vt & de titulis, atque encomiis, quibus vtitur, vel ab aliis compellatur; nec non de primo honoris loco, quem inter cæteros Reges tenet.* 393

VII. *Emblemata honoris, praeminentiæ, ac poteſtatis, Regis Franciæ, ſuo in regno.* 462

VIII. *De domanio, & bonis Regis Franciæ.* 589

IX. *De reditibus, & vectigalibus, ad Regem & ærarium pertinentibus.* 610

X. *Impenſæ Regis.* 654

XI. *De officio Regis, in gubernatione & tutamine regni, ac de illis, quorum conſilio & opera in his vtitur.* 671

XII. *De Regum Franciæ exercitiis, ac recreationibus, tam corporis, quam animi.* 687

XIII. *De victu Regis.* 710

)(3 XIV. De

Conspectus

XIV. De cultu corporis & veſtitu Regio. Tom. I. Pag. 720
XV. De aula Regis, eiusque miniſtris domeſticis. 731
XVI. De ceſſione regni ſpontanea, nec non de Regis remotione, ac depoſitione ab eodem. 807
XVII. De morte Regum Franciæ, atque eorundem exequiis & ſepulcuris. 813
XVIII. Syllabus Regum Franciæ. 847
XIX. De Regina, coniuge Regis. 877
XX. De Regina vidua. 894
XXI. De liberis Regis, ex legitimo matrimonio procreatis, iuxtaque de eorum apanagio, ac filiarum dote. 900
XXII. De Regiis liberis naturalibus. 934
XXIII. De Principibus ſanguinis. 942
XXIV. De Regentibus Franciæ. 969
XXV. De Paribus regni Franciæ. 977
XXVI. De Conneſtabili, ſeu Comite Stabuli. 1009
XXVII. De Mareſchallis Franciæ. 1025
XXVIII. De Magiſtro arcubaliſtariorum, Magiſtro machinarum bellicarum, Colonello peditatus, ac Gubernatoribus Prouinciarum, Ciuitatum, & Caſtellorum. 1032
XXIX. De Admiraliis Franciæ. 1056

LIBRI III.

CAP. I. De libertate & immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ. Tom. II. Pag. 1
II. De autoritate & poteſtate Regis in perſonas eccleſiaſticas, ac bona eccleſiaſtica. 30
III. De pragmatica Sanctione, & Concordatis cum Pontifice Romano. 46
IV. De iurisdictione eccleſiaſtica. 60
V. De bonis & opibus Eccleſiæ Gallicanæ. 88
VI. De Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus, nec non de Abbatiis ac Prioratibus Franciæ. 127
VII. Miſcellanea de Ordine Eccleſiaſtico. 162
VIII. De Reformatæ religioni addictis. 173

LIBRI IV.

CAP. I. De modis mediisque acquirendi nobilitatem in Francia. 232
II. De ſuſpenſione & amiſſione nobilitatis, nec non de actibus, qui eam obfuſcare videntur. 247
III. De copia Nobilium Franciæ, vt & de eorum præſtantia, laude, vituperio, & priuilegiis. 262
IV. De gradibus nobilitatis in regno Franciæ, & in ſpecie de primo 2 9
V. De ſecundo nobilitatis gradu, & in ſpecie de Equitibus. 285

VI. De

VI.	*De Ducibus.* Tom. II. Pag.	301
VII.	*De Marchionibus.*	314
VIII.	*De Comitibus.*	320
IX.	*De Principibus.*	326
X.	*De prærogatiuis, & ſingularibus prædictarum dignitatum maiorum.*	332
XI.	*De feudis mediocrium dignitatum, & in ſpecie de Vicecomite, qui Gallis* Vicomte *dicitur.*	342
XII.	*De Vicedominis, qui Gallis dicuntur* Vidames	346
XIII.	*De Baronibus.*	349
XIV.	*De Caſtellanis.*	361
XV.	*De iuribus Vicecomitum, Baronum & Caſtellanorum.*	366

LIBRI V.

CAP. I.	*De nomine, origine, & membris tertii Status regni Franciæ.*	383
II.	*De literatis, & literarum Scholis ac Vniuerſitatibus, ſeu Academiis.*	392
III.	*De Rectore, Cancellariis, & Conſeruatoribus priuilegiorum Vniuerſitatum literariarum.*	407
IV.	*De Profeſſoribus.*	409
V.	*De gradibus dignitatum, quæ conferuntur in Academiis.*	413
VI.	*De Studioſis, & aliis nonnullis, Vniuerſitatibus literariis ſuppoſitis.*	419
VII.	*De numero Vniuerſitatum Franciæ, & in ſpecie de Lutetiana Vniuerſitate.*	424
VIII.	*De Vniuerſitate Andegauenſi.*	468
IX.	*De Vniuerſitate Aquenſi.*	469
X.	*De Vniuerſitate Aurelianenſi.*	470
XI.	*De Vniuerſitate Bituricenſi.*	481
XII.	*De Vniuerſitate Burdigalenſi.*	482
XIII.	*De Vniuerſitate Cadomenſi.*	483
XIV.	*De Vniuerſitate Cadurcenſi.*	483
XV.	*De Vniuerſitate Montis Peſſulani.*	484
XVI.	*De Vniuerſitate Nannetenſi.*	486
XVII.	*De Vniuerſitate Pictauienſi.*	487
XVIII.	*De Vniuerſitate Rhemenſi.*	487
XIX.	*De Vniuerſitate Tholoſana.*	488
XX.	*De Vniuerſitate Valentiana.*	489

LIBRI VI.

CAP. I.	*De ciuitatibus Franciæ atque earum incolis.*	490
II.	*De ciuitate Ambiana.*	515
III.	*De ciuitate Andegauenſi.*	517

IV. De

IV. De ciuitate Aquenſi. T. II. 520
V. De ciuitate Arelatenſi. 521
VI. De ciuitate Aurelianenſi. 524
VII. De ciuitate Bellouacenſi. 532
VIII. De ciuitate Bituricenſi. 534
IX. De ciuitate Blæſenſi. 539
X. De ciuitate Bolonienſi. 542
XI. De ciuitate Burdigalenſi. 543
XII. De ciuitate Cabillonenſi. 553
XIII. De ciuitate Caleſienſi. 555
XIV. De Carcaſſona. 556
XV. De ciuitate Carnutenſi. 556
XVI. De ciuitate Catalaunenſi. 558
XVII. De ciuitate Diuionenſi. 558
XVIII. De Gratianopoli 561
XIX. De ciuitate Lugdunenſi. 563
XX. De Lutetia. 572
XXI. De Maſſilia. 605
XXII. De ciuitate Molinenſi. 607
XXIII. De Montalbano. 608
XXIV. De ciuitate Mõtiſpeſſulani. 609
XXV. De ciuitate Nannetenſi. 611
XXVI. De ciuitate Narbonenſi. 612
XXVII. De ciuitate Nemauſenſi. 613
XXVIII. De ciuitate Niuernenſi. 615
XXIX. De ciuitate Pictauienſi. 616
XXX. De ciuitate Rhemenſi. 618
XXXI. De ciuitate Rothomagenſi. 618
XXXII. De ciuitate Rupellana. 624
XXXIII. De Salmurio. 629
XXXIV. De ciuitate Tholoſana. 630
XXXV. De ciuitate Turonenſi. 633
XXXVI. De Valentia. 636
XXXVII. De ciuitate Viennenſi. 636

LIBRI VII.

CAP. I. De Comitiis regni Franciæ. 638
II. De Parlamentis vel ſupremis Curiis 665
III. De Parlamento Pariſienſi 697
IV. De Parlamento Tholoſano 734
V. De Parlamento Gratianopolitano. 738
VI. De Parlamento Burdigalenſi. 739
VII. De Parlamento Diuionenſi. 741
VIII. De Parlamento Rothomagenſi. 742
IX. De Parlamento Aquenſi. 743
X. De Parlamento Rhedonenſi. 743
XI. De Parlamento Bearnenſi. 743
XII. De Parlamento Mediomatricenſi. 744
XIII. De Sedibus, vel Iudiciis, Præſidialibus. 745.

IOHAN-

Digitized by Google

IOHANNIS LIMNAEI NOTITIA REGNI FRANCIAE.

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

De origine, & nomine Gallorum, ac Francorum.

QVæ orbis pars vetuſto tempore Galliæ nomine clara, quæque gentes appellatione Gallorum inſignes fuerint, nullos, niſi ſupinæ ignorantiæ deditos, fallit: de nominis autem origine & ratione literati inter ſe non conueniunt. Nonnemo eam γαλατίαν (vnde poſtea Gallia formata) ab γάλα (*a*), quod Latinis lac eſt, dictam autumat; cum lacteos, id eſt, albi coloris homines producat, (montibus inde nimium Solis ardorem excludentibus) quo quid experientiæ magis contrarium (*b*) dici poſſit, non video. Goropio (*c*) à *Gai* Gaili, & poſt Galli, id eſt, populi Gaii, hoc eſt, læti, hilares, dicuntur. Aliis (*d*) à Rege Galate, aut Regina Galathea, vel à Gallo Polyphemi filio. Aliis (*e*) à voce Hebræa *Gaal*, vel à voce *Galath*, aut *Gallim*. Hinc, qui rerum antiquarum memoriam inſpectius rimari ſibi perſuaſum habent, veram Gallorum notationem à Samuele Thalmudiſta (*f*) petendam exiſtimant. Is Gallos vere ac proprie dici aſſerit, qui inundationem, imbriumque exceſſum paſſi ſunt; eam enim vocis illius eſſe interpretationem, eaque de cauſa maiores illorum id nominis primum habuiſſe. A quo non abludens Xenophon, *in æqui-*

uocis ſcribit: Ogyges plures fuerunt; primus, atauus Nini, quem Babylonii Galluza cognominant, quod, in inundatione etiam ſuperſtes, alios eripuerit & genuerit. Hinc Sagæ, apud quos nauigio ſaluatus eſt, & ereptus, ratem vocant Gallerim, quod vndis ſaluet. Ridet hoc Bodinus; at alia deriuatione (*g*) ſemetipſum irridendum præbet. Nonnemo noſtratium (*h*) vocabulo vim inferens, ait; Quid ſi à calliditate Galli, quaſi callidi, ſiue calli, per ἀφαίρεσιν? Sunt, qui (*i*) à gallo gallinaceo nomen ſortitos affirment, quod inſtar alitis huius in Venerem proni ſint. Porphyrio autor eſt, Gallos magno mercari adulterium, vel propter diuitias, vel quod incenſioris libidinis ſint. Vnde prouerbio cœptum dici, *Gallis hanc*, in mulierem cupidam, & tergiuerſationibus vtentem, quo ingens pretium extorqueat ab illis, quibus copiam ſui corporis factura ſit. Honeſtiorem cauſam prætexens Stephanus Forcatulus (*k*), in multis galli ingenium cum gente Gallica conuenire, ſcribit: Seruitutem vtrique odioſam, neutrum alterius imperium ſequi velle; vtrumque pugnacem eſſe. Si Galli ſibimetipſis nomen impoſuerunt, credendum eſt omnino, non à vitiis eos id ſibi impoſuiſſe; quod ſi vero ab aliis eis impoſitum, fieri potuit, vt diffamiæ cauſa Galli nuncupari cœperint. Pronior tamen in contrarium ſum, & malo credere; gentis nomen aliunde, quam à vitiis, originem traxiſſe; quod & terræ, quam incolebant, communicatum, Tarquinio Priſco (*l*) Romæ regnante, traditur. Viguit vero hoc Galliæ nomen, non ſolum dum ſui iuris illa fuit, ſed etiam quando à Romanis in prouinciæ formam redacta, & eo vſque, donec à Francis occuparetur. Hi enim, victoriæ iure, priſcum nomen abolere, ſuumque ſubſtituere conati ſunt: vnde factum, vt quæ olim Gallia, poſtea Francia (*m*) dicta fuerit, hodieque domi *la France* audiat, apud Italos & Hiſpanos *la Francia*, apud Anglos *France*, apud nos **Franckreich**: quanquam à Scriptoribus latinis adhuc hodie (*n*) frequentiſſime Gallia dicitur, reſpectu antiqui nominis: vel Francogallia, propter Francorum & Gallorum coalitionem in vnum corpus,

pus,

pus, tanquam victoris cum victo. Victi conditio ſatis quidem dura tunc facta eſt, & quodammodo ſeruilis (*o*); manſit tamen ille in patrio ſolo. Victor autem ſibi adſcripſit dominium publicum & priuatum, in res, atque perſonas deuictas. Sunt equidem qui Merouеum (*p*) ex duobus populis vnum ita feciſſe doceant, vt nomine Francorum vtrumque, & victorem & victum, comprehenderet. At vero, vt maxime nomen Galliæ in Francicum mutatum fateamur, tamen populi victi conditionem aliam omnino fuiſſe credibile eſt, quam vt Francorum nomine gaudere potuerit. Seruum enim eſſe, & francum, hoc eſt, liberum dici, ſi nomina rebus conuenire debeant, recta non admittit ratio. Tutius itaque eſt ſtatuere, primum, victorem & victum diuerſis nominibus, & vnumquemque ſuo, deſignatum, quamquam ex ditione ipſa, nempe Gallia, Francia facta fuerit: temporis tractu nomen Gallorum deſiiſſe, vt & ex parte differentiam (*q*) quæ fuerat inter eoſdem & Francos. Licet autem victor terræ nomen ſuum impoſuerit, non tamen, niſi poſt haud leue temporis interuallum, apud exteros inualuit, vt Gallię nomen ceſſaret (*r*); ſcilicet, Franci ſuis loquendi modum præſcribere facile potuerunt, non aliis. Poſtquam vero hoc ita more receptum, inſequenti tempore ſecutum eſt, vt vitandæ confuſionis cauſa, Francia illa, quæ olim Gallia, nuncuparetur, Francia occidentalis (*s*), ad differentiam Franciæ Orientalis, quæ erat germanica, & eſt hodie illa, quam Franconiam dicimus. Quamuis enim Cranzius (*t*), per iniuriam ita eam appellari, arbitretur, vſus tamen nobis impoſuit obſequium. Vbi vernacula noſtra vtimur, liberiores habemus manus, &, ſine cuiusquam iniuria, Franconiam dicimus Franckenland/ id eſt, terram Francorum; Franciam vero, Franckreich/ id eſt, regnum Francorum. Et quando de populo loquimur, Francken illi ſunt, qui Franci orientales; Frantzoß (*u*) autem ille, & Frantzoſen illi, qui Francogalli, qui ſe *François* dicunt, ab Italis (*x*) *Franceſi* & *Francioſi*, ab Hiſpanis *Franceſes*, ab Anglis Franchmans/ à Belgis Frantzmans appellantur. Cæ-

terum, vnde Francorum origo, & nomen ſit, non adeo expeditum eſt. Antiquiores hiſtorici (*y*) id indagare ſuperſederunt; recentiores autem coniecturis rem inuoluerunt maxime, vt fere in Cimmerias hic incidamus tenebras (*z*). Sunt qui eos ab extremis Septentrionalis Oceani populis; vel à Scythis, ſunt qui à Troianis (*aa*) profectos aſſerant; quos alii explodunt. Multis certius, & ad dignitatem, laudemque Francorum decentius, videtur, affirmare, eos Germanos (*bb*) fuiſſe; quod & ipſos Reges Franciæ aliquoties faſſos eſſe (*cc*) conſtat. Non deſuerunt tamen, qui cum negare haud poſſent, Francos ex Germania (*dd*) in Galliam veniſſe, dicere non erubuerint, fuiſſe illos à Gallis ortos, qui antea in Germaniam deſcenderint, ibique ſedem ſibi conſtituerint. Eſt qui (*ee*) Francos, fuiſſe indigenas Gallos, autumet. Hoc notum; Francos Germanorum fratres (*ff*) olim dictos; at, vt inter pleroſque hoc ſanguinis nexu coniunctos obtinet illud poëtæ, *Fratrum quoque gratia rara eſt*: ita & ſæpius frigere fraternitas cœpit inter Francos atque Germanos (*gg*). vnde exorta diſſidia, iurgia, bellaque (*hh*) quæ tamen ſubinde compoſita, iniuriæ remiſſæ, & abolitæ, atque antiquum naturæ fœdus, nouis conuentionibus firmatum fecit (*ii*). Porro, Francorum nomen Germanicæ originis eſſe, communiter exiſtimatur. Germanis, **Franck** (*kk*) idem notat ac **frey**/ hoc eſt, liberum; quo ſenſu etiam apud Francogallos (*ll*) adhuc in vſu, nec non eodem quoque alias in linguas irrepſit. Sic & Feudum Francum (*mm*) dicitur, quod à ſeruitiis liberum. Antiquam (*nn*) vero hanc appellationem eſſe, nec demum ſub Carolo Magno (*oo*) natam, certum eſt. Eam ſibi ex Germanis (*pp*) impoſuiſſe illos, traditur, qui præ cæteris libertatis ſtudioſiores. Hodie nobis, ſuperioris Germaniæ incolis, in vernacula noſtra uſitatius eſt **frey**, quam **franck** (*qq*)/ hocque receptum, vt Francos nobiliores appellare ſoleamus **die freye Francken**/ id eſt, liberos Francos. Inferiores autem Germani etiam hodie promiſcue vtuntur vocabulis **Franc** & **Vry**. Compoſitum nomen alii putant, à **Frey** & **Ancken** (*rr*);

vel,

Digitized by Google

vel, à **Vry & rancken** (*ss*)/ aut à **Ver & rant** (*tt*). Alii, dictos Frangones (*uu*) aſſerunt quaſi Franc Gaulois. A Brenno, duce Gallorum, Brencos (*xx*) & corrupte Francos dictos, alii ſomniarunt. Alii, eos à Francione (*yy*) nepote Priami, deriuant; alii ab Hebreorum nomine Fraci aut Fraces (*zz*). Poëta quidam Galliæ (*aaa*), ne antiquo priuilegio ſui ordinis renuntiaſſe videatur, licentioſo conatu originem nominis ad linguam Gallicam refert, narratque, in illa *phere encos* dictos, quos poſtea, corrupto vocabulo, Francos dixerit vulgus. *Phere*, ſignificare, ferre, portare; *encos* autem, lanceas; quod populus ille lanceas ferre, iiſque in bello vti conſueuerit. Hoc in effectu idem eſt cum eo, quod de framea (*bbb*) nonnemo tradidit. Alii, Attica lingua (*ccc*) feroces, & nobiles, Francos dici docent. Inter noſtrates nonnemo (*ddd*), ſi minutius exigendum ſit vocis etymon, conſentit, vt Franci dicantur, quaſi **fry on cy**/ nimirum à cenſu, (cy enim pro cenſu exponit) & vectigalibus immunes: alioqui videri poſſe appellari veluti **Fry** Anſi. Anſi, Gothici idiomatis proprium, denotare eos, qui cæteros mortales fortuna, & opibus, antecellunt, heroum & ſemideorum conditioni proximi, velut humanæ ſortis terminos egreſſi; vnde corruptam vocem vernaculam Anſos, & additione adſpiratæ, Hanſos (*eee*) nominari proceres communi fortuna maiores. Alius, eos ſe dixiſſe affirmat **freye Hanſen**. Et fuit præterea qui Francos dictos putarit, quaſi **frie Incken** (*fff*). **Inken** autem eſſe incolam. Verum, vt **Franck**/ in ſingulari, liberum ſignificat, ita additionem ſyllabæ **en**, pluralis notam eſſe iudico. **Franck** quoque mihi primitiuum eſt, non compoſitum. **Incken** autem incolam ſignificare, ſomnium videtur, non minus quam **Incken** dici, quaſi **im Gow** (*ggg*). Sed ita aliquando in etymologiis, non minus quam Vranc (*hhh*) placuit Iohanni Goropio Becano (*iii*) ſimili licentia, ingenii ſui vires oſtentare: quem qui imitantur, merito eandem cum illo ſubeunt cenſuram.

Digitized by Google

Teſtes & Teſtimonia.

a) Iſidorus *lib.14. orig. c.4.* *Aucuns diſent, que les Grecs, ayans veus les Gaulois plus blancs qu'eux, & ne ſçachans leur vraye origine, ont eſtimé, qu'ils auoient eſté ainſi appellés du mot Grec Gala, qui ſignifie laict, ou blancheur : tout ainſi qu'on eſtime les peuples de Galilee, region de Paleſtine, auoir eſté ainſi nommés, pour eſtre les plus blancs, de tous les autres peuples de Paleſtine* : Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.13. p.47.*

b) Nulla ratio eſt, cur Galli à candore potius dicantur, quam vel Britanni, vel Scoti, vel alii populi, qui propius ad Septentrionem quam Galli accedunt : præſertim cum Galli illi, qui ad Meridiem ſpectant, vt Lemouices, Aruerni, Tholoſates, Narbonenſes, aliique plurimi, non magis Galli à candore, quam Hiſpani dicendi eſſe videantur. Iohan. Picardus *lib.3. de priſca Celtopædia pag.104.*

c) Goropius *lib.7. Hermathena* : Quemadmodum à *Ven* Veneti dicuntur, ita à *Gai* Gaili, & poſt Galli, qua voce populi Gaii, id eſt, læti, hilares. *Gai* Gallis ſignificat idem quod *gaillard, ou ioyeux.*

d) Charron *d. pag. 47.*

e) Charron *d. chap.13. pag.48. & 49.*

f) Il y en a, qui ont penſé, qu'ils auoient eſté ainſi nommés, du mot Hebrieu Gaal, *qu'ils interpretent* redimer, *ou* racheter, *donnans, par ce moyen, aux Gaulois vne etymologie de pareille ſignification, que celle des François; attendu, que ſe redimer, ou racheter, eſt proprement deuenir François, libre, ou affranchi : comme de faict ils s'eſtoient auſſi redimés & affranchis des perils du deluge.* Charron. *d.p.48.* Fauyn *au theatre d'honneur liu.3. pag.585.* vbi ait: *Le nom* Gallus *eſt Syriaque & Chaldaique*, Gallin, *qui ſignifie vn homme expoſé ſur les eaux, onde, & riuiere: delà eſt deriué celuy de Gallerin, qui proprement en Hebrieu, & autres langues Orientales, vaut autant qu'vn nauire, arche, bateau, Bac, naſſelle, gondole, & barque de paſſage, charpentee pour franchir & trauerſer les eaux : ce que nous auons retenu au faict de la marine en l'appellation des Galées, Galeres, & Galiottes, Galeaces, & galeries meſmes, faictes legerement de menuſerie pour ſe promener à ſon aiſe : delà noſtre Hercule Gaulois fut nommé Gomerus Gallus, parce que s'eſtant expoſé ſur la mer, il auoit garenty les ſiens du naufrage par des vaiſſeaux de bois; & delà les foreſts eſtoient iadis appellées Gaules en general, & en particulier vn bois gaul, vn arbre ſeul haut & droict eſleué, gaule, mot duquel nous vſons encores à preſent pour denoter vne perche. vide* Claude du Pré *en l'abregé fidelle de la vraye origine & genealogie des François ch. 3. pag.11.* Piccard *d. pag. 104.* Antoine de Montchreſtien *en l'œconomie politique, tit. de la nauigation pag.191.* vbi docet; *Galim* in lingua Hebraica, & Armenica, ſignificare *vn nauigateur.*

g) Galli

Digitized by Google

g) Galli nomen, ſcribit Bodinus (*in method. hiſtor. cap. vlt. p. m. 525.*) vnde fluxerit, aut quid ſignificet, nemo, quod ſciam, explicauit. Ridiculum eſt enim ab vndis ereptos interpretari, vt Rabbi Samuel. Verius eſt ab eundo, & peregrinando nomen deduci. Ouallones enim à Belgis appellamur, quod Gallis veteribus contigit, cum orbem terrarum peragrarent, ac mutuo interrogantes quærerent, *où allons nous*, id eſt, quonam proficiſcimur? ex eo credibile eſt Ouallones appellatos, quod Latini ſua lingua nunquam efferunt, ſed G. litera vtuntur.

h) Beutherus *ad c. 7. animaduerſ. hiſtor. parentis ſui, n. 5. p. 98.*

i) Spiegelius *in Scholis ad lib. 1. Auſtriados Bartholini, inter autores veteres* Reuberi, *p. 496.*

k) Stephanus Forcatulus, *in auiario iuris ciuilis, cap. 10. n. 3.* allegans *c. venerabilem, qui filii ſint legitimi.* Sic Iordanus quoque *in Chronicis*: Non incongrue Galli dicuntur, propter proprietates quas habent cum gallo communes, quæ ſunt vtique triplices; videlicet, malæ, bonæ & optimæ. Proprietates itaque galli mali ſunt iſtæ: ſuperbus, clamoſus, luxurioſus, inconſtans, pronus ad lites, pronus ad pacem, &c. Proprietates vero boni ſunt iſtæ: pulcher corpore, ſed pulchrior plumatus quam deplumatus, veſtitus quam nudus; audax, hilaris, amatiuus, & liberalis &c. Porro hæ ſunt proprietates galli optimi: circumſpectus, vigilans, ſe primo ante gallinas excitans, ſubditos ſuos bene gerens, & fœcundans, granum ex palea eliciens, & illud proprie diſtribuens. Charron *d. pag. 47.*

l) Cluuerius *lib. 2. introduct. in Geograph. c. 8. circ. fin.*

m) Le nom de Gaule ſe changea en France par commun langage, d'autant que les François eſtoient plus excellens, & victorieux, ainſi que l'on void les enfans tenir le nom du maſculin, plus genereux, & non du feminin. Claude du Pré *en l'abregé de la vraye origine des François liu. 5. ch. 5. p. 99.* Vniuerſam Galliam in Franciæ nomen abiiſſe, non tantum Chronographi tradunt, ſed & ipſum tempus noſtrum, quo Franciam appellari videmus manifeſtat, euidenti argumento. Francos Germanos non tam victores Gallorum, quam extinctores fuiſſe. Spiegel. *ad lib 1. Ligurin. pag. 289. apud* Reuber. *tom. 1. veter. ſcriptor.*

n) Beutherus nomen antiquum poſteros ſibi iterum in odium Germanorum vindicaſſe docet, *animaduerſ. hiſtor. c. 7. in f. p. 96.*

o) Charles Loyſeau (*au traicté des ſeigneuries, chap. 1. n. 54. & ſeqq. p. 12.*) ita ſcribit: (*Pour le regard de nos François, quand ils conqueſterent les Gaules, ce eſt choſe certaine, qu'ils ſe firent ſeigneurs des perſonnes, & des biens d'icelles, i'entends Seigneurs parfaicts, tant en la ſegneurie publique, qu'en la proprieté, ou ſeigneurie priuée. Quant aux perſonnes, ils firent les naturels du pays ſerfs, non pas toutefois d'entiere ſeruitude, mais tels, à peu prés, que ceux que les Romains appelloient, ou* cenſitos ſeu adſcriptitios, *ou* colonos ſeu glebæ addictos; *qui eſtoient deux*

tus cognoſcendi Res, & Imperia, præſertim Europæi orbis, intendiſſe. Inde, quem primum ad hoc ſtudii genus olim adhortatus fui, & iam nunc eo delectari conſcius ſum, præſentis libri mei patronum eligere audeo. Vbi videro, Celſitudinem Tuam prompta manu, fronteque benigna ſuſcipere, quod ſubmiſſe offero, plurimas gratias dicam, & habebo; memorque beneficii enitar, vt palam ſit omnibus, me ingrati nomen, notamque, cane peius & angue odiſſe. Cæterum, valeat, floreat, viuatque feliciter Celſitudo Tua Neſtoreos vſque in annos. Dabam Onolsbaci, 1. Mart. A.C. MDCLV.

Celſitudinis Tuæ

deuotus cliens

Iohannes Limnæus.

CONSPECTVS OPERIS.

LIBRI I.

CAP. I. De origine & nomine Gallorum ac Francorum. Tom. I. Pag. 1
II. De lingua Francica, tam antiqua quam moderna. 25
III. De his quæ in honorem & laudem, vel etiam vituperium, Francogallorum, annotata reperiuntur. 36
IV. De finibus, latitudine ac longitudine Franciæ, nec non de prouinciis, in ea, vel extra eam, quæ Regni membra ſunt, vel Regno cohærent. 80
V. De iure, quod prætenditur nomine Regni vel Regis Franciæ, in totum orbem, vel varias eius partes. 112
VI. De excellentia Regni Franciæ, & præſtantia prouinciarum ad illud pertinentium. 132
VII. De diuerſis diuiſionibus Regni Franciæ. 157
VIII. De Iure tam priuato quam publico, quo Francia vtitur. 171
IX. De ſtatu vel forma ciuilis adminiſtrationis Regni Franciæ. 227
X. De Inſignis regni Franciæ. 255
XI. De vexillo regni Franciæ, quod Auriflamma appellatur. 272
XII. De ſacris ampullis Franciæ. 280
XIII. De Angelo tutore, nec non de Patrono regni Franciæ. 291
XIV. De æternitate regni Galliæ. 301

LIBRI II.

CAP. I. De nomine Regis & Imperatoris. 313
II. De ſucceſſione in regnum Franciæ. 325
III. Cui debeatur ſucceſſio in regnum Franciæ? 333
IV. De coronatione & vnctione Regis Franciæ. 349
V. De virtute Regum Franciæ, ſanandi ſtrumoſos. 374
VI. De independentia Regis Franciæ, vt & de titulis, atque encomiis, quibus vtitur, vel ab aliis compellatur; nec non de primo honoris loco, quem inter cæteros Reges tenet. 393
VII. Emblemata honoris, præeminentiæ, ac poteſtatis, Regis Franciæ, ſuo in regno. 462
VIII. De domanio, & bonis Regis Franciæ. 589
IX. De reditibus, & vectigalibus, ad Regem & ærarium pertinentibus. 610
X. Impenſæ Regis. 654
XI. De officio Regis, in gubernatione & tutamine regni, ac de illis, quorum conſilio & opera in his vtitur. 671
XII. De Regum Franciæ exercitiis, ac recreationibus, tam corporis, quam animi. 687
XIII. De victu Regis. 710

)(3 XIV. De

XIV. *De cultu corporis & veſtitu Regio.* Tom. I. Pag. 720

XV. *De aula Regis, eiuſque miniſtris domeſticis.* 731

XVI. *De ceſſione regni ſpontanea, nec non de Regis remotione, ac depoſitione ab eodem.* 807

XVII. *De morte Regum Franciæ, atque eorundem exequiis & ſepulturis.* 813

XVIII. *Syllabus Regum Franciæ.* 847

XIX. *De Regina, coniuge Regis.* 877

XX. *De Regina vidua.* 894

XXI. *De liberis Regis, ex legitimo matrimonio procreatis, iuxtaque de eorum apanagio, ac filiarum dote.* 900

XXII. *De Regiis liberis naturalibus.* 934

XXIII. *De Principibus ſanguinis.* 942

XXIV. *De Regentibus Franciæ.* 969

XXV. *De Paribus regni Franciæ.* 977

XXVI. *De Conneſtabili, ſeu Comite Stabuli.* 1009

XXVII. *De Mareſchallis Franciæ.* 1025

XXVIII. *De Magiſtro arcubaliſtariorum, Magiſtro machinarum bellicarum, Colonello peditatus, ac Gubernatoribus Prouinciarum, Ciuitatum, & Caſtellorum.* 1032

XXIX. *De Admiraliis Franciæ.* 1056

LIBRI III.

CAP. I. *De libertate & immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ.* Tom. II. Pag. 1

II. *De autoritate & poteſtate Regis in perſonas eccleſiaſticas, ac bona eccleſiaſtica.* 30

III. *De pragmatica Sanctione, & Concordatis cum Pontifice Romano.* 46

IV. *De iuriſdictione eccleſiaſtica.* 60

V. *De bonis & opibus Eccleſiæ Gallicanæ.* 88

VI. *De Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus, nec non de Abbatiis ac Prioratibus Franciæ.* 127

VII. *Miſcellanea de Ordine Eccleſiaſtico.* 162

VIII. *De Reformatæ religioni addictis.* 173

LIBRI IV.

CAP. I. *De modis mediisque acquirendi nobilitatem in Francia.* 232

II. *De ſuſpenſione & amiſſione nobilitatis, nec non de actibus, qui eam obfuſcare videntur.* 247

III. *De copia Nobilium Franciæ, vt & de eorum præſtantia, laude, vituperio, & priuilegiis.* 261

IV. *De gradibus nobilitatis in regno Franciæ. & in ſpecie de primo* 2 9

V. *De ſecundo nobilitatis gradu, & in ſpecie de Equitibus.* 285

VI. De

VI. De Ducibus. Tom. II. Pag. 301
VII. De Marchionibus. 314
VIII. De Comitibus. 320
IX. De Principibus. 326
X. De prærogatiuis, & ſingularibus, prædictarum dignitatum maiorum. 331
XI. De feudis mediocrium dignitatum, & in ſpecie de Vicecomite, qui Gallis Vicomte dicitur. 342
XII. De Vicedominis, qui Gallis dicuntur Vidames 346
XIII. De Baronibus. 349
XIV. De Caſtellanis. 361
XV. De iuribus Vicecomitum, Baronum & Caſtellanorum. 366

LIBRI V.

CAP. I. De nomine, origine, & membris tertii Status regni Franciæ. 383
II. De literatis, & literarum Scholis ac Vniuerſitatibus, ſeu Academiis. 392
III. De Rectore, Cancellariis, & Conſeruatoribus priuilegiorum Vniuerſitatum literariarum. 407
IV. De Profeſſoribus. 409
V. De gradibus dignitatum, quæ conferuntur in Academiis. 413
VI. De Studioſis, & aliis nonnullis, Vniuerſitatibus literariis ſuppoſitis. 419
VII. De numero Vniuerſitatum Franciæ, & in ſpecie de Lutetiana Vniuerſitate. 424
VIII. De Vniuerſitate Andegauenſi. 468
IX. De Vniuerſitate Aquenſi. 469
X. De Vniuerſitate Aurelianenſi. 470
XI. De Vniuerſitate Bituricenſi. 481
XII. De Vniuerſitate Burdigalenſi. 482
XIII. De Vniuerſitate Cadomenſi. 483
XIV. De Vniuerſitate Cadurcenſi. 483
XV. De Vniuerſitate Montis Peſſulani. 484
XVI. De Vniuerſitate Nannetenſi. 486
XVII. De Vniuerſitate Pictauienſi. 487
XVIII. De Vniuerſitate Rhemenſi. 487
XIX. De Vniuerſitate Tholoſana. 488
XX. De Vniuerſitate Valentiana. 489

LIBRI VI.

CAP. I. De ciuitatibus Franciæ atque earum incolis. 490
II. De ciuitate Ambiana. 515
III. De ciuitate Andegauenſi. 517

IV. De

IOHANNIS LIMNAEI

NOTITIA REGNI FRANCIAE.

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

De origine, & nomine Gallorum, ac Francorum.

QVæ orbis pars vetuſto tempore Galliæ nomine clara, quæque gentes appellatione Gallorum inſignes fuerint, nullos, niſi ſupinæ ignorantiæ deditos, fallit: de nominis autem origine & ratione literati inter ſe non conueniunt. Nonnemo eam γαλατίαν (vnde poſtea Gallia formata) ab γάλα (*a*), quod Latinis lac eſt, dictam autumat; cum lacteos, id eſt, albi coloris homines producat, (montibus inde nimium Solis ardorem excludentibus) quo quid experientiæ magis contrarium (*b*) dici poſſit, non video. Goropio (*c*) à *Gai* Gaili, & poſt Galli, id eſt, populi Gaii, hoc eſt, læti, hilares, dicuntur. Aliis (*d*) à Rege Galate, aut Regina Galathea, vel à Gallo Polyphemi filio. Aliis (*e*) à voce Hebræa *Gaal*, vel à voce *Galath*, aut *Gallim*. Hinc, qui rerum antiquarum memoriam inſpectius rimari ſibi perſuaſum habent, veram Gallorum notationem à Samuele Thalmudiſta (*f*) petendam exiſtimant. Is Gallos vere ac proprie dici aſſerit, qui inundationem, imbriumque exceſſum paſſi ſunt; eam enim vocis illius eſſe interpretationem, eaque de cauſa maiores illorum id nominis primum habuiſſe. A quo non abludens Xenophon, *in æquiuocis*

uocis ſcribit: Ogyges plures fuerunt; primus, atauus Nini, quem Babylonii Galluæ cognominant, quod, in inundatione etiam ſuperſtes, alios eripuerit & genuerit. Hinc Sagæ, apud quos nauigio ſaluatus eſt, & ereptus, ratem vocant Gallerim, quod vndis ſaluet. Ridet hoc Bodinus; at alia deriuatione (*g*) ſemetipſum irridendum præbet. Nonnemo noſtratium (*h*) vocabulo vim inferens, ait; Quid ſi à calliditate Galli, quaſi callidi, ſiue calli, per ἀφαίρεσιν? Sunt, qui (*i*) à gallo gallinaceo nomen ſortitos affirment, quod inſtar alitis huius in Venerem proni ſint. Porphyrio autor eſt, Gallos magno mercari adulterium, vel propter diuitias, vel quod incenſioris libidinis ſint. Vnde prouerbio cœptum dici, *Gallis hanc*, in mulierem cupidam, & tergiuerſationibus vtentem, quo ingens pretium extorqueat ab illis, quibus copiam ſui corporis factura ſit. Honeſtiorem cauſam prætexens Stephanus Forcatulus (*k*), in multis galli ingenium cum gente Gallica conuenire, ſcribit: Seruitutem vtrique odioſam, neutrum alterius imperium ſequi velle; vtrumque pugnacem eſſe. Si Galli ſibimetipſis nomen impoſuerunt, credendum eſt omnino, non à vitiis eos id ſibi impoſuiſſe; quod ſi vero ab aliis eis impoſitum, fieri potuit, vt diffamiæ cauſa Galli nuncupari cœperint. Pronior tamen in contrarium ſum, & malo credere; gentis nomen aliunde, quam à vitiis, originem traxiſſe; quod & terræ, quam incolebant, communicatum, Tarquinio Priſco (*l*) Romæ regnante, traditur. Viguit vero hoc Galliæ nomen, non ſolum dum ſui iuris illa fuit, ſed etiam quando à Romanis in prouinciæ formam redacta, & eo vsque, donec à Francis occuparetur. Hi enim, victoriæ iure, priſcum nomen abolere, ſuumque ſubſtituere conati ſunt: vnde factum, vt quæ olim Gallia, poſtea Francia (*m*) dicta fuerit, hodieque domi *la France* audiat, apud Italos & Hiſpanos *la Francia*, apud Anglos *France*, apud nos Franckreich: quanquam à Scriptoribus latinis adhuc hodie (*n*) frequentiſſime Gallia dicitur, reſpectu antiqui nominis: vel Francogallia, propter Francorum & Gallorum coalitionem in vnum corpus,

pus, tanquam victoris cum victo. Victi conditio ſatis quidem dura tunc facta eſt, & quodammodo ſeruilis (*o*); manſit tamen ille in patrio ſolo. Victor autem ſibi adſcripſit dominium publicum & priuatum, in res, atque perſonas deuictas. Sunt equidem qui Meroueum (*p*) ex duobus populis vnum ita feciſſe doceant, vt nomine Francorum vtrumque, & victorem & victum, comprehenderet. At vero, vt maxime nomen Galliæ in Francicum mutatum fateamur, tamen populi victi conditionem aliam omnino fuiſſe credibile eſt, quam vt Francorum nomine gaudere potuerit. Seruum enim eſſe, & francum, hoc eſt, liberum dici, ſi nomina rebus conuenire debeant, recta non admittit ratio. Tutius itaque eſt ſtatuere, primum, victorem & victum diuerſis nominibus, & vnumquemque ſuo, deſignatum, quamquam ex ditione ipſa, nempe Gallia, Francia facta fuerit: temporis tractu nomen Gallorum deſiiſſe, vt & ex parte differentiam (*q*) quæ fuerat inter eoſdem & Francos. Licet autem victor terræ nomen ſuum impoſuerit, non tamen, niſi poſt haud leue temporis interuallum, apud exteros inualuit, vt Galliꝗ nomen ceſſaret (*r*); ſcilicet, Franci ſuis loquendi modum præſcribere facile potuerunt, non aliis. Poſtquam vero hoc ita more receptum, inſequenti tempore ſecutum eſt, vt vitandæ confuſionis cauſa, Francia illa, quæ olim Gallia, nuncuparetur, Francia occidentalis (*s*), ad differentiam Franciæ Orientalis, quæ erat germanica, & eſt hodie illa, quam Franconiam dicimus. Quamuis enim Cranzius (*t*), per iniuriam ita eam appellari, arbitretur, vſus tamen nobis impoſuit obſequium. Vbi vernacula noſtra vtimur, liberiores habemus manus, &, ſine cuiusquam iniuria, Franconiam dicimus Franckenland/ id eſt, terram Francorum; Franciam vero, Franckreich/ id eſt, regnum Francorum. Et quando de populo loquimur, Francken illi ſunt, qui Franci orientales; Frantzoß (*u*) autem ille, & Frantzoſen illi, qui Francogalli, qui ſe *François* dicunt, ab Italis (*x*) *Franceſi* & *Francioſi*, ab Hiſpanis *Franceſes*, ab Anglis Franchmans/ à Belgis Fransmans appellantur. Cæ-

Digitized by Google

terum, vnde Francorum origo, & nomen ſit, non adeo expeditum eſt. Antiquiores hiſtorici (*y*) id indagare ſuperſederunt; recentiores autem coniecturis rem inuoluerunt maxime, vt fere in Cimmerias hic incidamus tenebras (*z*). Sunt qui eos ab extremis Septentrionalis Oceani populis, vel à Scythis, ſunt qui à Troianis (*aa*) profectos aſſerant; quos alii explodunt. Multis certius, & ad dignitatem, laudemque Francorum decentius, videtur, affirmare, eos Germanos (*bb*) fuiſſe; quod & ipſos Reges Franciæ aliquoties faſſos eſſe (*cc*) conſtat. Non defuerunt tamen, qui cum negare haud poſſent, Francos ex Germania (*dd*) in Galliam veniſſe, dicere non erubuerint, fuiſſe illos à Gallis ortos, qui antea in Germaniam deſcenderint, ibique ſedem ſibi conſtituerint. Eſt qui (*ee*) Francos, fuiſſe indigenas Gallos, autumet. Hoc notum; Francos Germanorum fratres (*ff*) olim dictos; at, vt inter pleroſque hoc ſanguinis nexu coniunctos obtinet illud poëtæ, *Fratrum quoque gratia rara eſt*: ita & ſæpius frigere fraternitas cœpit inter Francos atque Germanos (*gg*). vnde exorta diſſidia, iurgia, bellaque (*hh*) quæ tamen ſubinde compoſita, iniuriæ remiſſæ, & abolitæ, atque antiquum naturæ fœdus, nouis conuentionibus firmatum fecit (*ii*). Porro, Francorum nomen Germanicæ originis eſſe, communiter exiſtimatur. Germanis, **Franck** (*kk*) idem notat ac **frey**/ hoc eſt, liberum; quo ſenſu etiam apud Francogallos (*ll*) adhuc in vſu, nec non eodem quoque alias in linguas irrepſit. Sic & Feudum Francum (*mm*) dicitur, quod à ſeruitiis liberum. Antiquam (*nn*) vero hanc appellationem eſſe, nec demum ſub Carolo Magno (*oo*) natam, certum eſt. Eam ſibi ex Germanis (*pp*) impoſuiſſe illos, traditur, qui præ cæteris libertatis ſtudioſiores. Hodie nobis, ſuperioris Germaniæ incolis, in vernacula noſtra uſitatius eſt **frey**, quam **franck** (*qq*)/ hocque receptum, vt Francos nobiliores appellare ſoleamus **die freye Francken**/ id eſt, liberos Francos. Inferiores autem Germani etiam hodie promiſcue vtuntur vocabulis **Franc** & **Vry**. Compoſitum nomen alii putant, à **Frey** & **Ancken** (*rr*); vel,

Digitized by Google

vel, à **Vry & rancken** (*ſs*)/ aut à **Ver & rant** (*tt*). Alii, dictos Frangones (*uu*) aſſerunt quaſi Franc Gaulois. A Brenno, duce Gallorum, Brencos (*xx*) & corrupte Francos dictos, alii ſomniarunt. Alii, eos à Francione (*yy*) nepote Priami, deriuant; alii ab Hebreorum nomine Fraci aut Fraces (*zz*). Poëta quidam Galliæ (*aaa*), ne antiquo priuilegio ſui ordinis renuntiaſſe videatur, licentioſo conatu originem nominis ad linguam Gallicam refert, narratque, in illa *phere encos* dictos, quos poſtea, corrupto vocabulo, Francos dixerit vulgus. *Phere*, ſignificare, ferre, portare; *encos* autem, lanceas; quod populus ille lanceas ferre, iisque in bello vti conſueuerit. Hoc in effectu idem eſt cum eo, quod de framea (*bbb*) nonnemo tradidit. Alii, Attica lingua (*ccc*) feroces, & nobiles, Francos dici docent. Inter noſtrates nonnemo (*ddd*), ſi minutius exigendum ſit vocis etymon, conſentit, vt Franci dicantur, quaſi **fry on cy**/ nimirum à cenſu, (cy enim pro cenſu exponit) & vectigalibus immunes: alioqui videri poſſe appellari veluti **Fry** Anſi. Anſi, Gothici idiomatis proprium, denotare eos, qui cæteros mortales fortuna, & opibus, antecellunt, heroum & ſemideorum conditioni proximi, velut humanæ ſortis terminos egreſſi; vnde corruptam vocem vernaculam Anſos, & additione adſpiratæ, Hanſos (*eee*) nominari proceres communi fortuna maiores. Alius, eos ſe dixiſſe affirmat **freye Hanſen**. Et fuit præterea qui Francos dictos putarit, quaſi **frie Incken** (*fff*), **Inken** autem eſſe incolam. Verum, vt **Franck**/ in ſingulari, liberum ſignificat, ita additionem ſyllabæ **en**, pluralis notam eſſe iudico. **Franck** quoque mihi primitiuum eſt, non compoſitum. **Incken** autem incolam ſignificare, ſomnium videtur, non minus quam **Incken** dici, quaſi **im Gow** (*ggg*). Sed ita aliquando in etymologiis, non minus quam Vranc (*hhh*) placuit Iohanni Goropio Becano (*iii*) ſimili licentia, ingenii ſui vires oſtentare: quem qui imitantur, merito eandem cum illo ſubeunt cenſuram.

Digitized by Google

Teſtes & Teſtimonia.

a) Iſidorus *lib.14. orig. c.4.* *Aucuns diſent, que les Grecs, ayans veus les Gaulois plus blancs qu' eux, & ne ſcachans leur vraye origine, ont eſtimé, qu' ils auoient eſté ainſi appellés du mot Grec Gala, qui ſignifie laict, ou blancheur: tout ainſi qu'on eſtime les peuples de Galilee, region de Paleſtine, auoir eſté ainſi nommés, pour eſtre les plus blancs, de tous les autres peuples de Paleſtine*: Charron *en l' hiſtoire vniuerſelle chap.13. p.47.*

b) Nulla ratio eſt, cur Galli à candore potius dicantur, quam vel Britanni, vel Scoti, vel alii populi, qui propius ad Septentrionem quam Galli accedunt: præſertim cum Galli illi, qui ad Meridiem ſpectant, vt Lemouices, Aruerni, Tholoſates, Narbonenſes, aliique plurimi, non magis Galli à candore, quam Hiſpani dicendi eſſe videantur. Iohan. Picardus *lib.3. de priſca Celtopædia pag.104.*

c) Goropius *lib.7. Hermathena*: Quemadmodum à *Veu* Veneti dicuntur, ita à *Gai* Gaili, & poſt Galli, qua voce populi Gaii, id eſt, læti, hilares. *Gai* Gallis ſignificat idem quod *gaillard, ou ioyeux.*

d) Charron *d. pag. 47.*

e) Charron *d. chap.13. pag.48. & 49.*

f) *Il y en a, qui ont penſé, qu' ils auoient eſté ainſi nommés, du mot Hebrieu* Gaal, *qu' ils interpretent* redimer, *ou* racheter, *donnans, par ce moyen, aux Gaulois vne etymologie de pareille ſignification, que celle des François; attendu, que ſe redimer, ou racheter, eſt proprement deuenir François, libre, ou affranchi: comme de faict ils s' eſtoient auſſi redimés & affranchis des perils du deluge.* Charron. *d.p.48.* Fauyn *au theatre d' honneur liu.3. pag.585.* vbi ait: *Le nom* Gallus *eſt Syriaque & Chaldaique*, Gallin, *qui ſignifie vn homme expoſé ſur les eaux, onde, & riuiere: delà eſt deriué celuy de Gallerin, qui proprement en Hebrieu, & autres langues Orientales, vaut autant qu' vn nauire, arche, bateau, Bac, naſſelle, gondole, & barque de paſſage, charpentee pour franchir & trauerſer les eaux: ce que nous auons retenu au faict de la marine en l' appellation des Galees, Galeres, & Galiottes, Galeaces, & galeries meſmes, faictes legerement de menuſerie pour ſe promener à ſon aiſe: delà noſtre Hercule Gaulois fut nommé Gomerus Gallus, parce que s' eſtant expoſé ſur la mer, il auoit garenty les ſiens du naufrage par des vaiſſeaux de bois; & delà les foreſts eſtoient iadis appellées Gaules en general, & en particulier vn bois gaul, vn arbre ſeul haut & droict eſleué, gaule, mot duquel nous vſons encores à preſent pour denoter vne perche. vide* Claude du Pré *en l' abregé fidelle de la vraye origine & genealogie des François ch. 3. pag.11.* Piccard *d. pag. 104.* Antoine de Montchreſtien *en l' œconomie politique, tit. de la nauigation pag.191.* vbi docet; *Galim* in lingua Hebraica, & Armenica, ſignificare *vn nauigateur.*

g) Galli

g) Galli nomen, ſcribit Bodinus (*in method. hiſtor. cap. vlt. p. m. 525.*) vnde fluxerit, aut quid ſignificet, nemo, quod ſciam, explicauit. Ridiculum eſt enim ab vndis ereptos interpretari, vt Rabbi Samuel. Verius eſt ab eundo, & peregrinando nomen deduci. Ouallones enim à Belgis appellamur, quod Gallis veteribus contigit, cum orbem terrarum peragrarent, ac mutuo interrogantes quærerent, *où allons nous*, id eſt, quonam proficiſcimur? ex eo credibile eſt Ouallones appellatos, quod Latini ſua lingua nunquam efferunt, ſed G. litera vtuntur.

h) Beutherus *ad c. 7. animaduerſ. hiſtor. parentis ſui, n. 5. p. 98.*

i) Spiegelius *in Scholiis ad lib. 1. Auſtriados Bartholini, inter autores veteres* Reuberi, *p. 496.*

k) Stephanus Forcatulus, *in auiario iuris ciuilis, cap. 10. n. 3.* allegans *c. venerabilem, qui filii ſint legitimi.* Sic Iordanus quoque *in Chronicis*: Non incongrue Galli dicuntur, propter proprietates quas habent cum gallo communes, quæ ſunt vtique triplices; videlicet, malæ, bonæ & optimæ. Proprietates itaque galli mali ſunt iſtæ: ſuperbus, clamoſus, luxurioſus, inconſtans, pronus ad lites, pronus ad pacem, &c. Proprietates vero boni ſunt iſtæ: pulcher corpore, ſed pulchrior plumatus quam deplumatus, veſtitus quam nudus; audax, hilaris, amatiuus, & liberalis &c. Porro hæ ſunt proprietates galli optimi: circumſpectus, vigilans, ſe primo ante gallinas excitans, ſubditos ſuos bene gerens, & fœcundans, granum ex palea eliciens, & illud proprie diſtribuens. Charron *d. pag. 47.*

l) Cluuerius *lib. 2. introduct. in Geograph. c. 8. circ. fin.*

m) Le nom de Gaule ſe changea en France par commun langage, d'autant que les François eſtoient plus excellens, & victorieux, ainſi que l'on void les enfans tenir le nom du maſculin, plus genereux, & non du feminin. Claude du Pré *en l'abregé de la vraye origine des François liu. 5. ch. 5. p. 99.* Vniuerſam Galliam in Franciæ nomen abiiſſe, non tantum Chronographi tradunt, ſed & ipſum tempus noſtrum, quo Franciam appellari videmus manifeſtat, euidenti argumento, Francos Germanos non tam victores Gallorum, quam extinctores fuiſſe. Spiegel. *ad lib 1. Ligurin. pag. 289. apud* Reuber. *tom. 1. veter. ſcriptor.*

n) Beutherus nomen antiquum poſteros ſibi iterum in odium Germanorum vindicaſſe docet, *animaduerſ. hiſtor. c. 7. in f. p. 96.*

o) Charles Loyſeau (*au traicté des ſeigneuries, chap. 1. n. 54. & ſeqq. p. 12.*) ita ſcribit: (*Pour le regard de nos François, quand ils conqueſterent les Gaules, c'eſt choſe certaine, qu'ils ſe firent ſeigneurs des perſonnes, & des biens d'icelles, i'entends Seigneurs parfaicts, tant en la ſegneurie publique, qu'en la proprieté, ou ſeigneurie priuée. Quant aux perſonnes, ils firent les naturels du pays ſerfs, non pas toutefois d'entiere ſeruitude, mais tels, à peu prés, que ceux que les Romains appelloient, ou* cenſitos ſeu adſcriptitios, *ou* colonos ſeu glebæ addictos; *qui eſtoient*

deux

deux diuerſes eſpeces de demy ſerfs, s'il faut ainſi parler, dont les premiers ſont appellés en nos couſtumes, gens de main morte, id eſt, mortuæ poteſtatis, *ou gents de pote,* id eſt, alienæ poteſtatis, *comme il eſt interpreté en vn vieil arreſt de l'an* 1247. *rapporté par Ragueau. Et les derniers ſont appellés gens de ſuitte, ou ſerfs de ſuitte, qui eſtoient ſubiects de demeurer dans le territoire du Seigneur, autrement pouuoient eſtre pourſuiuis, & ramenés comme les ſerfs fugitifs. Mais quant au peuple vainqueur, il demeura franc de ces eſpeces de ſeruitude, & exempt de toute ſeigneurie priuée. d'où eſt venu, que les François libres, eſtants meslés auec les Gaulois, qui eſtoient demy ſerfs, le mot de franc, qui eſtoit le nom propre de la nation, a ſignifié cette liberté: ainſi que Pasquier a bien remarqué, au 5. chap. du 1. liure de ſes recherches. Quant aux terres de la Gaule, les François victorieux les confiſquerent toutes, c'eſt à dire, attribuerent à leur Eſtat, l'vne & l'autre ſeigneurie d'icelles. Et hors celles qu'ils retindrent au domaine du Prince, ils diſtribuerent toutes les autres par climats, & territoires, aux principaux chefs, & capitaines de leur nation: donnant à tel toute vne prouince, à tiltre de Duché; à tel autre vn pays de frontiere, à tiltre de Marquiſat; à vn autre vne ville, auec ſon territoire adiacent, à tiltre de Comté. bref, à d'autres des chaſteaux, ou villages, auec quelques terres d'alentour, à tiltre de Baronnie, chaſtellenie, ou ſimple ſeigneurie, ſelon les merites particuliers de chacun, & ſelon le nombre de ſoldats, qu'il auoit ſous luy: Car c'eſtoit tant pour eux, que pour leurs ſoldats. Mais ces terres ne leur eſtoient pas baillées optimo iure, pour en iouir en parfaicte ſeigneurie; ains voulant eſtablir vne Monarchie aſſeurée, ils en retindrent par deuers l'Eſtat, non ſeulement la ſeigneurie publique, ains auſſi ſe reſeruerent vn droict ſur la ſeigneurie priuée, qui n'auoit poinct eſté cognu par les Romains: droict que nous auons appellé ſeigneurie directe, qui eſt vne eſpece, ou degré, de ſeigneurie priuée &c. Et non ſeulement le Prince ſouuerain des François, conceda à ſes capitaines, tant pour eux, que pour leurs ſoldats, les terres de leur partage, à tiltre de fief vers luy, mais auſſi ces Capitaines baillerent à chacun de leurs ſoldats, la part qu'ils leur en voulurent conceder, à meſme tiltre de fiefs vers eux; c'eſt à dire, à la charge, qu'ils ſeroient tenus les aſſiſter en guerre, toutes fois & quantes qu'il en ſeroit beſoing; & par ce moyen leurs compagnies demeurerent entiers pour iamais. &c. Ces Capitaines, auſquels les territoires entiers auoient eſté concedés, outre la part qu'ils en donnerent à leurs ſoldats, rendirent auſſi aux naturels du pays quelque petite portion de leurs terres, afin de ne les exterminer, ains pour s'en ſeruir au labourage. Mais ils ne la leur concederent pas au meſme tiltre de fief, comme ils auoient faict à leurs ſoldats, (car ils leur oſterent l'entier vſage des armes, & par conſequent de fiefs) ains à tiltre de cens, c'eſt à dire, à la charge de leur en payer la meſme rente annuelle, ou tribut, qu'ils auoient accouſtumé d'en payer aux Romains, duquel tribut les fiefs, concedés aux François, eſtoient exempts, & pour ceſte cauſe furent appellés*

Francs

Digitized by Google

Francs fiefs, ou bien parce qu' il n' auoit que les Francs, qui fuſſent capables de les tenir.) Quod Francos noſtros attinet, certum eſt, eos deuicta Gallia factos, hominum atque bonorum perfectos dominos, tam quoad dominatum publicum, quam quoad proprietatem priuatam. Gallos ſeruos fecerunt, non quidem omnino, ſed ea fere forma, qua apud Romanos fuerunt cenſiti ſeu adſcriptitii, aut coloni ſeu glebæ addicti, qui, vt ita loquar, erant pro parte ſerui, diuerſarum ſpecierum. Horum priores in conſuetudinibus noſtris appellantur *gens de main morte*, id eſt, mortuæ poteſtatis, aut *gens de pote*, id eſt, alienæ poteſtatis, vt in ſententia quadam, quæ anno M CC XLVII. lata, & à Rageau annotata eſt, explicatur. Poſteriores vero appellabantur *gens de ſuite, ou ſerfs de ſuite*. ſerui comites, qui obligati erant commorari in territorio domini ſui, & ſi inde diſcedebant, poterant à domino reuocari, & eo reduci, ad inſtar ſeruorum fugitiuorum. Victor populus Francorum liber permanebat, & immunis ab hiſce ſeruitutum ſpeciebus, ac omni dominio priuato. Hinc factum, vt Franci liberi, mixti Gallis ſeruilis iſtius conditionis, nomine, quod nationis erat proprium, ſuam libertatem deſignauerint; vt recte Paſquierius annotauit. Franci victores, terram quoque ipſam Galliæ totam confiſcarunt, hoc eſt, dominatui ſuo attribuerunt. Præter illam, quam Principi in domanium adſcripſerant, reliquam diſtribuebant per territoria & climata, illis, qui erant ductorum præcipui, & nationis ſuæ præfecti; quorum vni totam aliquam prouinciam conferebant, titulo Ducatus; alteri terram limitaneam, nomine Marchionatus; alteri vrbem cum territorio adiacente, nomine Comitatus; aliis caſtrum, & vicum, cum adiacente agro, titulo Baronatus, Caſtellanatus, aut ſimplicis dominatus, ſecundum vniuſcuiusque merita, & numerum militum, quos ſub ſe habebat; quorum & ſic quoque habebatur ratio. Cæterum iſta terra, & illa latifundia, non conferebantur optimo iure, vt perfecte, & abſolute attributa illis eſſet, ſed quo Monarchiam ſtabilem conſtituerent, non ſolum Reipublicæ ſuæ reſeruabant dominium publicum, ſed etiam ſibi ius aliquod in dominium priuatum, quod Romanis nunquam cognitum fuerat, & nos appellauimus dominium directum, quod ſpecies eſt, vel gradus, dominii priuati &c. Non autem ſolus Princeps ſupremus Francorum concedebat capitaneis ſuis, & eorum militibus, fundos iſtos titulo feudi; verum etiam capitanei ipſi, eas portiones, quas militibus cõferebant, eodem attribuebant nomine, nempe ea conditione, vt obligati eſſent illis aſſiſtere in bello, quotiescunque opus foret; & ſic eorum turmæ ſemper conſeruabantur integræ &c. Iſti quoque capitanei, quibus ſolidæ prouinciæ datæ erant, præter portiones, quas militibus aſſignabant, etiam Gallis, inibi degentibus, reddebant particulam aliquam agrorum, vt eoſdem hac ratione conſeruarent, & ad operas haberent promptos. Non autem hoc faciebant feudi titulo,

Digitized by Google

vt de militibus diximus; (omnem quippe armorum vſum illis adimebant, & conſequenter feudorum) ſed titulo ſolarii vectigalis, hoc eſt, eo onere, vt ſoluerent annuum cenſum, aut tributum , quod ante Romanis ſoluere conſueuerant : ab hoc onere feuda, quæ Francis concedebantur, erant immunia,& inde nominabantur feuda franca, vel potius propterea quoniam illa non conferebantur præterquam Francis. Idem Loyſeau (*au traicté des ordres chap. 4. n. 29. & ſeqq. p. 56.*) ait : (*La Nobleſſe de France prit ſon origine de l'ancien meslange de deux peuples, qui s'accommoderent enſemblement en ce royaume, aſçauoir, des Gaulois & des Francs, qui les vainquirent, & aſſubiettirent à eux, ſans toutesfois les vouloir chaſſer, & exterminer. Mais ils retindrent ceſte prerogatiue ſur eux, qu'ils voulurent auoir ſeuls les charges publiques, le maniement des armes, & la iouiſſance des fiefs, ſans eſtre tenus contribuer aucuns deniers, ſoit aux ſeigneurs particuliers des lieux, ſoit au Souuerain, pour les neceßitez de l'Eſtat : au lieu de quoy ils demeurerent ſeulement tenus de ſe trouuer aux guerres. Mais quant au peuple vaincu, il fut reduit, par la plus part, en vne condition de demy-ſeruitude, telle que les Romains inuenterent au dernier temps, de ceux, qu'ils appellerent* cenſitos ſeu adſcriptitios, aut colonos ſeu glebæ addictos; *c'eſt à dire, gents de main morte, ou de pote, ou de ſuitte, mots que i'ay interpretés ailleurs : & outre ceſte demy-ſeruitude, & qu'il eſtoit incapable, & des offices, & des armes, & des fiefs, il eſtoit tenu de payer à ſon Seigneur le cens, ou tribut, de ſa terre, & encor eſtoit de fournir deniers extraordinairement pour les neceßités de l'Eſtat, qui eſtoit poßible la meſme condition, à laquelle le menu peuple de Gaule auoit eſté reduict d'ancienneté par la Nobleſſe, ſelon le dire de Ceſar. A ſucceßion de temps, lors, qu'il fut malaiſé de diſcerner chacune nation, ceux, qui eſtoient, ou iſſus des anciens Francs, ou quoy que ce ſoit, qui auoient trouué moyen de paruenir a leurs franchiſes, (comme il eſt à croire, qu'ils ne reduiſirent pas tous les anciens nobles du pays à ce miſerable eſtat) furent nommés Gentilshommes, ſoit, qu'eux meſmes s'appellaſſent ainſi, à l'imitation des Gentils de Rome; ſoit, que les naturels du pays, qui eſtoient ia Chreſtiens lors de la venuë de Francs en Gaule, les appellaſſent Gentils, c'eſt à dire, payens, par contumelie. & quant à ceux du pays, ils furent appellés payſans, c'eſt à dire, gens du pays; ou bien comme les Romains appelloyent* paganos *ceux, qui ne portoient point les armes; ils les appellerent auſſi Roturiers, poßible qu'ils auoient eſté vaincus, & mis en route, ou bien à* rure, quaſi ruſticos. *Or, comme auec le temps ces deux nations ſe meslerent, & accõmoderent enſemble, ces premiers rigueurs de forclorre entierement les roturiers des Offices, des armes, & des fiefs, ne continuerent pas ſi exactement, mais encor eſt-il reſté quelques veſtiges de chacune d'icelles iuſques à preſent, à ſçauoir, quant aux offices, que les principaux, comme ceux de la couronne, de la maiſon du Roy, & de gouuernement, ne peuuent eſtre tenus que par les gentilshommes : quant aux armes, que les roturiers ne ſont receus*

receus aux compagnies des ordonnances, meſmes n'eſtoient anciennement admis aux premieres charges des gens de pied. Et finalement, quant aux fiefs, qu'ils ſont encor incapables des principaux fiefs, & ſeigneuries; & pour le regard des ſimples fiefs, ils payent encore auiourd'huy l'impoſt des francs fiefs, pour la diſpenſe de les tenir. Mais quoy que ce ſoit, les Gentilshommes ont gardé ſoigneuſement ceſte franchiſe, de n'eſtre tenus à aucuns ſubſides, ny autres deuoirs, fors d'aſſiſter le Roy és guerres.) Nobilitas Franciæ originem ſuam habuit tunc, quando antiquo illo tempore duo iſti populi in hoc regno, commixti fuerunt, nempe Galli, & Franci, qui iſtos deuicerunt, & ſibi ſubiecerunt, eo tamen temperamento, vt nec patria expellerent, nec extinguerent. Peculiari autem prærogatiua Franci ſibi reſeruarunt officia publica, exercitium armorum, & feuda, nec quicquam pecuniæ contribuerunt, vel dominis ſubalternis locorum, vel ſupremo Principi, in neceſſitate publica; ſed ſolummodo obligati fuerunt comparere ad bellum. Galli autem victi, magna ex parte redacti ſunt in conditionem aliquo modo ſeruilem, quales apud Romanos poſtremo tempore fuerunt cenſiti ſeu adſcriptitii, aut coloni ſeu glebæ addicti; hoc eſt, homines manus mortuæ, aut *de pote*, vel *de ſuitte*, quas appellationes alibi explicaui. Et vltra hanc ſeruitutis ſpeciem, atque incapacitatem publicorum officiorum, armorum, ac poſſeſſionis feudorum, obligati etiam erant dominis ſuis ſoluere cenſum, aut vectigal ſolarium, nec non conferre pecuniam ad vſus neceſſarios Reipublicæ; quæ erat fortaſſis eadem conditio, ad quam, Iulio Cæſare (*de bello Gall. lib. 6. c. 37.*) teſte, nobiles plebem Gallicam ab antiquo redegerant. Temporis tractu, quando Galli & Franci difficulter diſcerni potuerunt, illi, qui erant, vel poſteri Francorum, aut qui ex Gallis ad conſimilem libertatem peruenerant, (neque enim omnino probabile eſt, omnes Nobiles Gallos in ſeruitutem redactos fuiſſe) nominati ſunt *Gentiles homines*, vel, quod ipſi hoc ſibi nomen applicarent, ad imitationem Gentilium Romæ, vel quod illos Galli indigenæ, qui tunc, quando Franci Galliam occupabant, erant Chriſtiani, appellarent Gentiles, hoc eſt, paganos, per contumeliam. Indigenæ Galli vero dicebantur ruſtici, à rure, aut ad exemplum Romanorum, qui nominabant paganos, illos, quibus armorum vſus non conueniebat. Vocabantur etiam *Roturiers*, vel quod victi, & eorum acies rupta, vel à rure, quod ruſtici. Poſtquam temporis curſu Galli cum Francis commixti eſſent, remiſſum nonnihil fuit à rigore illo, quo plebeii iſti omnino arcebantur ab officiis, armis, & feudis, manſerunt tamen eiuſdem nonnulla veſtigia ad præſens vſque tempus. Quoad officia, quæ maiora, vt coronæ, domus Regiæ, & gubernationis prouinciarum, non dantur aliis quam nobilitate inſignitis: quoad arma, plebeii non recipiuntur inter milites cataphractos, quos edicti vocant; imo nec olim admittebantur ad primaria officia pedeſtris militiæ.

Denique quod feuda attinet, adhuc plebeii ſunt incapaces maiorum & titulatorum feudorum, nec etiam ad minora & ſimplicia admittuntur, niſi per diſpenſationem, dum ſoluunt tributum feudorum francorum. Quicquid tandem ſit, nobiles ſumma cura prærogatiuam, qua à ſubſidiis, aliisque oneribus, immunes ſunt, ſibi integram conſeruarunt, tantum ad hoc parati, vt Regi in bello adſiſtant.

p) (*Merouee print les villes de Sens, de Paris, & d'Orleans, & des pays d'alentour, & gaignant tous les iours quelque piece de terre, donna le nom de France à tout ce, qu'il auoit prins en Gaule. Puis ioignant en vn corps les Gaulois & Francons, les appella tous Francons ou François.* Bernard de Girard *liu. 1. de l'eſtat & ſuccés des affaires de France pag. m. 24.*) Meroueus occupauit vrbem Senonenſem, Pariſienſem, Aurelianenſem, ac adiacentem agrum, & quotidie alia his adiiciens, nomen Franciæ impoſuit terris quas acquiſiuerat in Gallia. Deinde vnum in corpus redigens Gallos atque Francos, eos appellauit Francones vel Francos. Primus Meroueus Rex (inquit Victor Tuartius, *in apologia pro Francogallis pag. 8.*) duas gentes Francorum & Gallorum in vnum idemque corpus, & vnam quaſi ciuitatem conſociauit: Et quemadmodum tradit Hunibaldus, Franci totam Galliam ſuo regno adiecerunt, Romanorum iam viribus imminutis, ac deficientibus, præſertim poſt Aetii mortem, quem Valentinianus ex iniuria occiderat. Franci ergo Gallis commixti, inquit, de illorum filiabus ſibi acceperunt vxores, genuerunt filios & filias, qui omnes didicerunt linguas eorum ſimul & mores, cum quibus ſunt deinceps conuerſati vſque in præſentem diem.

q) (*La difference des Francs & des Gaulois eſt de long temps abolie, dont la remarque ſeroit maintenant impoßible, veu que les Iuifs meſmes ne recognoiſſent plus leurs lignées, non obſtant la peine qu'ils ont touſiours priſe pour les diſcerner. Et certes, la remarque differente des Francs, & des Gaulois, euſt eſté außi pernicieuſe à cet Eſtat qu'à Rome celle des Romains & des Sabins.* Loyſeau *des ſeigneuries chap. 8. n. 16.*) Diſtinctio inter Francos & Gallos, iamdudum abolita eſt, eiuſque notas hodie exprimere foret impoſſibile: cum nec Iudæi quidem, poſtquam fruſtra omnem impenderunt operam in conſeruationem antiquæ diſtinctionis, tribus ſuas amplius queant dignoſcere. Imo vero iſta Francorum & Gallorum diſtinctio huic Imperio æque pernicioſa fuiſſet, atque Romæ Sabinorum & Romanorum.

r) Maſſonius *annal. lib. 1. pag. 3.*

s) Vide Aen. Syluium *de Europæ ſtatu c. 31.* & illos quos nominat Meibomius, *in not. ad Witichindi lib. 1. annal. pag. 52.* Charron (*en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 94. pag. 672.*) docet, Chilpericum Regem, filium Merouei, diuiſiſſe regnum ſuum duas in partes; vnam nominaſſe Franciam orientalem, ſcilicet illam (*qui luy appartenoit, par delà le Rhin, & au deça d'iceluy,*

iuſques

iuſques à la riuiere de Meuſe, ou ſelon aucuns, iuſques à la riuiere de Seine) quæ vltra Rhenum ad ipſum pertinebat; & citra Rhenum ad flumen Moſam, ſiue iuxta nõnullos, ad Sequanam vſque. Alteram dixiſſe Franciam occidentalem, (*tout ce qui eſtoit depuis la riuiere de Meuſe, ou de Seine, iuſques à la riuiere de Loire, & au delà*) omnem illam terram, quæ intra Moſam ſiue Sequanam atque Ligerim, & vltra continetur. De ſimili diuiſione verba faciens Claude du Pré, (*en l'abregé de l'origine des François liu. 4. chap. 10. pag. 83.*) ait; (*les vns eſtoient Orientaux, lesquels n'eſtans iamais bougé de leur manoir & habitation de Franconie en Allemagne, nommée vulgairement* Franckenland/ *ont prins autrement leur denomination de Francs Saliens, à cauſe du fleuue Sal, qui ſe vient desgorger dans le Mein. Les autres s'appelloient, Gaulois Francs, ou Francs Gaulois, lesquels, ayans delaiſſé ledit pays, & paſſé la riuiere du Rhin, vindrent en la Gaule Belgique, qui eſt maintenant appellée France.*) Alii erant orientales, qui ſedibus ſuis in Franconia, Germaniæ prouincia, vulgo Franckenland/ nunquam egreſſi, alio nomine appellabantur Franci Salii, à fluuio Sala, qui in Mœnum influit. Aliis nomen erat Gallofranci, vel Francogalli, qui relicto iſto ſuo domicilio Rhenum tranſeuntes venerunt in Galliam Belgicam, Franciæ nomine hodie notam. (*L'orientale*, inquit idem *liu. 5. chap. 1. pag. 86.*) *s'appelle Franconie, & Ducale, compoſée de Francogermains: L'Occidentale eſt appellée ſimplement France, & eſt Monarchique, & Royale, compoſée de Francgaulois.*) Orientalis vocatur, Franconia, & ducalis, compoſita ex Francogermanis: occidentalis ſimpliciter Franciæ nomine gaudet, & monarchica eſt atque regia, compoſita ex Francogallis.

t) Cranzius *de Saxon. lib. 2. c. 1.*

u) Frantzoſen forſitan idem eſt quod Franckauſſen / quod ſignificat (*François de dehors, nempe ceux qui demeurent en Gaule; pour les diſtinguer d'auec les Francs d'Allemagne, & donner à entendre que ce ſont François habitans hors les pays d'Allemagne.* Vide Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 83. pag. 518.*) Francos exteriores, illos nempe, qui Galliam incolunt; vt hoc modo diſtinguantur à Francis Germanicis, & intelligatur, eſſe ipſos Francos extra Germaniam habitantes.

x) *Francioſi* dicuntur à Machiauello, *nelle hiſtorie Fiorentine.*

y) (*Il n'y a* (inquit Scipion du Pleix *tom. 1. de l'hiſtoire generale de France, au 2. auantpropos, pag. 5.*) *choſe digne de remarque en toute l'hiſtoire de la nation Françoiſe, à la recherche de laquelle nos anciens hiſtoriographes ayent contribué moins de ſoing, ni les modernes plus de curioſité, que touchant le nom & l'origine des François. De ſorte, qu'à cauſe de l'eloignement de tant de ſiecles, les derniers n'en pouuans parler que par coniecture, & les premiers n'en ayant rien dit, ou fort peu, il y a en cela vne confuſe incertitude.*) Non eſt vlla res notabilis in vniuerſa hiſtoria nationis Francicæ, cuius indagationi veteres no-

ſtri hiſtorici minus curæ, & recentiores plus diligentiæ adhibuerint, quam in Francorum appellatione & origine inuenienda. Itaque, cum multorum ſeculorum interſtitio interueniente, poſteriores coniecturis ſolis innitantur, priores autem, de eadem re vel nihil, vel parum conſignauerint, confuſa incertitudine laboramus.

z) Balthaſar de Vias, *in ſylua Regia pag. 42.* Vnde originem habuerint, cum Gregorio Turonenſi fateamur, non ſatis certam & cognitam fuiſſe. Si à Francione Hectoris filio, aut ex cineribus Troiani incendii ductam fingamus, fabulæ Largi & Ronſardi: ſi à Galathea Herculis, vetus nænia: ſi à Mæotidis palude, aut à Sicambris, Cimmeriæ tenebræ.

aa) Lupanus, *de magiſtr. & praf. Francor. lib. 5. tit. Regia Maieſtas.* Claude du Pré *en l' abbregé de la vraye origine des François chap. 4. p. 16. & 17.* Eſtienne Paſquier *liu. 1. des recherches de la France chap. 14.* Bernhard de Girard *d. liu. 1. pag. 18.* Pighius *in Hercule Prodicio pag. 39.* Iunius *in Batauia hiſtoria cap. 9. pag. 72.* vbi Pauli Aemilii verba hæc; *Franci ſe Troia oriundos contendunt, ea capta incenſaque, nobiliſſimam ciuium manum, quos ferrum hoſtium, ignisque non abſumpſiſſet, duce Francione ad Mæotin paludem ſe contuliſſe, nec procul ab ea vrbem condidiſſe, quam ad Valentinianum vſque Cæſarem, Valentiniani filium, incoluerint, &c.* referens, indignabundus adiicit: His lectis, cum eodem delirii iure perfuſum animaduerterem virum eloquentiæ laude inclytum, eodem, inquam, quo cæteri imbuti, Troianæ fæcis reliquias in Mæotidos paludis limoſas voragines ſepoſuere, vbi condita vrbe conſederint; cœpit me pigere, ac pudere quoque tanti viri, qui deſultoria vſus leuitate, nihil ſupra vulgum & nugiuendos ſapuerit, neque viderit vſquam ſcriptorum alios profugos Troianos nominari, quibus ſaluis & incolumibus, incenſa patria abire conceſſum fuerit, præter Aeneam, & Antenorem, proditores patriæ, quorum domicilia, ſuſpenſo maculoſæ pantheræ exuuio, vt internoſci poſſent, diſcreta, ipſos, cum clientum grege, in tuto ſtatuerint. Quis vſquam Sicambriæ ad Mæotin mentionem apud vllum geographum fieri legit: quis Troianorum exulum coloniam eo loci deductam reperit in hiſtoriis? Adi etiam, ſi placet, Erycium Puteanum *lib. 2. hiſtor. Inſubriæ pag. 96.*

bb) Iean du Tillet, *au recueil des Roys de France, leurs couronne & maiſon, tit. de l' origine des François p. 1. (Ceux qui ont eſcrit, les François auoir eſté d' origine vrays Germains, les ont plus honorés, que ceux qui les ont eſtimés eſtre venus des Troyens: puis que l' honneur n' eſt deu qu' à la vertu. Car il n' y a nation qui moins ait ſouffert de corruption en ſes bonnes mœurs, & qui ſi fortement, & ſi longuement, ait conſerué ſa liberté par armes, que la Germaine, laquelle encores aujourd' huy ſeroit la mieux maintenue, ſi elle eſtoit vnie. Mais l' auarice, racine de tous maux, y eſtant entrée, la diuiſion de religion à ſuiuy par punition, & apporté beau-*

Digitized by Google

té beaucoup de mutations, & diminutions des ſiecles paſſés) Qui Francos origine veros Germanos fuiſſe ſcripſerunt, eos maiori affecerunt honore, quam illi, qui eoſdem à Troianis ortos dixerunt; Quoniam honor non niſi virtuti debetur. Non eſt autem vlla natio, quæ minorem corruptionem bonorum morum paſſa ſit, quæq; tam ſtrenue & per tantum tempus libertatem ſuam armis defenderit, quam Germanica, quæ etiamnum hodie melius ſe conſeruare poſſet, ſi concors eſſet. Verum poſtquam auaritia, omnium malorum radix, ibi vires ſumpſit, diuiſio religionis ſecuta eſt in pœnam, ac ſecum varias mutationes & diminutiones inuexit. Adde Eſtienne Paſquier *d. liu. 1. chap 6* & Bodinum *in methodo hiſtoriarum cap. 9. pag. m.* 510. ibi: Francos à Germanis originem traxiſſe demus: quid enim ad noſtri nominis famam præclarius, ac ad ſocietates & amicitias cõtrahendas illuſtrius, aut ad vtriusque Imperii ſalutem vtilius eſſe poteſt, quam ad fortiſſimam, & generoſiſſimam Germanorum gentem, Francorum origines referre? (*Nous ſommes deſcendus des Allemans*) A Germanis genus ducimus, inquit Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlements, chap. 5. pag. 86. & ch. 23. p. 288.* (*Les François ſont venus des Allemans: la Germanie a eſté leur patrie*) Franci à Germanis originem ducunt: Germania ipſis patria fuit. Antoine de Mont Chreſtien, *en l'oeconomie politique tit. du commerce, pag.* 118. Le Sieur de Ceriziers *en ſes reflexions ſur la vie des Roys de France pag. 6. n. 6.* vbi addit: (*Nous faire ſortir des cendres de Troye, ou des marets Meotides, c'eſt vouloir que nous ſoyons, ou grenouilles ou ſalamandres.*) Qui originem noſtram ex Troiæ cineribus, aut Mæotidis palude deducunt, annon ranas vel Salamandras nos eſſe volunt?

cc) Franciſcus I. Rex Galliæ, in literis ad Ordines Imperii, Lutetiæ anno M D XXXVI. ſcriptis: Viſum eſt mihi pro antiqua illa inter nos iam inde à prima gentis vtriusque origine, contracta coniunctione & amicitia; non temere ferendum eſſe, vt inter vos, inauſpicata hæc, de mea erga vos omnes voluntate, opinio, taciturnitate mea diutius ſeneſceret. Et iterum idem Franciſcus, in literis ad Electores, ac Principes Schmalcaldici fœderis ſocios, Farræ perſcriptis, anno M D XXXVII. Scire vos opinor, *ait*, Viri ampliſſimi, gentem quidem Germanicam, ex qua, velut ſtirpe, genus meum duci non ſolum libenter profiteor, ſed magno etiam in honore pono, tanta neceſſitudine ſemper cum Francica coniunctam fuiſſe; vt maiores noſtri vtramque fere pro vna eademque gente habendam cenſuerint. Quod ſi qui adhuc ſunt, qui non ita exiſtiment, vehementer meo quidem iudicio falluntur, manifeſteque originem noſtram ignotam ſibi eſſe præ ſe ferunt. Itaque mirum videri minime debet, ſi quæ inter cæteras quidem nationes pacta ſunt, atque inita fœdera, literarum ea monumentis, & quam validiſſimis fieri potuit cautionibus, nitantur; qua vero inter nos neceſſitudine

vinci-

vincimur, ea demum vna ſit, quæ cum ex ſeſe ipſa conſiſtit, tum in populi vtriusque pectoribus impreſſa, longa temporum ſerie egiſſe radices altius, inſeuiſſeque hanc non iam conſuetudinem, ſed potius naturam, videtur, & ita inſeuiſſe, vt quantumvis corruptis vetuſtate ac ſitu (ſi id forte aliquando contingat) mutuæ beneuolentiæ velut tabulis, ipſa tamen amicitiæ inueteratæ vis non idcirco labefactetur, ac ne in dubium quidem vocetur. *Vide* Goldaſt. *in replica pro Imper. cap. 9. pag. 86. & ſeq.*

dd) Galliæ populi ſeruitutis Romanorum impatientes, trans Rhenum ad veteres illas Gallorum colonias migrarunt, & cum primum potuerunt, excuſſo Romanorum iugo, in patriam remigrarunt, accepta Francorum, id eſt, liberorum hominum appellatione. Bodin. *in meth. hiſtor. cap. 9. p. m. 535. & pag. 536.* vbi ait; Germanos à Gallis, non Gallos à Germanis originem traxiſſe: quod etiam volunt alii, allegati à Charron *en l' hiſtoire vniuerſelle, chap. 64. pag. 451. & 452. & 602.* (*Conan, Genebrat, & quelques autres, veulent dire, que les François eſtoient anciennement ſortis de la Gaule, & qu' ayans paßé le Rhin, & dreßé des colonies en Allemagne, leur poſterité retourna apres pluſieurs ſiecles en la meſme Gaule, ſa patrie originaire. Ie leur accorde, que les Gaulois ont anciennement trauerſé le Rhin, & dreßé des colonies en Allemagne, mais que mille ans apres ils ayent repaßé, (car autant y ait depuis le paſſage des Gaulois ſous Sigoueſe en Allemagne, iusques à Pharemond) & ſoient retournés en Gaule, ſous le nom des François, il n'y en a ny preuue, ni apparence quelconque.* Scipion du Pleix *d. tom. 1. de l' hiſtoire generale de France pag. 9.*) Conanus, Genebrardus, & quidam alii perhibent, Francos olim ex Gallia migraſſe, Rhenumque tranſeuntes, colonias in Germania conſtituiſſe: poſteros autem eorum, poſt plurium ſeculorum decurſum, in Galliam, antiquam ſuam patriam, remigraſſe. Concedo equidem, à Gallis quondam Rhenum traiectum, coloniasque ab iis in Germania deductas: at vero mille poſt annis (totidem enim ab Gallorum migratione, duce Sigoueſo ſuſcepta, ad Pharamundum numerantur) Rhenum eos denuo pertranſiiſſe, & in Galliam ſub nomine Francorum reuerſos eſſe; id omni probatione & veriſimilitudine deſtituitur.

ee) Argentré, anteceſſor Andegauenſis, *in notis iuris ſelectis, tit. de feudis c. 1. fol.* 220. ait; Verius eſſe videtur Francos non fuiſſe gentem illam Germanicam, ex paludibus abditis emergentem, quæ Gallias per vim occupauerit, vt multi fingunt potius, quam probant: Sed Francos fuiſſe indigenas Gallos, qui circa Rhodanum & Rhenum vicinasque ei paludes habitarunt, inter Rhenum & Moſellam, vt ex Procopio Zonaram attigiſſe & ſenſiſſe, legitur *tomo tertio.* Iidemque ab iis Rheni partibus vocati ſunt, & acciti, vel adiuncti, per alios interioris Galliæ populos, vt ſe contra Romanos in libertatem iunctim ſimul omnes aſſererent. Quare Nobilitas Franci-

Digitized by Google

Francica non ex fictis illis Orientalis Franciæ paludibus, ac Regibus, ſed ex ipſis Gallis, ſtrenuis & vetuſtiſſimis populis, orta eſt, repudiato communi vulgarium (ne dicam leuium) ſcriptorum errore, qui Francogallos initio fuiſſe Germanos, & Galliam totam olim Germanico idiomate omnino vſam, male exiſtimant. Id, quod ex Cæſare, Tacito, & aliis autoribus refutare facillimum eſſet. Hæc non ſolus affero: nam doctiſſimus Genebrardus, tum voce tum ſcripto, ſæpius teſtatus eſt. Hæc Argentreus.

ff) De hoc argumento, ſcilicet *de fraternitate Germanorum, & Francogallorum* integrum librum promiſit Goldaſtus *d. replicat. pro Imper. c.* 11. *p.* 110. Animorum autem germanitatem inter vtramque gentem nunquam maiorem propioremque, quam Othone Cæſare, fuiſſe, ſcribit Paulus Æmilius *de reb. geſtis Francor. lib.* 3. *p.* 154.

gg) Germanorum & Gallorum fraternitatem frigere admodum, indies magis magisque, ſuas res tractantibus ſingulis, annotauit Beutherus *in marginal. ad parentis ſui Michaelis Beutheri commentar. in Tacit. de moribus German. cap.* 12. *n.* 8. *pag.* 53.

hh) Adolphus Imp. literas diffidatorias ſcripſit, anno M CC XCIV. ad Regem Franciæ, quibus inſertæ erant cauſæ, ob quas ei bellum indicebat; (*mais il luy fut ſeulement renuoyé par le meſme meſſager vne fueille de papier, cloſe en forme de lettre miſsiue, où n' eſtoient eſcrits que deux mots*; Trop Allemand) ſed ad Imperatorem à Rege, per eundẽ tabellarium, remiſſa fuit charta, clauſa in formã epiſtolæ, in qua tantum hæc duo verba ſcripta erant; *Nimium Germane.* Ita Vignier *en la troiſieſme partie de la bibliotheque hiſtoriale, pag.* 413. cui adde André du Cheſne, *liure* 14. *de l' hiſtoir. d' Angleterre. p.* 695. Lotharius bellum geſſit, in Germanos, propter Lotharingiam; iterum propter eandem aliud, Girard *d. liu.* 1. *de l' eſtat, & affaires de France p.* 102. *edition Lugdunenſ. de anno M. D. XCVI. pag.* 111. Otho I. Imper. maximum duxit exercitum in Galliam, omnes autem, in toto illo exercitu, ſtramineos pileos ferebant: Caſtritius *de heroicis virtut. princip. German. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 15. Anno M D XLIV. in comitiis Spirenſibus decernitur bellum in Franciſcum I. Galliæ Regem. Reichs Abſchied zu Speier *de anno* 1544. §. So achten wir/ *pag.* 293.

ii) (*L' Empereur Henry, & Loys, ſurnommé d' outremer, Roy de France, ſe virent ſur la riuiere de Meuſe, où ils reconfirmerent leur ancienne alliance, & amitié.* Girard. *d. liu.* 1. *pag.* 98.) Henricus Imp. & Ludouicus Tranſmarinus, Galliæ Rex, ad flumen Moſam congreſſi, antiquum fœdus & ſocietatem confirmarunt. (*Lothaire eſtant Roy, confirma auec l' Empereur Othon tous les traittés de paix, parauant faits entre ſes predeceſſeurs Roys de France, & les Empereurs: ſi que iamais les Allemans & François ne furent meilleurs amis, que alors.* Idem *d. liu. p.* 101.) Lotharius factus rex, cum Imp. Othone confirma-

Digitized by Google

uit omnes pacis pactiones,quas prædeceſſores ſui antea cum Imperatoribus fecerant: ſic vt amicitia inter Germanos & Gallos, ſi vnquam alias, tum optime fuerit conſtituta.(*Robert Roy de France, & l'Empereur Henry, s'eſtant veus ſur la riuiere de Cher, firent paix enſemble, & s'accorderent pour la Lorraine, & pluſieurs autres differents entre eux.* Idem *d. lib. p.* 111.) Robertus Galliæ rex, & Imp. Henricus cum ad flumen Cher conueniſſent, pacem inter ſe fecerunt,& quicquid controuerſiæ inter ipſos propter Lotharingiam, & alias ob cauſas fuerat,compoſuerunt. (*Henry I. ayant aſſeuré ſon Royaume par dedans, & voulant auſſi l'aſſeurer par dehors, confirma auec les Allemands; & l'Empire, l'ancienne amitie, & confederation de ceſte nation auec la Françoiſe, & le traitté fait par ſon pere auec l'Empereur Henry.* Idem *d. lib. pag.* 112.) Henricus I. cum regnum ſuum domi ordinaſſet, illudque foris etiam firmatum vellet, cum Germanis & Imperio veterem amicitiam,& ſocietatem huius gentis cum Gallis, nec non pacta Patris cum Imperatore inita confirmauit. (*Loys, fils d'Auguſte, ſucceda à ſon pere. Eſtant ſacré, la premiere choſe qu'il fit, c'eſt qu'il renouuella auec l'Empereur Federic les anciens traittes, de paix, & amitié, entre les Allemans, & François.* Idem *d. lib. pag.* 136.) Ludouicus,Ludouici Auguſti F. patri ſuo in regno ſucceſſit. Poſt inaugurationem ſuam id primum egit, vt antiquæ pacis & amicitiæ pacta inter Germanos & Gallos cum Imp. Friderico renouarentur. vel, vt Paulus Æmilius, *de reb. geſtis Francor. lib.* 7. *pag.* 340. habet, fraternum nomen inter Francos, Germanosque redintegrauit. Imp. Maximilianum I. vt veterum iniuriarum memoria penitus deleretur, librum, qui Spiræ aſſeruabatur, in quo omnes iniuriæ, ante id tempus à Galliæ Regibus Imperio,& Germanorum genti, illatæ, continebantur, cremandum mandaſſe,ex Fr. Guicciard. *hiſtor. lib.* 8. refert Lanſius *de princ. prou. Europæ, pag.* 860. Reges quoque Franciæ haud pauci, quibus cum Imperatore non conuenit, nihilo tamen minus ſemper cum nonnullis Germaniæ Statibus amicitiam coluerunt.(*Il n'eſt rien ſi vray* (reſpondet Franciſcus I. apud Bellay *liu.* 5. *des memoir. f.* 232.) *que moy, & mes predeceſſeurs, n'auons iamais eſte ſans auoir bonne intelligence & amitie au Sainct Empire, & aux Princes d'iceluy: & quelques fois ay veu de mon temps, qu'encores que l'Empereur, & le Roy de France, ſe fiſſent la guerre, l'on ne perdoit point, du coſté de France, l'amitie, que l'on auoit en Allemaigne*) Veriſſimum eſt, quod ego (Franciſcus I.) & prædeceſſores mei S. Imperio eiusque principibus nunquam non fuerimus amicitiæ iure coniuncti. Et vidi ego mea ætate haud ſemel, Imperatorem & regem Galliæ bellum ſibi inuicem feciſſe,neque tamen proinde ex parte Galliæ ab Germaniæ amicitia diſceſſum fuiſſe. Fuerunt etiam alii Francorum Reges,qui huius amicitiæ (alii tamen aliam cauſam addunt, prout vnius rei plures cauſæ eſſe poſſunt) ductu, in noua fœdera conſenſerunt, & grauatos Imperii Status

contra

Digitized by Google

contra alios tutati ſunt. Henricus II. in literis, quarum Sleidanus *(de ſtatu religion & Reipubl. &c. lib. 24. f. m. 425.)* meminit, ſe ex querimoniis multorum Germaniæ principum, & ordinum, magnum percepiſſe dolorem, ait, & propter communem vtriusque gentis originem, & propter veterem coniunctionem, atque amicitiam, quæ firma ſemper, & inuiolata permanſerit, quamdiu per Cæſaris (Caroli V.) aſtum, atque verſutiam, licuit. Etenim ſi ſtatus mutatio fiat, & Germaniæ ſua libertas auferatur, intelligere ſe quanto ſit hoc ſuo cum detrimento futurum, atque diſcrimine. Nam eſſe Germaniam, non Galliæ tantum, ſed etiam totius Reipublicæ Chriſtianæ propugnaculum; ideoque ſe magnis precibus, atque votis optaſſe frequenter, vt coniunctis viribus vterque populus ita ſe compararet, ne quid ab vllo metuendum eſſet periculi. Cum autem eius rei nulla ſpes affulgeret, atque interim multi ſuam operam ſollicitarent, diuerſis tamen rationibus, non ſibi viam apparuiſſe, quemadmodum Imperio diſſipato, & conuulſo, ſubueniret. In hac autem tam graui deliberatione, Deum, qui ſit iuſtus iudex, oſtendiſſe rationem peropportunam &c, His adeo de cauſis non ſe potuiſſe petentibus Germanis auxilium denegare. Fœdus ergo feciſſe cum illis, nec id modo, verum etiam omne robur, & ſeipſum impendere huic bello conſtituiſſe. Neque vero priuatum vllum compendium, atque fructum in eo ſpectare, ſed hoc ſolum agere, vt reſtituta Germania, liberato Saxoniæ Duce, Iohanne Friderico, & Landgrauio, quos diuturna, & indigna captiuitate conſtrictos ille detineat, laudem atque gloriam immortalem conſequatur, vt olim Flaminius propter vindicatam à ſeruitute Græciam. Quantum Henricus IV. occupatus fuerit in auxilio Germanis principibus ferendo, ſatis notum, nec deſtitiſſet, niſi ſicarii ſcelerata manus, cultro, ei mortem intuliſſet. Verum quod parenti denegatum, filius Ludouicus XIII. poſt aliquod temporis interuallum, penſauit, inque eodem ſucceſſoris Ludouici XIV. (tunc propter ætatem valde pueri) nomine, hactenus continuatum fuit. Nec vero minore animi magnitudine, quam Romani apud Liuium *(lib. 45. c. 42.)* Ludouicus XIII tam ingentis beneficii pretium maluit relinquere in accipientium animis, quam præſens exigere; literis ad ſingulos fere Status Imperii datis teſtatus, ſe ne glebam quidem terræ, conquiſitorum in Germania locorum, ſibi adſcripturum, modo quies reducatur, & pax ſit. Perpendit ſcilicet optimus princeps, quod legatus ſuus Conſiliariis Regis Hiſpaniæ, cum de ſumptibus in conſeruationem Vallis Telinæ factis ſermo incidiſſet, dixerat: *(que la demande des frais de la guerre eſtoit indigne d' vn grand Roy. Que Philippe auoit le cœur trop genereux, pour faire trafic d' vne choſe, que les Princes iuſtes, & courageux, auoient couſtume d' employer auec franchiſe, pour defenſe des peuples oppreſſés, & non pas pour profiter de leurs miſeres.* Autor *des Verités Françoiſes, part. 2. p. 372.)* Sumptuum in bellum

factorum repetitionem magno rege indignam eſſe. Philippum generoſiore animo præditum, quam vt pretio vendat, quod Principes iuſti, & magnanimi, ſoliti ſunt gratis, & propenſo animo, pro defenſione populorum oppreſſorũ peragere, nec ex aliena miſeria compendium quærere. Atque cum hoc generaliter in omnes obſeruaret Ludouicus XIII. de eodem Balſacus (*in ſuo Principe, chap. 18. pag. 223. edit. Pariſiens. in forma octaua anno M. DC. XXXXII. impreſſa*) hoc tulit elogium: (*Le Roy ne trafique pas de ſes courtoiſies, & de ſes bienfaits, & ſa vaillance n'eſt, ny auare, ny ambitieuſe. Apres le ſeruice de Dieu, & le bien general de la Chreſtienté, qui ſont ſes premiers obiects, il ne trauaille que pour la reputation, & pour la gloire. Il ne cherche autre recompenſe, de ce qu'il fait, que l'eſclat qui reiallit de ſon action, & la bonne odeur, qui en demeure.*) Rex benignitates ſuas & officia haud venum exponit, nec eius fortitudo auara eſt, aut ambitioſa. Poſt Dei cultum & Chriſtiani orbis publicum bonum, (quæ ante omnia præ oculis habet) non niſi pro fama & gloria allaborat. Actionum ſuarum aliud redhoſtimentum non expetit præter ſplendorem, qui inde elucet, & memoriam, quæ boni odoris inſtar inde euata, ſuperſtes manet. Et ſunt certe adhuc quam plures, qui Alſatiam ſuperiorem, ſi Ludouico vita manſiſſet, ad Imperium redituram fuiſte putent: nunc alii eam, partim ob precium Auſtriacis numeratum, partim ob pœnam, partim ob ſecuritatem, à Gallis retineri tradunt. Cæterum vt Francogalli ſæpius, auxiliis, & ope, Germanis præſto fuerunt, ita etiam Germani illis aliquoties non minora affectus fraterni ſigna exhibuerunt. Arnolphus Imp. ſuppetias tulit Carolo Simplici, contra Normannos: Lehemann *in Chron. Spir. lib. 3. c. 48. p. 262.* Otho Magnus, à Ludouico Rege rogatus, auxilia, contra rebelles ſubditos, in Galliam duxit, & ſedauit tumultum. H. Mutius *lib. 13. Chronicor. German. (apud Piſtor. tom. 2. German. ſcriptor. pag. 100.)* Fridericus Barbaroſſa Galliam vehementer diſſidentem compoſuit. Idem Mutius *lib. 18. Chron. p. 143.* Carolus IV. electus Imperator Philippo Regi Galliæ ſuppetias, & auxilium tulit, contra Regem Angliæ. Mutius *lib. 24. Chron. pag. 242.*

kk) *Franc, ſignifie, libre*, adeo vt Francorum gens, quæ eſt Germanica, nomen habeat à conſeruata libertate, depulſo ſeruitutis iugo, vt vulgo exiſtimatur, nomenque ipſum aſſertæ libertatis argumentum præbet: Ragueau, *en l'indice des droits Royaux, p. 331. Le François n'eſt pas homme, eſtant quelque choſe de plus, puis qu'il n'eſt plus Alleman; & il n'eſt plus Alleman puis que il eſt plus qu'homme. Le mot de Franc exprime tous ces aduantages.* Le Sieur de Ceriziers, *en ſes reflexions ſur la vie des Roys de France pag. 7. Francorum* voce liberos, & ſeruitutis expertes, apud Germanos intelligi, ſatis inter eruditos, & literatos Germanos conſtare, ait Hottomannus *in Francogallia c. 5. p. m. 35.* Bodinus (*de meth. hiſtor. c. vlt. p. m. 535.*) Vocabulum *Franci* Germanis vſitatum

tatum quidem, ſed pure pute Gallicum eſſe affirmat, quaſi noſtras lingua non etiam Francum nominet liberum & immunem: Iunius *in Batau. hiſtor. c. 9. pag. 76.* Bodino conſentiens eſt Charron (*en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 64. pag. 455.*) vbi ait; *le nom de Franc, eſt pur Gaulois, denotant la liberté, ou exemption, pour laquelle ils s' eſtoient ainſi nommés, ſans auoir oncques eſté entendu des Allemans, au langage deſquels, (non plus qu' à celuy des Latins) il ne ſignifie aucune choſe.* Idem repetit *chap. 91. pag. 569.*

ll) Nicod *au grand dictionaire, verbo* Franc.

mm) Vulteius *de Feudis, lib. 1. c. 8. n. 50.* In Gallia, vt docet Tholoſanus (*de republ. lib. 3. c. 2. n. 17.*) omnes poſſeſſiones nobiles, ſiue ſint feudales, ſiue allodiales, dicuntur Franca Feuda: quia per leges, ſtatuta & conſtitutiones Galliæ, omnia feuda, aut bona nobilia, ſita in Gallia, poſſideri non poſſunt, præterquam per homines francos, id eſt, per nobiles ex genere aut nobilitatos per Regem, francos ſeu liberos ſtatu, & exemptos ab omni genere talearum, indictionum, auxiliorum, ſubſidiorum, aut ſimilium onerum, quibus obnoxii ſunt ignobiles, & plebeii. Eaque ratione in Gallia omnia feuda ſunt nobilia, aut nobiliter poſſeſſa, & ita dicta Franca. Proinde, ſi ignobilis, aut feuda teneat, aut bona nobilia, ſubiicitur iuri ſolutionis francorum feudorum, id eſt, nomine eorum tenetur aliquid ſoluere Regi, pro patientia, (vocant *ſouffrance*) quod eos patiatur, feuda, & bona illa tenere. Ita ius francorum feudorum nihil aliud eſt, quam pecunia Regi debita, à poſſidente.

nn) Scipion du Pleix. *d. tom. 1. de l' hiſtoire generale de France, au 2. auantpropos p. 8.* Hottoman. *in Francogallia d. c. 5. p. 39.* ibi: prima, & antiquiſſima huius illuſtriſſimi nominis mentio reperitur, non ſub Imperatore Decio, vt quoſdam nimium confidenter affirmare video; ſed ſub Imper. Gallieno, hoc eſt, circiter annum Chriſtianæ ſalutis CCLX. Hadrianus Iunius *in Bataniæ hiſtoria c. 9. pag. 69* Gallieni Imper. (hominis popinæ & abdomini nati) tempore cœpit Francorum nomen increbeſcere, ac in ſermonis hominum celebritatem peruenire. Francorum nomen ſub Valeriano, & Gallieno Impp. primum innotuit: Ianus Douſa, *in Batauia pag. 28.* A Valentiniano, Cæſaris Valentiniani F. Francos primum honore auctos, ac in decem annos immunitate donatos (vnde nominis origo) quod rebellantes Alanos in deditionem Romani nominis redegiſſent: Deinde cum, circumacto eo temporis ſpatio, ad vectigal penſitandum reuocarentur, imperiumque detrectarent, ſedibus, quas ad Mœotin paludem eo vſque tenuerant, pulſos, duce Marcomiro in eam Germaniæ regionem, quæ nunc Franconia eſt, conceſſiſſe, præter alios plures tradit Paulus Æmilius, quod ſtomachum mouet Hadr. Iunio, (*d. cap. 9. pag. 72.*) & hominem è Panegyricis, Ammiano, aliiſque ſcriptoribus, non vno ſeculo priusquam Valenti-

nianus imperauit, Francos nominatim diſcere potuiſſe, ait, ſi accurate, & non oſcitanter, vetuſta expiſcari lectione ſtuduiſſet. Atque interim conſimilia Aemiliano chartis illinere non piguiſſe Gaguinum, & Æneam Pium, id nominis beneficio Valentiniani Imper. impoſitum Francorum genti commentos. *Adde* Fauyn *au theatre d' honneur liu. 2. chap. 4. pag. 137. &* Balthaſarem de Vias *in Sylua Regia pag.* 40. cuius verba hic, in lectoris gratiam, exprimere volui: Illud ſumme admirandum videtur, quod cum Francorum nomen tot annos magnam totius Europæ partem occuparit, eamque Germaniæ gentem fuiſſe conſtet, tamen eorum mentio neque apud Ptolemæum, Strabonem aut Plinium, ac ne apud Cornelium vlla reperiatur, qui tamen Germanicarum omnium gentium ſitus & nomina mira diligentia proſecutus eſt. Et certe neceſſe eſt, vel Francorum gentem tenuem obſcuramque fuiſſe, à qua tamen tantarum rerum gerendarum initia nata ſunt; vel, quod mihi veriſimilius videtur, fictam ex re & occaſione appellationem fuiſſe: cum ii, qui ſe libertatis recuperandæ principes atque autores profiterentur, Francos ſe nominaſſent: qua voce liberos, & ſeruitute expertes, apud Germanos intelligi ſatis conſtare video, indeque Francum pro libero & immuni, & Franciſiam pro aſylo vſurpamus. Huius autem rei argumentum eſt, quod Tacitus (*lib. 4. Hiſtor. cap. 17.*) de Caninefatibus loquens, (qui Germaniæ populi ſunt, à quibus Franci originem duxerunt) horumque primam aduerſus Romanos victoriam deſcribens, his vtitur verbis: *Clara ea victoria in præſens, in poſterum vſui: armaque & naues, quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliaſque fama*, libertatis autores *celebrabantur*. Quod & Procopius innuere videtur, cum *Francos antiquitus generali nomine Germanos appellatos fuiſſe* ait, *poſtquam vero è finibus ſuis exceſſerunt, Francorum nomen obtinuiſſe.* Valeat igitur omen, vt Franci vere proprieque dicantur, qui tyrannorum ſeruitute depulſa, honeſtam, etiam ſub regum autoritate, libertatem ſibi retinendam putarunt. Porro hanc de Francorum nomine coniecturam adiuuat, quod Gregorius Turonenſis, Ado Viennenſis, Sigibertus, Aimonius, & Godfridus Viterbienſis ſcribunt, *Francos à libertate*, vel (vt illi ad vocis notionem alludentes loquuntur) *à ferocitate nomen inueniſſe: propterea quod Valentiniani Imper. ſtipendiarii eſſe, tributaque, aliarum nationum more, pendere recuſarunt.* Prima autem & antiquiſſima huius illuſtriſſimi nominis mentio reperitur, non ſub Imper. Decio, vt quoſdam nimium confidenter affirmare video, ſed ſub Imper. Gallieno, hoc eſt, circiter annum Chriſtianæ ſalutis CC LX. Nam Trebellius Pollio, *in eius vita*, (*c. 4. & 7.*) *Cum ludibriis*, inquit, *& helluationi vacaret, neque aliter Rempublicam regeret, quam cum pueri fingunt per ludibria poteſtates. Galli, quibus inſitum eſt, luxurioſos Principes ferre non poſſe, Poſthumium ad imperium vocarunt, contra quem Gallienus bellum ſuſcepit: & cum multis*

auxi-

Digitized by Google

auxiliis Poſthumius iuuaretur, Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino proceſſit. Quibus ex verbis intelligitur, Gallos ad depellendam Gallieni tyranni ſeruitutem, Francorum, hoc eſt, autorum libertatis auxiliis vſos fuiſſe. Altera eorundem mentio rurſus occurrit in Fl. Vopiſco, *in Aureliani vita (cap. 7) Apud Maguntiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, ſic afflixit, vt trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit.* Quin etiam à Conſtantino, qui poſtea Magnus dictus eſt, duo ipſorum Reges capti, & beſtiis in ſpectaculo quodam obiecti memorantur: nec enim Franci noſtri in hoc bello, non magis alii in aliis, ſemper ſecundos prœliorum euentus habuere. Huius meminit Eutropius, & Conſtantini Panegyriſtes, apud quem de Francis nobilis mentio. Scribit quoque Ammianus, exorto inter Conſtantinum & Licinium ciuili bello, pro Conſtantini partibus ſæpenumero fortiter decertaſſe, magnaque ſub eius Imperatoris filio gratia & autoritate in aula regia Francos extitiſſe. Et hæc eſt apud probos Autores antiquior Francorum denominatio, quæ imperante Valentiniano III hoc eſt, circiter annum reparatæ ſalutis CCCCL. toti Europæ innotuit, aucta Merouei & Childerici celebribus trophæis.

oo) Nocte proxima, Regi dormienti B. Dionyſius apparuit, eumque excitauit, dicens; illis, qui tua admonitionē & exemplo tuæ probitatis animati, in bellis Saracenorum mortui, & morituri ſunt, delictorum ſuorum omnium veniam, & illos qui nummos ad ædificandam eccleſiam meam dant, & daturi ſunt, grauioris ſui vulneris medicamina à Deo impetraui. His à Rege relatis, populi nummos ſaluberrimæ promiſſionis deuotione afferebant, & qui libentius reddebat, Francus S. Dionyſii vbique vocabatur, quomodolibet liber ab omni ſeruitute, Rege præcipiente, erat. Hinc mos ſurrexit, vt terra illa, quæ antea vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id eſt, ab omni ſeruitute aliarum gentium libera, quapropter Francus liber dicitur, quia ſuper omnes alios dominatio & decus illi debetur. Ita nugator ſub nomine Turpini *de geſtis Caroli Magni cap.* 31. qui, ſi magnæ antiquitatis ignarus, tamen & ex ſolis Iuſtiniani Imp. titulis, inter quos & Francicus legitur, diſcere potuiſſet, nomen Francorum altioris eſſe originis. An autem bene, vel male in hoc Iuſtinianus, ad rem noſtram haud multum pertinet. *videri poteſt* Maſſonius *Annal. lib.* 1. *p.* 37. Tholoſan. *de Republ. lib.* 6. *c.* 13. *n.* 22. Beuther. *in animaduerſ. hiſtor. c.* 7. *n.* 6. *pag.* 99.

pp) Franci, poſtquam opes eorum conualuiſſent, & ſeruitii iugique tæderet Romani, ac dominatus cupiditas animos faceret, nomen ſibi ipſi à libertate crearunt, antiquata communi illa Germanorum appellatione: Iunius *in d. Batauia hiſtor. c.* 9. *pag.* 76. vel vt Scipion du Pleix (*d. tom. de l' hiſtoire generale de France, au* 2. *auantpropos pag.* 5.) *Le nom des Francois n'eſt point vn nom propre de nation, ains de faction, ou pluſtoſt d' ambition, & de gloi-*

re. & (p.7.) Nom, que certaines trouppes des guerriers auanturiers des plus belliqueuſes nations d'Allemagne ſe donnerent elles meſmes, pour vne marque particuliere de leur generoſité. Beutherus (*ad Parentis ſui animaduerſ. hiſtor. c. 11. n. 62. pag. 189.*) docet, Francos ex compluribus Germanorum gentibus, vtpote Friſiis, Chaucis, Angriuariis, Chamauis, &c. ad oppugnanda Romanorum, in Germania inferiori, & vtraque Belgica, cis Rhenum, diſpoſita præſidia, quibuscum continua iamdudum bella gerebant, in eandem ſocietatem belli coniunctos, communi ſeſe appellatione Francos, hoc eſt, homines liberos, à libertate, quam tuebantur, vocauiſſe.

q q) Vide Lehemann. *in Chron. Spirenſi lib. 2. cap. 42. pag. 175. lit. B.* Ex hac denominatione, Frie Francken/ colligit Charron *in hiſtor. vniuerſali. chap. 91. pag. 569.* nomen Franck *n' auoir aucune ſignification entre les Allemans*; ſtatuitque, eſſe *vn mot entierement Gaulois, & nullement Allemant.*

r r) Frei anck, *qu' on dit auoir iadis ſignifié entre les Allemans, autant que libre ſeruiteur.* Charron *en l' hiſtoire vniuerſell. d. ch. 91. pag. 570.*

s s) Des mots, Vry rancken, *plusieurs d'entre les Allemans meſmes n'entendent pas ſeulement la ſignification.* Charron *d. pag. 570.*

t t) Goropius dit, que ceux du pays Cimbrique ou baſſe Germanie, vſent couſtumierement de la lettre V conſonante, au lieu de F diſans Vrancos, au lieu de Francos. puis interpretant le nom de Vranc, ſuppoſe qu' il eſt composé des mots Ver ranc, qu'il dit ſignifier autant en langue Cimbrique, ou Flamande, qu' eſtendre loing ſes rameaux, en ces mots: Hinc *ver ranc* idem quod palmites longe porrigo & entendo. Inde *συγκοπτικῶς* Vranc is dicitur, qui palmites ſuos, inſtar fœcundæ luxuriantisque vitis, procul in omnem partem extendit. Charron *en l' hiſt. vniu. ch. 36. pag. 195.*

u u) Ciceron, qui a eſté le premier des Romains, qu' on eſtime auoir faict mention des François, les nomme Frangones: dont on peut indubitablement croire, que le nom François s' eſcriuoit premierement Frangois, auec vn G comme eſtant composé des mots Franc Gaulois. Charron *d. ch. 91. pag. 571.*

x x) Vide Claude du Pré *en l' abbregé &c. liu. 1. ch. 4. pag. 18. b.*

y y) Claude du Pré *d. ch. pag. 19.*

z z) Charron *d. ch. 91. pag. 170. & ch. 37. pag. 203.*

aaa) Vn poëte François voulant rencontrer ſur le nom de François, l'agence & le compoſe de deux mots Gaulois ioincts enſemble, Phere encos, *qui ſignifie, porte lance; diſant en ſon François;* (*Vid.* Fauyn *liu. 2. du theatr. d' honneur chap. 1. pag. 112.*)

—— —— En ſigne de vaillance
De ſes ſoldats fut nommé porte-lance,
Phere-enchos, nom des peuples vaincuz
Mal prononcé, & depuis dit Francuz.

bbb) Iſaa-

Digitized by Google

bbb) Iſaacus Pontanus deducit à framea, teli genere apud Germanos vſitato, *diſant, que ce nom Framea, peut auoir eſté changé en Franca, puis en Franceſſa. Ie penſe,* addit Charron (*d. chap. 91. pag. 570.*) *qu' il n' y a homme de bon iugement, qui ne recognoiſſe facilement, que toutes ces choſes ſont vrayes niaiſeries.*

ccc) Quod vbinam lectum vſquam ſit apud idoneum, & claſſicum ſcriptorem, neſcire ſe libenter fatetur Iunius, *d. c. 9. pag. 73.* & Erycius Puteanus *lib. 2. hiſtor. Inſubriæ, pag. 96.* inter nugas refert, quod alii Attica lingua Francos appellatos tradunt, quod latine ferreos ſignificet.

ddd) Iunius *d. pag. 73.*

eee) *Ces peuples prinrent le nom de Freien Hanſen, qui ſignifie en langue Germanique, compagnie d' hommes libres; & de ces deux mots, par vne ſynereſe, on en a fait vn ſeul Franſen, qui ſignifie plus qu' hommes.* Fauyn *au theatr. de honn. liu. 2. chap. 4. pag. 135.*

fff) Beſoldus *de natura populor. & de linguarum ortu atque immutatione n. 19. verbo, franc. p. m. 65.*

ggg) Beſoldus *d. loc.*

hhh) *Vide ſupra lit. tt.*

iii) Laudatur ab his, culpatur ab illis. Eſt in etymologiis eruendis (inquit Pontus Heuterus *in Hiſtor. veter. & nou. Belgii, lib. 2. c. 25. p. 169.*) argutiſſimus & acutiſſimus ſcriptor, Iohannes Goropius Becanus, dignus qui à matura ætate, cum iudicio, & attentione, legatur. Vellem ego Quintiliani monitum (*lib. 1. Inſtit. orat. cap. 6.*) obſeruaſſet, quod vult, originationem ingenioſe nimis non eſſe quærendam, ne ad fœdiſſima vſque ludibria dilabantur prauo ingenio. *vide infra lib. 2. cap. 26. lit. f.*

CAPVT II.

De lingua Francica, tam antiqua quam moderna.

FRancos, Galliam occupantes, patrium ſermonem ſecum in eandem intuliſſe (*a*), extra dubium eſſe debet. Itaque, cum Galli adhuc vernacula, ſecundum gentis cuiusque differentiam, loquerentur, eamque victoris permiſſu continuarent, factum, vt altera harum linguarum Theotiſca (*b*), altera Romana (*c*) appellaretur. Illa victorum erat. (vnde & longo temporis tractu nobiles atque honeſtiores (*d*) eadem vſi:) Romana autem deuictorum, & plebis, ruſtica Romana (*e*)

 dici

dici meruit. Credibile tamen ſit, vtramque pedetentim ex longa cohabitatione, & conuerſatione ita communem *(f)* factam, vt eam non modo vltro citroque intellexerint, ſed & calluerint ſermone exprimere *(g)*. Poſtea vero eo ventum, vt Romana etiam in publico congreſſu *(h)* locum obtinuerit, & tandem alteram vicerit *(i)* omnino, atque victori & victo, nobili & plebeio, vernacula *(k)* facta fuerit. Ita ſcilicet, longinquitate temporis, Franci, lingua & moribus, Germanis ſimiles eſſe deſierunt *(l)*, vnde antiqua fraternitas non leuiter frigere cœpit. Vt enim vnitas morum conſuetudinumque, ac ſermonis communio, magna mutui affectus vincula ſunt; ita diſſimilitudo contrarii incentiuum eſt. Quemadmodum autem vix toto in orbe lingua datur, quæ ſemper vt primum recepta, ſine correctione, additione, perpolitione, vel etiam deterioratione *(m)* vna eademque manſerit; Ita nec Francogallica illa interpolationis expers *(n)* fuit, verba & phraſes, ſiue pronunciationem, & ſcripturam *(o)* conſideremus, vocabula ex variis linguis *(p)* petita habet, ſed corrupit ea fere omnia, ita tamen vt doctiores non fallat origo. A Latinis, vel Romanis *(q)*, maximam partem mutuo accepit, altera Gallicæ *(r)* antiquitatis eſt, nonnulla à Græcis *(s)*, alia à Germanis *(t)*, & pauca quædam ab Italis *(u)*, habet. Hæc tam concinne combinauerunt, ac ſuauiter pronunciant *(x)* Francogalli, vt iſta eorum lingua ab Imp. Carolo V. *(y)*, *melindroſa*, ab aliis gratioſa, ſuauis, præcellens, & tam pura, tamque terſa *(z)*, tantumque proximis annis, ab variorum ingeniorum cura atque induſtria, cultum ornatumque induiſſe dicatur, vt felicitate ſua, & elegantia, tam grauida laboret; cum aliis gentibus *(aa)*, tum inferioribus Germanis *(bb)*, tantis expetita votis, vt maior fere paſſim ipſius, quam vernaculæ, domeſticæque ſit vſus. Quod tamen non de omni eius dialecto, quarum varias *(cc)* habet, ſecundum diuerſitatem prouinciarum, ſed de illa intelligi debet, quæ aulica eſt, ac in meditullio regni, & intra Sequanam, & Ligerim, ac apud proxime adiacentes, auditur.

Teſtes

Digitized by Google

Teſtes & Teſtimonia.

a) Maſſonius *lib. 1. annal. pag. 48. (La langue Tudeſque eſt celle, dont vſoient les François, quand ils arriuerent à la conqueſte des Gaules, comme ſe recognoit és noms de tous les Roys de la premiere lignée des François, & és noms des armes, & autres choſes, appartenants à la guerre.* Coquille *ſur les couſtumes de Niuernois, tit. des Bourdelages, artic. 1. pag. 243.)* Cum Galliæ acquirendæ cauſa Franci profecti eſſent, Teutonica lingua vtebantur. probant hoc nomina tum omnium primæ familiæ Regum, tum armorum, & aliarum rerum, bello inſeruientium. *Adde* Beutherum *in notis ad parentis ſui animaduers hiſtor. cap. 7. n. 19. pag. 102. Sous les Rois de la premiere race toute entiere, (qui eſtoient Allemands, & iſſus des Francs, peuple Germanique) & partie de la ſeconde, ſous Charlemagne, & iuſqu' au partage des enfans de Louis le Debonnaire, les François vſerent de la langue Allemande dans la Cour des Roys, & parmy la Nobleſſe, quoy que le commun & vulgaire du peuple parlaſt le Roman, ou vne langue Romande, & Romanesque corrumpuë du Latin.* Fr. Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l' Europe, tilt. Royaume de France pag. 20.*

b) Quæ veteris Galliæ lingua fuerit, & an non illa, poſtquam à Romanis in prouinciæ formam redacta, prorſus abolita, videri poſſunt, Rhenanus *lib. 2. rer. German.* Tholoſan. *de Republ. lib. 15. cap. 3. n. 8. pag. m. 643.* Merula *parte 2. Coſmograph. lib. 3. c. 15. in pr.* Beuther. *d. c. 7. pag. 103.* Fauyn *au theatre d' honneur, liu 2. chap. 13. p. 362.* Charron *en l' hiſtoire vniuerſelle, chap. 13. pag. 24. Les eſcriuains modernes ſe trouuent fort partis, & differens en opinions, quelle a eſté l' ancienne langue Gauloiſe: ſi c'eſt l' Allemande d' auiourd'huy, ou celle des Suiſſes, la Britannique ancienne dont les reſtes ſont en la baſſe Bretagne, & en la Cambrie, ou pays de Walles en Angleterre, ou la Grecque; & finalement ſi elle a eſté particuliere & propre aux Gaulois.* Fr. Ranchin *tom. 2. de la deſcription de l' Europe, tilt. Royaume de France. pag. 14. & ſeq.*

c) *(En Gaule le latin eſtoit plus vſité que l' ancienne langue Gauloiſe, laquelle s' effaçoit petit à petit, tellement que les Gaulois eſtoient appellés Romains, & ſont ainſi ordinairement appellés par Gregoire de Tours, & diſtingués par ce nom d' auec les Francs, & Bourguignons, qui eſtoient eſtrangers: & la langue du plat pays s' appelloit le Roman, differente d' auec la langue de la cour, qui eſtoit l' Allemand, tel, qu' on parle en Gueldres, & Iuliers. Ceſte difference duroit encore du temps de Charlemagne: car au 3. concile de Tours, tenu ſous ſon regne, l' an 812. au chap. 17. eſt commandé à chasque Eueſque d' auoir des homilies, ou ſermons, en deux langues; à ſçauoir, en la langue Romaine ruſtique; c'eſt à dire, du menu peuple: & en la langue Theotique, ou Tudeſque; c'eſt à dire, Allemande, afinque tous peuſſent entendre les ſermons:* Et, ut eaſdem homilias quiſque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut Theotiſcam,

quo facilius cuncti poſſint intelligere, quæ dicuntur. P. du Moulin *en ſon antibarbare, ou du langage inconnu chap.* 12. *pag.*132.) Latina lingua in Gallia magis erat vſitata quam Gallica antiqua, quæ pedetentim obſoleſcebat. Hinc Galli appellabantur Romani, & ita ordinarie nominantur à Gregorio Turonenſi, ac diſtinguuntur eo nomine à Francis, & Burgundis, qui erant exteri. Lingua rus incolentium dicebatur Romana, quæ differebat ab illa altera, cuius vſus erat in aula. Hæc autem erat Germanica, talis, quali vtuntur Geldrenſes, & Iuliacenſes. Illa differentia adhuc durabat ſub Carolo Magno, vt ex capite XVII. Concilii Turonenſis, habiti anno DCCCXII. cognoſcitur &c.

d) Lipſius *cent.* 3. *epiſtol ad Belgas epiſt.* 44. Lanſius *de principatu prouinc. Europæ pag.* 310.

e) Ruſtica Romana dici potuit, vel reſpectu ipſius linguæ, vel reſpectu eadem vtentium. Reſpectu linguæ Romanæ incorruptæ, quæ Romæ ciuilis, hæc Gallorum, optimo iure, ruſtica appellatur, non minus ac ab aliis ſquama Latini ſermonis, & rubigo triuialium barbariſmorum. Reſpectu vtentium ruſtica audire potuit, quod plebis eſſet, quam victores pro ruſticis habebant.

f) Videtur hoc probare contextus, quem ex Concilio Turonenſi *paulo ante, lit.* C. adduximus, & refertur etiam à Lipſ *d. ep.* 44. & Lehem. *lib.* 2. *Chron. Spir. c.* 45. *p.* 198. Vult ille, vt quilibet Epiſcopus habeat homilias, continentes neceſſarias admonitiones, & vt eaſdem homilias quiſque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut Theotiſcam, quo facilius poſſint cuncti intelligere quæ dicantur. Hic particula, *aut*, videtur innuere, ſufficere, ſiue homilia transferatur in Ruſticam Romanam, ſiue in Theotiſcam. Cum autem huius translationis ratio adiiciatur, vt facilius cuncti poſſint intelligere quæ dicantur, credibile omnino eſt, cunctos & Romanam Ruſticam, & ſimul Theotiſcam, intellexiſſe: alias contrario poſito, debuiſſet homilia transferri non in vnam, ſed vtramque linguam, hoc eſt, in ruſticam Romanam, & Theotiſcam.

g) De Germanica teſtimonium fert Lipſius (*d. Epiſtol.* 44.) Non nos Belgæ tantum, (*inquiens*) ſed vlteriores atque interiores Celtæ, & quicquid Franci occuparunt, lingua etiam eorum, id eſt, Germanica vſi. Vſos autem, non ſtatim atque victi, ſed inſequenti tempore, quoniam lingua Germanica primum illis peregrina fuit, quando victi, poſtea vero domeſtica facta, conuerſatione, & cohabitatione cum Francis.

h) Quando Ludouici Pii, Imperatoris, & Regis Galliæ, filii, Ludouicus Rex Germaniæ, maior natu, & Carolus Rex Francogallorum, an. DCCCXLII. Argentinæ conueniſſent, Ludouicus, in præſentia ordinum, & populi Germanici, ac Francogallorum, cauſam conuentus lingua Theotiſca expoſuit,

idem

Digitized by Google

idem poſtea lingua Romana à Carolo factum. Deinde Ludouicus iuramento Carolo promiſit, ſe fœdus, quod inter ipſos initum, ſancte obſeruaturum; quoque Gallofranci iuramentum probe intelligerent, id lingua Romana præſtitit. Eandem ob cauſam Carolus iurauit lingua Teutiſca, vt ex Nithardo (*hiſtor. lib. 3.*) tradit Lehemann. *d. lib. 2. Chron. Spirens. c. 45. p. 197.* Vtrumque iuramentum, ex eodem Nithardo, Merula *d. part. 2. Coſmograph. lib. 3. p. 82.* (*edit. Amſterdamenſis de anno CIↃ IↃC XXXVI.*) exhibet, & addit; Sacramentum, quod vtrorumque populus, quiſque propria linguá, Francogallus Romana, Germanicus Teutiſca, edixit. Ex hac Nithardi (fuit ille filius Angilberti, Caroli autem Magni Imper. ex Bertha filia nepos) relatione infero, Francogallos tunc linguam Romanam pro vernacula habuiſſe, nec amplius Teutonicam intellexiſſe.

i) Lipſius *d. epiſt. 44.*

k) De tempore, quo ruſtica Romana Tiotiſcam proſtrauit, exacte non conſtat. Iean du Tillet, (*au recueil des Roys de France, leurs couronne, & maiſon, tilt. du grand maiſtre de France p. m. 287.*) ait, (*la langue Germanique n'eſt en ce Royaume* (*de France*) *en vſage plus de mil ans*) A mille annis Germanica lingua in vſu eſſe deſiit in Galliarum regno. Scripſit autem hoc Tilius ſub regno Caroli IX. Regis Franciæ. Bernhard de Girard, Seigneur du Haillan (*de l' eſtat & ſuccés des affaires de France, liure. 3. pag. 238.* (*editionis Rothomagenſis Ludouici Loudet, de anno M DC XI.*) opinionem exprimit in nonnullis ab aliorum diſſidentem. ait autem; (*Du temps de Charlemagne, la France parloit vn langage entremeslé d' Allemand & de François; que les premiers Roys, qui eſtoient tous Allemans, auoient meslé, & lequel ſe perdit apres le partage des enfans de Loys le Debonnaire. & lors, tant dudit Allemand, & du latin ancien, que les Romains auoient laiſſé, & du vieil Gaulois, ſe compoſa ceſte langue Françoiſe, dont auiourd' huy nous vſons, non à la verité ſi parfaicte, qu' elle eſt, mais alors elle print ſes premiers elements, & depuis s' eſt de iour à autre formée, & enrichie, & poſſible trop: Car elle ne ſert presque auiourd' huy, que pour couurir, du manteau de leur beauté, les choſes qui de ſoy ſont mauuaiſes, & pour piper ceux, à qui elles ſont dites & données.*) In Francia, tempore Caroli Magni, lingua mixta ex Germanica & Francica, in vſu erat. Mixtio autem illa originem habuit à primis Regibus, qui omnes fuerunt Germani: deſiit vero poſtquam filii Ludouici Pii diuiſerunt regna: Tunc enim ex Germanica & Latina antiqua, quam Romani inuexerant, nec non ex Gallica antiqua, compoſita fuit hæc lingua Francica, qua hodie vtimur, Non erat tamen tunc ita perfecta, vt hodie eſt; ſed poſtea, temporum lapſu elaborari, ac poliri cœpit, & fortaſſis nimium. Etenim hodie fere ad hoc ſolummodo prodeſt, vt venuſtate ſua res, quæ natura reprobæ ſunt, operiat, ac decipiat eos, quibus eas dicimus aut præbemus.

Digitized by Google

l) Serres (*en l'inuentaire de l'hiſtoire de France. pag. m. 299. in vita Franciſci I.*) ingenue fatetur, (*que les François ne s'accordent pas auec les Allemans, ni en langue, ni en mœurs, ni en façons & manieres.*) Gallos neque lingua, neque moribus, neque geſtibus & vniuerſa corporis actione cum Germanis conuenire. Huic effato autem è diametro contrarium eſt, quod Elector Treuirenſis (apud Sabinum *in hiſtor. elect. & coronat. Carol. V.*) ad collegas, cum poſt Imp. Maximiliani I. mortem, de eligendo Rege Romanorum conſultaretur, Franciſco magis quam Carolo (Imperii dignitatem hi duo tum ambiebant) fauens, dixit: Gallica gens, vt eſt vere cognata Germanis, ita opinionibus, ac moribus, liberalitate, clementia, pietate, literarum cultura, Germanis ſimillima eſt; Et, quod conſtat, vna eſt exterarum nationum maxime amans noſtrorum hominum, vt veſtigia quædam cognationum in hac ipſa beneuolentia agnoſci poſſint: Vel, vt Sleidanus (*de ſtatu religion. & reipubl. lib. 1. fol. m. 18.*) Treuirenſis orationem compendioſe exhibens: Gallica gens, & origine nobis eſt coniuncta, & iiſdem prope legibus vtitur atque moribus, & amorem omnem, atque beneuolentiam noſtris hominibus præſtat. Nolim ego mihi hic iudicis arrogare officium; de eo tamen, quod per ſeptem annos, diuerſis vicibus à me in Gallia exactos, videre, cognoſcere & diſcere licuit, teſtimonium ferre poſſum. Certe, ni conſcientiæ meæ, & veritati vim inferre velim, fatear neceſſe eſt, hodiernos Francogallos, moribus, & inſtitutis pleriſque à nobis Germanis differentes eſſe, paucis exceptis. Differentes dico, non contrarios, quales eſſe dicuntur Hiſpanis. Nam inter has nationes tanta eſt contrarietas, vt, monente Carolo Garcia, (*in libello de Antipathia de los Franceſes y Eſpañoles, cap. 11. p. m. 245.*) (*para definir vn Frances, no ay medio mas propio y cabal, que dezir, que es vn Eſpañol à reues*) non alia definitione rem verius exprimere poſſimus, quam ſi Francogallum dicamus eſſe inuerſum Hiſpanum.

m) Vide Beſoldum, & quos allegat, *in diſcurſu de natura populorum, & de linguarum ortu & immutatione n. 17.* In ſpecie autem de latina, quæ ex Iſidoro affert Iulius Bellus, *in Hermete politico lib. 2. p. 72.* & de Germanica, Leheman. *in d. Chron. Spir. lib. 2. cap. 45. pag. 197.* His autem, & cæteris omnibus contraria docet Charron, (*en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 91. p. 578.*) aitque: *Il y a beaucoup plus d'apparence de croire, que les mots, que les François ont correſpondans auec les Allemans, Italiens, Grecs, Eſpagnols, & Anglois, ont eſté pluſtoſt dés le commencement par eux retenus de nous, que de penſer, que nous les ayons depuis appris d'eux; veu qu'ils ne nous auroient enſeigné que ce, qu'ils auroient premierement appris, & receu de nous, puisque nous auions les premiers occupé leur pays.*

n) Eſtienne Paſquier, *des recherches de la France, liure. 6. ch. 5. per totum.* Henry Eſtienne, *au traitté preparatif à l'apologie pour Herodote, chap. 28. p. 186.* Ranchin *d. tom. 2. p. 21. & ſeq.*

o) Gal-

Digitized by Google

o) Gallorum antiquitas, quo ſuorum verborum, ſeu dictionum gallicarum, à latina lingua deſcendentium, originem ſignificaret, multas in ſcribendo literas retinuit, quas tamen in legendo omnino reliquit. Quod tædioſum valde, moleſtumque fuit lectoribus. Idque, cum animaduertiſſent moderni, (nimirum Iacobus Syluius, Ludouicus Meigretius, Iacobus Peletarius, Ianus Antonius Bayſius, & Petrus Ramus &c) linguam Gallicam repurgare cupientes, illas omnes fere quieſcentes literas expunxerunt; adeo, vt iam ſcriptura per omnia fere ipſi pronunciationi conueniat. Pro antiquo ſcribendi modo acerrime pugnat Guilelmus des Autels, quem ſequitur Beſoldus (*d. diſc. n.* 18. *p. m.* 53.) Licet enim, *inquit*, lectionem faciliorem ita reddant nouatores, ad intellectum tamen, iis, qui latinam linguam cognitam habent, id non conducit, ac quoque difficilior fit Gallis ratio addiſcendi latina.

p) Hottomannus (*in Francogallia, cap.* 2. *pag.* 14. *&* 16.) ſermonem Francogallicum, ſui temporis, quadripartito diſtribuit: dimidiam eius partem Romanis accepto ferendam: alteram dimidiam ita diſtribuendam, vt partem vnam priſcis Gallis attribuamus, alteram Francis, poſtremam Græcorum literis.

q) Lingua latina, non corrupta modo, cuius emblemata in mixtione linguæ ſunt innumera, ſed etiam, vt tempus tulit, purior, & extra generalem mixturam cum vernacula, diu in Francogallia valuit. nam non modo leges, ad ſummam Regni, & Reipublicæ pertinentes, latino ſermone conſcriptæ, (cuius rei cum vetuſtiſſima quæque monumenta teſtimonio ſunt, tum etiam Regum antiquorum conſtitutiones, quarum quædam extant in libro, inſcripto, *Stylus Curiæ parlamenti*) verum etiam latine & litigaretur, & ſententiæ pronunciarentur: Hottomannus *d. c.* 2. *p.* 15. Bodinus, *lib.* 1. *de republ. c.* 10. *p.* 270. Hoc inſtitutum ſeruari ſolitum fuit vſque ad tempora Franciſci I. Regis, qui non ſolum propter barbariſmum, quem in ſententia quadam deprehenderat, vbi *debottauit*, & *debottat*, legebatur, (vt Pierre Matthieu (*liure* 11. *de l'hiſtoire de Louys XI. pag.* 631.) annotauit) ſed, ſine dubio, primario propter bonum publicum, decorem Regni, ac vtilitatem ſubditorum, anno M D XXXIX. edicto cauit, vt impoſterum iudicialia negotia lingua vernacula expedirentur. Verba edicti, (*quæ leguntur apud* Antoine Fontanon, *entre les edicts, & ordonnances des Roys de France, tom.* 1. *liure* 4. *tit.* 3. *pag.* 515.) ita ſonant: *Pource que pluſieurs difficultés ſont ſouuentesfois aduenuës, ſur l'intelligence des mots Latins, contenus és arreſts, nous voulons d'oreſenauant, que tous les arreſts, enſemble toutes autres procedures, ſoyent de nos cours ſouueraines, ou autres ſubalternes, & inferieures, ſoyent des regiſtres, enqueſtes, contracts, commiſſions, ſentences, teſtaments, & autres quelconques actes, & exploits de iuſtice, ou qui en dependent, ſoyent prononcés, enregiſtrés, & deli-*

deliurés aux parties , en langage maternel François, & non autrement. Hoc Tholoſanus (*de Republ. lib. 15. cap. 3. n. 9. pag. m. 644.*) ita interpretatur: Franciſcus, eius nominis I. Rex, ſtatuit, in Gallia vt impoſterum verbis vulgaribus, vernaculo, & materno idiomate, patriæ, tam contractus, proceſſus, ſententiæ, arreſta, quam alia acta fierent, & inſtrumenta; iuſtiſſimas ob cauſas: cum antea fere latinis verbis omnia fierent. Tum, quod variis modis, vnum & idem verbum latinum ad varia torqueretur: tum, quod latine & eloquenter loqui volentes, totã obſcurabant ſententiam, per ſcripturam dictionum alio tendentium. Quodque quidam iudices veterani, linguæ latinæ, aut puritatis, ſeu proprietatis eius, obliti, quædam vocabula iuxta ſermonem Gallicum ſibi pro latinis confingebant, quæ intelligi nequibant, vt nec Græca, nec latina, nec vulgaria: Vnde maior de verbis, quam de intellectu actionis ſæpiſſime excitabantur in litibus controuerſiæ. Cæterum, fuit Franciſcus I. elegantioris linguæ latinæ amantiſſimus, quam à iuuentute, & non demum inter gubernacula regni didicerat; vt facere annixus poſtea fuit Henricus tertius hoc nomine Rex, quem proinde mordaci ſatyræ aceto ita perfudit Poëta:

Gallia, cum paſſim ciuilibus occidit armis,
Et cinere obruitur ſemiſepulta ſuo:
Grammaticam exercet media Rex noſter in aula,
Dicere iamque poteſt vir generoſus, amo.
Declinare cupit, vere declinat, & ille,
Rex bis qui fuerat, fit modo Grammaticus.

Nicolas Paſquier, *liure* 10. *de ſes lettres pag.* 882. Vt vero hic ſatis tarde, & nimium incongruo tempore ad latinam linguam animum applicuit; ita Ludouicus XI. omni conatu obſtitit, quo minus Carolus filius tempeſtiue illam addiſceret, nec vnquam amplius, quam hæc verba; *Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare*: Reuſnerus *in hortulo hiſtoricopolitico, corona. 2. flore 9. pag.* 180.

r) Vide Beſold. *d. diſc. de natura populor. & n. 21. pag.* 88. *& ſeqq.* Eſtienne Paſquier *liu. 6. des recherches de la France chap. 4.*

s) Pleraque nomina à Græcis, & à Latinis accepimus, inquit Rageau (*en l'indice des droits Royaux. p.* 464. *&* 504.) Atque huius generis non pauca obſeruarunt, Guilelmus Budæus, Ianus Laſcaris, Lazarus Bayfius, Nicolaus Borbonius, Guilelmus Poſtellus: Carolus Bouillus (quem taxat Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, d. chap. 13. pag. 22. & chap. 62. pag.* 408. *& chap. 33. pag.* 172.) de illis, quæ Græcis communiter adſcribuntur, ait: *Il eſt bien certain, que nous auons encores maintenant plusieurs mots communs entre les Grecs & nous, ſoit que nous les ayons appris d'eux par eſtude, ou conuerſation, ou bien, qu'ils les ayent retenus de nous, comme l'apparence y eſt plus grande,*

puiſque

Digitized by Google

puiſque nous auons occupé beaucoup de leur pays, auant qu' aucuns Grecs entraſſent iamais au noſtre.) Iacobus Syluius, Ioachimus Perionius; quos laudat Iohannes Piccardus *de priſca Celtopadia, lib. 4. pag. 158. & ſeqq.* Eadem in re occupatur Beſoldus *d. diſc. n. 20. pag. 80. & ſeqq.*

t) *La plus grande part* (verba ſunt de Claude du Pré *en l'abregé &c. liu. 5. chap. 5 pag 98. b.*) *des mots François de preſent ſont deſcendus du vieux François, ou de l'Allemand.* Ragueau, (*en l'indice des droits Royaux, pag. 463.*) quarundam dictionum originem Germanicæ linguæ attribuit. Coquille (*en l'hiſtoire de Niuernois, pag. 314.*) id reſtringere videtur ad pleraque, quæ arma, & rem bellicam concernunt. *La plus part* (inquit ille) *des noms des armes, & de ce, qui appartient au meſtier de la guerre, ſont venus de la langue Tudesque.* Alii vero extendunt ad multa, & varia alia. *Vide* Piccardum (*de priſca Celtopadia lib. 4. pag. 162.*) Beſoldum (*d. diſc. n. 19. pag. 55. & ſeqq.*) ac in contrarium inclinantem Charron, (*dicto cap. 13. pag. 28. & ſeqq.*)

u) Eſtienne Paſquier *d. liu. 6. chap. 5. f. m. 305. & ſeq. editionis Lutetianæ, de anno M D XCVI. quam, dum hæc ſcripſi, non autem illam, quæ multum aucta, & recens eſt, ad manus habui.*

x) Galli vtuntur lingua elegantiſſima, lectiſſima, & ſuauiſſima, cum qua, verborum ſiue venuſtatem, ſiue copiam ſpectemus, neque cognata Græca, neque mater Latina, neque ſorores Italica atque Hiſpanica, contendere poſſint: Lanſius *de principatu prouinciar. Europæ, oratione pro Gallia pag. 178.*

y) Caroli V. iudicium de linguis hoc fuiſſe dicitur, *Eſpañola graue, Franceſa melindroſa, ridicula Italiana, Toſca Allemaña*: Beſold. *d. diſcurſu, n. 25. pag. 110.*

z) Recentiorum nonnulli, vt Lanſius (*d. tr. de principatu prouinc. Europæ*) annotauit, inter linguas ita diſtinguere ſolent, vt cum Deo, ob maieſtatem, Hiſpanice; cum Principibus, ob grauitatem, Italice; cum fœminis, ob gratiam, Gallice; cum hoſtibus vero, ob terrorem, Germanice loquendum eſſe autument.

aa) Gallicæ linguæ, non ſolum in Gallia, ſed & extra eandem magnus eſt vſus; vt in aulis, Regis Angliæ (quando adhuc erat in ſtatu ſuo) nec non aliquot Germaniæ Principum, imo etiam ipſius Imperatoris. Publice tamen, & in negotiis Imperii, atque in iudicio Cameræ, receptus non eſt: Nam in illis, & illic, Germanica primas obtinet, & Latina ſecundas; aliæ exulant. Patet hoc, partim ex capitulatione Imperatoris, in qua articulus certus legitur, qui Imperatorem admonet, in ſcriptis atque negotiis Imperii, alia quam Germanica & Latina lingua ne vtatur, (*quod plenius deduxi in annotamentis ad capitulationem Imper. Caroli V. artic. 14.*) partim vero ex ordinatione Cameræ, anni MDLV. (*part. 2. tit. 31. §. Nach dem.*) vbi in ſe-

...oribus iudicibus expreſſe iniungitur, vt impoſterum acta Gallica in ...nam Latinam tranſlata edant, atque litigantibus communicent. Cæte... vt vt Schioppius *in Alexipharmaco Regio, pag. 15.* ſcripſerit: quod Ciceronis olim vnus de ſeruis, vt quis optime Græce ſciat, ita eſſe nequiſſimum, de multis noſtratium vere dici poſſe, tanto nequiores, & à patriæ vtilitatibus, ac rationibus alieniores eſſe, quanto Gallicæ linguæ callentiores euaſerint; id, ſi in nonnullis verum deprehendatur, non linguæ maculam inurit, ſed perſonæ, quæ lingua abutitur.

bb) Merula *d. parte 2. Coſmographiæ libro 3. c. 15. pag. m. 83. edit. Amſterdam. de anno* CIↃ IↃ CXXXVI.

cc) Hac de re exacte Ioſeph. Scaliger, in literis ad Merulam, (*quarum partem vide d. lib. 3. c. 15. d. pag. 83. & ſeqq. & inter* Scaligeri *opuſcula varia poſtuma pag. 119. & ſeqq. edit. Francof.*) In regno Franciæ varia linguæ Romanenſis idiomata ſunt. Romanenſis linguæ tres alibi propagines fecimus, Italicum idiotiſmum, Hiſpanicum, Gallicanum, qui idiotiſmi à Latina matrice, tanquam traduces, producti. Romanenſis igitur idiotiſmus Galliæ in duo ſumma faſtigia diducitur, in Francicum, & Tectoſagicum, ſiue Prouinciale. Francicus idiotiſmus vulgo dicitur *langue d' Oui*, aliter autem *langue d'oc*, hoc eſt, linguæ quæ pro NÆ aut OC dicunt OVI, aut OC. Francicus idiotiſmus eſt, quo aulici, & literati utuntur; quæ eſt hodie omnium linguarum Romanenſium excultiſſima, elegantiſſima, & ſuauiſſima; & cum qua neque Italica, neque Hiſpanica contendere poſſunt. Sed quia nulla eſt tam emendata dialectus, cui non adiaceant παραδιαστροφαὶ, Francici idiotiſmi duæ præcipue ſunt διαστροφαὶ Waloniſmus, & Pictoniſmus. Waloniſmo vtuntur omnes Belgæ, qui non Teutonizant. Itaque latiſſime patet, initio ſumpto à Leodienſibus, & deſinens in finibus fere Pariſiorum. Sed vt fit in illis nationibus, vt aliæ aliis deprauatius loquantur; ita aliæ aliis minus intelliguntur à Pariſienſibus. Nam Leodienſem ruſticum, mere materna lingua loquentem, vix intelligat Pariſienſis opifex; quamquam eadem fere verba ſunt; ſed inflexio alia, item pronunciatio, faciunt, vt eadem alia lingua videatur, cum tamen eadem verba ſint his, quæ diximus, tantum diſcrepantia. Pictoniſmus incipit à flumine Vigenna, in finibus Turonenſium; deſinit circiter fines Burgi, oppidi in diœceſi Burdigalenſi. Inter has duas διαστροφὰς, & alias item longe moderatiores, conſiſtit verus & emendatus Franciſmus; quamquam periti negant illam puritatem in vulgo eſſe, ſed in illis tantum, qui negotia grauiora tractant, & aut in aula verſantur, aut cauſas agunt apud Tribunalia Regni. Idiotiſmus Tectoſagicus latiſſime patet; eius duæ ſunt ſummæ differentiæ: altera continetur in vetere Aquitania Cæſaris, hoc eſt, intra Garumnam, Pyrenæos, & Oceanum Aquitanicum. Hic idiotiſmus proprie dicitur Vaſconiſmus, multum à reliqua parte idio-

Digitized by Google

idiotiſmi Tectoſagici diſcrepans; adeo, vt neque commercium quotidianum, neque vicinitas, neque flumina pontibus iuncta, illam differentiam tollere potuerint. Reliquæ partis, quæ citra Garumnam in vſu eſt, etiam multæ ſunt differentiæ, in quibus Lemouiciſmus, & Petrocoriſmus, à reliquis idiomatibus valde alienus eſt. Denique, in tota Europa non inuenies in tantis anguſtiis finium, tot diſcrepantias dialectorum. Atque hæc eſt Romanenſis idiomatis Gallicani ſumma diuiſio. Nam omnis Francorum veterum ditio, hoc eſt, Gallia, finibus Romanorum circumſcripta Rheno, Oceano, Pyrenæis, Alpibus, & mari Mediterraneo, iam dudum, cum Francorum opes vigerent, in duas partes diuiſa fuit, in Franciam Tiotiſcam, vel Tioſcam, id eſt, Teutonicam; & Franciam Romanam. Francia Romana incipit à finibus Flandrorum; cuius meminit Luitprandus: *cumque, inquit, Burgundiorum regna tranſiens, Franciam, quam Romanam dicunt, ingredi vellet.* Nimirum Franciam Romanam vocat, quæ Romanenſi lingua loquebatur, vt diſtingueret ab ea, quæ Tiotiſmo ſeu Teutoniſmo vtitur; quam Flandros, Brabantos, Hollandos, Treueros, Colonienſes, & alios Ripenſes, Germanos continet. Rurſus, præter Romanenſem linguam, duæ ſunt in regno Franciæ, quæ nullam cognationem, neque inter ſe, neque cum Romanenſi habent, Aremoricus Britoniſmus, & Cantabrica dialectus, quam Baſculorum linguam vocant. Britoniſmus Aremoricus eſt idem cum eo, qui in Cornuuallia Angliæ in vſu eſt. Nam Aremorici, & Anglicani, ſine interuentu interpretis inter ſe negotiantur, & alter alterum intelligit, quamquam propagines Aremoricæ à matrice Anglicana multum degenerare iam dudum cœperint. In tribus diœceſibus Aremoricanis, Curoſopitenſi, Leonenſi, & Trecorienſi, nulla alia lingua in vſu eſt, præter Britoniſmum: in Nannetenſi, Venetenſi, & Briocenſi, vtraque dialectus locum habet, Romaniſmus & Britoniſmus. Cantabriſmus incipit à ſuburbicariis partibus Baionæ Lapurdenſium, & itinere ſex, aut ſeptem dierum, in intima montanæ Hiſpaniæ extenditur. Galli omnes, qui ea lingua vtuntur, vocant Baſcos, vel Baſculos. Hiſpani, Regionem, in qua illa dialectus locum habet, generali nomine Baſcuenca vocant. Nihil barbari aut ſtridoris, aut anhelitus, habet: leniſſima eſt, & ſuauiſſima: eſtque ſine dubio vetuſtiſſima, & ante tempora Romanorum illis finibus in vſu erat. Du langage Breton Bretonant, vide Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap.* 13. *pag.* 39.

CAPVT III.

De his quæ in honorem & laudem, vel etiam vituperium Francogallorum, annotata reperiuntur.

COmmendantur Francogalli à morum ciuilitate (*a*), ab ingenii egregiis dotibus (*b*), à conſtantia (*c*) & integritate, à zelo religionis Chriſtianæ (*d*), à fortitudine bellica (*e*), ab hoſpitalitate (*f*), à cantus ſuauitate (*g*), à ſapientia, & prudentia (*h*). Dicuntur typographiæ primi repertores (*i*), vt & noui orbis Indiarum occidentalium. Quamquam enim communiter hoc Chriſtophoro Columbo, Genuenſi (*k*), adſcribitur; attamen ante hunc longo, & fere ſexaginta annorum ſpatio Iohannes Betancurtius (*l*), ex Picardia oriundus, eas, ſi Gallis credimus, detexerat terras. Cumque mediis neceſſariis vlterius progrediendi deſtitueretur, in Inſulis Canariis ſubſtitit, atque ex iiſdem vnam, quæ *Lancellotta*, & alteram, quæ *Forte aduentura* dicitur, occupauit, incoluit, & excoluit, atque liberis ſuis in patrimonium moriens reliquit, qui poſtea eaſdem Hiſpanis vendiderunt & ceſſerunt. Quicquid Columbus norat, à Piſcatore Gallo (*m*) didicerat, quem tempeſtas ad iſtas vſque inſulas abripuerat. Hiſpani quoque, cum Braſiliam appuliſſent, ibi naues Diepenſes, quæ priores appulerant, conſpexerunt. Addunt alii Betancurtio gloriæ ſocios (*n*) Girardum de Monleone, & Stephanum de la Salle, nobiles Gallos. Quantum porro etiam in aliis orbis partibus inclaruerit eadem hæc natio, inde licet cognoſcere, quando audimus, Orientales populos, eos, qui Europam incolunt, Franki (*o*), vniuerſali nomine, appellare, nec non Arabes & Abyſſinos, Europam Frankiæ dicere. Atque hoc inde eſt, quoniam Franci ſemper magis in actione (*p*) fuerunt quam aliæ nationes; Nec temere ad tantos conatus acceſſerunt, ſed ea fortuna ac prudentia, vt Chinenſes, & Tartari, dum vniuerſo orbi tres oculos attribuunt (*q*), ſibi

Digitized by Google

ſibi ex his duos adſcribant, & tertium Francis, reliquóſque populos omnes cæcutire iudicent. Haud minori in exiſtimatione quoque apud Turcas ſunt; Hi enim neminem dignum nomine Nobilis vel Equitis (*r*), cenſent, niſi ſuæ gentis ſit, vel Francogallus. Vnde Chriſtiani, quibuſcum Turcis res eſt, ſe Francos dicunt, quo maior ipſorum habeatur ratio. Eandem ob cauſam, aliasque, ante non admodum multos annos, maxima pars Chriſtianorum, in Turciam, commerciorum, vel amicitiæ cauſâ, nauigantium, vexillo Gallico (*s*) ſua exornarunt nauigia. Verum enim vero, quemadmodum omnia animalia plumas vel pilos habentia, infeſtantur pediculis, præter aſinos, & bouem (*t*), qui hoc malo ſunt immunes; ita nulla natio vitiis omnibus caret (*u*), niſi ſit plana aſinina, & bouina, in quam nec boni, nec mali vis aliquid poſſit. Talis itaque cum Francica non ſit, nemo mirabitur, & illi quoque, æque vt cæteris, ſua quaſi peculiaria adhærere vitia (*x*). Varia à variis illi imputantur, iure an iniuria, iudicet orbis pars ſanior. quamquam in omnibus iudicio reuiſorio haud opus eſſe videtur, cum plures ex Francis culpam ſuam iam dudum confeſſi ſint, ac in cæteros populares ſuos ipſi teſtimonium ſponte tulerint. Ego memor, paucorum crimina in omnes diffundere, & toti nationi ea adſcribere, quæ indiuiduorum particularia (*y*) ſunt, non eſſe ſine crimine, hic aliud non agam, quam quod eum, qui vel lecta vel percepta referre ſuſcepit, facere addecet. Communi ore perfrequenter Francogallis leuitas (*z*), & inconſtantia [*aa*] exprobratur, quam varie exerceant in variis rebus, poſtquam ſumma morum corruptela (*bb*) apud eos inualuit: temporarios amicos (*cc*) eſſe, non perpetuos: Tam diu ſeruare amicitias, quamdiu ex re ſui regni eſſe intelligant, mendaces (*dd*) & deceptores eſſe (*ee*) ac fidei lubricæ (*ff*); (*la foi d'vn François eſtre le pire gage de ſa maiſon* (*gg*),) res ſuas non minori ſolere ſcribere fide, quam gerere (*hh*), aliter ſentire quam loqui (*ii*); periuriis ludere (*kk*): eſſe proditores patriæ (*ll*); Regum ſuorum parricidas (*mm*), nec non laniones conciuium (*nn*):

 Eſſe

Eſſe inquietos & rixarum auidos (*oo*), proceſſibus indulgentes (*pp*), in duella procliues (*qq*), magiæ & veneficiis addictos (*rr*); laſciuos & Venereos (*ss*). In bellis primo impetu (*tt*) plusquam viros, & poſtea minus quam fœminas, nec parta noſſe tueri (*uu*). Eſſe rapaces (*xx*), alienis inhiantes (*yy*), lucri cupidos (*zx*), exiguæ nec perennantis ſapientiæ (*aaa*); barbaros (*bbb*), perquam lautos in conuiuiis (*ccc*), ſed indecoros in cibo capiendo (*ddd*), in moribus circulatores (*eee*); in veſtibus inconſtantes (*fff*), glorioſos in ſermone (*ggg*), & ſcriptis hyperbolicos, præſertim vbi de præſtantia Regis ac Regni, & nationis ſuæ verba faciunt (*hhh*). Cæterum luſores (*iii*), delicatos (*kkk*), ac in ſuos extra patriam rudes (*lll*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Siue literarum multarum peritiam ſpectemus (*ait* Piccardus, *d. tr. de priſca Celtopædia lib. 5. pag.* 22.) ſiue animi candorem, & morum egregie compoſitorum præſtantiam, equidem à ruſtica barbarie procul ſemoti videbimur. Quod enim ad integritatem illam morum pertinet, res ipſa loquitur, quam culti, quam ciuiles, quam ſinceri, habito cæterarum nationum reſpectu, ſimus: Vt interim non minus vere, quam eleganter, de nobis ſcripſiſſe videatur Agathias, Græcus hiſtoriographus, patria Smyrnæus, qui Iuſtiniano Cæſare imperante vixit, ac floruit. Hic enim *initio hiſtoriæ de bellis Gothorum*, poſtquam Gallos rectiſſimæ opinionis eſſe docuit, eos ſubinde à ciuilibus, atque optimis moribus laudare, & extollere non dubitat. Cuius verba, ad hunc fere modum Latine reddita, ſonant: Hi ſane, *inquit*, videntur etiam optimis moribus præditi, & maximum in modum ciuiles, nec quicquam habere, quod à nobis hos faciat alienos, præter vocem, & veſtitum, quos equidem cúm ob eorum virtutes, tum ob in exteros æquitatem, & inter ſe concordiam, mirum in modum admiratione, & laudibus proſequor, ac magnifacio. *Le François eſt François; qui dit cela, dit genereux, magnanime, liberal, ciuil, courtois, & veritable: genereux ſans temerité, magnanime ſans crainte, liberal ſans profuſion, ciuil ſans affaiterie, courtois ſans deguiſement, & veritable ſans menſonge.* Le Sieur de Cerizier, *en ſes reflexions ſur les vies des Roys de France, pag.* 7.

b) Galli ſunt homines, qui omnibus conſideratis, ſunt cunctis hominibus præferendi: ex M. Iordane *in Chronicis*, Charron *en l'hiſtor. vniuerſ. d. chap. 91. pag. 631. Il ne ſe trouue Nation au monde, de plus vif eſprit que la Françoiſe, mieux née aux armes, aux lettres, à la marchandiſe, aux artifices.*

Pour

Digitized by Google

Pour la gloire des armes, c'eſt vn poinct vuide à la pointe de la lance, il y a deux mille ans. Pour l'honneur des lettres, & principalement de l'eloquence, depuis les fameuſes Athenes, & la grande Rome, perſonne ne le nous diſpute; encor auons nous bonne part à celuy de ceſte derniere. Pour l'abondance de la marchandiſe, & des hommes qui l'exercent, il y a plus de marchands en France, & plus de moiſſon de traffic, qu'il n'y a d'hommes en quelque autre Royaume que ce ſoit. Pour l'induſtrie des arts, c'eſt de nous que tous les autres peuples la tiennent, & nous en demeure encor, comme par vn droit de preciput, plusieurs qu'ils n'ont pas. Antoine de MontChreſtien *en l'œconomie politique, pag. 46.* Iul. Scaliger, *de ſubtil. ad Cardan. exercitat.* 167. *ſect.* 1. Illud eſt, inquit, cumprimis animaduertendum; non eſſe cum animorum mobilitate coniunctam fidei iacturam. Gallos enim video ad omnia momenta, vel euentuum, vel diſciplinarum promptos, paratos, verſatiles: vt ſemel quicquam vel viſum, vel auditum, illico apud eorum ingenia deponat, & amittat nouitatem. In eo ipſo penitus exemplo videntur nati, atque educati. Qui animorum vigor igneus, maturaque celeritas, nulli alii nationi data à natura. Quoquo incubuere, feliciſſime ſeſe dant, ocyſſime proficiunt. gnauiter exercent mercaturam, artes, arma, literas, eruditionem, ſubtilitatem, candorem, eloquentiam. Omnium tamen gentium, atque nationum fide ſunt maxime integra, & conſtanti.

c) Quæ ſit Gallorum conſtantia, (*ait* Bodinus *de Republ. lib. 5. cap. 1. pag. 813.*) ſi non antea, certe intellectum eſt in ſuſcepta, ac probata religione maiorum, pro qua iam annos ſexaginta tanta conſtantia propugnamus, vt nulla gens toto terrarum orbe, tot vſtiones, tot ſectiones, tot ſupplicia, tot bella ciuilia pertulerit, quot nobis intulimus, ac pertulimus ipſi, vt ſuam quiſque religionem conſtanti animo tueremur. *Flauius Vopiſcus en a voulu meſdire, diſant en general, que les François ne gardoient pas bien leur foy: mais tout ainſi qu'au commencement de ſon liure, apres auoir faict mention de plusieurs autheurs tres-renommés entre les anciens, qui ont eſcrit choſes fauſſes, il confeſſe qu'vn nommé Tiberianus l'a incité d'eſcrire auſſi ſans crainte de menterie, diſans iceluy Tiberianus à Vopiſcus;* Scribe ſecurus, & quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos Hiſtoricæ eloquentiæ miramur autores. *De maniere qu'il n'y a grande apparence d'adiouſter foy à ſon dire, ſi ce n'eſtoit, qu'il priſt les François pour ceux, qui eſtoient encores idolatres, & habitoyent en ſon temps outre le Rhin prés les Saxons, deſquels ils peurent apprendre à ſe pariurer; comme plusieurs Hiſtoriens teſmoignent, que les Saxons auoient encores accouſtumé de faire au temps de l'Empereur Charlemagne.* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 62. pag. 420. & chap. 91. pag. 628.*

d) Cardinalis Baronius *tom. 5. annal.* Tandem vero exculti penitus Chriſtianis moribus, eo religionis, & fidei, atque conſtantiæ peruenere, vt inter Chriſtianos omnes & obſeruantiſſimos fidei populos, inuenti ſunt maxi-

maxime pii, atque fideles defenſores Eccleſiæ, cuſtodesque Catholicæ veritatis, & diſciplinæ. *La France a touſiours eſté plus Chreſtienne, & a plus honoré l'Egliſe, que nation du monde*: Loyſeau, *des ordres chap. 3. n. 3.* Vel, vt habet Caſtelnau, (*en ſes memoires, liure 1. pag. 8.*) *le peuple de France, de toute ancienneté, a touſiours par ſus tous les peuples de l'Europe eſté fort adonné à la religion.* Hoc zelo ducti Francogalli, *hanno paſſati vinti due volte l'Alpi, in fauor della chieſa di Dio.* Gabriel Zinano *lib. 8. della ragione de gli ſtati. pag. 275.* ac *les papes ont eſté remis par les Roys de France quatorze fois en leurs ſieges*: Pierre de L'Ancre, *au tableau de l' inconſtance & inſtabilité de toutes choſes, liure 4. diſcours 1. n. 1. fol. 382. b.* Quibus donis Eccleſiam Romanam affecerint Francogallorum Reges, quot ipſi ædes ſacras conſtruxerint, dotarint, atque amplificauerint, in catalogum non refero, ne in immenſum abeat relatio. *videri poteſt* de L'Ancre, *d. l. fol. 383.* Illud vero ſilentio inuoluere nec debeo, nec poſſum, quod Franciſcus Philelphus (*Epiſtol. lib. 8.*) ad Carolum VII. Francorum Regem, ſcripſit, tanquam egregium ad rem noſtram teſtimonium. Si verum (inquit) ſine cuiusquam inuidia fateri licet, poſteaquam impia, & immanis illa ſecta Mahometi inualuit, nullum eſt vſquam hominum genus, cui plus debeat Chriſtiana religio, quam inuictæ Francorum, nobiliſſimæque virtuti. Cum reliqui enim fere omnes, & Reges, & populi Chriſtiani, ignauo quodam animi torpore, tanquam elanguiſſent, ſoli Franci inuenti ſunt, qui ingenti animo, & excelſo, omnem barbarorum, & infidelium impetum, non modo ſuſtinuerint; ſed repreſſerint; quid, inquam, repreſſerint? imo fuderint, fugarint, oppreſſerint. Hactenus Philelphus. Atque in hoc, cæteriſque actibus, qui ad defenſionem Eccleſiæ ſpectarunt, Franci fecerunt id, ad quod à Saluatore noſtro inuitati fuiſſe dicuntur. Fertur enim, & multi doctores Eccleſiæ docent, (*que noſtre Seigneur mourant regardoit la France. Il ſembloit, abandonnant le monde, vouloir recommander ſon Egliſe à nos Roys, & les faire ſes executeurs teſtamentaires, pour la rendre quelque iour triomphante. Et c'eſt parauanture qu' ils ont ſi ſouuent viſité ſon ſainct ſepulchre, & comme ſaincts Argonautes, porté leurs armes outre mer, qui leur a faict meriter par deſſus tous les potentats de la terre ce tiltre auguſte de premier fils de l'Egliſe*: de L'Ancre *d. l. f. 383.*) Saluatorem noſtrũ in cruce mortem obeuntem, oculos Franciam verſus conuertiſſe. videbatur mundo excedens, velle Eccleſiam ſuam commendare Regibus Franciæ, eosque conſtituere executores teſtamenti ſui, quo aliquando redderetur triumphatrix. Hinc fortaſſe eſt, quod tot vicibus viſitarunt ſanctũ Chriſti ſepulcrum, &, tanquam ſancti Argonautæ, arma tulerunt vltra mare, vnde præ omnibus orbis Principibus auguſtum illum titulum meruerunt, vt dicantur primogeniti Eccleſiæ filii.

e) Antonium Pereſium dixiſſe legi, Francogallos audacia & fortitudine

dine primas inter omnes nationes tenere: quod ſi huic adderentur, Roma, mare, & conſilium, totam illos poſſe ſibi ſubiugare terram. *Antonio Peres* (ait Autor *de l'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu part. 2. pag. 375.*) *eut raiſon de dire au Roy Henry le Grand, que les François n'ayans point de pareils en courage, il les eſtimoit capables de conquerir toute la terre, ſi on pouuoit adiouſter à la valeur, qui leur eſt naturelle, la faueur de Rome, la puiſſance ſur la mer, & vn conſeil ſtable, & composé de grands hommes.* Gens armis ſtrenua, ſed equeſtri certamine melior: Barclaius *in icone animor. cap. 3.* *La gendarmerie de France ne ſe laiſſe comparer à autre nation*: Bellay *au liu. 1. des ſes memoires, f. m. 31.* Et inde *les Imperiaux ont de tous temps redouté la gendarmerie de France*: Idem *liu. 2. de ſes memoires. f. 51.* Nonnulli Germanorum dicunt, Gallos in acie fortes eſſe cum apud ſe habent Germanos milites, alias ſolos non adeo felices; ſed Gallos forte aliter ſentire, ſcribit H. Mutius, *Germ. Chron. lib. 30.* apud Piſtor. *tom. 2. Germ. ſcriptor. pag. 309.* *Les François ſont ſi addonnés aux armes, que peu, ou point, ils refuſent iamais le combat particulier, quand ils y ſont tant ſoit peu prouoqués; & en guerre ſont ſi courageux, & terribles, que ſouuentefois toutes ſortes de nations ont eſprouué, à leur dommage, qu'il faiſoit dãgereux de les aſſaillir, & encore plus d'attendre leur premier choc, & impetuoſité. Il n'y a gens au monde plus diſpoſts pour cheminer, ny plus prompts, & adroits à faire toutes choſes, plus forts, ny qui portent de plus grandes bleſſures ſans demeurer ſur la place. Il n'y a nation plus enuieuſe de marcher la premiere au combat, ny qui craigne plus d'endurer vn reproche en ſon honneur, & (comme teſmoigne le ſieur de la Prugne, en ſes principes de l'art militaire) qui demeure plus longuement en vne armee ſans rebellion, ny mutinerie*: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 62. pag. 421. & chap. 91. pag. 624. & ſeqq.* Breuibus, *la prinpale qualité, qui a couſtume de faire eſtimer la Nation Françoiſe, eſt la valeur qu'elle monſtre dans les Armes. L'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu, part. 2. pag. 27.* *Toute ſorte d'armes leur ſont bien en main, & à pied & à cheual; de quoy l'on ne doutera plus, lors qu'on apprendra, que les Dames meſmes y ont eſté veuës dans le Perigord, le Limoſin, la Gaſcogne, l'Auuergne, & ailleurs, manier les cheuaux plus adroits, dreſſer les plus fougueux, aller à la groſſe chaſſe, tirer de l'arquebuſe, & des armes, & faire tous autres exercices de caualiers, iuſqu'à preſenter des duels, & ſe battre: comme la Mareſchale de Biron en Perigord, la Damoiſelle de ſaincte Chriſtie pres d'Auch en Gaſcogne, la Dame heritiere de la Maiſon de Murat en Auuergne, & la Dame heritiere de la Maiſon de la Tour en Limoſin, & autres qui ont exploicté des Duels pour les querelles de leurs maris. L'hiſtoire de France conſerue la memoire d'vne Dame, qui leua, & conduiſit vne compagnie de gendarmes, pendant les guerres de la Lig e, ſous le Roy Henry IV.* Fr. Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tiltr. Royaume de France, pag. 43.*

f) Franci hoſpitales, ex Saluiano (*lib. 7. de gubern. Dei,*) Mornacius (*ad l. 14. §. 1. de præſcript. verbis.*) Nunquam orbis dignas gratias hoſpitali Galliæ habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quo ſe omnium externorum fortuna coniiciat: Ita Barclaius *in Icone animorum d. cap. 3. Les François ſont hoſpitaliers enuers les eſtrangers, quoy qu'ils ne leur rendent pas le reciproque.* Loyſeau *des ordres, chap. 5. n. 113.*

g) Galli, ſi prouerbio credimus, melius cæteris nationibus cantant; balant Itali, gemunt Hiſpani, vlulant Germani, cantant Galli: Henricus Stephanus, *in præfat. libelli, cui titulus, proiect de la precellence du langage François.* Et omnibus notum eſſe tradit Bodinus (*liure 4. de la Republ. chap. 2. pag. 564.*) *qu'il n'y a peuple qui plus s'exerce à la muſique, & qui chante plus doucement, que les François.* Atque hoc non nupere ſibi attribuere Francogalli, ſed iam olim vetuſto tempore, vt docemur relatione, quam *ex antiquo Chronico Caroli Regis Francorum, a Pithœo edito,* exhibet Baronius (*annal. Eccleſiaſtic. tom. 9. ad ann. 787. §. 105. pag. 415.*) Reuerſus eſt Rex piiſſimus Carolus, & celebrauit Romæ Paſcha cum Domno Apoſtolico. Ecce, orta eſt contentio per dies feſtos Paſchæ, inter Cantores Romanorum, & Gallorum. Dicebant ſe Galli melius cantare, & pulchrius, quam Romani. Dicebant ſe Romani doctiſſime cantilenas eccleſiaſticas proferre, ſicut docti fuerant à S. Gregorio Papa; Gallos corrupte cantare, & cantilenam ſanam deſtruendo dilacerare. Quæ contentio ante Domnum Regem Carolum peruenit: Galli vero propter ſecuritatem Domni Regis Caroli, valde exprobrabant cantoribus Romanis: Romani vero propter autoritatem magnæ doctrinæ, eos ſtultos, ruſticos, & indoctos, velut bruta animalia, affirmabant; & doctrinam S. Gregorii præferebant ruſticitati eorum. Et cum altercatio de neutra parte finiret, ait Domnus piiſſimus Rex Carolus ad ſuos cantores; dicite palam, quis purior eſt, & quis melior, aut fons viuus, aut riuuli eius longe decurrentes? Reſponderunt omnes vna voce, fontanam, velut caput & originem puriorem eſſe; riuulos autem, quanto longius à fonte receſſerunt, tanto turbulentos & ſordidos, ac immunditiis corruptos: & ait Domnus Rex Carolus; reuertimini vos ad fontem S. Gregorii, quia manifeſto corrupiſtis cantilenam eccleſiaſticam.

h) Notabile eſt iudicium Imp. Caroli V. quod de nonnullis nationibus tuliſſe fertur: (*Il diſoit des Eſpagnols, qu'ils ſembloient ſages, & ne l'eſtoient point; des François, qu'ils ſembloient fols, & ne l'eſtoient pas: des Italiens, qu'ils ſembloient ſages, & l'eſtoient; des Portugais, qu'ils ſembloient fols, & l'eſtoient.* vel, vt alii referunt, *que les Eſpagnols eſtoient ſages & fols: Les François fols & ſages: Les Italiens, ſages & ſages: Les Portugais fols & fols:* de L'Ancre *d. lib. 4. du tableau de l'inconſtance, diſcours 3. n. 1. fol.* 403.) Dicebat, Hiſpanos videri ſapientes, at non eſſe: Francos videri ſtultos, nec eſſe; Italos videri ſapientes, &

Digitized by Google

tes, & eſſe tales; Luſitanos videri ſtultos, & eſſe. Vel, vt alii referunt: Hiſpanos eſſe ſapientes & ſtultos: Francos ſtultos & ſapientes; Italos ſapientes & ſapientes; Portugallos ſtultos & ſtultos.

i) Charron (*en l'hiſtoire vniuerſelle, chap.* 143. *pag.* 1119.) *Iean Gutenberg, & Iean, ou Pierre Fauſte, ſon parent, natifs de Mayence, ou de Strasbourg, inuenterent, ſelon aucuns, ou apprirent, ſelon d'autres, d'vn François (comme ſon nom le demonſtre) appellé Laurent Ianſon, dict le Contre, lors habitant de Harlem en Hollande, l'excellent art de l'imprimerie.* Sed communi atteſtatione comprobatur, typographiam eſſe Germanorum inuentum: (vide me *de iure publico Imper. Rom. lib.* 8. *cap.* 10. *n.* 3.) quam opinionem etiam amplectitur Antoine de Mont Chreſtien, (*en l'œconomie politique liure* 1. *pag.* 111.) hiſce verbis: *Ce fut vn Alleman, natif de Mayence, à ce qu'on dit, qui ſe ſeruit le premier de ceſt art en la Chreſtienté, enuiron l'an M CCCC. au meſme temps, que Berthold Schuuard, moine, & Alchimiſte, de la meſme nation, inuenta l'artillerie, vraye foudre d'enfer, au detriment vniuerſel de tout le monde, comme l'imprimerie eſt à l'vtilité, gloire, & ornement de tous les gens de vertu. Il ſe ſeruit premierement de charactere de bois, que l'on void encor à Strasbourg, auec la premiere preſſe, dont il imprima; laquelle eſt, en memoire perpetuelle, conſacrée dans l'Egliſe Cathedrale du lieu. Depuis comme il eſt facile d'adiouſter aux choſes inuentées, les characteres de metal ont eſté trouués, & mis en vſage, deſquels eſt prouenuë la complette perfection de ceſt art. Auſſi faut-il confeſſer, que nous le deuons à l'Allemaigne, mais l'Angleterre, & la Hollande, nous doiuent auſſi la ſcience, & la pratique, qu'elles en ont.*

k) Hanc communem ingenioſiſſimus Poëta Ovvenus ſecutus, egregie cecinit:

Cedere diluuium, camposque patere liquentes,
Nuncia de cœlo prima columba venit;
Æquora ſic vltra noſtris incognita, primus
Nunciat immenſos eſſe Columbus agros.
Aurum arrham ſecum tulit alter, & altera oliuam;
Alter diuitias, altera delitias.

l) *C'eſt Iean de Betancourt, qui le premier s'enbardit de chercher, & tracer le chemin à ceux, qui ont depuis deſcouuert les Indes occidentales; auxquelles il s'achemina dés l'an M CCCC V. mais, par faute de moyens, il fut contrainct s'arreſter aux Isles Canaries, & de s'habituer en deux d'icelles, Lancelotte, & Forteaduenture, leſquelles il cultiua, & conſerua toute ſa vie, les delaiſſant à ſes enfans, qui les vendirent depuis aux Eſpagnols, à noſtre grand honte & dommage. L'on en donne l'honneur de l'inuention de ces Indes à Chriſtophle Colomb, mais il n'a marché que ſur les pas, & l'adreſſe, que luy auoit ouuert le Seigneur de Betancourt, ainſi que recognoiſſent ceux, qui en ont premiere-*

ment eſcrit,& ſignament Pierre Martyr : L'Oiſel, *és memoires des pays de Beauuais, chap. 7. n. 14. pag. 206.* Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 142. pag.* 1074. *& ſeq.* Antoine de Mont Chreſtien, *en l'œconomie politique, tit. de la nauigation, p.* 204. cuius relatio hæc eſt : *Ie trouue, que l'an M CCCC XVII. Vrban de Braquamont Admiral de France, enuoya Iean de Betencourt Normand, auec vne flotte, composée à ſes propres frais, pour deſcouurir, & conquerir en ſon nom les ſept isles des Canaries, à ſçauoir, la grande Canarie, Theriffe, la Palme, Lancarotte, Forte-Auanture, la Gomere, & le Fer. Il mit pied à terre à Lancarotte, & à Forte-Auanture, & ayant effectué ſon deſſein ſur ces isles, fit voile en France, laiſſant vn ſien parent pour les garder: mais voyant, que contre ſa promeſſe il tardoit beaucoup à retourner auec ſecours, & refraichiſſemant, on tient qu'il vendit, ou pour le moins reſigna ces Isles, (ie ne ſçay pas pourquoy, ſi non pour ne les pouuoir plus retenir) à Dom Henry, troiſieſme fils du Roy de Portugal. Quelques vns de ſes deſcendans y ſont pourtant demeurés iusques à preſent, & tient-on de pere en fils, qu'ils en ont eſté les premiers poſſeſſeurs, & comme tels, y portent encor la qualité de nobles. Henry compoſa vne armée de mer, pour s'en inueſtir, mais il fut repouſſé des habitans, ce qui l'occaſionna de s'en demettre entre les mains du Roy de Caſtille, l'an M CCCC XXXI.*

m) Ce que Colomb en ſçauoit, n'eſtoit que pour connoiſſance qui luy en fut donné par vn peſcheur François, qui auoit eſté ietté par la tempeſte auſdites Indes (ou, par les memoires d'vn preſtre, qui du trauail ſouffert en mer, mourut chés ledit Colomb, demeurant en la grande Canarie. Antoine de Mont Chreſtien, *en l'œconomie politique tit. de la nauigation. p.*200.) *Et lors que les Eſpagnols firent leur premiere deſcente au Braſil, ils y trouuerent des Diepois qui les auoient preuenus. L'Aduocat du Roy au 19. tome du Mercure François. p.* 11.

n) Les François ont eſté les premiers deſcouureurs du nouueau monde, des Indes Occidentales; l'honneur n'en eſt point deu au Geneuois Chriſtophle Colomb, que les Eſpagnols diſent auoir eſté le premier Adelantado d'icelles, c'eſt à Iean de Betencourt, à Girard de Monleon, & à vn Eſtephe de la Sale, gentilshommes François, qu'il eſt deu: André Fauyn, *des premiers officiers de la couronne de France, liu. 3. chap. dernier pag. 307. & au theatre d'honneur, liu. 6. pag. 1203. & ſeq.*

o) Les François ſe ſont fait tellement cognoiſtre par tout l'Orient, & par le midy, & y ont ſi bien engraué la memoire de leur nom, que iusques à preſent tous les Orientaux appellent du mot de Franki les habitans d'Europe, prenant ce nom comme vniuerſel; Comme auſſi les Arabes, & les Abyſſins, qui nomment l'Europe, Frankie: Bignon *de l'excellence des Roys & Royaume de France, liu. 2. p.* 109. Maling *de la loy Salique chap. 9. p. 95. La renommée des François eſtoit ſi grande entre les nations de l'Orient, qu'on y penſoit, que tous les Latins fuſſent François: parce, qu'encores que quelques autres Nations fuſſent paſſées en ces pays-là auec eux, neantmoins les François y eſtoient en beaucoup plus grand nombre; &*

bre; & d'abondant s'y feirent auſſi renommer en vaillance pardeſſus tous les autres; de maniere, que pour ceſte meſme occaſion, tous les peuples, non ſeulement de l'Aſie mineure, Paleſtine, & Ægypte, mais auſſi de Perſe, Indie, & Æthiopie, appellent encores, pour le iourd'huy, tous les peuples d'Occident, François: Charron *en l'hiſt. vniuerſell. chap.* 129. *pag.* 943.

p) Les François ont touſiours plus entrepris qu'aucune nation du monde: Riparez, *de l'Afrique & ſes merueilles, chap.* 12. *n.* 12. *pag.* 161.

q) Les Chinois, & les Tartares, ont accouſtumé de dire, que le monde a trois yeux, qu'ils en ont deux, & les François l'autre: tout le reſte, à leur opinion, ne void goutte: Pierre Matthieu, *en l'hiſtoire de S. Louys liure* 2. *pag.* 140.

r) Les Turcs ne reputent aucun digne du nom de Cheualier, s'il n'eſt Turc, ou François. Et pour ceſte raiſon, tous les Chreſtiens conuerſans auec eux, ſe font appeller Francs, afin d'en auoir plus grand credit: Claude du Pré *en l'abbregé de la vraye origine de François, liu.* 1. *chap.* 4. *fol.* 16. *Les Turcs ont tenu les Gaulois, ou François, pour leurs parens, & iceux particulierement aimé ſur toutes les autres Nations de l'Europe, les appellans communement leurs freres, & diſans, que il n'appartient à homme du monde, d'eſtre Cheualier, s'il n'eſt Turc, ou François*: Charron *en l'hiſt. vniu. ch.* 35. *p.* 192. Turcarum opinio eſt, quod Francorum contribules exiſtant, & præ cæteris gentibus ſolis ſpecialiter Turcis & Francis deberi militare faſtigium: *ex* Guyberto Charron *chap.* 128. *pag.* 928.

s) Hinc, anno M DCI. Rex Galliæ conqueſtus fuit apud Turcam, *qu'au preiudice des anciens traittés, par leſquels toutes les nations Chreſtiennes ne peuuent negotier en Leuant, que ſoubs la banniere de France, le grand Seigneur ait non ſeulement permis, que les Anglois s'en eſtoient diſtraicts, mais auſſi, que les Flamands, Hollandois & Zelandois y traffiquent ſoubs la banniere d'Angleterre.* Serres *en l'Inuentaire de l'hiſtoire de France, en la vie de Henry IV. & l'année* 1601. *p.* 584. Add. P. Matth. *hiſt. de Franc. liu.* 4. *narrat.* 2. *tom.* 2. *p.* 85. Ego vero dubito, an omnes Chriſtiani Gallico vexillo hoc in itinere olim vſi fuerint; perſuaſum enim habeo, Venetos ſuo ſemper vſos fuiſſe. Hoc mihi tunc in mentem venit, quando legi apud Michel Baudier (*en l'inuentaire de l'hiſtoire generale des Turcs, liu.* 15. *chap.* 15. *pag.* 528.) Eliſabetham, Reginam Angliæ, anno M D LXXVII. fœdus pepigiſſe cum Turcarum Imperatore, & *que depuis les marchands Anglois trafiquerent en Leuant, ſous la banniere d'Angleterre, ayans auparauant accouſtumé d'y aller ſous celle de France, comme font les autres de l'Europe, excepté les Venitiens, qui vont ſous la leur.* In fœdere, quod Henricus IV. Galliarum Rex anno M DC IV. cum Turca renouauit, *art.* 6. expreſſe ſtatuitur, *que toutes les nations alienées de l'amitie de la grande porte, leſquelles n'y tiennent Ambaſſadeur, voulans trafiquer par le pays du grand Turc, ayent à y venir ſous la banniere & protection de France*: at in principio eiuſdem articuli, Venetis & Anglis proſpectum deprehendimus, vt illi proprio &

 quili-

quilibet ſuo vexillo, vti poſſint: *vide* Baudier. *d. tr. lib.* 7. *pag.* 725. Quod etiam anno M DC VI. pace inter Imperatorem & Turcam concluſa, de vexillo Imperatoris placuit, *artic.* 10. quem idem Baudier *d. tr. & lib.* 17. *pag.* 835 Gallico ſermone ita profert: *Les marchands qui voudront paſſer des Royaumes & Seigneuries de l'Empereur des Romains, & de la maiſon d'Auſtriche, en nos Royaumes, auec marchandiſes, ou deniers, viendront ſous l'enſeigne de l'Empereur des Romains, & auront ſes patentes par deuers eux, ſans leſquelles il ne leur ſera permis d'y entrer.*

t) Plin. *hiſtor. natur. lib.* 11. *c.* 33.

u) Lanſius, *de principatu prouinc. Europæ pag.* 858.

x) Omnes gentes habent peculiaria mala; *et lib.* 7. Saluiani Ragueau, *en l'indice des droicts Royaux, pag.* 56. Laurens Melliet *en ſes diſcours politiques, & militaires, ſur Corneille Tacite, liu.* 4. *diſcours* 9. *pag.* 233.

y) Sunt quidam vſque adeo ad ſententiam dicendam de nationibus, leues & præſumptuoſi, aut maledici; vt cum ab aliquibus alicuius prouinciæ ſingularibus hominibus, vel bene, vel male excepti fuerint, vel ex paucorum cognitis moribus, velint de tota natione ſententiam ferre decepti propria temeritate. Quemadmodum mihi (inquit Tholoſanus *de Repub. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 12.) contigit aliquando ſermonem conferre cum Germano quodam, qui dicebat ſe maximam partem Galliarum peragraſſe, & annotaſſe, mores Gallorum leues, ad amicitiam quidem pronos, ſed in ea inconſtantes. Riſi certe, quod putaret breui tempore tranſeundo ſe à moribus iudicare potuiſſe, cum vix potuerit ipſe ædificia videre, & mores, qui ex diuturno tempore conflantur, exiguo tempore diceret ſe cognouiſſe, & amicitiam expertum Gallorum leuem, cum notitiam vix habere potuiſſet, nec animaduerteret in hoc differre ab aliis nationibus Gallos, quod amicitiam iure hoſpitalitatis omnibus, etiam peregrinis, offerant, cum ſint aperto & nitido pectore; at vbi vident indignos peregrinos tali amicitia faſtuoſos, quiue putent, ſe non ex honeſtate Gallorum, ſed ſua ob merita ad amicitiam prouocari, ſapienter diſſuunt tales, taliumque hominum familiaritates: Aut vbi intellexerunt, iſtos, in extrema hypocriſi, coloſſos Regios, nihil intus habere aliud, quam paxillos, bitumen, aranearum telas & ſimilia murium receptacula. Neque ſunt ideo reprehendendi Galli, ſi decepti ficta, & perſonata grauitate extraneorum, allecti ad honorem, & reuerentiam eorum, poſtquam cognouerunt, ea omnia tantum eſſe fucata, & perſonata, deſinant talem amicitiam perſequi. Hoc enim eſſet ſtolidiſſimum, nec ingenio candido Galli dignum, vmbras virtutum pro virtute colere: & errore detecto in eo perſeuerare. Perſeuerant enim alioquin in amicitia, & dilectione & fide eorum, quibus ea debent, niſi ab extraneis inficiantur, aut corrumpantur decepti. Cæterum Marcus Equicolus, natione Italus (*referente*

rente Charron *en l'hiſt. vniuers. chap. 91. pag. 626.*) ſcripſit *Apologiam contre les meſdiſans de la Nation Françoiſe, ou Gauloiſe*: & Victor Tuartius edidit in lucem *Apologiam pro Francogallis contra mendacia, impoſturas, & calumnias Meinardi, Friſii, impreſſa Pariſiis anno M DC XI.*

z) In Gallia leuitas, & vanitas: ex Lipſio, (*centur. 2. ſelect. epiſt. 22.*) Reinking, *de regimine ſeculari lib. 2. claſſ. 2. cap. 5. n. 12.* In eo omnes conueniunt, (ſcribit Bodinus *in method. hiſt. cap. 5. pag. 169.*) Gallos eſſe leues, idque à Cæſare ſcriptum, à Tacito & Trebellio confirmatum, ab Italis & Germanis ſæpe repetitum; maxime tamen à Sleidano, in concione Caroli Imp. alii tamen alias quoque gentes leues appellant: *Syri*, inquit Liuius, *Aſiatici, Græci, leuiſſima hominum genera.* De Scythis, quibuscum nihil habuere commercii, nihil prodiderunt. Si igitur leuitatem appellant animi quandã alacritatem, ac celeritatem, quæ mediæ regionis homines omnium aptiſſimos ad agendum reddit, ſane Galli, Itali, Pannonii, Aſiatici, Chaldæi, Parthi, qui à ſcriptoribus hoc vitio notantur, leues ſunt. (*& pag. 171.*) Præceps & nimia celeritas in agendo, conſiliis inimica, fecit, vt Galli leues appellarentur. Sed cum leuitas nihil aliud ſit, quam in dictis & factis inconſtantia quædam, profecto temeritas debuit, non leuitas appellari: aut ſi leues quoq; iudicamur Scythæ nos in eo genere facile ſuperabunt. (*ac p. 177.*) Hebræi & Ægyptii Græcos, Itali Gallos, Galli Germanos, leues eſſe queruntur.

aa) *Parlant de noſtre aage, l'on attribuë aux François l'inconſtance:* Melliet *d. liur. 4. diſcurſ. 9. pag. 233.* (Hoc ad magnam tantum Francorum partem reſtringit Cardinalis Oſſatius *epiſt. lib. 9. epiſt. 325. pag. m. 1177.*) at Pierre de L'Ancre, patrocinium ſuorum ciuium ſuſcipiens, hoc telum protelare anxius, eo quidem ſenſu, quo nemo mortalium perfecte conſtans eſt, Francogallos inconſtantes dici poſſe, concedit, ſed eorum inconſtantiam magis eſſe tolerabilem, ac minus præiudicialem, quam cæterorum, ſtatuit; puta Germanorum, Hiſpanorum, Italorum, Anglorum, Venetorum, Helnetiorum; de horum enim vitiis, & defectibus, ſingulatim diuerſis diſcurſibus, eum in finem (*lib. 4. du tableau de l'inconſtance*) ex profeſſo egit, quo cunctos hos inconſtantia præcellere, & ante ſuos populares eſſe lectori perſuaderet; tandemque concludit; (*d. liu. 4. diſc. 7. n. vlt. f. 459.*) *Certainement, tout bien eſpluché, & balancé, il ſe trouuera, que l'entendement du François n'eſt pas le plus mal monté, ny ſon eſprit l'inſtrument le plus ſubiect à debander: ains que ſon ame eſt la moins deſtrempée dans les legeretés, la moins diſtraicte, & preoccupée de diuers obiects, la moins ſubiecte à combuſtion, & brouillerie; bref, que en tout ce qui eſt du mal faire, tous les autres ont l'ame beaucoup plus hardie, biaiſante, & trauerſiere.*

bb) Summa corruptela morum eſt ætate noſtra (ſcribit Machiauellus

lib

lib. 1. *diſput. c.* 55. *pag.* 190. (*edit. Francofurt. de anno* M DC XIX.) in Italia, & in Gallia, item in Hiſpania, quæ Italiæ proximæ ſunt, nec tam hominum bonitate, quæ apud ipſos prope nulla eſt, quam Regum ſuorum imperio continentur. Bodinus autem (*de republ. lib.* 5. *c.* 1. *pag.* 686. *edit. Gall.*) contrarium inculcans, ait: *Machiauel s'eſt bien abuſé de dire, que les plus meſchans hommes du monde eſtoient les Eſpagnols, Italiens, & François.*

cc) Fridericus Palatinus ad fratrem Electorem (apud Hubertum Thomam Leodium, *in annal. lib.* 4. *de vita Frider. II. Elect. Palat. pag.* 69.) Temporarii ſunt amici Galli, non perpetui, tam diu ſeruant amicitias, quam diu ex re ſui regni eſſe intelligunt, idque apud eos commune prouerbium.

dd) De noſtris (inquit Mornacius, *ad l.* 14. §. 1. *de praeſcr. verb.*) vulgatum eſt ex Saluiani *lib.* 7. *de gubernat. Dei*, Franci mendaces. Alii annotarunt, Francos nihil magis ægre ferre, quam quando audiunt ſibi mendacium exprobrari. *Ayant ſouuent conſideré* (ſcribit Autor *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France liu.* 1. *diſ.* 2. *pag.* 76.) *d'où pouuoit naiſtre la couſtume, que tous les François obſeruent ſi religieuſement, de ſe ſentir plus aigrement offenſés du reproche de menſonge, que de nul autre vice; & que ce ſoit l'extreme iniure qu'on leur puiſſe faire de parole, que de leur reprocher le meſpris de la verité. Sur cela ie trouue, que leur propre office eſt à la religion, à la iuſtice, & aux armes, & que n'y ayant pareille iuſtice, que de rechercher la verité, pareille victoire que de confondre le menſonge, pareil ſeruice à Dieu, que d'empeſcher l'oppreſſion du vray, il leur eſt naturel de defendre le plus les vertus, auxquelles ils ſont le plus obligés. Il ſemble que ce reproche, auec le meſpris de Dieu, enuelope la couardiſe, & laſcheté de cœur, dont les François ont touſiours eſté autant eſloignés, que le ciel de la terre.* Quod hic generaliter de omnibus Francis affirmatur, id Ferronus (*de reb. geſt. Gallor. lib.* 2. *pag.* 35. *& lib.* 5. *pag.* 277.) de proceribus tantum enunciat. Hoc genus contumeliæ (exprobratio mendacii) apud Gallicos proceres multo maxima eſt. Bodinus (*de Republ. lib.* 4. *cap.* 7. *pag. mihi* 744.) ad nobiles, aut milites refert. Iam ait, inter nobiles aut milites nemo, qui mendacium oblatum patienter pertulerit, vir bonus, aut fortis cenſeatur, ſed ignauus. Inde graues controuerſiæ, vulnera, cædes, ad omnes ordines ciuium permanarunt. *Voila pourquoy nos Roys* (ita legi apud Bouchel, *en la bibliotheque, ou threſor du droit François, tom.* 1. *verb. dementir, pag.* 867.) *ne deſirant rien plus, que la tranquillité de leur peuple, ont eſté contraint y mettre la main, & donner peine à ceux qui vſeroient de dementis. Le ſoldat qui ſans iuſte occaſion dementira vn autre, ſera mis en la place publique, l'enſeigne deſployée, & la teſte nuë, demandera pardon au Colonel, & à celuy, qu'il aura dementy. Henry II. article* 26. *l'an* M D IV. *Les autres gentilshommes, qui ſans iuſte occaſion auront donné dementi, ſeront tenus faire amende honorable à celuy qui l'aura receu, demeurant au reſidu le demen-*

dementi nul, & comme non donné. Charles IX. conſtitutionis Henrici II. mentionem faciens. Scipion du Pleix (*traict. des loix militaires touchant le duel, liu. 2. chap. 9. pag. 191.*) addit: *Mais il faudroit pratiquer cette ordonnance, en paix & en guerre, & dans les villes auſſi bien qu' és armées. Car le dementir eſt tellement odieux, & à cœur, à toute ſorte de gens, que par tout on en vient ordinairement aux mains.*

ee) (*Les Anglois nous ont ſouuent vaincus en batailles, mais nous les auons vaincus en nos traictés de paix, tant belles & ſubtiles ſont nos paroles.*) Angli nos ſæpe prælliis vicerunt, nos autem illos vicimus in tractatibus pacis: adeo elegans & ſubtilis eſt ſermo noſter. Hoc libere fatetur Bernard de Girard, Seigneur du Haillan, *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France, liure 2. pag. 135. edit. cuius memini ſupra.* Breuius Philippe du Pleſſis Mornay, (*in epiſtola ad principem Condaum, en ſes memoires pag. 171. Nous ſommes en poſſeſſion de penſer, que negotier ſoit tromper.* Nos perſiſtimus in ea opinione, cum aliis tractare negotia, idem eſſe ac decipere. *Vn Cardinale già Nuntio in quel Regno, diſſe, che queſta infedeltà non procedeua ne' Franceſi per premeditata malitia, mà per la loro innata inſtabilità. tom. 2. lib. 1. del Mercurio* di Vittorio Siri *pag. 162.*

ff) Hodie conſtitutio Regia tam anguſtis terminis circumſcripſit l. 4. ff. de fide inſtrument. & l. cum res, C. de probat. vt probare hodie pecuniarum nihil quicquam creditori per teſtes liceat, quod ſit ſupra centum libras Francicas; nempe ob increſcentem adeo & indies magnæ debitorum partis perfidiam, teſtiumque facilitates ac periuria, vt dolere neceſſe ſit, quod olim Romæ Seneca, annulis videlicet credi oportere, non animis. Rubor eſt equidem neſcio quis, dixit aliquando in publicis cauſarum actionibus Iacob Mangotius, cum Regii oratoris perſonam ſuſtineret, alligatam eſſe deinceps veluti centum libellis Francicis Gallorum fidem: Mornacius *ad l. 4. ff. de fide inſtrumentor.* Expreſſius cæteris hoc propalat du Pleſſis Mornay, *en ſes memoires pag. 167.* vbi, cum de conatu Alenconii contra Antuerpiam egiſſet, in hæc prorumpit verba: (*ſeulement il me deſplaiſt, que noſtre nation ait acquis, de plus en plus, le nom de desloyale.*) hoc tantum me male habet, quod noſtra natio ſibi magis magisque acquiſiuerit nomen infidæ. Eandem ob cauſam, Comes Arundeliæ nuptiis Eliſabethæ, Reginæ Angliæ, quas Alenconius ambibat, ſe palam oppoſuit, profeſſus, Gallos ſibi minime placere, ſeque à patre, in Suſſexia, Gallis vicina nato, edoctum eſſe, ne Gallis crederet: Camden. *in annal. Angliæ, ad A. C. MDLXXX.* Thuanus *lib. 70. hiſtor.*

gg) Henricus VII. Angliæ Rex, in legatione ad Maximilianum Regem Rom. & Imperii ordines, in comitiis Confluentiæ congregatis, anno MCCCCXCII. (*vide* Freherum *tom. 3. German. ſcriptor. pag. 36.*) primo loco

præmittit, vnumquemque ſcire debere, quod fides Francogalli eſt deterrimum pignus domus ſuæ; quicquid iurant, vel promittunt, hoc ſemper fieri in fraude & deceptione, nec aliquid, niſi pro arbitrio & placito ſuo, tenere, & obſeruare: cum aliæ Chriſtianorum nationes fidem ſeruare ſoleant, imo & Turci, & Saraceni, promiſſa ſeruent.

hh) Iacobus Meierus *lib. 17. rer. Flandricar.*

i i) Italorum prouerbium eſt: (*I Franceſi non dicono come vogliono fare; non leggono come ſcriuono; non cantano come notano.*) Franci aliud loquuntur aliud agunt; aliter legunt aliter ſcribunt; aliter cantant aliter notant.

kk) (*Le ſerment des iuges de France eſt preſcrit par l'ordonnance de Charles VIII. (artic. 3. & 62.) & eſt compoſe mot à mot ſur la loy, ſancimus, C. ad L. Iul. repetund. En ſomme, il contenoit n'a gueres deux chefs, l'vn, que le iuge iuroit n'auoir rien baillé, ny promis, directement, ou indirectement, pour paruenir à ſon office. & combien qu'il y ait près de cent ans, que la venalité d'offices de la iudicature eſt tolerée, neantmoins cet article du ſerment a duré iuſques en l'année M D XCVII. lors de l'aſſemblée de Rouen, où il fut reſolu, certes à bon droit, qu'il ne ſeroit plus exigé, voyant, que ceſte venalité auoit pris tel pied, qu'il n'y auoit plus d'eſperance de l'abolir. Auſſi, à la verité, c'eſtoit vne honte, que les iuges de France entraſſent en leurs offices par vn pariure ſolennel, & qu'en l'acte de leur reception ils commiſſent vne faußeté publique. L'autre chef, qui reſte ſeul à preſent, eſt en ſomme, de garder les ordonnances, & au ſurplus faire bonne, & briefue iuſtice*: Loyſeau *des offices, au liure 1. chap. 4. n. 89.*) Iuramentum, quod præſtant iudices in Francia, edicto ſuo præſcripſit Carolus VIII. *artic. 3. & 62.* ad formam *legis, ſancimus, C. ad L. Iul. repetundar.* Breuiter, ante paucos annos continebat duo capita; quorum vnum, quod iudex iurabat, ſe nihil dediſſe, vel promiſiſſe, quo perueniret ad iſtud officium. Quamquam vero à centum fere annis venalitas officii Iudicis in vſu fuit, nihilominus tamen hoc iuramenti caput durauit vſque ad annum M D XCVII. & comitia Rothomagenſia, in quibus cautum fuit, (certe optima ratione) ne amplius exigeretur; cum conſtaret iſtam venalitatem officiorum tam altas egiſſe radices, vt ſpes nulla ſupereſſet de remedio. Erat reuera dedecorum, videre iudices adire officia, præuio ſolemni periurio, & in ipſo receptionis actu committere falſitatem publicam. Alterum caput, quod nunc ſolum supereſt, concernit obſeruantiam legum, & quod iudex ſpondet, iuſtum & breue iudicium. Idem vitium deteſtando Eſtienne Paſquier, (*liure 4. des recherch. de la France chap. 15. in f.*) poſtquam dixit; *pour tout le fruict, de ceſte belle ancienneté, ne nous reſte que le pariure, auant que d'entrer en l'exercice de nos Eſtats*: hoc annectit Epigramma:

Nulla

Digitized by Google

Nulla Magiſtratus venales vidit auorum
Ætas, qui parteis iudicis obtineant.
Quosque cooptabat Rex in conſortia Patrum,
Iurabant nullo rem ſibi mancipio.
Sed tamen hic noſtris vſus deſciuit ab annis,
Proſtat & argento plurimus emptus honos.
Nec reliqui eſt, quam quod qui prenſat, iurat honorem
Addicta nullum proſtituiſſe manu,
Conniuet tacitis oculis ampliſſimus ordo,
Quod ſibi reſtitui tempora priſca velit.
Aſpice quid ſperes à iudice limine in ipſo,
Quem non vlla Dei vox metuenda ferit?

ll) (*Ie croy* (inquit Alexander de Pont Aymery, *en l'image du grand capitaine, chap. 8. pag. 221.) que depuis dix ans en ça, il s'eſt plus commis de trahiſons en France, que tous les hiſtoriens n'en ont remarqué, chés tous les Empires du monde, depuis le desluge, iusques à ce iour*) Intra decem annos huc vſque, proditiones frequentiores fuerunt in Francia, quam vllus hiſtoricorum obſeruauit fuiſſe in aliis Imperiis mundi, à diluuio in hunc vſque diem. Frequentia criminis proverbii origo fuit;

Quand Italie ſera ſans poiſon,
France ſans trahiſon,
Angleterre ſans guerre,
Lors le monde ſera ſans terre.

Quando in Italia ceſſabunt veneficia, in Francia proditiones, in Anglia bella, non erit amplius mundus, nec terra.

mm) Franciſcum I. nobilis quidam interficere in animum induxit: Henricum II, Capito occidere velle viſus: Bodinus *de Republ. lib. 2. cap. 5. pag. 329. Le Duc d'Alençon attenta pluſieurs fois ſur la vie de ſon frere, le Roy Henry III. La premiere, ayant voulu corrompre vn valet de chambre de ſa Maieſté, pour esgratigner le Roy ſur la nuque, auec vne eſpingle empoiſonnée, en luy mettant ſa fraiſe. &c.* Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire de Henry III. pag. 45. n. 1.* Effugit quidem has inſidias Henricus III. ſed incidit poſtea in nefarias manus Iacobi Clementis, Monachi ordinis Prædicatorum, ſeu Dominicanorum; à quo cultro, anno M D LXXXIX. in ventre inferiori vulneratus (cum à ventris exoneratione ſurgens caligas attraheret: quemadmodum obſeruauit le Sieur d'Aubigné, *en l'hiſtoire vniuerſelle tom. 3. liu. 2. chap. 22.*) altera die expirauit. Quod quidem facinus adeo placuit Patribus Parlamenti Tholoſani, vt conſtituerent in iucundam & ſalutarem rei memoriam, quotannis Calendis Auguſti, quibus patratum parricidium, ſtatiuam ſupplicationem, ſiue ſolennem, & feſtiuam proceſſionem publice fieri debere.

du Pleix *d. l. pag. 30. n. 13.* In necem Henrici IV. plurimi percuſſores immiſſi, quos enumerat Mariſotus (*in Henrico Magno cap. 33. pag. 99. & ſeqq.*) Johannes Caſtellanus, Ieſuitarum diſcipulus, anno MDXCV. menſe Septembri cultro, quo Henricum interimere ſuſceperat, à ſcopo aberrans, dentem ei excuſſit. Deteſtatum fuit facinus omnibus bonis, inque terrorem erecta Lutetiæ Pyramis, non procul à palatio Regio, iuſtitiæ Parlamenti index, quam nimia indulgentia læſi, poſtea in gratiam ordinis Ieſuitici, ſuſtulit; at memoriam ſceleris obliterare non licuit, nec factum infectum reddere, quod ingenioſe Regi inſinuauit, autor, quiſquis ille fuit, verſuum, qui tum circumferebantur:

Sire, ſi vous voulés du tout à l' aduenir,
De l'aßaßin Chaſtel oſter le ſouuenir,
Oſtant la pyramide, & l' arreſt qui la touche,
Qu' on vous remette donc vne dent dans la bouche.

le Mercure François tom. 1. pag. 11. Eodem tempore quo, vti dictum, Rex vulneratus fuit, Franciſcus Iacob, Ieſuitarum apud Bituriges diſcipulus, cum arbitraretur Regem Caſtelli ictu de medio ſublatum, iactauit, ſeſe illum occiſurum fuiſſe, niſi deſtinatum parricidium alius occupaſſet. Autor *relationis de l' eſtat de la religion, chap. 16. p. mihi* 104. meminit duorum cucullatorum, quorum vnus Capucinorum, alter Iacobitarum ordinis fuit, qui vitæ Henrici inſidias quoque ſtruxerint. *Le Roy fut en danger, dit-il, de ſa vie, par la machination d' un Capucin, qui auoit entrepris de le deſpecher, à la ſuſcitation de certains Ieſuites de Lorraine; le pourtraict duquel ayant eſté enuoyé au Roy, par le Marquis du Pont, le moine, pris aux enſeignes d' iceluy, fut executé à mort, auec vn Iacobin, coulpable de meſme crime.* Hos quidem monachos tempore anteceſſerunt, ſimili furore correpti, Ganaretus ex Aquitania anno MDXXCIV. Petrus Barrerius, Aurelianenſis anno MDXCIII; & Auenius è Flandria anno MDXCVII. ſed & ipſi tempeſtiue deprehenſi, meritas pœnas dederunt: At qui poſt eoſdem id teterrimum facinus ſuſcepit, effectu omnibus ferocior fuit, Franciſcus Rauaillacus Engoliſmenſis, qui Regem inter purpuratos pilento vectum, anno MDCX. in ipſa vrbe Lutetiana, iteratis cultro ictibus, exanimauit; quo de legi poteſt liber de Pierre Matthieu cui titulus, *Suite de l' hiſtoire de France, concernant la mort deplorable de Henry IV.* nec non *les Larmes & Regrets du Soldat François, ſur le treſpas de Henry le Grand.* Atque hæc regicidia, Francogallis dedecora eſſe, Eccleſiaſtici ordines Regni, anno MDCXV. faſſi ſunt, (*Ne pouuant*, inquiunt, *diſſimuler la honte de noſtre nation, pour tels, & ſi prodigieux parricides: apud* le Mercure François *tom. 3. pag. 359.*)

nn) Hunc titulum illis peperit laniena Pariſienſis, quam exercuerunt regnante Carolo IX. anno MDLXXII. feſto S. Bartholomæi, IX. Cal. Sept.

non

non ſolum Lutetiis, ſed etiam poſtea totum fere per regnum, ſub larua boni publici, & extirpandorum hæreticorum. Numerant nonnulli triginta hominum millia interfectorum, & centum millia honeſtiſſimarum familiarum, tunc intra triduum latrociniis, & rapinis oppreſſarum. Hanc ob cauſam Alexander de Pont Aymery, *au paradoxe apologetique fol.4 .b.* nominat Francogallos *bourreaux de leurs propres concitoyens*; quo nomine carnificum etiam apud alios inclaruerunt: Gœlnitius *in Vlyſſe Belgico-Gallico pag.254.* Nicolaus Paſquierius (*lib. 8. epiſtol. pag. 693.*) eam diem appellat, *iournée malheureuſe, & deteſtable pour la reputation Françoiſe.* Dominus du Pleſſis Mornay (*en ſes memoires pag. 624.*) ait: *la France en a perdu ſon honneur en toutes nations, & les plus barbares ont eſte contraincts de dire*; Exceſſit medicina modum. Idem iudicium legitur *au premier recueil des choſes aduenuës ſous la Ligue p.670.* Chriſtophorus Thuanus, Parlamenti Lutetiani præſes, hanc lanienam tota vita grauiter deteſtatus eſt, & Statii Papinii verſibus vſus fuit,

Excidat illa dies æuo, nec poſtera credant
Secula: nos certe taceamus, & obruta multæ
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.

Imp. Maximilianus in literis ad Lazarum Suendium, ſcriptis XXII. Febr. anno M D LXXIV. peræ gre ſe intellexiſſe hoc facinus teſtatur, verbis illis, quæ exhibet Goldaſtus (*inter conſtitutiones Imperiales pag. 208.*) So viel die redliche That/ ſo die Frantzoſen mit dem Admiral/ vnd den ſeinigen tyranniſcher weiſe erzeiget haben/ die kan ich gar nicht loben / vnd habe es mit hertzlichem Leyd vernommen / daß ſich mein Tochterman zu einem ſolchen ſchandlichen Blutbad hat bereden laſſen: doch weiß ich ſo viel/ daß mehr andere Leute / als er ſelber/ regieren; Aber nichts deſto weniger läßt es ſich damit nichts beſchönigen/ iſt auch damit nicht außgericht. Wolte GOtt! er hette mich zu Raht gefragt/ wolt ich treulich/ als ein Vatter/ gerahten haben/ daß er dieſes gewißlich nimmermehr mit meinem Raht gethan hette. Er hat ihme hierdurch einen Fleck angehenckt/ den er nicht leichtlich ablegen wird. GOtt verzeihe es denen/ ſo daran ſchuldig: dann ich höchlichen beſorge/ daß ſie es erſt mit der zeit erfahren werden / was ſie gutes damit gewirckt haben. Elector Palatinus Henrico, fratri Caroli IX. Regis Franciæ, cum ad capeſſendum Poloniæ regnum iter per Germaniam faciens, Heidelbergam appuliſſet, primo ſtatim in ingreſſu atrii, digitum intendens in imagines Principis Condæi, & Admiralis Colignii, præcipue vero in tabulam, in qua depicta erat abominabilis illa laniena Lutetiana, in exprobrationem clare dixit: omnes, quos illic videret repræſentari, fuiſſe probos, & fortiſſimos viros, *& que ceux qui auoient conſeillé de les faire mourir, meritoient eſtre en leur place.* Ad quod Henricus reſpondit: *que c'auoit eſté vn coup de malheur du ſiecle, & vn effect de guerres ciuiles, qui produiſent peu d'actions de vraye iuſtice:* Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire*

de Henry III. pag. 9. n. 5. Quamquam vero melioris Europæorum partis calculo hæc laniena damnata fuit, non defuerunt tamen qui eam approbarent, ducti partim Parlamenti Pariſienſis Senatuſconſulto; quod Bartholomæi diem amburbiis ſupplicationibus quotannis celebrandam, in memoriam rei bene geſtæ, edixit; partim exemplo moniti Regis Caroli IX. qui aureos, & argenteos nummos cudi curauerat, cum inſcriptione: VIRTVS IN REBELLES: PIETAS EXCITAVIT IVSTITIAM: CAROLVS IX. REBELLIVM VICTOR: partim Romani Pontificis applauſu, qui propterea Iubilæum toti Chriſtiano orbi publicauit: partim innitentes regulis generalibus, quæ poteſtatem Monarchæ liberam tribuunt puniendi ſubditos rebelles, quo velit proceſſu. Verum,

Cauſa patrocinio non bona peior erit.

Parlamentum, de cauſa & fine lanienæ non ſatis informatum, cæco religionis zelo, vt alias, & poſtea non ſemel factum, præcipitanter ſententiam tulit. Rex ipſe fluctuans, modo ad exteros, quod inſons facti eſſet, ſe excuſauit; modo id iuſſu & autoritate ſua factum aſſeuerauit; in vtroque tamen conſcientiam habuit cauteriatam. Pontifici rem arriſiſſe haud mirum, qui omnes ſibi inimicos tunc occiſos voluiſſet. Theſin ad hypotheſin transferre, & hanc illa defendere, magni momenti res eſt, & plura ſecum inuoluit, quæ facti ſunt, ac longa probatione indigent. Ad veritatem plenius cognoſcendam, mihi placet diſtinguere hanc tragœdiam, in ſex ſiue ſcenas ſiue actus. *Primus* fuit, quando Admiralius à colloquio Regis domum Lutetiæ contendens, in platea globo petitus, & ſauciatus fuit. *Alter* actus fuit ille, vbi Rex, comitatus Regina matre, & Henrico fratre, decumbentem Admiralium inuiſit. *Tertius* fuit, quando de occidendo Admiralio actum. *Quartus*, quando Regi perſuaſerunt, vt Admiralius tolleretur è medio. *Quintus*, quando Rex conſenſit in mortem Admiralii, ſed ita, vt ſimul omnes Hugonotæ in Gallia occiderentur. *Sexto*, vbi executio ſententiæ facta. In *primo*, non bonum publicum, ſed priuatum odium præualuit, quo Regina mater, fraterque Regis Henricus, (alii Guiſiis hoc tribuunt: Charron *en l'hiſt. vniuerſ. chap.* 150. *pag.* 1252. qui non ſine adſcititio colore lanienam Lutetianam ibidem deſcribit.) Admiralium proſequebantur, ob ſuſpicionem, quaſi eius monitu Regis animus ab ipſis alienatus eſſet. In *ſecundo*; cum Admiralius Regi dixiſſet; matrem Regiam nimia autoritate pollere in negotiis publicis: illa hoc intellecto, odio, quod iam antea in Admiralium conceperat, in tantum exarſit, vt ipſum omnino è medio tollendum, cum Henrico, filio ſuo & regis fratre, conſtitueret. Vbi iterum odium, & vindicta, non bonum publicum, primas tenuit. *Quartus*, mero commento, & figmento conſtitit, quo Regem ad conſenſum permouerunt. *Quintus* falſam narrationem ſecutus eſt. In *ſexto* bonum publicum multis modis læſum fuit,

Digitized by Google

fuit, vt paulo infra videbimus, vbi prius probauerimus, quod modo de anterioribus actibus dixi. Probationem vero mihi ſuppeditat ipſe Henricus frater Caroli IX. qui cum in Poloniam, ad ſuſcipiendum regni habenas, profectus, paulo poſt aduentum ſuum Cracouiæ nocte inſomnis & mentis anxietate agitaretur, Titio, qui prope ipſius Cameram ſubſiſtebat, ad ſe vocato aperuit, ſe recordatione rerum in laniena Pariſienſi geſtarum ſomnum capere impediri. Rei autem peractæ cauſam, curſumque ita expoſuit. A Regina matre, meque ipſo aliquoties obſeruatum, Regem, quando cum Admiralio conuerſatus eſſet, fronte caperata, & auſtera facie in nos vti. cum paululum ante S. Bartholomæi diem, me totuis intuitus eſſet oculis, re cum matre communicata, viſum nobis fuit. Admiralium, Regis animum in nos exacerbantem, è medio tollendum eſſe. Vſi ad hoc ſumus opera Montrauellii; ſed is, cum hominem morti tradere bombardæ ictu ſuſcepiſſet, fato impeditus vulnerauit tantum in vtroque brachio. Rex eodem die poſt prandium, matre ac me eum comitantibus, Admiralium lectulo propter vulnera domi affixum viſitauit: ille autem Regem ad ſecretius colloquium inuitans, cum eodem locutus eſt, matre & me paululum ſecedentibus, ac incidentibus in turmam fere ducentorum Nobilium, qui partes Admiralii ſequebantur, tumq; ſermone animi exacerbationem præ ſe ferentes, indignationem in Reginam matrem non occultabant. Mater, ne diutius cum tædio his adſtaret, eleuata voce cœpit dicere, Admiralii vulnera minime pati, vt longo ſermone ſe commoueat æger, itaque, quo quieti indulgeat, maturius abeundum eſſe. Rex, quamuis auidus cætera audire, quæ Admiralius, niſi interruptum orationis filum fuiſſet, dicturus erat: ad matris tamen vocem, ſpecie ciuilem atque honeſtam, Admiralio valedicens, abiuit. Mater autem, cui ſermo quem ad ſolú Regem Admiralius habuerat, ſuſpectus, apud filium Regem precibus eo vſque inſtitit, donec in hæc erumperet verba; Per Dei mortem! verum eſt, quod dixit Admiralius. admonuit me, te nimia autoritate pollere in adminiſtratione Regni, & tuam hanc præfecturam mihi aliquando præiudicio, & damno eſſe poſſe, è re mea eſſe, vt ad hæc animum & curam aduertam, præcaueamque periculum. Hæc ſunt, bone Deus! quæ Admiralius dixit, quæque, mater, tanto ardore ſcire deſiderauiſti. Mater, & ego (Regis frater) his cognitis conſtituimus omnino Admiralium vita pellendum eſſe, atque nullo parcendum artificio, quo Regis animum ad executionem hanc propenſum redderemus. Expoſuimus itaque Regi, Hugonotas, vt vindicent vulnera Admiralii, claſſicum canere, arma mouere, in ipſum Regem ducenda. Admiralium iamdum in Germaniam miſiſſe, qui equitum decem millia, totidemque peditum Heluetiorum conſcriberent: Catholicos autem Regni, pro ſecuritate ſua in eo occupari, quo ſibi caput & ducem belli eligerent. Tam atrox autem periculum vno

gladii

gladii ictu præcaueri poſſe; ſolum neceſſe eſſe interfici Admiralium. Hoc conſilium, cum ab aliis quoque proceribus, qui tunc nobiſcum præſentes erant, approbaretur, Rex, qui antea id ſibi perſuaderi recuſauerat, omni tum motu properabat in executionem. In rabiem erumpens, dicebat, quoniam nobis placet Admiralium mori, fiat ita; ſed moriantur ſimul omnes Hugonotæ regni mei: & ita è conclaui ſe proripuit furibundo ſimilis. Nos autem in eodem loco commorati, conſultauimus de executione facienda, per illud totum tempus quod ſupererat diei, & bonam partem noctis. In noſtras partes traximus præfectum rerum capitalium, capitaneos regionum vrbis, & illos, qui præ reliquis erant maxime factioſi. Poſtea, cum per duas horas tantum dormitum eſſet, ſummo diluculo Rex, mater, & ego, nos contulimus in conclaue quod eſt ſupra atrium Luparæ, & contingit ſphæriſterium, proſpectumque præbet in vrbem, vt videremus initium executionis. mox audiebatur ſonitus ſclopeti, qui nobis tantum incuſſit terrorem, vt, quo ſedarentur omnia, mitteremus nobilem quendam, qui Duci Guiſio diceret mandaretue, ne quicquam in Admiralium moliretur. Hoc enim ſolum ſufficiebat. quoniam ita conuenerat, nihil vllibi in ciuitate ſuſcipiendum, priusquam Admiralius eſſet neci datus. Verum Nobilis ille à nobis miſſus ſtatim rediit, nunciauitq;, Guiſium reſpondere, mandatum noſtrum ſero ſibi inſinuari; Admiralium enim iam eſſe trucidatum, & executionem continuari per totam ciuitatem. Ita relapſi ad priora noſtra conſilia, peragi, quod cœptum erat, permiſimus. Atque hic eſt ille actus, qui mihi hac nocte ſomnum turbauit, mentemque reddit inquietam. Hæc Henricum enarraſſe legimus *en la ſuitte des memoires d'Eſtat de Villeroy, ſiue, au 2. volume des memoires d'Eſtat, pag. 59. & ſeqq.* Ex hac relatione multi hiſtoricorum, aliorumque errores corrigi poſſunt, debentque, quibus longe à veritatis ſemita diſceſſerunt. Inter quos non minimus eſt illorum, qui affirmant, conſilio Hiſpanico, Regis, vel Ducis Albani, lanienam in Gallia ſuſceptam fuiſſe. *L'execution de la S. Barthelemy, eſt vn ouurage de l'eſprit des Eſpagnols, & ils ſe glorifient que leur Roy y tint particulierement la main, & que le Duc d'Alue la conſeilla en ſon voyage de Bayonne*: inquit Silhon (*en ſon Miniſtre d'Eſtat part. I. liure 2. diſcours 9. pag. 330.*) Et Zambeccari ait, *Philippe II. Roy d'Eſpagne, conſeilla la ſainct Bartholemy*: quod refellit L'Homme du Pape & du Roy *pag. 314. & ſeqq.* non quidem probatione, ex confeſſione Henrici III. quam modo audiuimus, petita, ſed ab ipſo Caroli IX. ingenio, & à veroſimili. *Qui ſçaura* (verba ſunt dicti autoris) *combien Charles IX. fut toute ſa vie ardant à tout ce, qui regardoit la conſeruation de la foy, & combien, tout ieune que il eſtoit, il eſtoit mal endurant de toutes ſortes d'entrepriſes, qu'on faiſoit contre ſon authorité, ne s'imaginera pas, qu'il ait eu beſoing d'eſtre incité d'autre mouuement, que du ſien propre, à ſe faire briefue iuſtice, de ceux, qui formants lors vn nouuel*

Digitized by Google

nouuel Eſtat ſur vn nouuel Euangile, dans ſon Royaume, ne ceſſoient de l'y troubler, que quand les moyens de l'entreprendre leur manquoient. Le ſouuenir de mille maux qu'ils luy auoient faits dés ſa ieuneſſe, ainſi qu'il teſmoignoit par le choix d'vn de leurs pſeaumes, qu'il chantoit par fois, ſur ce ſubiet, & le deſir d'oſter ceſte eſpine du pied, reueillé par les artifices ſourds, de quelques vns, qui n'ayants pu venger le coup de Poltrot, par l'attentat de Monrauel, le preſſoient d'acheuer par ſon authorité, ce qu'ils auoient commencé par ſa permiſſion, furent les reſorts domeſtiques de ce tragique reueille-matin. Que ſi le Roy d'Eſpagne y contribua, ce qu'aſſeure Zambeccari, il n'y a perſonne, qui, ſçachant ce qui ſe paſſoit en ce temps-là, ne iuge aiſément, que ce qu'il en fit, ne fut pas tant pour affoiblir vne faction, qu'il fomenta touiours ſous main, que pour ſe defaire finement par les mains d'autruy, de deux plus grands ennemis qu'il euſt, & ſe deliurer en meſme inſtant par leur mort de l'apprehenſion qu'il auoit, que l'vn ne luy portaſt la guerre dans les pays bas, ſuiuant les propoſitions qu'il en donna par eſcrit, & que l'autre ne luy demandaſt quelque iour vn Royaume, qu'il luy detenoit iniuſtement. Ego ex his ea admitto, quæ cum relatione Henrici III. conueniunt, cætera reiicio; ſimul autem alterum eorum errorem noto, qui in eodem conclaui, in quo poſtea Henricus III. à Monacho confoſſus, conſilium de laniena exercenda initum fuiſſe, tradiderunt. *Quelques curieux* (ita ſcribit le Sieur d'Aubigné *en l hiſt. vniu. tom. 3. liu. 2. ch. 22.*) *ont remarqué, que Henry III. receut le coup de la mort, en la meſme maiſon, chambre, & place, & au meſme mois, que dixſept années auparauant il auoit conſulté, violemment ſollicité, & reſolu le maſſacre de la S. Barthelemy.* Periit Henricus in pago, qui S. Clou, populari gentis lingua, dicitur; at conſilium de laniena, Lutetiæ habitum, vt relatione Henrici docemur. Superest, vt de executionis actu nonnihil dicamus, & de eo, quod illum ſecutum fuit. In executione ipſa nihil minus quam bonum publicum, vt & id, quod iuſtum & honeſtum, obſeruatum fuiſſe, manifeſto oſtendi poteſt: quia, ſub ſpecie criminis, in innocentiſſimos quoque homines, fœminas, infantes, vtriuſque religionis, ſæuitum fuit, & ſæuitum fuiſſet in multos Catholicos, magni nominis, niſi ſe periculo ſubduxiſſent, (*diſcours de la vie & actions de Catherine de Medicis pag. 79.*) ac executores, prout priuato, aut peculiari odio in hunc vel illum animati, & non minus ſpe lucri, quam vindictæ cupiditate ducti carnificinam exercuerunt, vbique mandatum Regis prætendentes. Sæuitum fuit in illos, qui criminis nondum conuicti, & ob crimen nondum commiſſum; in illos, inquam, qui partim fidem à Rege datam ſecuti, Lutetiam venerant, ac generaliter in omnes qui ſecuritate publica frui debuiſſent: vinculum, quo Rex & ſubditi ſibi inuicem connexi ſunt, violento gladio diſſectum, caninum odium cordibus ſubditorum implantatum, iura ſanguinis fœdiſſime conſpurcata; Hugonotis cauſa præbita, vt in locis vbi præualebant, Catholicis paria red-

H derent.

derent. Fertur, Regiam matrem, pudoris ſexus ſui oblitam, partes genitales hominis occiſi, qui dum viueret ad Veneris negotia inhabilis dicebatur, contemplatum iuiſſe. Scipion du Pleix, quamquam arbitratur, Regem nihil egiſſe quod ei non licuerit; (quæ opinio ſi ad iuſtum examen reuocetur, vereor vt ſubſiſtat) fateri tamen cogitur, ipſum melius agere potuiſſe. (*Certes*, inquit, (*en l'hiſtoire generale de France, tome 3. pag. 795. n. 47.*) *ſa Maieſté pouuoit auſſi facilement faire arreſter priſonniers les chefs des rebelles, (ſoit qu'ils euſſent nouuellement conſpiré contre l'Eſtat, ou qu'il ſe defiaſt d'eux) & apres vne procedure ſommaire, les faire executer à mort, que les expoſer à la fureur des gens de guerre & du peuple. Elle pouuoit bannir du Royaume, ou confiner en priſon, les autres, qui ne voudroient abiurer l'hereſie, faire inſtruire leurs enfans à la religion Catholique, & confiſquer les biens des condamnés; de quoy elle euſt retiré vne bien groſſe finance. Mais l'effuſion du ſang des ſubiects (leſquels, hors de la rebellion, le Prince doit cherir comme ſes enfans) ſemble vne action inhumaine, & d'autant plus inique en ce maſſacre, qu'ayant eſté ordonnée auec licence, & deſordre, les perſonnes innocentes furent punies indifferemment.*) Certe Rex eadem facilitate potuiſſet principes rebellium (ſiue nouiter conſpiraſſent, ſiue ipſe illis diffiſus eſſet) cuſtodiæ mandandos dare, ac, ſummario proceſſu damnatos, morte afficere, qua eos expoſuit furori militum, & populi. Potuiſſet expellere regno, aut carceri addicere reliquos, qui noluiſſent abiurare hæreſin, curare liberos eorum inſtrui in religione catholica, ac fiſco addicere bona damnatorum, magno ſuo emolumento. Sed effundere ſanguinem ſubditorum, (quos Princeps, extra caſum ſuſceptæ rebellionis, amare debet haud aliter quam filios) videtur eſſe opus ab humanitate alienum, & hac in laniena tanto iniquius, quod permiſſa licentia & confuſione, innocentes indiſcriminatim ad pœnam tracti ſunt. Silhon, qui, actum ipſum quod concernit, iudicium ſuum ſuſpendit, ſub prætextu incertitudinis, an Carolus per præuentionem, an motu proprio & præmeditato, an ex priuato odio Principis alicuius, qui rei ſe immiſcuit, ſub zelo boni publici, executionem fieri mandauerit; euentum conceptæ ſpei non reſpondiſſe fateri cogitur, (*en ſon miniſtre d'Eſtat, part. 1. liu. 2. diſc. 9. pag. 331.*) ſiue quod Rex neſciuerit vti ſua fortuna; ſiue, quod electio Ducis Andegauenſis in Regem Poloniæ corruperit fructum victoriæ, quæ in propinquo erat; ſiue quod Deus noluerit benedictione ſua approbare actionem, in qua fides publica, cuius ipſe protector eſt, violata exiſtimatur. Vidimus, addit idem, incendium maiori flamma furere, quod extinctum eſſe credebatur tam larga ſanguinis effuſione, ac prætextum crudelitati ſubminiſtratum deprehendimus, qua in ſanguinem Catholicorum pugnatum fuit.

o) *Il n'eſt pas moins difficile de faire ſubſiſter la France dans vne longue paix, que d'empeſcher la mer d'eſtre agitée des vents. L'humeur des François eſt*

pleine

pleine d'inquietude, & à peine ſont-ils ſortis d'vne intrigue, ou d'vne guerre, qu'ils en deſirent commencer vne autre. L'Hiſtoire du miniſtere du Cardinal Richelieu, part. 1. pag. 285. Galli inquieta gens, tranquillitatis inimica, & turbarum rixarumque auida: quod Flandri adagio innuunt iſto: (*Quand le François dort, le diable le berſe.*) quando Gallus dormit, diabolus eſt motor cunarum: Lanſius *de princip. prouinc. Europ. pag.* 220. Montanus, ipſe Gallus, *es eſſau liu. 2. chap. 27. pag. 666.* inquit: *Mettes trois François aux deſerts de Libye, ils ne ſeront pas vn mois enſemble ſans ſe harceler, & esgratigner*; mittantur vel tres tantum Franci in deſerta Libyæ, non vno menſe conuiuent, ſine querelis, & vulneribus.

pp) Gallia mirifice delectatur litibus: Bodin. *lib. 5. de republ. c. 1. p. 797.*) Galli iudiciis ac litibus conſtituendis, & alendis mirifice delectantur: idem Bodin. *d. c. p.* 799. Imperium Gallicum litium innumerabili multitudine oppreſſum: *lib. 6. cap. 2. pag.* 1036. Gallia quæ cæteras regiones legum multitudine vincit, omnes populos Europæ litium abundantia iam pridem ſuperauit: Bodin. *d. c. 6. pag.* 1183. *L'amour & les lettres ſont nées en Italie; les armes & la ſouffrance en toutes ſortes d'exploicts militaires, en Eſpagne; les couſteaux & les debats, en Allemagne; & la iuſtice & les procés, en France.* Pierre de L'Ancre, *au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſcours 4. pag. 442. b.* Nati autem in Gallia tam benigno ſidere deprehenduntur proceſſus litigioſi, vt parum abſit quin immortales ibi dici poſſint. Non negat Arnoldus Ferronus (*de rebus geſtis Gallor. lib. 5. pag. 359.*) nationi ſuæ obiici cauſarum forenſium immortalitatem; exordium cauſarum, & præludia longiora apud illos eſſe, quam apud alios exitus; ipſos etiam victores è foro non niſi loculis exhauſtis diſcedere; iuſtitiæ interdum, quaſi virginis elegantis, venuſtæ, & concinnæ, lenocinium fieri ab iis, qui eius decus, aut potentiæ, aut gratiæ, aut opulentiæ proſtituunt. Etiam in leui actione ſumptus in immenſum excreſcunt, vt mihi retulit vir ſenectute venerabilis, & apud ſuos bonæ exiſtimationis, François Marchant, qui quod *en ſes conſiderations politiques, liu. 3. ch. 1. p. 44.* ſcripſit, ita ſe habere ſancte affirmauit. Sic autem ille, *dicto loco*; (*I'ay appris des proces, que pour le refus faict par vn particulier de payer huict liures reſtans de ſon taux, il en a couſte plus de douze mille, ſans toucher à ce qui viendra encore, n'y ayant point de fin au mal. Ce n'eſt pas le ſeul, dont i'ay faict l'experience, ayant accordé pluſieurs differents ſur vn teſton, monté à plus de quinze cents liures, & ſommes ſans meſures.*) facto deprehendi, litem, quæ mota fuerat ob non ſolutas octo libellas taxationis, creuiſſe impendiis ad duodecim millia libellarum, nec fuiſſe tamen terminatam. Non autem hic vnicus eſt caſus, qui mihi notus, verum ſæpius compoſui lites, quæ motæ fuerant propter quindecim, vel ſedecim ſolidos, & poſtea expenſis ſuperabant mille & quingentas libellas, aliaſque ſummas immenſas. Atque ſola hac arte rabularia

nutriuntur, & ditantur, infinita millia hominum in Gallia, iudicum, aſſeſſorum, aduocatorum, procuratorum, notariorum, ſcribarum, apparitorum, & id genus aliorum. Vnde, quod à Germano quodam Gallis exprobratum fuit, pro vero agnoſcit Louys Guyon (*tom. 1. des diuerſes leçons, liure 5. chap. 7. pag. 805.*) nempe, quod in ſolo Franciæ regno reperiantur plures rabulæ forenſes, & chartæ vel membranæ corruptores, quam in tota Germania, Italia, Hiſpania, & tribus inſuper aliis magnis Europæ regionibus. *Vn Allemand, dit il, eſcriuant ſur Ptolemée, a à bon droit reproché aux François, qu'en leur ſeul pays ſe trouuent plus de chicaneurs, & gaſte papiers, qu'en toute l'Allemagne, l'Italie, l'Eſpagne, & qu'en trois autres grandes regions d'Europe.*

qq) Le Sieur d'Audiguier, (*du vray & ancien vſage des duels, ch. 1. p. 1.*) teſtatur, duella in Gallia eſſe nimis frequentia, atque in iiſdem quotidie certari, (*ſans licence, ſans raiſon, & ſans cauſe, contre tout ordre, tout deuoir, & tout reſpect, au meſpris de l'authorité Royale, & preiudice des droicts de la Couronne*) non impetrata venia, ſine ratione & cauſa, contra leges & debitum, in deſpectum autoritatis Regiæ, & præiudicium coronæ. Et Pierre Matthieu, (*en l'hiſtoire de France, durant ſept années de paix du regne du Roy Henry IV. liure 2. narration. 2. n. 9. tom. 1. pag. 3.6.*) conqueritur; (*que ny la deffenſe de l'Egliſe, ny celle du Roy, ny la priuation de la ſepulture, ny la crainte de la perte des biens, n'a peu empeſcher ceſte eſtrange forcenerie, & brutale fureur des duels, qui font mourir en pleine paix pluſieurs braues Caualiers, que la mort n'a oſé attaquer en temps de guerre: Et pour des querelles mal fondées, qui ne regardent ny l'honneur de Dieu, ny le ſeruice du Roy, ny la defenſe de ſa patrie: mais ſeulement quelque traict de ialouſie pour vne maiſtreſſe, vne parole bien entenduë, mal interpretée: & en fin pour le reproche d'vn vice fort ordinaire, (comme c'eſt le naturel des hommes, de ſe tenir plus offencés des imperfections naturelles, que des autres defauts; & que les iniures de la naiſſance, ſont celles qui ſe preſentent le plus toſt à la langue des meſdiſans, il faut tuer l'ame, & le corps.*) quod nec prohibitio facta ab Eccleſia & à Rege, nec priuatio ſepulturæ, nec confiſcatio bonorum, potuerit frænum iniicere furori brutali duellorum; quibus media in pace pereunt multi ſtrenui viri, quos mors in acie non auſa fuit aggredi. Duellorum autem cauſæ ſunt, iurgia male ſuſcepta, quæ nec ſpectant honorem Dei, nec obſequium Regi debitum, nec defenſionem patriæ; ſed amaſiam, aut verba, bene quidem intellecta, ſed in peruerſum tracta ſenſum; denique exprobrationem vitii aut defectus ordinarii. Ea enim homines ſunt natura, vt minus poſſint perferre ſibiobiici imperfectiones naturales, quam aduentitias, & vbi illæ, vt fit frequentius cæteris, à maledicis nobis obiiciuntur, animum & corpus periculo exponimus. Variis edictis Reges huic malo medicinam adhibere ſæpius tentarunt, ſed eorum conatus fere ſemper fruſtraneus fuit. De edictis videri poſſunt Scipion du

Pleix

Digitized by Google

Pleix és loix militaires, touchant le duel, liure 4. chap. 12. *pag.* 408. *& ſeqq.* Le Mercure François *tom.* 1. *pag.* 353. *& tom.* II. *ad annum* 1626. *p.* 22. nec non Autor *de l' hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu part.* 1. *pag.* 272. vbi edicti anni M DC XXVI. tenorem breuibus exponit; *Que tous ceux qui tomberoient à l' aduenir dans ce crime qui ſoit, appellans ou appellés, demeureroient dés lors non obſtant quelques lettres de grace qu'ils puiſſent obtenir par ſurpriſe ou autrement, priués de leurs charges, penſions, ou autres benefices, ſans eſperance de les recouurer iamais, & qu'arriuant apres cette priuation, qu'ils s' en reſſentiſſent contre ceux qui auroient eſté pourueus de leurs charges, ils fuſſent degradés de Nobleſſe, declarés roturiers & infames, & punis de mort: outre cela, que le tiers de leur bien fuſt confiſqué: que les appellans pardeſſus les peines ſuſdites, fuſſent bannis pour trois ans: que les aggreſſeurs dans les rencontres, fuſſent punis comme ſi le deſſein de ſe battre euſt eſté premedité: que ceux qui ſe ſeroient battus hors le Royaume, fuſſent chaſtiés en leurs biens, pendant leur abſence, & en leurs perſonnes apres leur retour, tout de meſme que s' ils l' euſſent fait en France. Bref, que ceux qui prendroient leur ſecond, ou tiers, fuſſent irremiſſiblement punis de mort, auſſi bien que les autres, qui pour la ſeconde fois ſeroient appeller quelqu' vn en duel. Ce furent les principales peines portées par cet Edict, & en le faiſant le Roy iura ſolennellement, de n' accorder point de graces, fit commandement à ſes officiers, qu' arriuant qu' il en accordaſt par importunité, ils n'y euſſent aucun eſgard, & ordonna que les Mareſchaux de France apportaſſent tres-grand ſoin à terminer les differends qui pourroient eſtre, & naiſtre entre la Nobleſſe, voulant qu'ils euſſent telle authorité, que ceux qui manqueroient à rendre les ſatisfactions ordonnées par eux, outres les peines de priſon, & les autres qu'ils leur pourroient impoſer, fuſſent priués des priuileges de la Nobleſſe. Il eſtoit à craindre non obſtant cela, que ceux qui refuſeroient le combat, apres auoir eſté appellés, ne fuſſent eſtimés manquer de courage: mais pour empeſcher ce deſordre, qui eſtoit le principe de tous les malheurs, ſa Maieſté declara par le meſme Edict, qu' elle recognoiſtroit touiours ce refus pour marque de valeur, genereuſe conduite par prudence, & digne d' eſtre employée aux charges militaires, dont elle promit auſſi auec ſerment deuant Dieu, de gratifier ceux qui le feroient.* De continuatione autem duellorum audacter loquitur Loyſeau, *liure des ordres chap.* 5. *n.* 87. *pag.* 80. inter Nobiles Galliæ hoc malum ſemper retinebitur: (*& ſemble que ce ſoit vn traict de la prouidence diuine, que, comme naturellement les animaux les plus nuiſibles s' exterminent par eux-meſmes; ainſi en aduient-il à noſtre Nobleſſe, qui certes eſt, comme la plus vaillante, auſſi la plus violente, & inſolente du monde.*) & videtur prouidentiæ diuinæ adſcribendum eſſe, quod, quemadmodum naturali ductu animalia magis nociua ſe inuicem conſumunt; ita etiam Nobiles noſtri (qui vt cæteris ſunt magis bellicoſi, ſic etiam ſunt magis violenti, & inſolentes.) in ſemetipſos deſæuiant. Si calculus non fefellit Mor-

nacium (*In obſeruationibus ad l. 7. §. 2. ff. ad L. Aquiliam*) intra duodecim annos, vſque ad annum M DC IX. occiſa fuerunt in vniuerſa Gallia in duellis octo fere Nobilium millia. Hanc Nobilitatis rabiem anno M D LXXVI. pro concione publica, Blæſiæ in comitiis Regni, in feſto S. Andreæ Epiſcopus Andegauenſis enixe deteſtatus eſt, & affirmauit; *que la plus grande faute, & abus de la Nobleſſe de France, eſtoit le deſir de leurs vengeances, & qu'ils appelloient le point d'honneur, & moy ie l'appelle, diſoit-il, où il n'y a point d'honneur. Vous dites, que c'eſt auoir bon cœur, & ie vous dis, que c'eſt n'auoir que peu, ou point de cœur. Car, tout ainſi que, quand on eſt bleſſé d'vne piſtolle, ou harquebuſe, au corps, l'on dit, que le plomb a paſſé à faute de la cuiraſſe, qui n'eſtoit aſſés forte, ny d'aſſés bonne trempe; auſſi, quand vne petite parole, ou l'eſguillon, & point d'vne petite iniure, vous perce le cœur, c'eſt ſigne, qu'il eſt bien foible, & qu'il n'eſt pas bien trempé au ſang de Ieſus Chriſt, lequel vous faites profeſſion d'adorer; & moy, ie dis, qu'il n'eſt pas poſſible, que ſouſtenans, comme vous faites, voſtre point d'honneur, vous ſoyés Gentilshommes, & bons Chreſtiens. Vous dites, que i'en parle comme vn clerc d'armes; ie vous reſpondray, qu'ouy; mais ſi vous diray-ie, que Dieu s'eſt reſerué trois choſes, ſçauoir, ſa gloire, le iugement, & la vengeance.* Taix *aux memoires des affaires du Clergé de France, pag. 10.*

rr) De la Noüe (*au diſc. 1. pag. 13.*) refert, ex Bodini libro *de Dæmonomania*, quod regnante Carolo IX. ſummus, vel præcipuus inter veneficos, & magiæ addictos, in carcere, quo detinebatur, faſſus fuerit, huius profeſſionis homines in Francia excedere numerum XXX. millium. Catharinam Mediceam, eiuſdem Caroli IX. matrem, ferunt aliquoties horum opera vſam fuiſſe; id quod ſequens, à Nicolao Paſquierio (*liu. 1. de ſes lettres, pag. 10.*) annotata hiſtoria ex parte confirmat. (*Catharine de Medicis, deſireuſe de ſçauoir, ſi tous ſes enfants monteroient à l'Eſtat, vn Magicien dans le Chaſteau de Chaulmont, qui eſt aſſis ſur le bord de la riuiere de Loire, entre Blois & Amboiſe, luy monſtra dans vne ſale, autour d'vn cercle, qu'il auoit dreſſé, tous les Roys de France qui auoient eſté, & qui ſeroient; leſquels firent autant de tours autour du cercle, qu'ils auoient regné, & deuoient regner d'annees. Et comme Henry III. eut faict quinze tours, voila le feu Roy (Henry IV) qui entre ſur la carriere, gaillard & diſpos, qui fit vingt tours entiers, & voulant acheuer le vingt & vnieſme, il diſparut. A la ſuite vint vn petit Prince, de l'aage de huict à neuf ans, qui fit trente ſept, ou trente huict tours: & apres cela toutes choſes ſe rendirent inuiſibles, pour ce que la feuë Royne mere (Catherine de Medicis) n'en voulut voir d'aduantage.*) Catharinæ Mediceæ, ſcire percupienti, an omnes filii ſui ad regium culmen peruenturi eſſent, Magus quidam in aula caſtri Caluimontani (ad oram Ligeris ſitum eſt, Blœſiam inter & Ambœſiam) ad circuli, quem delineauerat, ambitum repræſentauit omnes reges Franciæ, præteriti temporis & futuri, quorum quiſque toties in orbem obibat, quot

annos

Digitized by Google

annos vel regnauerat, vel regnaturus eſſet. Poſtquam igitur Henricus III. quindecies orbem perambulaſſet, apparuit Henricus IV. hilaris & agilis, vigintique per vices ſe circumegit: vigeſimam primam vero circumitionem peracturus diſparuit. Secutus eſt paruulus Princeps, ætatis octo vel nouem annorum, qui ſeptem aut octo periodos ſupra triginta perfecit. Quo facto omnia diſparuerunt, cum Regina mater nollet continuari actum. (*Del Rio dit, que paſſant en France, & eſtant à la cour du temps de la Royne Catherine de Medicis, il n'y auoit Dame, qui oſaſt ſortir de ſa maiſon, qui n'euſt conſulte quelque Magicien ou Sorcier, les appellans leurs Barons. Mais ie ne ſçay ſi le bon homme s'eſt trompé, prenant France pour Florence; car Maiolus dit la meſme choſe de la meſme Royne, ou de ſes Dames, lors qu'elle eſtoit à Florence. L'incredulité du ſortilege conuaincuë par* P. de L'Ancre *traict. 5. p. 237.*) Del Rio ait, eo tempore quo per Galliam iter faciens, in aula regia verſatus eſſet nullā fœminam ex iis, qui Reginæ Catharinæ miniſtrabant, inconſultis Magis & veneficis, quos Barones ſuos appellabant, auſam fuiſſe domo pedem efferre. Credo tamen hominem deceptum, Franciam pro Florentia poſuiſſe. Maiolus enim eandẽ rem de eadem regina, ſiue eius fœminis, narrat, cum illa Florentiæ adhuc ageret.

55) Barclaius, (*in Icone animorum, cap. 3.*) oſtentationem libidinis ſupra naturæ deſiderium ineptam Gallis adſcribit; quod illis cum gallo gallinaceo commune eſſe poteſt, quocum nomine conueniunt. Huic vitio etiam Henricus IV. ſupra modum deditus fuit, (*ayant contracté ſi puiſſamment ceſte ſenſualité, durant le libertinage du Caluiniſme,* (ita ſcribit Scipion du Pleix, *en la vie de Henry le grand, pag. 597. n. 17.*) *outre ſon inclination naturelle, qu'il n'en pouuoit eſtre diſtraict, ny par les exercices de la religion, ny par le mariage, ny par le declin de ſon aage, & de ſes forces.*) quod dum adhuc in licentioſa religione Caluini viueret contraxerat, vltra naturæ procliuitatem, qua in id ferebatur, vt ab eo, neque exercitiis religioſis, nec matrimonio, nec ætate increſcente, nec virium defectu diuelli poſſet. Sunt etiam inter ſapientes, & fuerunt, in Gallia multi, qui vagæ Veneris caſtra ſecuti. Michel de Montagne, vir alioquin egregius, iiſdem in caſtris non ſine gloria ſe militaſſe (*lib. 3. cap. 13. vt* Lanſius *refert de princip. prouinc. Europæ, orat. contra Galliam*) ſcribit, ſuamque fortunam in Quartillæ Petronianæ comparationem venire poſſe, quæ Iunonis iram ſibi imprecatur, ſi vnquam ſe meminerit virginem fuiſſe. Pierre de L'Ancre (*au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſc. 3. n. 9. fol. 423.*) agnoſcit ipſe, obiici popularibus ſuis, quod, in bellum euntes, ſecum ducant magnum meretricum, ac concubinarum numerum, quo illic filios Martis procreent; nec factum negat, tantum recriminatione vtitur. Et eodem libro (*diſcurſu 4. n. vlt. fol. 442.*) vbi de vaga nationum libidine tractat, Gallos ſuos excipere non audet, ſed eos illam ita exercere aſſeuerat, vt præ reliquis laudem mereantur, non viri modo, ſed &

fœmi-

Digitized by Google

fœminæ. (*Les Eſpagnols, dit-il, & Italiens, ſouſpirans pour ce qu'ils ayment, ſe ſoumettent, le ventre à terre, faiſant la ſtatuë par les carrefours des ruës, pour attendre, ſi quelque petite faueur, lettre, ou œillade, leur tombera deſſus. Et les François en ſe iouant ſe rendent maiſtres, abordant leurs dames tout du premier coup. Et ſi l' Eſpagnol, & l' Italien deuiennent maiſtres, & poſſeſſeurs, ils tournent ceſte maiſtriſe, & poſſeſſion en tyrannie, & tiennent à leur tour leur maiſtreſſe comme eſclaue, tant ils ſont ialoux, & de celle qu'ils aiment, & de la deſpenſe, qu'ils y employent. Le François eſt fort peu ſouuent ialoux de ſa maiſtreſſe, & croit, que la ialouſie eſt plus toſt vne piece de mariage, que de la courtiſannerie, & du con.ubinage. L' Allemant en eſt du tout exempt: & eſt certain, que de tout temps la ialouſie a eſté incognuë en Allemagne.* Gallus contemnit, *au lieu d'eſtre ialoux*, atque etiam vulgo iactat non ſolum obiicit, *dit Scaliger, François, fils d' Italien*; Italus inſanit. *Les Eſpagnols, & Italiens, font l' amour par marchés, & le mettent à prix, & le François à traictés ou diſcours & ſans prix. La courtiſanne Italienne, & Eſpagnole, ſçait vilement ce, qu' elle doit gagner, & la dame Françoiſe l' ignore, & noblement vit à diſcretion. L' amour ſe traicte d' vn plus bel air en France, qu' en lieu du monde: Les dames ne courent plus toſt à la bourſe qu' à la perſonne, comme en Italie, & en Eſpagne. En France, les plus viles filles de ioye viuent auec deſir d' election, & de choix, ne proſtituent ignominieuſement l' amour à des perſonnes infames, pour de l' argent. Les Italiennes, & Eſpagnolles s' habituent à faire l' amour en ces trois ſortes, di foggia, voglia, rabbia. Les Françoiſes ſe tiennent librement, & ſimplement à celle du milieu la plus noble, qui eſt voglia: car elles ne font rien par habitude, ny par rage, ains par la ſeule volonté, & affection.)* Hiſpani, ait, & Itali, ſuſpirantes amant, ſeque totos ſubmittunt amori; ſtant in compitis, & ad ædes amaſiæ immoti, expectantes eius fauorem, literas, vel conſpectum; Franci, quaſi ludentes occupant amaſiæ fauorem, ipſam primo adeuntes impetu. Vbi Hiſpanus, Italusue, mittitur in poſſeſſionem, incipit in amaſiam exercere tyrannidem, & eam habere pro mancipio: adeo nempe ſunt zeloſi tam illius reſpectu quam amant, quam ſumptuum, quos huius gratia faciunt. Francus non niſi raro in hoc genere zelotypus eſt; perſuaſum ſibi habens, zelotypiam eſſe matrimonio connexam, non concubinatui. Germanus omnino ab hac immunis, nec in Germania vnquam zelotypia in vſu fuit. Gallus contemnit, in vicem zelotypiæ, atque etiam vulgo iactat, non ſolum obiicit, vt Scaliger docet, Francus ipſe, ſed filius Itali; Italus inſanit. Hiſpani, & Itali amorem ſibi emunt pecunia. Franci eum acquirunt per tractatus, colloquia & diſcurſus citra pecuniæ erogationem. Itala, & Hiſpana, vilis eſt, atque certam mercedem poſcit; Franca ignorat pretium, & nobili ductu ſe exponit diſcretioni. Amoris exercitium maiori elegantia in Francia conſtat, quam alibi. Fœminæ hic non prius ad

locu-

Digitized by Google

loculos properant quam ad hominem, vt fieri ſolitum in Italia, & Hiſpania. In Francia viliſſimæ meretrices eligunt potius quem admittant, quam vt pretio ſe ignominioſe proſtituant perſonæ infami. Italæ & Hiſpanæ ad libidinem pronæ ſunt, vel ex habitu, vel voluntate, vel rabie; Francæ vero ſola voluntate & affectu ducuntur. Ego hæc diſcrimina illis, qui artis periti ſunt, approbanda, vel reprobanda relinquo; hoc noui, circa annum M CCCC XCV. frequens illud libidinis exercitium Gallis in Sicilia exitioſum fuiſſe, Veſperis per orbem notiſſimis: ad Neapolim autem, morbo famoſo oneraſſe, vt communis fert opinio, qui adhuc hodie morbus Gallicus vulgo audit; quamquam adhuc inter Gallos atque Hiſpanos de nomine certatur, & peculiare aliud apud alios nactus fuerit. Genuenſes appellant *lo malo de le tauelle*; Tuſci, *lo male de le bulle*; Lombardi, *lo male de le broſole*, Hiſpani, *las buas*: Ioh. de Vigo, *lib. 5. pract. Chirurg. cap. de cura morbi Gallici non confirmati.* Aliis eſt Siphilis: Rittershuſ. *ad Nouellas, parte* 4. *c.* 11. *n.* 4. & Indica ſcabies. Gallis, *les groſſes veroles, la grande gorre*, nonnullis lues Venerea. Theveto, *en la coſmographie, liu.* 21. *chap.* 11. *pag.* 934. *le mal commun de tout le monde*, quod totum occupauerit orbem. Autori, qui ſcripſit *l'hiſtoire du Cheualier Bayard,* (*chap.* 11. *pag.* 85.) *le mal de celuy qui l'a.* Frequentiora tamen olim fuerunt, & ad nos vſque continuata ſunt tria illa nomina, lues Hiſpanica, malum Neapolitanum, morbus Gallicus; quod ab Hiſpanis primum illatus, Neapoli multum auctus, à Gallis tota Italia, Galliaque, & aliquot aliis regionibus ſit propagatus: Belcarius *commentar. rer. Gallicar. lib.* 7. *pag.* 189. *n.* 11. Veteribus olim non ignotum hunc morbum, ſunt qui contendant: Arnoldus Ferronus, *de rebus geſt. Gallor. lib.* 2. *pag.* 50. plures tamen aliter ſentiunt, & nouum dicunt, diuerſis relationibus. Aſtrologiæ cultores originem aſtris adſcribunt, & ſpeciatim coniunctioni Martis, Iouis & Saturni; quam factam dicunt anno M CCCC LXXXII. alii infectioni aëris imputant; alii corruptioni humorum, alii, quod carnem humanam comederint milites ad Neapolim, tunc fame laborantes; de quo videri poteſt du Laurent, *au traicté de la verole, chap.* 2. Communiter autem creditur, ex nouis Indiis, vbi in curſu ab antiquo fuerat, hunc morbum primum in Europam tranſlatum ab Hiſpanis militibus, exinde redeuntibus cum Chriſtophoro Columbo, infectis eodem morbo, per commercium Venereum quod cum incolis eorum locorum habuerant: Vignier, *en la Bibliotheque hiſtoriale, tome* 3. *pag.* 821. Iſtos poſtea iunctos Conſalui copiis ad Neapolim, anno M CCCC XCV. mali contagione ſerpente, ſocios infeciſſe: Arnoldus Ferronus *de reb. geſt. Gallor. lib.* 2. *p.* 50 & meretrices eadem infectas ad Gallorum exercitum, qui contra Conſaluum militabat, ſe contuliſſe, atque cum plurimis ex eodem rem habuiſſe, quibus pro munere amatorio hoc malum communicauerint: Laurent. *d. c.* 2. *de la verole.* Eſt ergo

Digitized by Google

hoc malum origine ſua Indicum, per communicationem primam factum Hiſpanicum, qui illud cumulatiue deinde tranſtulerunt in Gallos ad Neapolim, & longo tempore poſt inuexerunt etiam in Flandriam. (ſub Philippo Auſtrio, Burgundiæ Duce, irrepſiſſe primum in Flandriam, ex promiſcuo comitatu Hiſpanico virorum, fœminarumque, claſſis Philippi, ſponſam adducentis, puſtulas, quas vulgus Hiſpanicas vocarit, morbi Venerei ſerpentis contagionem, annotauit Iacob. Marchantius *in deſcriptione Flandriæ, lib. 3. p. 320.*) Hinc, cum Neapoli primo à Gallis ſuſceptus, ab iiſdem morbus Neapolitanus eſt vocatus. Cum vero Galli tunc, & poſthæc, eodem morbo plus quam alii occupari cœpiſſent, ab Hiſpanis, atque Italis, morbus Gallicus appellatus fuit: Hieronymus Rubeus, *hiſtor. Rauennat. lib. 7. p. 645.* Idem factum à Germanis, qui vocabulo Franzoſen / quo itidem Gallos denotant, hunc morbum affecerunt. Rationem denominationis exprimit Stumpf (in der Schweitzer *Chronic. lib. 13. c. 22. fol. 441. b.*) hac narratione: Vmb das Jahr Chriſti 1495. bey den zeiten der Neapolitaniſchen vnd Franzöſiſchen Krieg / brachten die Teutſchen Kriegsleute / Eidgenoſſen vnd Landsknechte / erſtlich die jämerlich / vnd verderbende Plage / die böſe Blattern ins Land / vnd die wurden Franzoſen genant / darumb daß die Knechte ſolche Plag bey den Franzoſen erobert hatten; das iſt die fürnemſte Beut / vnd höchſte Beſoldung eine / ſo die Teutſchen in dem außländiſchen Krieg erholet haben.

rr) Galli in ſuſcipiendis bellis alacres, in reſiſtendo imbecilli, ac molles: Viperanus, *in orat. funeb. Caroli V. Imper. apud* Freher. *tom. 3. German. rer. ſcriptor. pag. 519. Mais il n' a touiours ainſi verifié, ayans reſiſté en pluſieurs combats iuſques à la fin, & ſouſtenu longuement ſieges de villes. La faute vient, que quand ils ſont victorieux, ou ont quelque peu d'auantage & lieu de conqueſte, ils laiſſent tout ordre, raiſon & obedience, & puis comme femmes ſont deffaits & chaßés. L' inobedience procede de l' intemperature, à laquelle le Gaulois, pour eſtre en ſon pays trop accouſtumé à delices, eſt plus ſubiect qu' autre nation*: Claude du Pré, *en l' abregé de la vraye origine des François, chap. 4. pag. 24.* Amadio Niccolluci (*lib. 3. de' diſcorſi politici, & militari, c. 35. p. 374. & ſeqq.*) inquirens in rationem, (*perche i Franceſi ſono ſtati, & ſono ancora giudicati, nelle zuffe da principio più che huomini, & dipoi meno che femine? Si crede* (ſcribit) *per molti, che ſia la natura loro coſi fatta, il che credo ſia vero; ma non è per queſto, che queſta loro natura, che gli fà feroci nel principio, non ſi poteſſe in modo con l' arte ordinare, che ella gli manteneſſe feroci inſino al' vltimo. Sono eſerciti di tre ragioni; l' vno, doue è furore, & ordine; perche dall' ordine naſce il furore, & la virtù, come era quello de' Romani &c. doue è la virtù ordinata, vſa il furore ſuo co' i modi, & co' i tempi, ne difficultà veruna lo inuiliſce, ne gli fà mancare l' animo; perche gli ordini buoni gli rinfreſcano l' animo, & il furore, nutriti dalla ſperan-*

ſperanza del vincere, laquale mai non manca, inſino à tanto, che gli ordini ſtanno ſaldi. Al contrario interuiene in quelli eſſerciti, doue è furore, & non ordine, come erano i Franceſi, i quali tuttauia nel combattere mancauano: perche non riuſcendo loro col primo impeto vincere, & non eſſendo ſoſtenuto da vna virtù ordinata, quel loro furore, nel quale eſſi ſperauano, ne hauendo, fuori di quello, coſa, nella quale ci confidaſſino, come quello era rifreddato, mancauano &c. La terza qualità d' eſſerciti è, doue non è furore naturale, nè ordine accidentale, come ſono gli eſſerciti noſtri Italiani de' noſtri tempi, i quali ſono inutili, & ſe non ſi abbattano ad vn eſſercito, che par qualche accidente ſi fugga, mai non vinceranno.) (Cur Franci olim dicti, & adhuc dicantur in primo prælii impetu plus quam maſculos eſſe, & poſtea minus quam fœminas? Multi credunt, inquit, ita naturam ipſorum ſe habere, quod & mihi videtur; non quidem, quod illa ipſorum natura, quæ eos feroces facit in principio, non poſſit arte ita dirigi, vt etiam feroces maneant vſque ad finem pugnæ. Datur exercitus triplex; vnus, in quo furor, & ordo; quoniam ab ordine oritur furor, & virtus; talis erat exercitus Romanorum &c. Vbi virtus ordine conſtat, exercitus vtitur furore ſuo, modo & tempore debito, nec vlla difficultas illum abiecti facit animi. Ordo enim bonus ipſi addit animum, & renouat ſpiritus, atque ferociam, ſpe victoriæ, quæ illos ſemper manet, vſque quo ordo obſeruatur. Contrarium euenit in exercitu, vbi eſt furor ſine ordine, vt contigit Francis, qui præliando remittebant ardorem. Etenim, vbi primo non vincebant impetu, non ſuſtinebatur illorum furor, cui confidebant, virtute ordinata; nec habebant præter illum quicquam, cui ſpe inniterentur: itaque ardore extincto, ſuccumbebant. Tertia exercitus ſpecies eſt, in quo nec impetus naturalis, neque ordo accidentalis reperitur, qualis eſt hodiernus noſtrorum Italorum, qui omnino eſt inutilis, nec vnquam alium vincere poterit, niſi illum, qui caſu fortuito iam fugam arripuit. Verum, quicquid alii hac in parte obiiciant Gallis, id omne in laudem nationis ſuæ vertere conatur de Lancre (*au tableau de l' inconſtance, liu. 4. diſc. 4. n. 3. fol. 387. & ſeq.*) (*I' aduouë franchement, que l' experience nous a appris, en beaucoup de choſes, que le François eſt trop bouillant, & que bien ſouuent on luy donne loiſir d' euaporer ſes chaudes fumées, principalement deslors, qu' on a deſcouuert ſon humeur. Neantmoins il faut auſſi qu' ils nous aduouënt, qu' en toute ſorte de deſſeins, l' heureux commencement eſt de telle importance, que communement le bien commencer emporte le tout, & fait reuſſir l' entrepriſe de haute luicte, quelque perilleuſe qu' elle ſoit &c. Et ſi la premiere poincte, en toutes nos actions, ſe peut iuſtement appeller l' occaſion, & que l' occaſion ſoit l' ame, & le vray & ſeul poinct de tout ce, que l' homme traicte & manie, le François a raiſon de la prendre aux cheueux. Et s'il en faut croire les Italiens, ils ont accouſtumé, quand nous ſommes chés eux, de nous bailler pour leçon, che il tempo non vuol tempo, & que les*

heures ſont ſi hardies, & accomodées à l' humeur Françoiſe, que iamais elles ne tournent en arriere. On diſoit contre ce grand Capitaine le Duc d' Alue, qu'il faiſoit ſes prouiſions de guerre auec trop de deſpenſe; qu'il eſtoit trop reglé, trop reſerué, trop caut, & quaſi timide és entrepriſes: Eſtant tres-veritable, que la moindre perte, qui ſe fait ſur le premier poinct d' vne entrepriſe haſardeuſe, & le premier rebut, qu' vn des partis reçoit au premier choc, tire preſque touſiours apres ſoy cette meſchante queuë de ruine entiere. Que ſi les François ſont eſtimés au commencement ſi fiers, hazardeux, & eſpouuantables, & qu' eu esgard à leur fierté, ils ne trouuent d' abord en teſte que des cerfs, ou des femmes; il ſera auſſi preſque malaiſé d' entretenir, amuſer, & temporiſer, cette impetuoſité, & cette furie, qui les accompagne en leurs commencemens, que de les aller attaquer, ou attendre. Et puis que les Eſpagnols, Italiens, Allemans, Anglois, & autres nations nous donnent cette qualité, d' eſtre premierement lions, ou hommes; il faut qu' ils confeſſent, qu' auant que de deuenir femmes, nous faiſons vn ſi grand effort, que la ſeule peur de nous voir rugiſſans, lors que nous ſommes en bataille rangée, les oſte aiſement hors de leur place, & les mene en tel deſordre, que malaiſement nous peuuent-ils arracher des mains la premiere victoire. Ils ne peuuent reſiſter qu' en fuyant; tant ils redoutent l' abord du François. Or l' impreſſion & la terreur de ces premiers & violents efforts, ſont de mauuais inſtruments, & mal propres pour enſeigner l' homme à faire ſa charge, l' arreſter en ſa place, & le contenir en ſon deuoir &c. On dit communement, que le premier coup en vaut deux. qui frappe vn bon coup le premier, eſtonne ſi fort ſon ennemy, que de là en hors il cherche plus à defendre ce peu de vie qui luy reſte, qu' à offencer celle des autres. Il faut charger ſon ennemy, & donner ces premiers coups violents, pendant qu'il conſulte, irreſolu s'il doit donner ou parer, aſſaillir ou fuir. Le François n' ayme de l' Italien que le mot de preſence, adeſſo, adeſſo, & careſſant la promptitude, comme ſa chere amie, il eſt tout à rebours ennemy de cet autre mot, Interim, mot de temporiſement, tire de nos traictés d' Allemagne, ou de ces Polonnois, qui appelloient, par maniere d' iniure, leur Roy Sigumond, le Roy Giotru, c' eſt à dire, le Roy de demain, d' autant que ce qu'il pouuoit faire ſur le champ, à la Françoiſe, il le remettoit touſiours au lendemain, & ſe ſeruoit de l' interim, pour vaquer à ſes diſſolutions, & molleſſes. Et puis que le moindre petit mouuement, la moindre petite huée, emporte le plus ſouuent le gain d' vne bataille; & que, quiconque a bien commencé, ſe peut dire auoir à demy acheué; vn Roy, vn General d' armée, qui a laſché des lions ſur des femmelettes craintiues, ſe trouue accompagné d' vne tres-grande diſgrace, s' il n' emporte la victoire. Donc que toutes les nations de l' Europe confeſſent franchement, Diu ayant donné aux François ce premier auantage d' eſtre au commencement hommes, quand bien nous accorderions que deuſſions deuenir femmes, (comme ils pretendent) qu'en cela meſme nous ſommes ſi auantageuſement gratifiés de la Nature, & de la fortune, qu'il n'y a que tenir, que nous ne

ſoyons

ſoyons les plus parfaicts, & de meilleure condition. Tant y a, nous donnons des premiers, nous ſommes en tout, & en toutes parts les premiers : noſtre vaillance eſt preſſante, & n'a beſoing d'eſtre attenduë, comme celle des autres. Et croy qu'il n'y a Eſpagnol, Italien, ny autre, qui que ce ſoit, que s'il auoit à choiſir vne de ces qualites, d'eſtre au commencement homme, & puis femme, qui à tout hazard ne choiſiſt d'eſtre premierement homme, attendu que l'vn eſt accordé, & tenu pour certain, & l'autre, qui eſt de deuenir femme, eſt en doute, & demeure touſiours en incertitude. Mais voulés-vous voir vn argument ſolide, tiré, comme on dit, de la maiſon propre, & de l'Eſpagnol, pour monſtrer qu'ils nous ont troué plus hommes ſur la fin, qu'au commencement ? Qu'on conſidere l'iſſuë des nos guerres ciuiles. Le Roy d'Eſpagne, Philippe II. le plus conſideré, & prudent, le plus heureux, & le prince le mieux ſeruy, pour vn homme ſombre (qui ne batailloit, qu'à l'ombre, & dans le cabinet) qu'autre qu'ait onc tenu ſa place ; apres auoir peu à peu recueilly tous les mal-contents de la France, taſté le poulx à tous les princes, & à toutes les prouinces, poßedé le cœur des villes, & des plus puiſſans citoyens, bouleuerſé, & changé la face preſque de tous les Parlemens, aliené, & deſuoyé les peuples tous entiers, ſi bien, qu'il ne reſtoit qu'vne poignée de terre, & de bons citoyens, au vray & legitime ſucceſſeur de cette couronne : ſi eſt-ce, qu'apres tant de ſang, tant de milliers d'hommes morts, il a fallu ignominieuſement quitter ſes ambitieuſes & mal-conceuës pretentions ſur cette couronne, ceder le Royaume, qu'il auoit tyranniquement plus qu'à demy acquis, & le reſtituer à ſon ennemy ; & abandonnant ſur la plus grande proſperité la ville principale, retirer ſes armes, & ſes armées, propoſer la paix, & pour ne perdre ſa couronne luy-meſme, ſur ſa retraicte, & aßeurer à ſon fils, de tout inesgal au Roy en valeur, en bonheur, & en experience, la briguer, & rechercher auec ardeur, de peur d'enſeuelir quand & luy, qui eſtoit aux abbois de la mort, & trainer à meſmes funerailles ſon Eſtat, & ſon fils. N'auons-nous pas faict voir en ce poinct à toute l'Europe, que ſur la fin nous eſtions plus hommes, qu'au commencement ? que la France ne ſe pouuoit vaincre que par elle-meſme, & non par aucune ſorte d'eſtrangers, pour ſi puiſſans qu'ils fuſſent ? que les François ſont de vrais Antées, qui reprennent vigueur de leur cheute, & le Roy vn vray Balon, qui en ſes plus grandes trauerſes a dict, & peut dire, concuſſus ſurgo : *plus il choppe, plus il ſe releue entier, & puiſſant. Et quand le reproche qu'ils nous font, ſeroit veritable, il tombe là, que nous commençons tous nos exploits militaires per vaillance, & ardeur, & les Eſpagnols, & autres nations, par molleße, & froideur. Que ſi nous ſommes violens, & aſpres, au commencement, c'eſt que nous ne voulons voir qu'vne ſeule fois les enſeignes de nos ennemis.*) Libenter fateor, experientia nos edoctos fuiſſe, pluribus in rebus, Francum eſſe nimis feruentem, & haud raro obtinere tempus euaporandi calidiorem fumum, potiſſimum tunc, quando de ipſius humore conſtat. Nihilo minus tamen fateantur & alii, in omni genere actionum, felix principum eius eſſe

 momen-

momenti, vt fere ſemper, qui bene cœpit, habeat, & inceptum, vt maxime periculoſum ſit, forti conatu ad bonum perducat finem. Et ſi primum caput, atque anima actionum noſtrarum, occaſio eſt, Francus recte facit, dum eam vbi capillata eſt, apprehendit. Si Italis fidem habemus, illi, vbi apud eoſdem commoramur, nos docent, tempus non admittere aliud tempus. Et ita ſane ſe habet, quod horæ ad Francorum genium maxime accedant, audaciam adiuuent, nec vnquam retrocedant. De egregio illo belli duce Albano, dictum fuit, quod magnis impenſis ea, quæ ad bellum neceſſaria, pararet; quod regulæ nimis inſiſteret, tardusque eſſet & nimium cautus, ac quaſi timidus in negotio. Certum enim eſt, minimum damnum, quod in audaci facinore patimur, fere ſemper ſequi ruinam integram. Quod ſi Francogalli in principio æſtimantur eſſe adeo feroces & terribiles, ac aleæ committere negotium, quodque, ferociæ ſuæ cauſa, in principio pugnæ aduerſum ſe non habeant niſi ceruos, aut fœminas, difficile quoque erit retinere, vel ſufflaminare hunc eorum impetum, & iſtum furorem, quo aguntur in principio, aut eos aggredi, vel eorum ſuſtinere inſultum. Et quoniam Hiſpani, Itali, Germani, Angli, & aliæ nationes, nobis hanc attribuunt qualitatem, quod in primordio ſimus leones, aut maſculi, neceſſe eſt, vt ſimul fateantur, antequam degeneremus in fœminas, nos ea vti ferocia, vt ſolus timor, dum nos conſpiciunt fremebundos inſtructa in acie, illos facile permoueat loco cedere, & ſic turbare ordines, vt difficulter nobis primam poſſint præripere victoriam. Non poſſunt, niſi fugiendo, ſibi ſalutem quærere, aut reſiſtere, adeo horrent Francorum impetum. Sunt vero, impreſſio & terror violentiæ iſtius primordialis, corrupta inſtrumenta, & male apta ad admonendum hominem, vt ſuo ſatisfaciat officio, & loco non cedat. Communis vox eſt, primum ictum valere duos. qui primus verbera animoſe infert, hoſtem ita percellit, vt magis poſtea de defenſione vitæ ſuæ ſit ſollicitus, quam de offenſione alterius. In hoſtem irruere debemus, & eum verberibus violentis pulſare dum adhuc conſultat, & nondum conſtituit, velitne inferre an declinare ictum, aggredi aduerſarium, an tergum vertere. Franco haud aliud, quod Italorum eſt, placet, quam vocabulum, *adeſſo*, id eſt, ſtatim, & in amplexus promptitudinis, tanquam amicæ ſuæ ruenti, inuiſum eſt illud, *interim*, vocabulum dilationis, quod ad nos peruenit ex Germania, vel ab illis Polonis, qui velut per contumeliam appellabant Regem ſuum Sigiſmundum, Regem craſtinum; quoniam quæ extemplo expediri, Francorum more, poterat, ſemper remittebat in craſtinum, & impendebat inſtans tempus in luxum, & mollitiem. Quoniam autem exigua motio, & aliqualis clamor in prælio, vt plurimum cauſam dat victoriæ, quoniam etiam, qui bene cœpit, dicere poteſt, ſe dimidium facti peregiſſe; Rex, Duxve exercitus, qui leones immiſit in pauidum

agmen

Digitized by Google

agmen fœminatum, fortunam maxime nouercam habet, ſi victoria non potitur. Fateantur itaque libere omnes Europæ nationes, poſtquam à Deo hanc prærogatiuam habent Franci, quod primum ſint viri, quamuis concederemus quod fœminæ poſtea fierent, (vt ipſi opinantur) in hoc ipſo tanto fauore naturæ & fortunæ gaudere, vt dicendum ſit, nos maxime perfectos, & optimæ conditionis præ cæteris eſſe. Sic itaque res ſe habet; nos ſumus primi aggreſſores, nos ſumus in omnibus, & vbique, primi, noſtra fortitudo inſtans eſt, nec futura, vt reliquorum. Credibile omnino, non dari, vel Hiſpanum, vel Italum, aut alium quemquam, ſi illi concederetur optio inter has qualitates, eſſe primum virum & poſtea fœminam, qui nolit eligere primam, conſiderans, quod virum eſſe, infert rem certam; fœminam autem fieri, adhuc in ſuſpenſo eſt, & incertum. Quod ſi vero placet vobis ſolidum audire argumentum, ex domo propria, vt dici ſolet, & ab ipſis Hiſpanis petitum, quo probetur, quod nos in fine, magis quam in principio, viros eſſe cognouerint, aduertite ſaltem animos quem exitum noſtra bella inteſtina habuerint. Rex Hiſpaniæ, Philippus II. prudentia & felicitate maximus; omniumque principum qui vmbram amauerunt, (nec enim aciem inſtruebat, & ordines diſponebat alibi, quam domi, & in cubiculo,) optimos ſemper miniſtros nactus, poſtquam omnes totius Franciæ male contentos collegiſſet, tentaſſet animos magnatum & prouinciarum, acquiſiuiſſet beneuolentiam ciuitatum, & potentiorum ciuium, proſtrauiſſet & mutaſſet formam & faciem omnium fere Parlamentorum, atque ad ſe traxiſſet integras regiones, ita vt legitimo coronæ ſucceſſori non niſi exigua pars regni & bonorũ ciuium adhuc addicta maneret, nihilo tamen minus, poſt tantam ſanguinis profuſionem, poſt tot mille hominum cædes, coactus fuit, non ſine ignominia, deſerere ambitioſas, & male conceptas prætenſiones in hanc coronam, cedere regno, quod, tyrannico auſu, vltra dimidiam partem iam occupauerat, & illud reſtituere hoſti ſuo, ac, relicta vrbe primaria reuocare exercitum, cogitare de pace, eamque (ne ſub exceſſum ſuum, ipſe coronam perderet, ſed potius filio, qui Regi Franciæ neque fortitudine, neque fortuna, neque experientia, comparabilis erat, integram ſeruaret) ambire, & ſerio expetere, metuens ne morte, quæ imminebat, ſuperueniente, exequiis ſuis regno ſimul & filio funus faciundum eſſet. Nonne hoc ipſo in negotio toti Europæ monſtratum dedimus, quod in fine magis viri ſimus, quam ab initio? quod Francia non poſſit deuinci niſi à ſemetipſa, nec ab vllo extero, quarumcunque ſit virium? Quod Franci ſint veri Anthæi qui cadendo reſumunt vires; ac Rex inſtar magnæ pilæ: qui in maximis anguſtiis dixit, potuitque dicere; *Concuſſus ſurgo*; quanto magis percuſſus, tanto maior viribus ſeſe erexit. Denique, ſi id, quod nobis probri loco obiiciunt, verum eſſet, hoc ſecum traheret, quod nos omnes actiones militares,

inci-

incipiamus fortiter, & ardenter; Hiſpani vero, & reliquæ nationes, molliter, & frigide. Si nos ab initio violenti ſumus, & aſperi, id inde eſt, quod non niſi ſemel tantum nobis placet intueri vexilla hoſtium.

uu) Iohannes Barclaius (*in Icone animorum, d. c. 3.*) de Gallis hoc fert teſtimonium: Gens indomitæ intra ſe molis, at vbi in exteros exundat, ſtatim impetus ſui oblita; eo modo nec diu externum imperium tenuit, & ſola eſt in exitium ſuum potens. Longobardiam, Neapolim, Siciliam, & pleraſque alias per orbem terrarum prouincias, frequentibus victoriis ſubegere. Sed mox hoſtes male domitos fidentius, quam par erat, contemnere, aut ſimulantibus obſequium, credere, inconſulta laxaque bonitate. Tum licenter vti victoria, & præter illarum gentium indolem laſciuire: ad extremum obliuiſci armorum, aut ad patriam ſuam reſpicere, cuius diu abſentiam ferre non poſſunt. Per hæc vitia ceſſere in prædam his ipſis, de quibus triumphabant; læta ſemper bellorum initia atroci exitu corrumpentes. Nec hoc ipſi Galli inficias eunt, ſed votis fruſtra naturam, aut fatum pulſant. (*Il ſeroit à deſirer,* (inquit Caſſan *liu. 1. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France, chap. 7. pag. 354.*) *que les François euſſent autant de conduite pour conſeruer, comme ils ont de valeur pour acquerir. Ils ont ſouuent forcé les portes de Milan, & de Naples, & n'ont pas attendu qu' on les forçaſt pour en ſortir. Les Eſpagnols n' y ont faict qu' vn voyage, mais ils y ſont encores.*) Optandum foret, Francos eius eſſe induſtriæ, vt poſſent tam bene conſeruare, quam viriliter poſſunt conquirere. Sæpius effregerunt portas Mediolanenſes, & Neapolitanas, diſceſſerunt tamen inde antequam cogerentur. Hiſpani ſemel eo tantum profecti ſunt, ſed adhuc ibi ſubſiſtunt. Hinc natum quoque Italorum veriverbium; (*I gigli di Francia non poſſono pigliar radice in Italia,*) lilia Franciæ non poſſunt radices agere in Italia.

xx) Summo iure vicinitas Francorum, non Saxonibus modo & Sueuis ſuſpecta fuit ſemper, ſi Hunibaldo fidem dabimus; ſed Romanis quoque, & Græcis, vt Eginhardus, Caroli Magni ſcriba, reliquit teſtatum, nato etiam inde prouerbio Græco,

Τὸν φραγκὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς.

id eſt, Francum amicum habeto, at non vicinum. Cui dicterio occaſionem iuſtam dedit gentis rapacitas: nam vt quæque natio Francorum fines attingebat proxime, ita prima victorum armis obuia, & ſubacta fuit: Hadrianus Iunius, *in Bataui æ hiſtoria c. 9. pag. 69.*

yy) *La natura delli Franceſi è appetitoſa di quello d' altri; di che inſieme col ſuo, & de l' altrui è poi prodigo. Et però il Franceſe rubberia con lo alito, per mangiarſelo, & mandar lo male, & goderſelo con colui, a chi lo hà rubbato. natura contraria alla Spagnuola, che di quello che ti rubba, non vedi mai niente:* Machiauelli, *parte 2. oper. nelli ritratti di Francia, pag. mihi 123.*) Natura Franco-

Digitized by Google

Francorum auida eſt ad rapiendum aliena; quæ vbi acquiſiuit, ſimul cum propriis prodigit. Hinc Francus auide furabitur aliena, vt ea conſumat, etiam in conſortium vocato illo, cui abſtulit. Hiſpanus contrariæ naturæ eſt, nam quod ſemel tibi furatus eſt, id nunquam videbis amplius.

zz) *Pluſieurs bons eſprits de la France, picques de l'amorce du gain preſent, laiſſent bien ſouuent les bonnes lettres, pour ſuiure le train du palais, & s'aſſoupiſſent par cette voye, pendant que comme aſnes voués au moulin, ils conſomment leurs eſprits à ſe charger de ſacs, au lieu de liures:* Eſtienne Paſquier, *es recherch. de la France, liu. 2. chap. 4. in fine.)* Multa præclara ingenia Francorum, ineſcata præſenti lucro, ſæpius derelinquunt ſtudium bonarum literarum, & ſe addicunt forenſibus negotiis, quibus dum vacant, ſe onerant ſaccis, (inſtar aſinorum molariorum) & valedicunt libris.

aaa) *(La ſageſſe Françoiſe a eſté anciennement en prouerbe, pour vne ſageſſe qui prenoit de bonheure, & n'auoit gueres de tenuë. A la verite nous voyons encores, qu'il n'eſt rien ſi gentil que les petits enfans en France: mais ordinairement ils trompent l'eſperance, qu'on en a conceuë; & hommes faits on n'y void aucune excellence. I'ay ouy tenir à gens d'entendement, que les colleges où on les enuoye, de quoy ils ont foiſon, les abrutiſſent ainſi.* Michel de Montaigne, *liur. 1. des eſſais, chap. 25. p. m. 124.)* Sapientia Francica olim prouerbio ferebatur illa, quæ erat præcox, ſed paucos durabat in annos. Certe videmus adhuc, infantes in Francia lepidiſſimos eſſe, vt plurimum vero deinde ſpem noſtram eludere, & poſtquam ad maiorem ætatem peruenerunt nulla in re excellere. Audiui viros magni iudicii ſtatuentes, collegia illa, (quibus multum abundamus) ad quæ noſtra iuuentus ablegatur, eam ita corrumpere.

bbb) Gallos ſui natura ſtolidos eſſe, memoriæ prodidit Iulius Maternus in Aſtronomicis: Menoch. *arbitr. iud. quæſt. cent. 1. caſ. 57. n. 4. & 52.* Violentus Martis ardor Gallos ſtolidos atque inconſultos reddit: Pontan. *commentar. in Ptolem. ſentent. 3.* Petrus Crinitus, *de honeſta diſciplina,* Gallos homines ingenio facit barbaro: Sed eorum, inquiens, literæ ipſæ, ac bonarum artium ſtudium, ſimul cum Italiæ libertate cœperunt paulatim extingui, barbaris, id eſt, Gallis, ingruentibus. Huic tamen, aliisque, contradicit Ioh. Picardus *lib. 5. de priſca Celtopædia pag. 195.* Eſtienne Paſquier *des recherches de la France, liu. 1. chap. 2. per totum.*

ccc) *Les François deſirent presque tous faire bonne chere, ſelon leurs moyens, & quelques fois auec telle ſuperfluité en leurs banquets (particulierement dans Paris) qu'on y ſeruira pour vne douzaine de perſonnes, plus de viandes, de toutes ſortes, tant bouillies, que roſties, de venaiſon, gibbier, volatilles, fruits, pâtiſſeries, confitures, & autres diuerſes ſortes de friandiſes, que vint perſonnes, bien affamées n'on ſcauroient manger;* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 62. p. 421.* *Nous baſtiſſons comme ſi nous ne deuions iamais mourir, & banquetons*

comme ſi nous deuions mourir dés demain. A la verité le dernier eſt le faict d'vn pourceau, mais le premier ſent ſon homme: Antoine de Mont-Chreſtien *en l'œcon. politique, p.* 109. Conuiuiis quidem modum præſcripſit Philippus Rex, qui Pulcher dictus, ſed ille vix vnquam obſeruatus fuit. Conſtituit, *qu'il n'y auroit aux grands banquets, qu'vn mets, & vn entremets; & s'il eſtoit ieuſne, y auroit deux potages aux harencs, & deux mets*: Corrozet *au threſor des hiſtoires de France liu.* 2. *tilt.* 13. *fol.* 110.

ddd) Galli indecore cibum capiunt, & ſuperſtitioſas menſarum ſolennitates multis ſolœciſmis contaminant. Putes alios populos edere, Gallos autem vorare, & glutire, qui præ nimio cupediarum appetitu, ſæpicule linguam, & digitos, morſicant, & iuſculis fœde inuncti patinas, non aliter vt ſues trullas ſuas, circumagitant: Lanſius *de princip. Prouinc. Europæ in orat. contr. Gall. p.* 315. Hinc nonnemo dicere ſolitus, Gallos in alimentatione corporis vti iure naturali, quod, ſecundum ICtum, hominibus cum animantibus commune eſt.

eee) (*La ieune Nobleſſe de France a plus de mouuement aux eſpaules, plus de bricolles aux pieds, plus de ſingeries aux mains, & de tournoyemens en la teſte, qu'il n'y a de gouttes d'eau en la Seine. Elle ſe contrefait, elle ſe desguiſe, elle begaye au lieu de parler, elle pantalonne à cheual, & ſe comporte en toutes ſes actions ſi ridiculement, qu'vn peintre ne ſçauroit auec plus d'artifice esbaucher la figure d'vn fol, que ce pauure Gentilhomme François en donne de teſmoignage*: Alexandre de Pont-Aymery, *en l'Academie, ou inſtitution, de la Nobleſſe Françoiſe, fol.* 17. *b.*) Iuuenes Nobiles in Francia, pluries ſcapulas motant, pedes rotant, manibus geſticulantur, caputque circumagitant, quam Sequana guttas habet aquæ. Alienam perſonam induunt, ſuam mutant, ſtudioſe balbutiunt, equo inſidentes hiſtrioniam exercent, ac cunctis in actionibus ita ridiculi ſunt, vt pictor non poſſit fatui perſonam exactius repræſentare, quam illi agunt.

fff) Pro vitio, veſtitum quod attinet, Gallis obiicitur, formarum variatio, ac frequens mutatio. *La mutabilité & changement d'habillemens aduient par chacun iour en ce Royaume: Car il n'y a nation ſi inconſtante, en maniere de veſtemens, que la Françoiſe; ainſi que dit tres-bien Gaguin, en la vie de Philippes de Valois. Tellement qu'au temps d'iceluy Roy, on euſt dit à voir leurs habillements, qu'ils eſtoient tous baſteleurs*, Imbert *liu.* 3. *de la practique ciuile, & criminelle, chap.* 8. *n.* 3. *pag.* 610. *Le François* (*ſcribit* Fr. Ranchin *au tom.* 2. *de la deſcription de l'Europe, tiltre, Royaume de France, p.* 16. *& ſeq.*) *n'a point de forme, ou mode, comme on parle auiourd'huy, qui ſoit certaine & durable en ſes habits. Les autres Nations, à ſçauoir l'Italienne, l'Eſpagnole, l'Allemande, la Flamande, & autres s'habillent presque touiours d'vne ſorte. Le François peut eſtre peint le ciſeau à la main, pour couper ſur quelque façon nouuelle, & receuoir*

Digitized by Google

ceuoir, toute forme d' habit. ſurquoy il faut aduouër deux choſes conſiderables à l' auantage de la Nation: l' vne eſt qu' il n' y en a point d' autre en l' Europe, qui s' habille mieux, plus proprement, & plus à la grace & auantage du corps, ſans y eſpargner aucune deſpenſe. L' autre eſt, que le François prenant, & empruntant l' habit des eſtrangers, comme il luy arriue ſouuent, il y a touiours bonne grace, & luy ſied mieux qu' à la nation meſme qui le luy baille, tant il eſt plein de bonne mine, & d' aſſeurance, à ſe ſeruir de ce qui appartient à autruy. Si les eſtrangers veulent prendre l' habit du François, comme il eſt imité par quelques nations, ils n'y peuuent pas ſi bien reuſſir. Gallicus luxus eo cæteris omnibus, qui fuerunt vnquam, eſt damnoſior, quod in dies, atque adeo in horas, innouatur. Nam id veſtis genus quod mane geſtari cœperit, veſperi pro obſoleto habetur: id demum circa cultum corporis magnificum & ſplendidum ducitur, quod diu magnificum, ſplendidumque eſſe non poteſt: ne videlicet nouæ ſemper ſumptuum occaſiones deſint: Henric. Stephanus, *in apologia pro Herodoto pag.* 44. Hæc inconſtantia in veſtibus, (*ſi credimus diſcurſui* 8. de la Nouë *pag.* 232.) (*denote vne grande legereté d' eſprit, dont s' enſuit la purgation des bourſes, & matiere de riſée aux eſtrangers.*) magnam denotat iudicii inconſtantiam, euacuat loculos, & exteris materiam riſus ſuppeditat. Vt nunc inualuiſſe morem videmus, Gallorum inconſtantia in veſtitu, formam quod attinet, multorum Germanorum conſtantiam corrupit. Ex his enim quam plurimi, præſertim principes, nobiles, & nonnulli alii ditiorum vtriuſque ſexus, in forma veſtium à Gallis leges accipiunt, & ſequuntur. Cæterum, in forma veſtium nonnemo Gallorum, aliquando obſcœnam quoque laſciuiam exercere non erubuit, ſed mulcta penſauit crimen. Ita enim legitur (*en la Bibliotheque, ou threſor du droict François*, de Laurens Bouchel, *tom.2.ver. habits, p.*278.) *Par arreſt de Thoulouſe, en l' an* MDLXXVIII, *vn Eſcolier de Bayonne, nommé Diuerſole, fut condamné en cinquante eſcus d' amende, pour auoir faict faire des habits à ſon lacquay, couuerts de priapes, & autres figures ſales, & vilaines; auec inhibition aux couſturiers de faire ſemblables habits.*) Scholaris quidam Bayonenſis, nominatus Diuerſole, ſententia Tholoſæ anno MDLXXVIII. mulctatus fuit quinquaginta coronatis, quod famulo ſuo veſtem fieri curaſſet, coopertam variis Priaporum, aliiſque obſcœnis formis, ac interdictum ſartoribus ne impoſterum tales conſuerent.

ggg) Treuirenſis Elector (*in oratione ſua pro Gallo, referente* Sabino *in hiſtoria de electione Caroli V. apud* Schardium, *tom. 2. hiſtor. German. p.*841.) dixit, Gallos eſſe glorioſos.

hhh) Ex infinitis pauca ſufficiant, ſpeciminis loco. *Au dernier aduenement de Ieſus Chriſt, l' Eſtat de France ſe repreſentera ſeul, & vnique, & fera comparoir tous les autres Empires, reduits en prouinces ſous luy, & comme reunis en ſon bercail, & pourpris, puis qu' il eſt predict, que le fils de Dieu venant, il ne ſe*

trouuera qu' vne monarchie, comme preſqu' à ſa premiere deſcente il n' y en auoit autre que celle des Romains ; & ſe ſera lors ce grand Enoticon , plus ſpecieux , & louable , que celuy que pourpenſoit Zenon l' Empereur : Hugues de l'Eſtre, *en ſa remonſtrance, quæ exhibetur au 5. recueil des memoires de la Ligue, pag. 18.*) In vltimo Ieſu Chriſti aduentu, Monarchia Francica ſola apparebit , & adducet ſecum omnia alia Imperia mundi, redacta à ſe in prouincias,& ſub poteſtatem ſuam. Prædictum enim fuit,quod Filius Dei in aduentu illo,non niſi vnam ſolam Monarchiam reperturus ſit , quemadmodum vbi primum venit in orbem, nulla fere alia extabat quam Romanorum. Tunc fiet illud magnum Enoticon, maioris ſplendoris, & laudis, quam illud,quod cogitabat Zenon Imperator. *Vide infra huius libri cap. 5. lit. u. & cap. 6. lit. mm.* (*On peut dire* (ait Bret *de la ſouueraineté du Roy , liu. 2. chap. 2. pag. 153.*) *auec verité, qu'il n' y a iamais eu de Monarchie au monde , où les Roys ſe ſoyent plus affectionnés à rendre iuſtice à leurs peuples, ou qui ayent eu plus de ſoing de la faire ſainctement exercer , que les noſtres.*) Vere dici poteſt , nullam vnquam in mundo extitiſſe Monarchiam, in qua Reges tanto ſtudio iuſtitiam ſubditis ſuis adminiſtrauerint,aut curarint adminiſtrari,quam Reges Regni Franciæ. Idem thema plenius inculcat Louys d' Orleans , *aux ouuert. des Parlements, chap.4. pag. 42. & ſeqq.* *Auec la foy* (verba ſunt Autoris *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France , en l' auantpropos, pag. 8.*) *la dextre du toutpuiſſant a eſpanduë ſur la couronne des Roys de France les threſors de mille graces, & perfections, qui empeſchent le reſte des Roys de marcher du pair auec eux. Car comme premiers & plus anciens Roys des Chreſtiens , ils ont le premier rang d' honneur ſur tous les autres , & les precedent en toutes preeminences. Ils ſont premiers en religion, ils l' ont receuë pour la departir; premiers en valeur , qui les porte victorieux au trauers de toutes les valeurs du monde ; premiers en pouuoir, pour bien pouuoir, faiſans poßible l' impoßible ; premiers en pieté, & en iuſtice, qui ſont les deux vertus , qui les canoniſent , les deux colomnes , ſur la conſtance deſquelles ils ſont aßeurés de la durée de leur Eſtat. Premiers en clemence, premiers en honneurs , premiers en toutes Royales vertus.* Idem autor (*d. tract. liu. 1. diſc. 2. pag. 78.*) in laudem Regum Franciæ ita ſcribit : *Vaincre ſans iamais eſtre vaincus,& faire poßible l' impoßible, c' eſt l' vnique partage de nos Roys, & l' exercice ordinaire de leur eſpée. ceſte gloire leur eſt reſeruée du ciel : comme deuë à leur valeur, & à leur puiſſance : valeur,qui porte leur courage au deſſus des plus genereux courages, & puiſſance,qui rend redoutable leur ſceptre aux pouuoirs des Othomans,qui peuuent bien les deuancer en perſonnes, non en hommes ; qui ont plus de gardes, non plus de gens d' armes; plus de Courtiſans, non plus de Nobles ; plus d' officiers , non plus de Capitaines.* (*Beaucoup de nos Roys* (ita ſcribit le Sieur de la Valetrie, *en l' harangue au Duc de Parme, pag. 6. imprimée à Paris chés Iean Brunet , ruë neufue S. Louys , à la Croſſe d'or,*

ſor, en l'an M DC XXXVI.) ont esleué leurs enſeignes aux extremités de la terre. Que s'ils n'euſſent eu autant de miſericorde, que de vaillance, le monde eut eſté François, leurs ennemis euſſent paſſé aux Antipodes, pour ſe garentir, & en dix mille huict cents lieuës Françoiſes, que la terre a de circuit, n'euſſent rencontré où ſe mettre en ſeureté.) Plures noſtrorum Regum, vexilla ſua duxerunt vſque ad extremitatem orbis. Niſi vero tanta miſericordia abundaſſent, quanta fortitudine præditi, mundus totus factus fuiſſet Francorum patrimonium; ipſorum hoſtes ad antipodes ſe recepiſſent, ſpe ſecuritatis; ac intra decies mille & octingenta milliaria Gallica, quibus orbis ambitus perficitur, nullum inuениſſent angulum vbi tuto conſiſtere potuiſſent. *Les François (inquit* Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 91. pag. 647.) ſurpaſſent en excellence de lignage, non ſeulement toutes les autres Nations, qui ſont de preſent ſur la terre; ains encores en toute ſorte d'antiquité, & ſplendeur de Royaume, ou Monarchie. La valeur des François, (ita ſcribit* Antoine de Mont-Chreſtien, *en l'œconomie politique, pag. 70.) a fait trembler tous les peuples de la terre.* Pierre de Lancre, in laudem nationis ſuæ *(au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſc. 4. n. 3. fol. 388.)* adeo hyperbolicus eſt, vt dicat, *(que les Eſpagnols, Italiens, Allemans, Anglois, & autres nations ne peuuent reſiſter qu'en fuyant, tant ils redoutent l'abord du François.)* Hiſpanos, Italos, Germanos, Anglos, & alios populos, non poſſe reſiſtere niſi fugientes: adeo nimirum Francogallorum extimeſcere aduentum. Et Alexandre de Pont-Aymery *(en l'image du grand capitaine, chap. 10. fol. 236. b.)* vbi de peditatus Gallici infortuniis, certis in prœliis, egerat, annectit; *(Ce n'eſt pas, que nos gens de pied ne ſoyent braues, & vaillans, car ils ſont François; mais c'eſt; &c.* non inde hoc prouenit, quaſi noſter peditatus non ſit fortis & ſtrenuus, eſt enim Francicus; verum inde &c. Huc etiam ex parte referri poteſt Aduocati Regii oratio, (quæ habetur apud le Mercure François, *tom. 19. pag. 15.)* vbi inter alia ita fatur: *(Aujourd'huy l'Eſpagne n'eſt repeuplée que de François au ſeul Royaume de Valence, & de Murcia, il y en a plus de deux cens mille, (Vide* Bodinum de *Republ. lib. 5. cap. 1. pag. 784.* ac Antoine de Mont-Chreſtien, *en l'œconomie politique, tit. de la nauigation, pag. 256. & ſeqq.) la plus part Auuergnats, Gaſcons, Bearnois, Limoſins, Dauphinois, & du Languedoc, tous vilement ſeruans de valets, ou de cuiſiniers, ou exerceans meſtiers mecaniques, ou d'agriculture, & le nombre s'eſt augmenté, & s'augmente tous les iours, principalement depuis l'expulſion des Moriſques: en quoy les Eſpagnols ont fort profité, veu qu'au lieu d'vn ſang laſche, & infidelle, duquel ils ſe ſont deſchargés, ils en ont acquis vn plein de valeur, & de franchiſe, qui peut par conſequent donner des grands & vigoreux eſprits à leur Monarchie,)* Hiſpania hodie Francis abundat: In ſolo Regno Valentiæ, & Murciæ, reperiuntur ſupra bis centies mille, quorum magna pars Auernates, Vaſcones, Bearnenſes, Lemouicenſes, Delphinates, &

 Langue-

Languedocenſes, ſunt, qui ſeruiles præſtant operas, & ordinarias, aut exercent artes mechanicas, vel agriculturam. Numerus illorum creuit, & adhuc augetur indies, potiſſimum, poſtquam Mauri expulſi fuerunt. Quod Hiſpanis maximo fuit commodo, quia in vicem hominum effœminatorum, & infidelium, quos Regno excedere coëgerunt, ſuſceperunt fortes, & audaces, qui Monarchiam illam replere poſſunt magnis, & induſtriis ingeniis. Ex his, atque ſimilibus iudicare licet, an & quousque fides habenda ſit Ludouico d'Orleans (*aux ouuertures des parlements, chap. 24. pag. 297.*) dicenti; *Nous auons cet aduantage en France, que iusques icy les adulations n' ont fait tort à la reputation des François. Car le vray François n' eſt que franchiſe de cœur, ſans art, ſans fard, & ſans feintiſe.*

iii) Galli maxime addicti ſunt ludis, præcipue chartarum, talorum & pilæ minoris in ſphæriſteriis; vnde à nõnullis iocoſe dictum: Francogallos naſci (*vne raquette en vne main, & deux dés en l' autre. L' œconomie politique d'* Antoine de Mont-Chreſtien, *diſc. du commerce, pag. 40.*) tenentes vna manu reticulum ſphæriſticum, & altera par talorum. Chartarum, atque talorum, publicas Academias luſorias (*car le beau nom d' Academie eſt demeuré au lieu, où ſe fait le reduict de ceux qui font des oſſelets arbitres de leur fortune.* Antoine de Mont-Chreſtien, *en d. tr. liu. 2. pag.* 45. id eſt: etenim egregium Academiæ nomen, datum fuit, & remanſit loco, vbi conueniunt illi, qui oſſiculis ſuas fortunas committunt) hinc inde, potiſſimum autem Pariſiis habent, quæ quanto illis, qui eas tenent, lucro ſint, ex eo cognoſcitur, quod Mercurius Gallicus (*tom. 1. pag. 325.*) refert, Titium Lutetiæ conduxiſſe domum (*pour y tenir Academie aux ioueurs pendant quinze iours, que tiendroit la foire aux fauxbourgs S. Germain, & qu'il auoit loué ce corps d'hoſtel quatorze cents francs, pour ces quinze jours*) in qua Academiam luſoriam teneret, quindecim per dies, quibus nundinæ ſuburbii Sancti Germani terminantur, & quod hanc domum conduxerat quater & decies centenis francis, dictos per dies. Has Academias luſorias bono zelo prohibuit Ludouicus XIII (quas Henricus IV. tolerauerat, amans & exercens ipſe eiuſmodi ludos (Pleix *en l' hiſtoire de Henry le grand, pag. 593. n. 18.*) ſed poſtea iterum itum fuit in antiquam ſyluam, quo de videri poteſt idem Mercure François *tom. 2. ad annum M DC XI. pag. 35. & ſeqq.* De ſphæriſteriorum numero, (quorum in ipſa vrbe Lutetia & in ſuburbiis, centum numerabantur) non amplius augendo, anno M DC I. die XXIX. Maii ſententiam in Curia Parlamenti latam fuiſſe, annotauit Mornacius, *in annot. ad 24. libros digeſt. ad l. 16. ff. mandati.*

kkk) (*Ce que l' on dit auiourd' huy des François, qu'ils ne ſe peuuent coucher ſans feu, ny dormir ſans rideau*; P. Matthieu, *en l' hiſtoire de Henry IV. liu. 3. narrat. 4. n. 4. tom. 1. pag. 627.*) Quod vulgo dicitur, Francogallos

non

Digitized by Google

non poſſe cubitum ire ſine igne; nec dormire, niſi lectus velo obductus ſit; calumniam meram eſſe docet de Lancre *d. lit. 4. diſc. 3. n. 9. fol. 422.* (*Les François* (ait,) *en leur voyage d'outremer, ont bien monſtré le contraire. Nos Princes, & Capitaines és guerres d'Hongrie, & n'agueres en Flandres, & à Oſtende, ont faict de telles preuues en ce qui eſt de la patience, & ſouffrance d'vn vaillant, & courageux ſoldat, qu'il n'y a homme mortel, qui en puiſſe guere ſouffrir d'auantage: ayant pati, & combatu iuſqu'à ce qu'il n'y ait eu plus de terre pour les enſeuelir, eſtans contrains de mettre les corps morts de trauers, comme des faſcines, pour raccommoder leurs baſtions; & pour monſtrer qu'il luy a bien eſté beſoin de ſçauoir viure ſans feu, & ſans rideaux. Il faut ſeulement ſe reſſouuenir de la guerre de Sauoye, où noſtre armée eſtoit au cœur de l'hyuer, enſeuelie dans la neige, au milieu des plus rudes montagnes, qui ſoient en l'Europe; & neantmoins le François y a veſcu auſſi ioyeuſement, que dans le pays le plus fertile de la France.*) Franci in profectionibus vltra mare, contrarium ſatis euidenter declararunt. Noſtri Principes, & militum præfecti, in bellis Hungaricis, & ante non multos annos in Flandria ad Oſtendam, tantæ patientiæ & tolerantiæ, quæ virum fortem & ſtrenuum militem decet, ſpecimina exhibuerunt, vt fere nemo mortalium alius reperiatur, qui maiora edere poſſit. Pertulerunt onera, & dimicarunt vſque dum terra defuit, vbi ſepelirentur, eo redacti, vt corporibus demortuorum pro propugnaculis vterentur; atque oſtenderunt, ſibi neceſſe fuiſſe, vitam ducere ſine igne, & velo. Reuocemus ſolum in memoriam bellum, quod in Sabaudia geſtum, vbi exercitus noſter, media hyeme obrutus niue, degebat intra montes totius Europæ aſperrimos; nec minus tamen Francus ibi tam hilariter viuebat, ac ſi fertiliſſimo in ſolo Galliæ degeret.

lll) Iohannes Barclaius, *in Icone animor. d. c. 3.* Illud autem in Gallicis moribus ac veluti fatis, triſte, quod beneuolentiam, quam in ſua regione hoſpitibus indulgent, extra patriam vix in ſuos ciues expromunt. Quis credat in exteris terris tam humano populo non ſatis conuenire? Aues quoque in caueam deductæ, roſtra & iracundiam vix ſtringunt; & ſocietas fati peregrinationem ferarum conciliat, extra ſyluas quærentium prædam. Soli Galli, quacunque in peregrino ſolo conſederint, præſertim ſi miſeri, & ad opem alienam conuerſi, ſæuiſſima æmulatione decertant.

CAPVT

CAPVT IV.

De Finibus, Latitudine, ac Longitudine Franciæ, nec non de prouinciis, in ea vel extra eam, quæ Regni membra ſunt, vel Regno cohærent.

FRanciæ (*a*) ad Septemtrionem, vbi Germaniam Inferiorem reſpicit, limes ſtatui ſolet, linea, ducta à Caletibus per Metim, vſque Argentoratenſium in agros. Angliam verſus, Oceano Britannico terminatur: ad Occidentem eam pulſat, ingenti facto in Aquitaniam ſinu, Oceanus. Ad Meridiem, qua quidem Hiſpaniæ adhæret, Pyrenæos habet montes; qua vero apertior liberiorque, & ſui quaſi ſit iuris, Mediterraneum mare, quod ibi Gallicũ dicitur. Ad ortum Alpibus ſeparatur ab Italia, Iura monte; ab Heluetiis, Burgundiæ Comitatu, & Lotharingia à Germanis. Longitudo Franciæ ducentis alibi, alibi ducentis quinquaginta milliaribus (*b*) conſiſtit; vel trecentis aut trecentis & triginta: Ita enim aliis (*c*) placet. Latitudo ab meridionaliſſimis, ad mare Mediterraneum littoribus, ad Caletenſem vſq; vrbem, milliaria ferre CCXXCV. eſſe dicitur. Prouinciæ, quas Regnum Franciæ poſſidet, ſibique vnitas habet, vel in ipſa Francia ſitæ ſunt, vel ad, vel extra eandem. Quæ in illa, hoc ordine Alphabetico, quo vti conſtitui, præcipuæ ſunt.

Alnienſis ager (*d*) vulgo *le Pays d'Aulnis.* Nomen quidam factum putant ab Francorum Rege, quem Anglos bello perſequentem dixiſſe ferunt; ſe ſuis rebus ſatis ſuperque proſpicere, modo ſingulis diebus, hoſtibus vnam ſolam agri vlnam (quæ Gallis *aulne*) ademptam, ſuo principatui adiiceret. Pagi Alnienſis appellatione, vetera monumenta intelligunt territorium Rupellæ, & adcenſebatur Seneſchalliæ Santonum. Sed ex quo Rupella excuſſo Anglorum iugo, dedidit ſe Regi Franciæ, Pagus Alnienſis in priuatam ceſſit Præfecturam; eſtque ab Santonio ſecluſus, neque vlli Curiæ poteſt ſubditus eſſe,

Digitized by Google

eſſe, præterquam Pariſienſi. Id enim inter capita ipſorum continetur priuilegiorum. Cæterum Carolo VI. Galliarum Rege regnante, anno MCCCLXXIV. Rupellam & agrum Alnienſem coronæ vniri cœpiſſe, annotatum (*e*) reperio.

Aruernia (*f*) *le Pays & Duché d'Auuergne.* Vicinos habent Aruerni, ad Orientem Forenſes, & Lugdunenſes: ad Meridiem, Languedocios: ad Occidentem, Cadurces, Petrocorios & Lemouices: Septentrionem verſus, Bituricenſes & Borbonios. Duplex hodie eſt hæc prouincia; ſuperior, vel montana, & inferior, quæ plana. Superior (*le hault Pays d'Auuergne*), & Aruernia κατ' ἐξοχὴν, primariam habet vrbem, Fanum S. Flori (*Sainct Flour*), in edita rupe ſitam; vicum olim, cui nomen, Mons planus: Prioratu quondam, hodie Epiſcopatu, qui ex Claromontenſi delibatus, claram. Reliqua oppida dicuntur, *Orillac*, latine Aureliacus, ſedes antiqua Bailliuatus, cuius iuriſdictioni ſubſunt, præter oppidum, & primariam vrbem, de qua dixi, Carlatum, Muratum; pagique, qui vernacule, *Sailleres, Maurıac, S. Martin*, & alii, *Billons*, *le Puy &c.* Territorium quoque & Bailliuatus, *Beaucaire.* Prope Pongibautum oppidulum pagus eſt Roia, in quo argenti ferax fodina. Inferior, vel plana Aruernia, (*le bas Pays d'Auuergne*) Alimania (*l'Alimagne*) proprie dicta legitur. Metropolis illi eſt Claromontium (*Clermont* vulgo), ſequitur Rionium (*Rion*) vbi ſedes Seneſchalli inferioris Aruerniæ, cui, cum ipſa Metropoli, ſubſunt, & oppida, & vici, oppidorum priuilegiis gaudentes. Succedunt, Montferrantum, (*Montferrau*), Yſſoira, & Brionda, Combraillia, Mons Acutus (*Montaigu*), Aqua perſa (*Aigue perſe*), Vichium, Bilhonum, Auzona, Fanum S. Germani, Lambouum Eusbreula, San-Pourſainum, & alia.

Belſia (*g*) (*la Beauſſe*): hæc triplex eſt, Superior, Media, Inferior. Superior (*la haulte Beauſſe*) initium capit ab vico, qui vulgo Ablys indigitatur. Concenſentur illi, Carnutum regio, Ducatus Andegauenſis, Comitatus Perchenſis. Carnutum territorium (*le Pays Chartrain*) adhæret hinc Perchenſi Comi-

tatus inde Ducatui Aurelianenſi. Primarium oppidum Carnutum (*Chartres*) audit. Carnutum territorio ſolitus eſt adcenſeri Comitatus Druidenſis (*le Comté de Dreux*): nec non, vt quibusdam placet, Montfortius (*Monfort*). Ducatus Andegauenſis, (*le Duché d' Anion*) incipit à vico *Chouſay*, & accipit finem inter *Moncontour*, & *Herrant*, vbi initium Pictauienſis territorii, quod illi à meridie: verſus orientem confinia ſunt, Turonenſium, & Vindocinorum; ad Septentrionem Comitatus, qui vulgo *Maine*, & *Laual*: ad occidentem denique Britanniam attingit. Metropolis Ducatus eſt Andegauum (*Angiers*); oppida ſunt, *Saumur* (Salmurium) ad Ligerim, *Montreneau*, *Bauge*, *Beaufort*, *Briſſac*, *Monſtreul*, *Bellay*, *Maleurier*, *Chantonceau*, *Vibers*, *Duretail*, *La Fleſche*, *Chaſteau-Goutier*, *Segre*. Comitatus Perchenſis (*Comté du Perche*) diuiditur in duas partes, quarum vna inferior dicitur, vulgo *Le Perche Gouet*, Caſtellania Carnutenſi territorio quaſi incluſa, primarium habens oppidum, quod *Nogent le Rotrou*, vernacule: Altera ſuperior eſt, quæ proprie Comitatum conſtituit. Oppidum cum aliis habet Mortanium (*Mortaigne*) vbi ſedes Bailliui Perchenſis. Terminatur, qua Normannos reſpicit, in Vernuelio (*Verneuil*); qua Cenomanos, in Mamerſio (*Mamers*). Mediæ Belſiæ tribui ſolitum, quicquid eſt, inde quidem ad vtramq; Ligeris ripam ab Rothomago (*Romorantin*), hinc autem in dextra Ligeris ripa, quicquid Caſtelloduno (*Chaſteaudun*) porrigitur Bleſas & ad Turonenſiũ vſque agros. Vocatur hæc Belſiæ pars Vindocina (*Vendoſmois*); comprehendit partim Comitatus, Bleſenſem, Dunenſem, & Tonnorienſem; partim Ducatus, Vindocinenſem, & Turonenſem. Comitatui Bleſenſi (*le Comté de Blois*) nomen dedit oppidum antiquum Bleſenſe (*Blois*). Comitatus Dunenſis (*le Comté de Dunois*), principem habens vrbem Caſtrodunum (*Chaſteaudun*). Ducatus, olim Comitatus, Vindocinenſis, (*Duché de Vendoſme*) initium capit à Baugenciaco, limite inter duas Belſias, quæ cognominantur Solonia, & Vindocina; fines longe lateque extendens ad Santonas vſque, vt quidam volunt.

Dictus

Dictus à Vindocino oppido(*Vendoſme*). Turonenſis Ducatus (*Duché de Touraine*) incipit tribus ſupra Ambocienſem vrbem milliaribus, verſus Bleſas; terminatur in vicis, qui vulgo, *La Chapelle Blanche, & Chouſay.* Metropolis Ducatus eſt Cæſarodunum Turonum (*Tours*): minorum gentium oppida, Ambocia (*Amboiſe*), Langerſum (*Langers*), Chinonum (*Chinon*) & alia. Belſia inferior (*baſſe Beauſſe*) campeſtris omnino eſt, & plana; porrigitur inter Epiſcopatus, Aurelianenſem, & Carnutenſem, ab oppido Stampenſi procurrens; verſus Orientem quidem ad Senones vſque; verſus Meridiem, ad pontem Aurelianenſem. Comprehendit Ducatum Aurelianenſem, ditionesque vel territoria, Lorriacum, & Soloniam. Ducatui (*Duché d' Orleans*) nomen ab vrbe eius primaria, ad Ligerim ſita. Territorium Lorriacum, (*Pays de Lorris*) dicitur ab Lorriaco oppido. Solonia (*Solongne*) comprehendit quicquid eſt trans Ligerim, ab Aurelianenſi vrbe ad Ambocienſes vſque, & hinc porrigitur verſus Orientem per adiacentia Cari fluuio loca. Duplex autem eſt; Superior, & Inferior. Præcipua vrbs Romorantia, (*Romorantin*): ſequitur Caſtellum Nouum (*Chaſteau-neuf*), Aubinium (*Aubigny*), Clariacum (*Noſtre Dame de Clery*), Iargolium (*Iargeau*).

Bearnia (*Bearn*) principatus titulo clara, vnde nomen ſuum traxerit, dubitatur. Nonnulli putarunt illud eſſe à Biarmis (*h*), ſeptentrionalibus populis, quos, cum Gothis, aliisque, Hiſpaniam petentes, iis in locis ſedes fixiſſe volunt. Sunt, qui poſcribant, originem traxiſſe à Bernatibus (*i*), Heluetiæ nunc populis, iisque regionem ab Carolo Martello dono fuiſſe datam. Alii alia ferunt. Sita eſt hæc Regio ad radices Pyrenæorum montium, inter Bigerronum, Baionenſium, aliorumque confinalium populorum territoria, & agros: eſtque in duas partes diuiſa. Vna montibus obſita, Eleronum (*Oleron*) habet oppidum: Altera ab vallibus, locisque planioribus occupata, Laſcarienſem ciuitatem, (*Leſcar*). Metropolis Bearniæ eſt Caſtrum Palum (*Pau*), vbi ſedes Principum, Minora oppida ſunt, *Orthes,*

Morlais, Nauarrin, Sarance. Inter regionis familias primū locum obtinent illuſtres, quas ex Cantabris aiunt ortas, Grammontia, & Luſſea. Baronatus clarent dignitate, *Mirens, Iadre, Monens, S. Colombe, Eſpanalabagne, Coderch, Nauailes, Caſtelnau, Maſeres, Luz, Suz*, & aliæ. Merula (*k*) monet, principatum Bearnenſem ſemper ſeparatum fuiſſe à Francorum ditione, (quod tamen alii negant) ſed demum accreuiſſe quaſi Regno Franciæ, cum Chriſtianiſſimus Henricus, Nauarræ Rex, Regni Francici capeſſeret ſceptra, iure ſucceſſorio. Verum vt maxime tunc Regno accreſcere debuiſſet, obſtitit tamen Henrici voluntas (*l*); Ludouicus autem XIII. vtilitati & legibus regni conſulens, Francicæ coronæ principatum illum incorporauit (*m*), anno MDCXX. die XX. Octob. poſtquam Archiepiſcopus Lugdunenſis graui oratione id fieri, anno MDCXV. ſuaſiſſet (*n*).

Bituricum (*o*) (*Berry*) à ſeptentrione Soloniam, inferioris Belſiæ partem, à qua Caris fluentis diſterminatur; ad Orientem Hurepenſes, Niuernenſes, & Borbonios reſpicit: conſtituente hic limitem riuulo, cui nomen *la Faye*: qua Meridies eſt, Lemouices habitant, vbi *Croure* fluit; qua Occidens, Pictones & Turones, à quibus fluuiolo, qui vulgo *Clery*, ſeparatur. Metropolim habet *Auaricum*, vulgo nunc *Bourges* dictam, vbi eſt Tribunal Ducatus huius, cui præſidet *le Bailly de Berry*, ſub quo, vna cum Metropoli, ſunt quinque diœceſes, *Yſſoudun, Dun le Roy, Vierzon, Mehun, Concreſſault*. Metropoli adcenſentur, Comitatus *Sancerre & S. Aignan*, Baronia *Montfaulcon*: Caſtellaniæ, vt loquuntur, fere quadraginta.

Borbonium (*p*) (*le Pays & Duché de Bourbonnois*), qua Occidens eſt, Bituriges, & Lemouices habet conterminos: qua Septentrio, Niuernenſes: ad Orientem Burgundi fere iacent: ad Meridiem ſunt Lugdunenſes. Partes habet, inferiorem & ſuperiorem. Inferior comprehendit vrbes ipſas, duosque Comitatus. Inter vrbes Metropolis eſt Molinum (*Moulins*), ad flumen *Allier* dictum: cæteræ Borbonium (*Bourbon*), *L'Archimont, Montmeraut, Coſne, Montluſſon, S. Porcin, Cuſſet, Chancelle, Charroux*,

Digitized by Google

roux, *Vernueil*, *&c.* Comitatus ſunt duo, *Beauiolois & Foreſt.* Prior, Belloiolesſius complectitur quicquid eſt inter Ligerim, & Ararim; ſitus, orientem verſus, inter Forenſes & Burgundos. vrbs primaria dicitur *Beauieu.* Alter ſub ſe habet, *le Pays de Foreſt.* Superior Borbonii tractus, proprio vocabulo dicitur, *le Pays de Combraille.* Cæterum Borbonium iterum cum corona Franciæ coaluiſſe dicitur opera Caroli VI. A. C. M CCCC. (*q*).

Breſſianus ager Regno Franciæ acceſſit anno MDCI.d.XVII. Ianuar. permutationis titulo. Cum enim Sabaudiæ Duci Henricus IV. Gall. Rex Marchionatum Saluciarum (*r*) cederet, Dux Henrico ceſſit ditionem Breſſianam (*s*) (*le pays de Breſſe, Bauge, & Veronoy, auec la Baronnie, ou Bailliage de Gets, la Chaſtellenie, de Chaſteau-Daulphin, & tout ce qu'il auoit du Daulphiné*). An autem hæc permutatio Franciæ Regno vtilis, an damnoſa (*t*) fuerit, dubitatur. certe multis ea iam tunc ſuſpecta (*u*) fuit.

Brienſis ditio (*x*) (*la Brye*), antiquus Comitatus eſt. Initium illi ad Cretelium pagum, haud procul ponte Charentonio, vbi Matrona Sequanæ commiſcetur, quarum illa Campanos fere, hæc Gaſtinenſes à Brienſibus ſeparat. Nam quidquid ferme inter duo hæc flumina eſt, ad Burgundiæ vſque Ducatum, Brienſibus adſcribi ſolet. Manet nomen in oppido, quod vulgo *Brye*, vel *Bray Comte Robert*; ſic dictum à Comite Roberto, Brienſium quondam Principe, cui hic erat domicilium. Brienſium vrbes ſunt, Caſtellum Theodorici (*Chaſteau Thierry*), Iatinum Medorum, vel Meldarum (*Meaulx*) Prouinſium, & aliæ.

Britannia (*y*) (*Bretaigne*), nomen habet à Britannis populis. ad Orientem Normannos habet, Cenomanos & Andegauenſes confinales. Ad Meridiem Pictones, reliqua latera claudit Mare Britannicum. Soleæ ferreæ ſpeciem referre dicitur, cuius exterior pars ſubrotunda, mare; interior vero, quæ concaua, reſpicit mediterranea. Incolæ eam capiti Monachi (*z*), in vertice raſi ſimilem dicunt. Longitudo eius ſex dierum itineris eſſe fertur, trium autem Latitudo. Hodie duplex, ſupe-

rior, & inferior. Superior (*La haulte Bretagne*) Metropolim habet Nannetum (*aa*) (*Nantes*): cæteræ ſunt, Redonum (*Rennes*), Dolum (*Dol* vel *Doul*), Fanum Briocenſe (*S.Brieu*), Fanum S. Machlouii (*S. Malo*), *Dinan, Rieulx, &c.* Inferior Britannia (*la baſſe Bretagne*) vrbes habet, *Vannes*, S.Pauli fanum (*S.Paul de Leon*) Blabiam (*Blauet*) &c. Cæterum Britannia, Comitatus olim titulo ornata, Ducatus dignitatem adſecuta eſt, circa annum CIↃ cxxc. Magna ducum potentia, ſed & licentia fuit. Nam ſe à feudali iugo Franciæ Regis liberos (*bb*) dixerunt, & titulo, *Dei gratia* (*cc*), aliisque vti ſuſtinuerunt. Anna Britannica, deficiente Ducum ſtirpe maſcula, deſponſata primum Richardo Walliæ principi, inde Maximiliano I. Cæſari, nupſit tandem Carolo VIII. eoq; mortuo, Ludouico XII. Galliarum Regibus; ſicque Ducatus Britanniæ, Regno Franciæ connexus fuit (*dd*).

Burgundiæ pars (*Bourgogne*) ea, quæ Ducatus (*ee*) titulo clara, cingitur qua Oriens eſt, Rhodano interfluente, Sabaudia, & Burgundiæ Comitatu: qua Meridies, Lugdunenſi territorio: ad Occaſum, Niuernenſium, Borboniorumque occurrunt agri: ad Septentrionem Campania ſe offert. Metropolis eſt Diuio (*Diion*), ſequitur Auguſtodunum (*Auſtun*), Caballinum (*Challon ſur Saone*), Tornus, Cuſellum, Belna (*Beaulne*), Semurium (*Semur*) &c. Porro Burgundiæ ducatui, concenſeri ſolent & aliæ tres vrbes Epiſcopales, *Neuers*, *Auſſerre*, *Maſcon*. Niuernium (*ff*) dignitate, & honore Ducatus gaudet; ex reliquis oppidis ſunt Deziſa, Clamecyum (*gg*), Douzyum, Molinium. Angilbertſum, Corbignium, Fanum D. Leonardi, Luyzium, Premecyum &c.

Campania (*hh*) (*Champagne*), ita dicta à camporum latitudine, & longitudine. Diuiditur in inferiorem, & ſuperiorem. Inferiori adſignantur, Tricaſſium, ditionesque, quæ vulgo *Iuigny, Baſſigny, Vallage.* Tricaſſium hodie *Trois*, vrbs ad Sequanam, Epiſcopalis nunc ſedes. *Iuigny* Comitatus, Campaniam ſeparat à Burgundia, adhærens Senonibus; oppidum primarium *Iuigny*. *Baſſigny* ſic nominatur, quod potiorem conſtituat

ſtituat inferioris Campaniæ partem. *Bas* Francis inferior ſignificat. Metropolin habet, cui à Caluo Monte nomen (*Chaumont en Baſsigny*). Tribui illi ſolent, *Langres, Montigny, Goeſſy, Nogent le Roy, Monteclar, Andelot, Biſnay, Choiſeul, Viſnorry. Clermont.* Vallenſe territorium (*Vallage*) nomen gerere creditur ab vallibus quas habet pulchras admodum, & fertiles; Partenſibus hinc contiguum, inde Barrenſibus. Oppida primi facile loci, Vaſſeium (*Vaſſy*), Fanum S. Deſiderii (*S. Deſier*, vel *Didier*), Ianiuilla, (*Ianuille*, aliis *Ioint-ville*). Superior Campania, dicitur territorium Partenſe, (*le Pays de Pertois*) nomen illi à Burgo, qui vulgo *Perte* ad Matronam. Metropolis huic eſt Vitriacum (*Vitry*).

Catalaunium (*ii*), (*Eueſché, Comté & Pairie de Chaalon*) nomen habet à Catalauno vrbe (*Chaalon en Champaigne*).

Cadurcium (*kk*)(*Querci*) duas habet diœceſes. Doueonam Cadurcorum (*Cahors*), & Montalbanum, cuius vrbs præcipua *Montaulban*: cæteræ, *Burelle, Nazareth, Souillac, Gourdon, Martel*, & aliæ.

Delphinatus (*ll*) (*le Dauphiné*), à Meridie adiacentem habet Prouinciam; ad Septentrionem territorium, quod vulgo Breſſia, interfluente Rhodano. Qua Occidens eſt, Veniſſæ ſe pandit Comitatus: qua Oriens, conregionalia iacent, Pedemontium & Sabaudia. Nomen illi volunt à Caſtello Delphini (*mm*) (*Chaſteau-Dauphin*). Vrbes habet Archiepiſcopales duas, Viennam (*Vienne*), & Ebrodunum (*Ambrun*). Epiſcopales quinque ſunt, Valentia (*Valence*), Dia (*Die*). Metropolis agri, qui vernacule *Pays de Diois*; Gratianopolis (*Grenoble*), Auguſta, Vapingum. Reliquæ ſunt minorum gentium. Hanc prouinciam alii à Regibus Franciæ emptam dicunt, alii eam illis donatam (*nn*) aſſerunt; Germani ad ſuum imperium (*oo*) pertinere tradunt.

Francia (*pp*) (*la France*), quæ hic non totum Regnum, vt aliis; ſed eius partem ſignificat: comprehendere ſub ſe ſcribitur hodie, Præfecturam & Comitatum (alii Vicecomitatum dicunt)

cunt) Pariſienſem, Ducatum Valeſium, ditioneſque Hurepenſium & Gaſtinenſium. Præfectura Pariſienſis (*La Preuoſté & Comté de Paris*) in quatuor diuiditur ditiones: Pariſium, Goellam, Inſulam Franciæ, Vexinum Francicum. Pariſium (vulgo *le Pariſis*), complectebatur olim, quicquid erat hinc à porta Pariſienſi, vſque ad Pontem Aeſiæ (*Pontoiſe*), inde vero Clayam vſque verſus Brienſes. Nomen fere periit, niſi quod eius etiamnum memoria ſeruetur, cum in quibuſdam pagis, *Louures, Cormeilles, Eſcoua*, & aliis, qui Pariſii (*en Pariſis*) cognominantur: tum in nummis, qui vulgo ſolidi, denariique Pariſii (*Sols, & deniers Pariſis*), & quibuſdam Parlamenti Pariſienſis taxationibus. Pariſii huius vrbs, totius nunc Galliæ Metropolis, eſt Lutetia. Goellæ (*la Goelle*) antiqui perierunt limites, manet eius tamen memoria quibuſdam in locis ab Goella cognominatis. Eſt ibi Comitatus Dam-Martinenſis (*le Comté de Dam-Martin*) ab inſigni quondam oppido Dam-Martino, quod nunc in vici formam eſt redactum. Inſula Franciæ (*l'Iſle de France*) comprehendit quicquid terrarum eſt ab Fano S. Dionyſii, Poſſiacum vſque & Mommorancium, atque vniuerſim, quicquid inter ſinus gyroſque iacet Sequanæ, hinc Picardiam, inde Normanniam verſum. Vrbes & oppida ſunt, *Sainct Denys en France*, Poſſiacium (*Poiſſy*), Fanum S. Germani (*S. Germain en Laye*), Mommorancium (*Mommoranci*). Vexinū Francicum (*Vexin*, vel *Vulxin le François*) continet quicquid eſt ab Aeſia fluuio, Claromontem vſque, verſus Picardiam. Alteram partem Franciæ diximus Valeſium (*le pays de Valois*). Comitatus olim, hodie Ducatus, cuius primarium oppidum, præter Creſpiacum (*Creſpy*), Syluanectum eſt (*Senlis*): cætera, *Angy, le Pont S. Maxence*, Compendium (*Compiegne*) &c. Heurepenſe territorium (*Heurepois*) initium capit ad Sequanam, ſub ponte Pariſienſi, qui paruus cognominatur. Continet Vicecomitatum, & Bailliuatum Melodunenſem. Metropolis eſt Melodunum. Gaſtinenſium ditio (*le Gaſtinois*) ab Heurepenſi ſeparatur Verina fluuio, & comprehendit ſub ſe Ducatus Stampenſem,

Digitized by Google

penſem (*Eſtampes*), & Nemurcenſem (*Nemours*), Comitatumque Rupis fortis (*Rochefort*), & alios.

Guienna (*qq*) (*Guienne*) anguſtioribus limitibus hodie circumſcribitur, quam antiquo tempore, quo eam Reges Angliæ in feudum tenuerunt à Rege Franciæ, & quidem Edoardo III. Angliæ Rege homagium præſtante, has præfecturas, ſiue Seneſchallias comprehendiſſe legitur: Citra Garumnam quidem, Pictonium, Xantonium, Encoliſmenſes, Lemouicium, Petrocorium, Aginnenſes, Cadurcium, & Rutenenſes: Vltra vero Garumnam, totam Nouampopulaniam, vel Vaſconiam, præter Bearnium. Atque horum omnium nomine Franciæ Regi Anglus (*rr*) fidem clientelarem pollicebatur: Comites autem, Armaniacus, Bigorrenſis, Fuxenſis, & alii, faciebant ipſi Anglo homagium, non Regi Franciæ. Hæc ampliſſima regio nomine Guiennæ cenſebatur, vſque ad regnum Ludouici XI. Hic cum fratri Carolo attribuiſſet Ducatum Aquitaniæ, ipſique quinque promiſiſſet Seneſchallias, ex vna Burdigalenſi tres fecit; Burdigalenſem, quæ vnam tantum Diœceſin complectitur, Burdigalam ipſam; Vaſatenſem, in qua duæ diœceſes, nempe Adurenſis, & ipſa Vaſatenſis: tertiam Lapurdenſem, in qua itidem duæ diœceſes, Aquæ Tarbellicæ, & Lapurdenſium ciuitas, ſiue Baiona. Quartam Seneſchalliam addens, Xantonium. Ab eo tempore Aquitania, vel Guienna, vocari cœpit totum illud, quod quatuor tantum indicatas continet Seneſchallias. In Burdigalenſi Seneſchallia, præter ciuitates & oppida, Burdigalã (*Bourdeaux*), Blauiam (*Blaie*), Burgum, Liburniam, Fanum S. Aemiliani, Caſtellum, Cadillacum, Fanumque S. Macarii, ſunt territoria, quæ vulgo, Terra inter duo Maria (*le Pays entre deux mers*), Medocum (*le Pays de Medoc*), Buchſium (*le Pays de Buchs*), & Fronſaca (*le Pays de Fronſac*). Vaſatenſis Seneſchallia (*La Seneſchauſée de Bazadois*), duas habet diœceſes, vt diximus; Vaſatenſem, & Aturenſem. In priore metropolis eſt Vaſatium (*Vazas*, Vaſconice *Baſatz*), poſt hanc Airenſium ciuitas (*Aire*). Lapurdenſis Seneſchal-

lia (*le Pays de Lapord*, vel vt alii, *Labord*), habet Baionam (*Bayonne*); eius iurisdictio protenditur vltra flumen Iron vſque ad Fanum D. Iohannis, cui cognomen *de Luz*, quod Franciæ regna ab Hiſpania ſeiungit. Habet præterea Aquas Tarbellicas, (*Aqs*). Santonia (*le Pays de Saintogne*) Metropolim habet Xantonum vel Santonum (*Saintes*), vbi Epiſcopalis ſedes; cæteræ, tam vrbes, quam oppida ſunt, Rupella (*la Rochelle*), *S. Iean d'Angeli* (S. Iohannes de Argeria), *Lorgaire*, *Archaut*, *Pont-Loubleze*, *Tallebourg*, *Iarnac*, *Barbeſieux* arcipotens, Rupefocaldios agnoſcens Dominos, *Ioſac*, & alia. *Brouage* vicus eſt, Belgis, aliiſque ſalipetis, notiſſimus.

Inculiſmenſis ager (*ss*) (*Angoulmois*) ad ſeptentrionem Pictonibus eſt conterminus, ad Orientem Santonibus, ad Meridiem Burdigalenſibus, & Petrocoriis, ad Orientem Lemouicibus. Metropolim habet Inculiſmam (*Angouleſme*): minora oppida ſunt, *Marion*, *Chaſteau-neuf*, *Blaiſac*, *Chabannes*, *Ruffec*, *Aigres*, *Gouruille*, *la Rochefoucault*, (Comitatus titulo clarum) *Marueil*, *Lanzac*, *Villebois*, *Momberon*, *Bouteuille*.

Languedokium (*tt*) (*Languedoc*), nomen habet à lingua *d'Oc*, quod, vt cæteri *Oui*, pro *ita* Latinorum, huius incolæ *Oc* dicant. Ad Occidentem habet Vaſcones, interfluente Garumna; ad Caurum, Cadurces; ad Septentrionem, Aruernos, & Forenſes; ad Orientem, Delphinates, & Prouinciales; ſic, vt totus Rhodanus ſit Languedokiæ ditionis. Meridionale denique latus partim pulſat mare Mediterraneum, quod Gallicum ibi audit; partim Montes claudunt Pyrenæi. Vrbes habet præclaras, quarum primas ducunt, Archiepiſcopales, & Epiſcopales. Prioris claſſis ſunt, Toloſa, & Narbona: Secundæ ſunt, *Mende de Giuauldan*, *Albi*, *le Pui en Velai*, (Podium in Velauno) *S. Legier de Conſerans*, *Viuiers*, *Niſmes*, *Montpellier* (Mons peſſulanus), *Beſiers*, *Carcaſſonne &c.* Cæterum Languedokio ante non longum tempus attributus eſt Ducatus Fuxenſis (*la Duché de Foix*), cum antea Guiennæ cenſeretur. Nomen ei ab oppido Fuxio; ac continet vnum Epiſcopatum Apamienſem: oppida habet,

habet, *Pamies*,(latine ſcribentibus,Apamia,& Pamia), nec non Sauerdunum, & Maſeram.

Lemouicium (*uu*) (*le Pays de Limoſin*), cui, ad Septentrionem, & Aquilonem, adiacent Bituricenſes; ad Ortum Borbonii; ad Meridiem & Vulturnum Aruerni; ad Africum, & Occidentem, Petrocorii: ad Caurum, Pictones. Duplex autem ſtatuitur, ſuperius & inferius. Superius, proprie *Limoſin*, Metropolin habet Lemouicum (*Limoges*), Epiſcopali gaudens dignitate. Alia oppida ſunt, *La Soubſterraine, le Boiſſon, Barat, Dorat,Conſoulat &c.* Inferius, dicitur proprie *La Marche de Limoſin*; primaria ibi vrbs Tutela (*Tulle*), quam ſequitur Vſarcha (*Vſarche*), Briua, & aliæ.

Ligni̇enſis Comitatus (*x x*) (*Comté de Ligny*), Campaniæ adiacens, oppidum habet Lignium ad Saltum fluuium ſitum.

Lingonium (*yy*) (*Duché,Pairie & Eueſché de Langres*), itidem Campaniæ coniacens, vrbem habet *Langres*.

Lugdunenſis tractus (*zz*) (*le Pays de Lyonnois*), cuius limites ad ſeptentrionem, Breſſia; ad Orientem Sabaudia, ad Meridiem, Delphinatus,cum Languedokio: ad Occidentem,Forenſes, & Aruerni. Caput huiusce tractus Lugdunum eſt (*Lyon*), Archiepiſcopali ſede, & mercimoniis clarum. Hoc Philippum Pulchrum, Francorum Regem, Pontificis iuſſu ditioni ſuæ adiecisse, ferunt.

Metenſis ager (*aaa*) (*le Meſſin*), cuius vrbs Mediomatricum (*Mets*), quam in ſuam poteſtatem redegit Henricus II. Franciæ Rex, A. C. M D LII.

Niuernium (*le Niuernois*), de quo ſupra, vbi de Burgundia dictum.

Normannia (*bbb*) (*Normandie*), nomen habet à populis ſeptentrionalibus,qui ex Dania, Nortuegiaque eo profecti, ibidem ſibi ſedem poſuerunt. *Nort*, Germanis ſeptentrio eſt, & *Man*, virum notat. Inter excurſiones Nortmannorum atrociſſima fuit, quæ facta Rollone duce, in pleraque Galliarum litto-

ralia, & inde porro in loca mediterranea, & penitiſſima; quo tempore Carolus Simplex Francorum Rex ad tantam tandem neceſſitatem redactus eſt, vt Rolloni ad Chriſtianam pietatem inuitato, filiam Gillam dederit vxorem, totamque dotis nomine Weſtricham, (quæ vulgo Neuſtria) & qui ſuper Ligerim, Britannos. Vt hodie res eſt, Normannia Archiepiſcopatum habet, & ſex ſub eo Epiſcopatus. Archiepiſcopatus ſedes eſt Rothomagum (*Rouen*). Epiſcopales ciuitates ſunt, *Aurenches* (Abrincanta), *Eureux* (Mediolanum Aulercorum), *Baieux* (Baiocenſis vrbs), *Sais*, (vel *Ses*, vel *Seez*, Sagium), *Contances* (Contances), *Liſieux* (Lexouium). Habet porro Ducatus tres; *Alençon, Aumale, Longueuille*: Comitatus autem ſunt, *Eu, Harcourt, Eureux, Tancaruille, Maleurier, Mortain, Mongomery, Therigny, Giſors*. Fuit & hic Regnum Yuetot (*ccc*), quod ſub Lothario natum fertur (*le Royaume d' Yuetot*), exiguis finibus (*ddd*) circumſcriptum, hodie audit Principatus, vel Comitatus (*eee*). Cæterum tota Normannia quibusdam ſtatuitur duplex, ſuperior, & Inferior. Superior (*La haulte Normandie*) continet, præter Ducatum, Comitatusque præſcriptos, illam regionis portionem, quæ vulgo *Veſquecin*, aliis *Vulx*, & *Vulxin*, cognomine *le Normand*. Vrbs primaria Giſortum; (*Giſors*). Cæteræ, *Eſtrepaigny, Eſcouys la grande, Foreſt de Lybonis, S. Clair ſur Aſtre, les deux Andelys, Chaſteau Gaillard*. Inferior (*La baſſe Normandie*) in minores diſtrahitur partes, nempe *Caulx, Beſſin, Conſtantin*. Præter Metropolim *Diepe*, minorum gentium oppida habet *Harfleu, Haure de Grace, Caudebec, Feſcamp, Caën* (Cadomum), Falaiſſa, &c.

Petrocorium (*fff*) (*le Pays de Perigord*), coniacentia habet, qua ſeptentrio eſt, Lemouicum; qua Occidens, Sanctoniam, ad Meridiem, Vaſconum gentes occurrunt; ad Ortum Cadurces, & Aruerni. Metropolis eſt *Perigeux* (Perigordium), quæ ſedem habet Epiſcopalem, æque vt *Sarlat* (Sarlatum), Bregaratum tribunali ſuperbit regio: Riberacum Vicecomitatus titulo clarum: Nontronum Baronatus dignitate nobilitatum;

Digitized by Google

tum; Bironium, oppidum limitaneum, inter Petrocorios, & Aginnenſes.

Picardia *(ggg)* (*Picardie*); hanc ad occaſum reſpicit, cum nonnulla Normanniæ portione, Oceanus Britannicus: ad ſeptentrionem, Arteſia, & Hannonia: ad ortum, Leuceburgium, & Lotharingia; ad Meridiem, Campania, & Regni tractus, qui ſpeciali nomine Francia vocatur. diuiditur Picardia, in Veram, in inferiorem & ſuperiorem. Superior occupatur, tota fere, ab iis Regionibus, quæ in inferiori Germania, interque ſeptendecim prouincias principem obtinet locum: de qua dicere nihil hic attinet. Veræ (*la vraye Picardie*), cœpto Pariſiis itinere, ſuperatisque Bellouacorum agris, initium eſt ad Crepacorium. comprehendit Vicedamias, Ambianam, Corbienſem, & Pequignyam: Comitatus, Veromanduorum, & Retelorum: Ducatum, Tiraſchenſem, cuius primaria vrbs Guiſa (*Guiſe*). Ambianæ (*Viſdamie d' Amiens*) nomen dedit Ambianum (*Amiens*): Corbienſi Corbia (*Corbie*), oppidum ad Somonam. Pequignyæ, *Pequigny* oppidum. Comitatum Veromanduorum (*Vermandois*), ſub ſe continere ſignant Franciæ Geographi, Sueſſonum (*Soiſſonois*), Laudunenſium (*Laonnois*), Tartenorum (*Tartenois*) ditiones: Vrbes item, Nouiomagum (*Noion*), & Fanum S. Quintini (*S. Quentin*). Inferioris Picardiæ partes ſunt, Sancterra, Pontium, Boloneſium, Guynæum, Oyum. Sancterra (*Santerre*) concluditur inter Montem S. Deſiderii (*Mondidier*), Peronam (*Peronne*), & Roiam (*Roye*). Pontium (*Ponthieu*) Comitatus eſt, cuius primarium oppidum, Abbatisuilla (*Abbeuille*), cætera non magni ſunt nominis. Comprehendere hic Comitatus notatur ſub ſe alios duos, Monſtrolienſem, & S. Pauli; vtrique nomen à principibus vrbibus, *Monſtreul*, & *S. Pol.* Boloniæ, vel vt alii, Bononiæ, Comitatus (*Comté de Boulongne*), ſatis eſt amplus; initium illi ab montibus S. Ingelberti, procurritque ad fluuium Cancham, quæ eius longitudo, latitudo ad lucum vſque Tornohenſem porrigitur. Nomen Comitatui à Bolonia, oppido (*Boulogne*). Guinenſis

Comitatus primarium habet oppidum Guineſium (*Guiſnes*), & continet ſub ſe Baronatus, Ardreſtum (*Ardres*), Curtembronenſem (*Courtembrone*). Duobus Andreſio milliaribus, verſus Oceanum, occurrit Caleſium oppidum, & portus. Ditio Oyana (*Terre d'Oye*), porrigere ſe ſcribitur Duynkerkam vſque, Flandriæ oppidum.

Pictonium, vel Pictauia (*hhh*) (*Poictu*), ſpectat, verſus Meridiem, Encoliſmenſes & Sanctones; ad Occidentem habet Oceanum; qua ſeptentrio eſt, Britannos reſpicit, & Andegauenſes; reliqua, Turones, Bituricenſes, & Lemouices, claudunt. Metropolis eſt Pictauia (*Poictiers*) ſequuntur *Niort, Fontenay le Comte, Luſignan &c.* Eſt autem ſub Pictonio principatus titulo ornata, præter Talmontem (*Talmont*), Rupes ſuper Ionnam (*Roche ſur Ion*). Ducatus titulo claret Caſtellum Heraldi (*Chaſtelherault*); Vicecomitatus ſunt; *Touars, Broſſe, Brodieres, Roche-Chouart*. Baronatus, Dominiique honore inſignita ſunt oppida non pauca, *Mainliers, Partenay, S. Maxent, Melle, Chizay, Chauuigny, Luſſac, Breſſuyre, Charrou, Chaſteneraye, Montaigu, Mirebeau &c.*

Prouincia (*iii*) (*Prouence*), Narbonenſis Gallia, ab Romanis in prouinciæ formam multis ante Chriſtum annis redacta, hodieque illud impoſitæ quondam conditionis nomen, mordicus, in exigua ſui portione, retinet. Coniacentes habet, ad Septentrionem, Delphinatum: Orientale eius latus claudunt, & Alpes, & Varus fluuius, cuius ſiniſtræ ripæ adſidet Nicæa, vbi Italiæ principium conſtituitur. Qua Meridies eſt, ab Gallico pulſatur mari: Occidentalis illi limes, partim Arauſiorum principatus (*kkk*), & Auenionenſis, vel Veniſſæ Comitatus (*lll*), eius quondam partes, & Francorum ditionis, nunc autem aliorum principum: partim Rhodanus. Præter minora multa oppida, in Prouincia ſunt vrbes duæ Archiepiſcopales, vndecim autem Epiſcopatus dignitate nobiles. Archiepiſcopales ſunt, Aquæ Sextiæ (*Aix le Baing*, ad differentiam *Aix la Chapelle*, quod Aquisgranum (*mmm*) Gallis eſt) & Arelate (*Arles*). Epiſcopa-

ſcopales ſunt, Maſſilia (*Marſeille*), Dina (*Dine*), *Graſſe*, *Glandeue*, *Senas*, *S. Paul du Vences*, *Apt*, *Ryes*, *Feriuls*, *Ciſteron*, *Tolon*. Comitatus dignitate fulgent oppida, *Sault*, *S. Cillis*, & alia.

Rutenium (*nnn*) (*Rouargois*) Cadurcio verſus Orientem coniacet, reliqua claudunt, Languodokii, Aruernii &c. Seneſchallia (*la Seneſchauſée de Rouargne*) duas diœceſes complectitur, cum Vabris, Seperodunum Rutenorum (*Rodais*). Cætera oppida ſunt, *Villefranche de Rouargne*, *Gordon*, *Eſtauges*, *Eſpeiron*.

Rhemenſis Ducatus (*ooo*) (*Duché, Pairie & Archeueſché de Reims*) ſui cum ſit iuris, nec Campaniæ ſubiectus, in ſpecie de eo dicendum erat. nomen habet ab vrbe *Reims*, quæ quidem Campaniæ incluſa, at ſui iuris, vnde in antiquis chartis quaſi cognominatur, *Reims lez Champaigne*. Archiepiſcopum habet, qui Dux, primusque Par Franciæ.

Sedanenſis (*ppp*) tractus, vt & Tullum, ac Virodunum (*qqq*) hodie Regni Franciæ partes ſunt.

Vaſconia (*rrr*), proprie nunc temporis dicitur, quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenæos Montes, Oceanum, & Guiennam hodiernam. Eius partes Garumnæ coniacent, quædam vltra tantum flumen, vt ager, cum Armaniacenſis, tum Bigerronum: quædam confuſe vltra citraque, vt Aginnenſis Seneſchallia, Albreti Ducatus, & Comitatus Conuenarum. Armaniacenſis (*Armaignac*) Comitatus titulo eſt inſignis, duas continens diœceſes, Auſcenſem, (ab Auguſta Auſcorum, *Auch*, metropoli Vaſconiæ dictam) & Lactoracenſem, ab oppido Lactura (*Laictoure*). Sunt item alia Armaniacenſis diœceſeos oppida, inter quæ *L'Isle Iordain*, vbi tribunal Seneſchalli. fuit quidem paruus Comitatus, ſed hodie vix memoria ſupereſt. Bigerrones, vel Bigerri (*le Comté de Bigorre*), regionem poſſident inter Bearnenſes, & Conuenas, ad Pyrenæos montes, quorum magna pars huic Comitatui eſt ſubiecta, ab montibus, qui vernacule *d'Aure* nominantur, vſque ad Saltum Pyrenæum (*du Sault*) eoſque qui *d'Aſpe*, dicuntur, Bearnenſium ditionis. Ciuitas Tarba (*Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*) ſedem habet

Epiſco-

Epiſcopalem, in hoc Comitatu vnicam, ſub metropoli Auſcenſi. In finibus Bigerronum ſunt Comitatus, qui vulgo *Gaure,& Eſtrac.* Aginnenſis Seneſchallia (*la Seneſchauſée d'Agenois*) continet duos Epiſcopatus, nempe citra Garumnam, Aginum Nitiobrigum, vltra Garumnam, Condomium. Aginnum (*Agen*) habet ſedem Seneſchalli, à qua ius petunt, Portus D. Mariæ, Villanoua (*Ville-Neufue d'Agenois*), Hautefaya, Clairacum, Maymanda, Fanum magnæ Fidei conſecratum (*Foy la grande*) &c. Condomium (*la Seneſchauſée de Condomois*) peculiari nomine vocari ſolet Vaſconia, ſtricte ita dicta. In hoc Condomium (*Condom*), oppidum ſedem præbet non ſolum Epiſcopatui, verum etiam Seneſchalliæ, ius dicenti oppidis, *Valence* ad Baiſam, *Lairac* ad Garumnam, *La Romeo, Monreal*, &c. Familiæ hic ſunt illuſtres non paucæ. Vicecomites hic habent, Fiſmacones, Gourdonos, Forcæos, Monlucios. Ducatus Albreti (*la Duché d'Allebret*) nomen accepit ab oppidulo, quod vulgo *Allebret*. Caput Ducatus eſt Neracum. Conuenarum Comitatus (*La Comté de Cominges*) ager diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem. Gentis caput Lugdunum Conuenarum. Eluſatium ager, vulgo *le Pays d'Euſe en Gaſcoigne*, Metropolin habet Eluſã.

Præter ea, quæ hactenus enarrauimus, & in ipſa Francia ſita ſunt, vel eam contingunt, ad idem Regnum, quanquam extra eius fines, etiam pertinent; Alſatiæ pars (*sss*), Barrenſis ager (*ttt*), & Pignorolum (*uuu*). Canada (*xxx*) quæ & Noua Francia (*yyy*) dicitur; quam Iacobus Cartierus, inſignis Nauarcha, auſpiciis Franciſci I. inuenit: attributa poſtea fuit à Rege certæ ſocietati (*zzz*), certis conditionibus: atque, vt excoleretur, ex Francia eo aliquoties coloniæ deductæ ſunt, additis variis priuilegiis (*aaaa*), quibus homines, vt eo lubentius irent, incitarentur.

Porro, Rex Franciæ poſſidet eam Regni Nauarreni partem (*bbbb*), quam Henricus IV. tenuit iure hereditario, ante, & poſtquam Rex Franciæ factus: cæteras partes Hiſpanus occupat.

Teſtes

Digitized by Google

Teſtes & Teſtimonia.

a) Merula, *parte* 2. *Coſmograph. lib.* 3. *c.* 2.

b) *L'eſtenduë du Royaume de France eſt de plus de deux cents lieuës Françoiſes de longueur. Car depuis Mets iusques à Bayonne, il y en a d'auantage: de Calais, iusques à Narbonne, quaſi autant. Mais de Morlaye, en Bretaigne, iusques à Antibe, en Prouence, il y en a au moins, deux cens cinquante; qui eſt ſa plus grande longueur*: De la Nouë, *en ſes diſcours politiques, & militaires, diſc.* 20. *pag.* 508. *La longueur de la France eſt meſurée depuis Sauille & port de Calais, ſur la mer Oceane, iusques à celuy d'Aigues-mortes, ſur la mer Mediterranée, eſtenduë de deux cents, & huict lieuës, plus, ou moins. Sa largeur, depuis le Conqueſt en Bretagne, pareillement ſur la mer Oceane, iusques au Pont de Bonuoiſin, la frontiere de France, & de Sauoye, cent, quatre vingts douze lieuës, plus ou moins. A quatre mille pour lieuë, il eſt bien aiſé d'en faire l'arreſté.* Fauyn *au theatre d'honneur liure* 2. *chap.* 1. *pag.* 457.

c) Merula *d. c.* 2.

d) Idem *d. lib.* 3. *c.* 28. *in f.*

e) Olhagary *lib.* 4. *de l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn, & Nauarre, pag.* 745.

f) Merula *d. lib.* 3. *c.* 29.

g) Merula *d. lib.* 3. *c.* 22.

h) Merula *d. lib.* 3. *c.* 45.

i) Merula *d. c.* 45. Verum erroneam hanc opinionem refellit Olhagary *en l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn &c. liur.* 2. *p.* 213. ac Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.* 108. *pag.* 742.

k) *D. c.* 45. *in pr.* Archiepiſcopus autem Lugdunenſis, in oratione ad Regem, & Reginam (apud le Mercure François, *tom.* 3. *pag.* 402.) adſeuerat, Bearnium olim ad Regnum Aquitaniæ pertinuiſſe; hoc autem à Carolo Caluo Rege coronæ Franciæ annexum. At Ludouico Sancto in expeditione ſacra occupato, Bearnium inique à corpore Regni auulſum fuiſſe. Conſtat quoque ex Bodino, (*lib.* 1. *de republ. cap.* 9. *pag.* 199.) anno M D V procuratorem generalem fiſci, in Curia Pariſiorum Bearnenſem regionem prouinciam Regni Galliæ eſſe contendiſſe, refutatis erroribus procuratoris Toloſatium, qui Francorum prouinciam eſſe negauerat: ſed litem ſub iudice manſiſſe.

l) Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire de Henry le Grand. pag.* 559. *n.* 5.

m) André du Cheſne *des antiquités des villes liur.* 3. *pag.* 819.

n) Le Mercure François *tom.* 3. *p.* 402.

o) Merula *d. lib.* 3. *c.* 25.

p) Merula *d. lib. c.* 26.

q) *Le Duché de Bourbonnois appartient à la couronne, à cauſe de l'vnion, qui en fut faite par le Roy Charles VI. en l'an MCCCC. lors qu'il permiſt, que Marie de Berry eſpouſaſt le Duc de Bourbon, & luy portaſt en dot le Duché d'Auuergne, appanage de France, à la charge, que ſi les mariés n'auoient des enfants maſles, le pays de Bourbonnois, qui de ſoy eſtoit fief feminin, & non domanial, ayant eſté acquis, & porté en dot, par la fille vnique d'Archambaut de Bourbon, à Robert de France, fils du Roy S. Louys, demeureroit vni à la couronne. ce qui aduint quelques ſiecles apres, n'ayant reſté que Suſanne de Bourbon, des deſcendants de ce mariage.* Beloy apud Pierre Olhagary *liu. 4. de l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn & Nauarre pag. 745.*

r) Vide le Cardinal d'Oſſat *liu. 1. lettr. 1. pag. 13. &* P. Matthieu, *en l'hiſtoire de France, liu. 2. narrat. 2. n. 1. & ſeqq.*

s) Factum hoc Lugduni die XVII. Ianuar. anno MDCI: Gilles Corrozet *au threſor des hiſtoires de France, liu. 1. tit. 28. pag. 61.* Tranſactionis articulos exhibet le Sieur de la Popelliniere, *en l'hiſtoire de la conqueſte des pays de Breſſe &c. fol. 55. & ſeqq.* ac ex parte Fauyn *au theatre d'honneur liu. 8. p. 1480. & ſeq.*

t) Hanc permutationem autoritati Regis Galliæ in Italia detrimentoſam fuiſſe, ſatis conſtare dicit Autor *des Verités Françoiſes, part. 3. pag. 670.* Sed ne amplius talis eſſe poſſit, Ludouicum XIII. acquirendo Pignorolum, effeciſſe: *pag. 672.*

u) Præſertim Villaregio. (*La louable paſſion* (inquit Pierre Matthieu, *és remarques d'Eſtat pag. 39. edit. Lugdunenſ.*) *de la grandeur de la couronne de France, rendit Villeroy des plus difficiles à l'eſchange du Marquiſat de Saluce pour la Breſſe: ne pouuant conſeiller au Roy le raccourciſſement de ſa frontiere. Il conſideroit, que Henry III. s'eſtoit ſouuent repenti d'auoir rendu au Duc de Sauoye les villes de Pignerol, Sauillan, & la Perouſe, qui eſtoient les clefs du Dauphiné, & Piedmont: & que le Duc de Neuers, pour ne ſembler conſentir à vn acte ſi contraire à la grandeur de ceſte couronne, auoit demandé d'eſtre deſchargé du gouuernement des prouinces de delà les monts. Ce braue Prince preuit deſlors, & predit, qu'auſſi toſt que ceſte porte ſeroit fermée aux François, celle des Griſons ne demeureroit pas long temps ouuerte.*) Laudabile ſtudium pro magnitudine Regni Franciæ, Villaregium præ aliis reniti fecit permutationi Marchionatus Saluciani cum Breſſia: quod regi, fines regni vt contraheret, ſuadere non poſſet. Perpendebat ſecum, Henricum III. quod ciuitates Pinerolam, Sauillam, & Peruſam, claues Delphinatus, & Pedemontii, Duci Sabaudiæ tradidiſſet, ſæpe fuiſſe pœnitentia tactum: Ducem quoque Niuernenſem, ne videretur conſentire in actum adeo contrarium magnitudini Regni, exonerari petiiſſe gubernatione prouinciarum tranſmontanarum. Eximius ille Principum iam tunc præuidit, prædixitque, vt primum hæc porta Gallis

Digitized by Google

Gallis clauderetur, nec alteram quæ in Rhetia eſt, patulam manſuram.

x) Merula *d. lib. c. 23. circa f.*

y) Merula *d. lib. cap. 31. Brutagna, ou Bretagne*, (vt legitur apud Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 13. pag. 19.*) *& les habitans d'icelle Brutons, ou Bretons, du nom d'vn Roy nommé Britannus: ou du nom d'vn certain breuuage appellé Brytum, dont vſoient les anciens habitans du pays: comme veut faire croire* Eſtienne Forcatel, *diſant, (lib. 6. de Gallor. Imper.)* Britones Galli, à Bryto, cum vitibus ineptos agros, & contumaces colerent. Nam Brytum eſt potio ex hordeo concinnata, vini imitatione, vt tradit, ex Aeſchylo, Athenæus: *ou pluſtoſt fut ainſi appellée, à cauſe de la multitude des beſtes brutes, que les premiers habitans d'icelle y esleuerent, ainſi que Robert Canalis l'approuue en ces mots:* Hinc & Brutanniam dictam fuiſſe, à brutis alendis, coniectura eſt, non prorſus abiicienda; Sic enim multa eorum oppida à gregibus, & armentis nomen accepere.

z) Merula *d. c. 31.* (*Les cartiſtes font reſembler la Bretaigne à vn fer à cheual; & les bonnes gents du pays, par vne comparaiſon aſſés ſimple, mais qu'ils ont de vieille tradition, diſent, qu'elle reſſemble à la teſte razée d'vn Moine, qui a ſes extremités couuertes, & le milieu bien deſnué; n'y ayant gueres au mitan que des landes,*) Tabulæ Geographicæ Britanniam repræſentare faciunt formam ferreæ ſoleæ equinæ; Et incolæ eiusdem prouinciæ, ſatis ſimplici comparatione, ſed antiquæ traditionis, dicunt, Britanniam referre caput raſum monachi, quod extremitates capillatas habet, & verticem nudum; nec enim aliud fere in medio iſtius prouinciæ reperitur, quam incultum, & ſterile ſolum.

aa) Merula *d. c. 31.*

bb) Bertrand d'Argentré, *in hiſtoria, quam de Britannia ſcripſit*, affirmat; Britanniam minorem ſemper fuiſſe liberam, & nunquam ad coronam Franciæ pertinuiſſe. Sed huic oppoſuit Nicolaus Vignier, tractatum *de la petite Bretaigne, & du droit de la Couronne de France ſur icelle*, quo demonſtrare nititur, à Clodoueo vſque Rege, Britanniam coronæ Galliæ ſubditam fuiſſe. adde Bodin. *liu. 1. de la republ. chap. 9. p. 175.* le Mercure François, *tom. 12. pag. 349. & ſeqq.*

cc) (*Louys XI. enuoya faire defenſes au Duc de Bretagne, de forger monnoye d'or, & de ſe tiltrer, par la grace de Dieu, Duc de Bretagne; ce qui n'appartenoit qu'aux princes ſouuerains, qui ne recognoiſſent que Dieu, & leur eſpée, ayants toute iuſtice, ce que n'auoient les Ducs de Bretaigne, hommes liges des Roys de France.* Fauyn *au theatre d'honneur liu. 3. p. 908.*) Ludouicus XI. prohibuit, Ducem Britanniæ cudere monetam auream, & vti titulo, gratia Dei Dux Britanniæ; ille enim ſolum his competit principibus, qui ſuperiorem alium non recognoſcunt quam Deum, & enſem, ac in exercitio iuſtitiæ ſummi

ſunt: Quales non erant Duces Britanniæ, vtpote vaſalli ligii Regum Franciæ.

dd) Merula *d. c.* 31. De tractatu vnionis Ducatus Britanniæ cum corona Franciæ vide Argentré, *liure* 12. *de l' hiſtoire de Bretaigne, chap.* 70. *f.* 821. *& ſeqq. &* Fauyn *au theatre d' honneur liu.* 3. *pag.* 904. *& ſeq.*

ee) Merula *d. l. c.* 41.

ff) (*Le Duc de Niuernois a toutes marques de grandeur, horſmis la ſouueraineté. Car en ſon pays il a cité Epiſcopale, auec ſon dioceſe bien ample, comprenant deux cent ſoixante paroiſſes. Eſt Seigneur de prouince, qui a peuple, pays, & couſtume; a droit de Duché, & Pairie, qui comprennent vingt huict chaſtellenies du meſme Domaine. & outre ce, qui eſt en ce dioceſe, il a prés de cent, ou ſix vingt paroiſſes, és dioceſes d' Autun & d' Auxerre. En Eſpagne ſont aucuns Royaumes, qui n' ont pas ſi ample territoire:* Coquille, *ſur les couſtumes de Niuernois, chap.* 1. *artic.* 10. *pag.* 32.) Dux Niuernenſis omnibus notis altitudinis exornatus eſt, excepto ſummo imperio. Habet in ditione ſua ciuitatem Epiſcopalem, cum diœceſi ſatis ampla, conſtante ducentis & ſexaginta parochiis: eſt Dominus prouinciæ, vbi populus, territorium, & ius particulare; cui dignitas Ducatus, & Pariatus, conſtans viginti octo caſtellaniis. Et præterea habet fere centum, aut viginti vltra centum Parochias, in diœceſi Auguſtodunenſi, & Altiſiodunenſi. Sunt in Hiſpania quædam Regna, quorum territoria tantum amplitudinis non habent.

gg) (*Clamecy, & Deſize, villes, ont long temps contendu du ſecond rang aprés Neuers, és aſſemblées du pays. Neuers ſans difficulté a le premier rang. Le debat de deux villes, Clamecy, & Deſize a eſté quelques fois terminé par ſort: autres fois les deux villes marcherent en meſme rang, l' vne à droite, l' autre à ſiniſtre; l' vne à l' aller, & l' autre au retour:* Coquille *d. tr. tilt. des maiſons & ſeruit. reelles, artic.* 18. *p.* 371.) Clamecium, & Deſiza, ciuitates, longo tempore contenderunt, vtra earum in conuentibus prouincialibus locum ſecundum poſt Niuerniam teneret, quæ citra dubium primum occupat. Illorum contentio aliquando ſorte compoſita fuit: aliquando, eodem gradu inceſſerunt, vna à dextera, altera à ſiniſtra, mutato ordine in itu & reditu.

hh) Merula *d. lib. c.* 23.

ii) Merula *d. c.* 23.

kk) Merula *d. l. c.* 35.

ll) Merula *d. l. c.* 40.

mm) Aliud ſentit Fauchet, *des origines des dignités & magiſtrats de France liure* 1. *chap.* 6. *pag.* 477. ſcilicet, Delphinatum appellationem ſuam inde habere, quod multi Principes, quibus Delphini nomen fuerit, eam ditionem tenuerint. Du Pleix *d. tom.* 2. *pag.* 483. *n.* 3. Belleforeſto (qui nomen ditionis à Caſtro Delphini, (*du Chaſteau-Dauphin,*

Digitized by Google

Dauphin, ortum docuit) contradicens, putat veriſimilius eſſe, *que ce chaſteau ait pris ſon nom de quelqu' vn des Seigneurs Dauphins, fondateurs d'iceluy, que de faire denommer toute la prouince de ce chaſteau, veu meſmes qu'il n'eſt point ſimplement nommé Dauphin, ains Chaſteau-Dauphin, comme Chaſteau-Thierry, Chaſteau-Roul, & autres, qui marquent le nom de leurs fondateurs.*

nn) Humbert Daulphin de Viennois, comme eſcrit Thomaſin, eut vn fils, appellé André, mort ieune, du viuant de ſon pere. Lequel conſiderant la loyauté de ſes vaſſaux, & deſirant les bailler en main forte, & pouruoir à leur ſeureté, meſme contre le Comte de Sauoye, & tous autres, transporta le Daulphiné premierement à Philippes, qui fut Duc d'Orleans, fils puiſné du Roy Philippes de Valois: Et au cas que ce don ne ſortit effect, il en fit don à vn des fils de Iean, Duc de Normandie, depuis Roy, ou de leurs ſucceſſeurs Roys de France, que ce Roy, ou le Duc, ou leurs ſucceſſeurs Roys voudroient eslire, à condition que celuy, qui ſeroit Daulphin, ſeroit tenu s'appeller Daulphin de Viennois, & porteroit les armes du Daulphin eſcartelées auec celles de France. Le meſme Philippes donataire, l'an M CCC XLIII. confirma cet accord, & accompliſſant les conuentions donna dés lors à Humbert dix mille liures de rente, outre deux mille liures par an, qu'il prenoit au threſor de Paris. (Vignier *tom. 3. de la bibliotheque hiſtoriale, pag. 508.* docet, hunc contractum poſtea fuiſſe reuocatum.) *Depuis, en l'an DCCCXLIX. Humbert donna purement le Daulphiné à Charles, fils aiſné de Iean Duc de Normandie auſſi depuis Roy, & en ſuite le meſme Humbert ſe rendit Religieux de l'ordre de S. Dominique, à Paris, fut faict Patriarche d'Alexandrie, par le Pape Clement VI. & outre perpetuel adminiſtrateur de l'Archeueſché de Rheims:* Sceuola, & Louys de Saincte Matthe, *en l'hiſtoire genealogique de la maiſon de France, liure 19. pag. M CCCC LXXXIII.* Rem aliter enarrans Maſſonius(*annal. lib. 4. p. 45.*) ait; Humbertus Delphinus, prima iuuenta mollis, Turcici belli curam ſuſcepit, neque publice, neque ſibi vtilem. nihil enim memorabile geſſit. Nihilo minus tamen Pontifici Romano Viennenſem prouinciam, pro florenorum aureorum centenis millibus, oppignorauit. Vrgebat ſolutionem Pontifex; ille, amiſſa vxore, & vnico filio, pertæſus imperii, ditionem ſuam Philippo Regi Franciæ vendidit IX. Cal. Maias M CCC XLIII. ea lege, (cæteras enim omittam) vt Philippus, Regis filius, aut nepotum aliquis, cui Rex Viennenſem prouinciam attribuiſſet, Delphini titulum, atque inſignia, retinere iuberetur: *Vide infra lib. 2. cap. 21. lit. r.* Quod à Caroli V. temporibus, qui Delphini nomen, poſt Humbertum, primus tulit, obſeruatum conſtat. Sed ne lectorem tædio afficiam, ſi & cæterorum autorum relationes; quæ valde inter ſe diſſentiunt, referre continuem, breuibus tantum diſſonantiam notabo. *Primo*, non conueniunt in cauſa, quæ mouerit Humbertum, vt hoc ageret. Alii ponunt mortem filii vnici, alii mortem

filii & vxoris. Nicolaus Gillius vero, ſtomachoſum animum erga ſuos heredes, religionis tamen ſpecie: Merula *d. l. 3. c. 4. circa f.* dolorem amiſſi filii, atque ne nobiliſſima prouincia, poſt obitum ſuum, hereditaria diuiſione in partes diſcerperetur; & idem Merula *d. libro c.* 17. *in f.* dolorem amiſſi filii, & quod bello à Sabaudo premeretur, cui, vt Lupanus addit (*de Magiſtrat. Franciæ l.1.titulo, Delphinus*) viribus impar. *Secundo*, alii Humbertum motu proprio Delphinatum in Regem Franciæ tranſtuliſſe, aſſerere videntur; quibuscum non conueniunt illi, qui dicunt, Humbertum prouinciam ſuam in Papam transferre voluiſſe, ſed à Nobilitate ditionis ſuæ perſuaſum fuiſſe, vt potius in Regem Franciæ tranſcriberet: Bernhard de Girard, *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France, liu.* 2. *pag.* 185. Claude Expilly, *au plaidoyé* 31. *n.* 4. *pag.* 211. *Tertio*, alii per venditionem translatum Delphinatum in Regem Franciæ aſſeuerant; alii per donationem: Bernhard de Girard *d. tractat. liu.* 3. *pag.* 427. *& ſeq.* *Quarto*, qui venditionem factam præſupponunt, in precio perquam variant. Illos, qui exiguum fuiſſe annotarunt, taxat Scipion du Pleix *tom.* 2. *de l'hiſtoire generale de France pag.* 383. *n.* 2. *Quinto*, nonnulli vnum actum translationis conſignarunt, alii diuerſos; quod etiam Pleixio *d. l.* placuit, ſed rationem, quæ ad ſecundum actum mouerit, Franciæ Regem, nempe, vt ſi in filium primogenitum tranſcriberetur Delphinatus, cum corona vniretur, non admittit clauſula quam donationi adiectam dicunt; nempe, quod Delphinatus non deberet vnquam cum Regno vniri, niſi quando imperium illi acquiſitum foret: Beloy, *apud* Pierre Olhagary *en l'hiſtoire des Comtes des Foix, Bearn, & Nauarre, liure dernier pag.* 762. Bernhard de Girard *d. tr. liu.* 3. *pag.* 428. *Sexto*, de tempore non conueniunt omnes. Merula *d. c.* 40. *circa finem* habet annum M CCC XL. Audiuimus autem ſupra, alios notare, annum MCCCXLIII. ac MCCCXLIX. *Septimo*, Merula *d. c.* 17. (cum quo etiam alii conſentiunt) Regi Philippo ceſſionem factam, docet; *d. cap.* 40. vero Iohanni Francorum Regi factam memorat, hincque primum Delphinum fuiſſe Carolum, eiuſdem Iohannis filium. De diuerſis illis ceſſionibus videri poteſt Philippe Labbé *en l'abregé Royal parte* 1. *chap.* 17. *du recueil des pieces anciennes p.* 637. *& ſeqq.* vbi donatio facta legitur Delphinatus de Vienneſio, Ducatus Campiſauiæ, Principatus Brianconeſii, Marchionatus Sezannæ, Comitatus Viennæ, Comitatus Albonis, Comitatus Graiſiuodani, Comitatus Ebreduneſii, ac Comitatus Vapinceſii, Baroniæ Turris, Baroniæ Valbonenſis, Baroniæ Fucigniaci, Baroniæ Medulionis, & Baroniæ Montis Albani; ac generaliter, omnium terrarum, Comitatuum, ac Baroniarum ad Delphinum Viennenſem, donatorem, quomodolibet pertinentium, & pertinere valentium, cum ſuis iuribus, honoribus, & pertinentiis vniuerſis.

oo) Vide me *de iure publico Imper. Rom. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 9. *& in additione ad eun-*

Digitized by Google

ad eundem locum. Mutius (*lib. 25. Chron. Germ. pag. 247.*) annotauit, Delphinatum anno MCCCXLIX. veniſſe ad Regem Galliarum, ſed Carolum IV. Imper. in translationem ea lege conſenſiſſe, vt primogenitus Regis Galliæ, tanquam vaſallus Imperii, illum poſſideret.

pp) Merula *d. l. c.* 21.

qq) Merula *d. l. c.* 34.

rr) (*Leonor, femme du Roy Louys VI. eſtoit Ducheſſe de Guienne, & eſtant repudiée par ledit Roy, porta Guienne en dot au fils du Roy d'Angleterre, qu'elle eſpouſa: & à ce titre les Anglois en ont iouy long temps, iusques à ce que par felonnie ils l'ont perdu:* Coquille *ad conſuetud. Niuernenſes, artic. 18. pag. 113.*) Eleonora, coniunx Ludouici VI. Regis, erat Duciſſa Guiennæ, quæ cum à dicto Rege paſſa eſſet repudium, Guiennam dotis loco contulit filio Regis Angliæ, cui nupſit. Hoc titulo Angli longo tempore hanc prouinciam poſſederunt, donec poſtea feloniam committentes, illa exciderunt.

ss) Merula *d. l. c.* 28.

tt) Merula *d. l. cap.* 37. A Gothis qui poſſederunt hanc prouinciam, dicta fuit *Gothie, & iusques à preſent Languedoc, en vulgaire, mais à parler proprement,* (verba ſunt de Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 1. p. 439.*) *Lands Got, c'eſt à dire, terre de Gots, ce nom de Lands ſignifiant terre, en Allemagne, & aux nations ſeptentrionales. Iacques, Roy de Maiorque, vendit la Viſcomté de Montpelier au Roy Iean, moyennant le prix de ſix vingts mille florins d'or.* Fauyn *d. tr. liu. 3. pag.* 838. Dicitur *Languedoc* quaſi *langue de Got,* (ita tradit Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 32. pag. 159.*) *à cauſe du parler des Gots, qui en ont poſſedé quelque temps le pays; ou plutoſt, ſelon d'autres, fut nommé Languedoc, quaſi langue d'OC, ou langue d'AVC, parce que au lieu de ce que nous diſons Ouy, les habitans y diſent* Oc, *ou* Auc: *ou bien à cauſe qu'ils vſoient de meſme langage que ceux de la ville d'Auchs.*

uu) Merula *d. l. c.* 32.

xx) Merula *d. l. c.* 23.

yy) Merula *d. c.* 23.

zz) Merula *d. l. c.* 24.

aaa) Vide me, *de iure publico lib. 7. c. 32. n. 4. & in addit. ad eundem locum.*

bbb) Merula *d. l. c.* 30. Nortmanniam aliquandiu Anglus feudali titulo à Gallo tenuit. Poſtea autem à Philippo Auguſto, propter feloniam & delictum commiſſum à Iohanne, Henrici II. Regis Angliæ filio, cognominato *ſine terra,* reuocata fuit. Tholoſan. *de republ. lib. 7. c. 10. n. 2.*

ccc) Fuit inter familiariſſimos Clotarii aulicos, (ita narrat ex Ganguino, (*lib. 2. Chronic.*) Chaſſanæus, (*parte 5. Catalog. gloriæ mundi, conſid. 31. fol. 151.*) Galtherus Iuetotus, Caletus, agri Rothomagenſis, apprime nobilis, & qui

& qui Regis cubiculi primus cultor eſſet. Hic pro ſua integritate, de Clotario cum melius meliusque indies promereretur, reliqui aulici inuident, deprauantes quodlibet ab eo geſtum nec deſiſtunt, donec irritatum illi Clotarium, peſſimis ſuſurris, efficiunt. Quamobrem iurat Rex, ſe hominem necaturum. Percepta Clotarii indignatione Galtherus pugnator illuſtris, cedere Regi irritato, conſtituit. Igitur, derelicta Francia, in militiam aduerſus religionis catholicæ inimicos (Saracenos) pergit; vbi decem annos, multis proſpere geſtis rebus, ratus Clotarium, ſimul cum tempore, meliorem effectum, Romam inprimis, ad Agapetum Pontificem, ſe contulit; à quo ad Clotarium literis impetratis, ad eum, Sueſſione agente, ſe protenus confert, Veneris die, quæ paraſceue dicitur, cogitans religioſam Chriſtianis diem, ad pietatem ſibi profuturam. Verum literis Pontificis exceptis, cum Galtherum Clotarius agnouit, veteri ira, tanquam recenti liuore, percitus, rapto à proximo ſibi Equite gladio, hominem ſtatim interemit. Tam indignam inſignis atque innocentis hominis necem, religioſo loco, & die, ad Chriſti paſſionem recolendam celebri, Pontifex inæquanimiter ferens, confeſtim Clotarium reprehendit, monetque, iniquiſſimi facinoris rationem habere, ſe alioquin excommunicationis ſententiam ſubiturum. Agapeti monita reueritus Rex, capto cum prudentibus conſilio, Galtheri heredes, & qui Iuetotum deinceps poſſiderent, ab omni Francorum Regum ditione, atque fide, liberauit, liberosque prorſus fore, ſuo ſyngrapho, & Regni ſceptris, confirmauit. Ex quo factum eſt, vt eius pagi, & terræ poſſeſſor, Regem ſe Iuetoti hactenus ſine controuerſia nominarit. Idem autem anno Chriſtianæ gratiæ DXXXVI. geſtum eſſe indubia fide inueni. Hæc quidem Gaguinus, & Chaſſaneus; nonnulli tamen hanc relationem longæuam fabulam eſſe iudicant, ex obſeruata ratione, atque fide temporum: Mornacius *ad l. 16. ff. de ll.* Idem ſentiens Scipion du Pleix (*tom. 1. de l' hiſtoire generale de France, p. 91. n. 6.*) notat: (*Premierement que Ganguin & Nicole Giles, qui viuoient ſoubs Charle VIII. & Louys XII. ont rapporté les premiers ce conte, plus de neuf cent ans apres le temps, qu' ils quotent, ſans que nul de tant d' hiſtoriens, qui ont eſcrit auant eux les vies de nos Roys, & des Papes, ayent touché vn ſeul mot d' vne choſe de ſi grande importance. En ſecond lieu, il n' y auoit point de guerre en ce temps-là, entre les Chreſtiens & les Sarraſins. Pour vne troiſieſme raiſon, le Pape Agapet, expreſſément nommé en ce conte, ne fut promeu au pontificat, qu' en l'an DXXXVI, & mourut de l' an de ſa promotion, & neantmoins aucuns marquent cette action en l'an DXXXIII; & du Haillan, plus inconſiderément que tous, en l'an DLIII. ſeize ans apres la mort d' Agapet. Les autres, plus iudicieux s' apperceuans de cette repugnance, la remettent en l' an DXXXVI; toutesfois ils ne ſçauroient par là venir à leur compte, d' autant que ce Pape ſoudain apres ſa promotion fut contraint par Theodat, Roy d'Italie, d' aller à Conſtantinople, où il mourut, ſelon*

Ana-

Digitized by Google

Anaſtaſe, le 10. d'Auril, n'ayant tenu le pontificat qu'onze mois, 18. iours, au rapport de Platine: Et par ainſi, ſoit que Gautier eut ces lettres à Rome, ou à Conſtantinople, il n'eſtoit pas poßible, qu'apres qu'il fut occis par Clotaire en la ſemaine ſaincte enſuiuante, le Pape en eut aduis en Grece, & decretaſt contre Clotaire. Moins le pouuoit-il faire auec le college des Cardinaux, puis qu'il eſtoit ſi esloigné de Rome. Ioint, que ce ſacré college n'eſtoit pas encore inſtitué, quoy qu'il y eut des preſtres Romains, qui portoient le titre de Cardinaux. Que ſi les Seigneurs d'Tuetot ont quelque tiltre de cela, &c. ils ne leur peuuent ſeruir, que pour iuſtifier l'immunité, voire la ſouueraineté de leur terre; n'eſtant pas choſe ſans exemple, qu'il y ait des terres en ſouueraineté dans les enclaues du Royaume de France. Mais en fin ils ont recognu eux-meſmes, qu'il valoit mieux ſe contenter du titre de Prince, que ſe glorifier de celuy de Roy, qui eſt ſureminent, & nullement conuenant à vne petite terre de dix ſept paroiſſes,) Gaguinum, & Nicolaum Gillium, qui vixerunt ſub Carolo VIII. & Ludouico XII. primum hanc hiſtoriam, nongentis annis poſtquam contigiſſe dicitur, annotaſſe, reliquis hiſtoricis omnibus, qui ante eos vitas Regum & Pontificum ſcripſerunt, ne verbo quidem huius rei mentionem facientibus. Secundo, illo tempore nullum fuiſſe geſtum bellum inter Chriſtianos, & Saracenos. Tertio, Agapetum Pontificem, quem hiſtoria nominat, non perueniſſe ad Pontificatum ante annum DXXXVI. mortuum autem eſſe eodem anno: Cum tamen nonnulli hanc actionem referant ad annum DXXXIII, Haillanus, imprudentiſſime omnium, ad annum DLIII. decimum ſextum ſcil. annum poſt mortem Agapeti. Cæteros, perpendentes hoc abſurdum, referre actum ad annum DXXXVI. nihilo minus tamen nec ſic quidem ſine vitio eſſe. Etenim, hunc Pontificem ſtatim poſt promotionem ſuam coactum fuiſſe à Theodato, Rege Italiæ, ſe conferre Conſtantinopolim, ibique vitam cum morte commutaſſe, ſecundum relationem Anaſtaſii, decima die Aprilis, poſtquam pontificatum vndecim tantum menſes, & dies octodecim, vt Platina refert, tenuiſſet. Sic itaque, ſiue Galtherus Romæ, vel Conſtantinopoli, dicatur obtinuiſſe illas literas Pontificis, impoſſibile tamen fuiſſe, Pontificem, Galtherum à Clotario inſequente ſeptimana ſancta occiſum percipere, & decreto factum damnare potuiſſe. Minime vero Pontificem, tam longe à Roma abſentem, cum Cardinalium collegio conſilium inire potuiſſe, & hoc eo minus, cum illo tempore ſacrum hoc collegium nondum fuerit inſtitutum; licet presbyteri Romæ tunc fuerint, quibus datum nomen Cardinalium. Si Domini Iuetoti nonnihil hac de re proferant, id eo tendere, vt exemptionem tantum agri ſui, & Dominium abſolutum probent; nec vero in Gallia inauditum eſſe, terras in eodem regno reperiri, quæ Regi non ſubiectæ. Tandem quoque Iuetotanos maluiſſe vti titulo Principis, quam Regis, qui certe eius ſit eminentiæ, vt haud con-

ueniat dynaſtiæ, quæ ſeptemdecim tantum parochiis circumſcripta eſt.

ddd) Totum Regnum conſtabat ſeptemdecim parochiis, vt modo dictum.

eee) Variant Autores: quidam tradunt, Regnum Iuetotanum in Comitatum conuerſum; quidam in Principatum. De principatu modo audiuimus ex Pleixio; quod etiam docet Bernhard de Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires &c. liu. 1. p. 26.* Aliter autem Caſſan *en la recherche des droits du Roy &c. liu. 2. ch. dernier, p. 256.; Le Royaume d'Iuetot, erigé par Lothaire, pour contenter le Pape Agapet, ſur le meurtre de Gautier, fut apres changé en Comté. Car c'eſtoit vn petit feſtu, en l'œil de la France, qui n'auoit des dioceſes, ny vne ville metropolitaine, deux Duchés, & deux Comtés, pour le moins, que les Docteurs diſent eſtre neceßaire pour faire vn Royaume. Iuetot* (ait Ranchin *d. tom. 2. p. 251.*) *eſt vne principauté, qui appartient à la maiſon du Bellay, qui n'exerce pas les droits dependants de la qualité de Prince, moins encores de Roy, comme le commun le nomme.*

fff) Merula *d. l. c. 33.*

ggg) Merula *d. l. c. 20. La Picardie a cela de particulier, que le Roy n'y a point de confiſcations, mais bien des amendes:* Ranchin. *d. tom. 2. pag. 212.*

hhh) Merula *d. lib. cap. 27.*

iii) Merula *d. l. c. 39.*

kkk) Principatus Arauſionenſis, (*Principauté d'Oranges*) qui proprium dynaſtam habet, ex illuſtriſſima gente Naſſauica. (*Ceſte Principauté eſt enclauée dedans le Comté de Prouence. Le Roy de Sicile René en vendit l'hommage, reßort, & ſouueraineté, à Louis de Chalon, Prince d'Orange: Guillaume (fils dudit Louis) außi Prince d'Orange les vendit au Roy, Louis XI. qui ſoumit ladite Principauté à celle de Dauphiné, ce qui aduint en l'annee MCCCCLXXV. De ſorte qu'encores que le Prince d'Orenge iouiße en ladicte Principauté de tous droits ſouuerains, par la conceßion de nos Roys, ſi eſt-ce toutesfois, que s'ils ſe meslent parmy ces guerres eſtrangeres, les Roys de France iouyßent par main ſouueraine de cette Principauté, ainſi que de celle de Charolois, appartenante à la maiſon d'Eſpagne.* Fauyn *au theatr. d'honneur liu. 2. ch. 13. p. 454.* Vide etiam, ſi placet, P. Matthieu *liu. 10. de l'hiſt. de Louys XI. pag. 602.* Caſſan *liu. 2. de la recherch. &c. chap. 8. pag. 241.* Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 144. p. 1131.* Thuan. *lib. 30. hiſtor.*

lll) Veniſſæ Comitatus pertinet ad Pontificem Rom. ab eo vſque tempore, quo Iohanna, Regina Neapolitana, Caroli Calabriæ Ducis filia, eum dedit Pontifici Clementi VI. (ad compenſationem tributi Romanæ ſedi per multos annos non ſoluti, nomine Regni Neapolitani, cuius beneficiarium Dominum ſe dicit Pontifex Maximus,) à quo Terra Papæ vocatur: cuique aliquando per LXX. annos ſedem præbuit. huius Comitatus metropolis, Auenio: Merula *d. l. cap. 42.* Alii alia narrant. Machiauelli *lib. 1. delle hiſto-*

Digitized by Google

hiſtorie Fiorentine pag. mihi 51. ſcribit: *Il Papa pronunciò Ludouico di Tarento* (fuit hic maritus Reginæ Iohannæ) *rè di Napoli, donde che la Reina Giouanna, per queſto beneficio dette alla Chieſa Auignone, ch' era di ſuo patrimonio.* Sed hoc certo conſtare ſcribit Antonius Marcellus, *de iure ſeculari Pontific. cap. 15. pag. 137.* Auenionis dominium à Regina, quæ pecuniarum mirum quantum egebat, fuiſſe translatum in Pontificem triginta millium florenorum pretio, ſiue fuerint in promptu, ſiue ex feudi cenſu debiti. Vt maxime vero Pontifex terras, & ciuitatem Auenionem poſſideat, Rex tamen Franciæ (*iouit de toute la riuiere du Roſne, & de la moitié du pont:* Caſſan *de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France liu. 2. chap. 6. p. 239.*) ſuo tenet iure totum flumen Rhodani, & mediam partem pontis, ſuper illud conſtructi iuxta ciuitatem Auenionenſem.

mmm) Nicod *au grand dictionaire, & ita communiter Galli.*

nnn) Merula *d. l. cap. 36.*

ooo) Merula *d. l. cap. 23.*

ppp) Dux Bullionæus, reſpectu protectionis in Sedanum, Regi Galliæ præſtitit iuramentum; le Mercure François, *tom. 19. pag. 224.* Hodie autem Rex Sedanum ipſe tenet.

qqq) Fuerant longo tempore ſub protectione Regis Franciæ; & Virodunum quidem per trecentos, præterpropter, annos, (le Mercure François *tom. 13. pag. 67.*) Henricus II. autem, anno M D LII & Tullum, & Virodunum occupauit: Sleidan. *de ſtatu reipubl. & relig. lib. 24. fol. m. 426.* atque ſibi ſubiecit: Caſſan *d. tr. de la recherche &c. liure 2. chap. 1. pag. 27.* vel, vt Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 3. chap. 2. pag. 344.* reconquiſiuit antiquum patrimonium coronæ, quod eo vſque alii vſurpauerant. Controuerſum hoc fuiſſe, vſque ad pacem inter Imperatorem atque Regem Galliæ factam Monaſterii Weſtphalorum anno M DC XLIIX. XXIV. Octobr. notum eſt: illa vero quietam poſſeſſionem illorum locorum Gallo peperit. *vide huius pacis inſtrum. §. primo, quod ſupremum.*

rrr) Merula *d. l. c. 38.*

sss) Imperator atque Imperium, vt dictũ pacis Inſtrumentum ſonat, ceſſerunt omnibus iuribus, proprietatibus, dominiis, poſſeſſionibus ac iuriſdictionibus, quæ hactenus ſibi, Imperio, & familiæ Auſtriacæ competebant in oppidum Briſacum, Landgrauiatum ſuperioris & inferioris Alſatiæ, Suntgouiam, præfecturamque prouincialem decem Ciuitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ſcilicet Hagenauu, Colmar, Schletſtat, Weiſſenburg, Landauu, Oberehenheim, Rosheim, Münſter in valle S. Gregorii, Kaiſersberg, Turcheim, omneſque pagos, & alia quæcunque iura, quæ à dicta præfectura dependent, eaque omnia, & ſingula, in Regem Chriſtianiſſimum, Regnumque Galliarum tranſtulerunt.

ttt) Cum Franciſcus I. Duci Lotharingiæ Baros ſummo imperio, & extra prouocationem regere precario permiſiſſet, ac poſtea magiſtratus Barenſes iure precario abuterentur, procurator fiſci Regem admonuit, ne iura maieſtatis imminui pateretur. Dux Antonius, re intellecta, ac Franciſcus filius, publicis tabulis precarium ius illud, ac Barenſem prouinciam huius imperii profiteri, ac fidem & obſequium Regibus Franciæ eo nomine præſtare non dubitarunt; Cuius profeſſionis tabulæ extant in archiuis publicis, & in Senatum allatæ ſunt anno MDLXIIII. Carolo IX. Rege; qui modis omnibus efficere tentauit, vt Carolum Lotharingum Ducem iure maieſtatis, in Ducatu Barenſi gratioſiſſimo diplomate, donaret; ſed id fruſtra. cum iura maieſtatis Rex à ſe abalienare nullo modo poſſit; ne Curia quidem Pariſiorum aſſentiente: Bodin. *lib. I. de republ. cap. 10. pag. 255. Le Duché de Bar, ancien fief de la couronne de France, reuint par la mort de la ducheſſe Toland, fille du Roy René de Sicile; & le Roy Louis onzieſme le reunit à la couronne, par arreſt de la Cour de Parlement de Paris, fonde ſur ce, que René, Duc de Lorraine, fils d'Toland, n'eſtoit naturaliſé François, & partant n'y pouuoit tenir Seigneurie non plus qu'il ne permettoit en ſes terres aux François d'y tenir heritages, s'ils n'eſtoient naturaliſés en Lorraine*: Fauyn *au theatre d'honneur liu. 3. pag. 836.* Idem *d. lib. p. 846.* tradit, *que Madame de Beauieu, qui gouuernoit la France ſous le nom du Roy Charles VIII. ſon frere, fit oſter, & deſchirer des Regiſtres de la Cour de Parlement de Paris, l'arreſt portant reunion à la couronne de France du Duché de Barrois ſur René Duc de Lorraine, qui n'eſtoit naturaliſé en France. (En l'an MDLXXV, le Roy Henry III. en conſideration de la Ducheſſe de Lorraine, ſa ſœur, & plus encore, pour l'amour de la Roine, ſon eſpouſe, qui eſtoit de ladite maiſon, ceda la ſouueraineté du Duché de Bar au Duc de Lorraine, par ſes lettres patentes, en bonne forme, la foy, hommage, & droit de reſſort reſerués à ſa Maieſté. Dequoy les plus ſages de ſon Conſeil demeuroient offenſés contre le Chancellier de Birage, qui les auoit ſeellées legerement, & ſans remonſtrer à ſa Maieſté l'importance de l'affaire. Et luy pour toute excuſe allegoit, qu'il eſtoit Chancellier du Roy; Reſponſe digne d'vn eſtranger, qui aimoit mieux eſtre complaiſant au Roy, que de procurer le bien du Royaume*: Du Pleix *en l'hiſt. de Henry III. p. 44. n. 23.*) A.C. MDLXXV. Rex Henricus III. in fauorem Duciſſæ Lotharingiæ, ſororis ſuæ, & magis vxoris ſuæ, quæ oriunda ex eadem familia, contulit Ducatum Barenſem Duci Lotharingiæ (literis deſuper confectis in optima forma) ſolum ſibi reſeruans fidelitatem, & homagium, ac ius ſummæ & vltimæ cognitionis. Hoc male habebat prudentiores ex conſiliariis, increpabantq; Biragium Cancellarium, quod literas iſtas tam facile ſigillo obſignaſſet, nec prius Regem admonuiſſet, quanti momenti res ageretur. Biragius autem ſe excuſans dicebat, ſe eſſe Cancellarium Regis. Reſponſio plane conueniens extero, qui malebat Regi placere, quam Regni vtilitatem promouere. Noſtro tempo-

Digitized by Google

tempore, idem Ducatus à Rege Ludouico XIII. ad coronam reuocatus, ac poſtea occupatus fuit. Cum enim Lotharingiæ Dux iuramentum fidelitatis Regi præſtare renuiſſet, prætendens, *qu'il n'y eſtoit point obligé, & que les hõmages que l'on pretendoit auoir eſté rendus par ſes predeceſſeurs, n'eſtoient que des viſites, qu'ils faiſoient aux Roys de France, ſans rediger par eſcrit aucun acte, ainſi qu'il ſe prattique és vrays hommages: le Roy le fit adiourner en ſon Parlement de Paris, pour voir reunir le Duche de Bar à la couronne, par faute d' hommage rendu.* le Mercure François *tom. 19. pag. 110.* Alii, *vt annotatum legimus és verités Françoiſes, parte 3. pag. 737.* dicunt, Carolum, Lotharingiæ Ducem voluiſſe Regi Galliæ homagium præſtare, ſed nomine ſuo proprio, non autem vxoris. quod etiam tradit Autor *de l' hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu part. 1. pag. 368. & pag. 632. Le Roy* (inquit) *en l' an M DC XXIX. eſtant à Chalons, le Duc de Lorraine y arriua pour auoir l'honneur de le voir, eſperant de le satisfaire par des ſimples complimens, & par des reſpects ordinaires, ſans luy rendre l' hommage qu' il deuoit à cauſe de la Duche de Bar, dont il eſtoit entré en iouiſſance par la mort de ſon predeceſſeur. Sa Maieſté n'ignorant pas que Dieu, qui a mis la couronne ſur la teſte des Roys, ne les a pas moins obligés à conſeruer l'authorité qu'il leur a donné ſur les Princes eſtrangers, qu' au gouuernement de leurs peuples, l'auoit fait aduertir diuerſes fois, qu'il deuoit s' acquitter de cet hommage. Il ne le refuſoit pas, mais comme il pretendoit, que la Duché de Bar luy appartenoit de ſon chef, außi bien que celle de Lorraine, en vertu d' vne certaine loy Salique, qui auoit eſté faite de nouueau par ceux de ſa maiſon, & que l'on fait mine de trouuer dans le Threſor de ſes Chartres, il vouloit le rendre en ſon nom & non en celuy de ſa femme, à qui neantmoins elle appartenoit veritablement. Or le Roy qui ne peut ſouffrir d' iniuſtice, ne put endurer, qu'il exerçaſt celle-là enuers la Ducheſſe ſa femme, qui luy auoit mis la couronne Ducale ſur la teſte, & demeura ferme en la reſolution, qu'elle feroit l'hommage, ou luy en ſon nom.*

uuu) Ludouicus XIII. Rex Franciæ, vt rebus ſuis in Italia conſuleret, (*l' hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu parte 2. pag. 296. & ſeq.*) & haberet portam, per quam illam, vbi vellet, intraret, emit Pignarolum à Duce Sabaudiæ: ſed non defuerunt, qui hunc contractum vitioſum dicerent, tanquam rei ad Imperium Romanogermanicum pertinentis, cuius venditio ſine conſenſu Imperatoris, & Imperii, nulla. His contrarius autor *des verités Françoiſes parte 3. pag. 674.* ait: *Nous apprenons des meilleurs hiſtoriens de Sauoye, que ceſte ville eſt tombée dans ceſte maiſon l'an MXXV. par le mariage d' Alix fille de Mainfroy I. Marquis de Suze, auec vn autre Mainfroy premier du nom, Comte de Morienne: Les meſmes aſſeurent, que les Ducs de Sauoye en ont iouy depuis en toute ſouueraineté, & qu' à raiſon de ceſte place ils n'ont iamais reconnu les Empereurs. Pour preuue de cela, Ferdinand I. ny Maximilian II. n' allegue-* rent

Digitized by Google

rent point cette vaine pretenſion de l'Empire, durant que nos Roys poſſederent cette place, auant, & depuis le traicté de Cambreſis, les Miniſtres de Philippe II. ne le croyant pas, non plus lors, qu'ils conſentirent au nom de leur Maiſtre, qu'elle demeuraſt au pouuoir de Henry II. Accordons leur neantmoins, que Pignerol releue de l'Empire, eſt-ce à dire pour cela, que le Duc n'ait pu s'en accommoder auec la France ſans l'authorité de l'Empereur? Les Roys d'Eſpagne nous ont ſouuent appris, que ce conſentement n'eſtoit pas neceſſaire. Lors qu'ils s'emparerent de Final, de Plombin, & de Monaco, auoient-ils eu le conſentement de l'Empereur? aſſeurément que non. Il eſt certain pour le moins, que Rodolphe s'eſt touſiours plaint de l'vſurpation de Final. Mais s'il a de plus eſté permis aux Eſpagnols de s'emparer de Milan, de Sienne, & de tant d'autres fiefs de l'Empire en Italie, & en Allemagne, non obſtant toutes les proteſtations de quelques Empereurs, & de tous les Electeurs, les François ne peuuent-ils pas demeurer en iouïſſance de Pignerol, qu'ils ont acquiſe du legitime poſſeſſeur? le contract porte, que le Duc auoit eu deſſein d'achepter la ſouueraineté de Neufchaſtel, & de quelques autres lieux. L'on peut croire de là, ou qu'il fit cette vente pour accommoder ſes affaires particulieres, ou qu'il n'eſtima pas qu'elle luy fuſt ſi deſauantageuſe, comme ils tachent de nous perſuader: mais ſi Pignerol euſt releué de l'Empire, le Duc ne l'euſt-il exprimé par le meſme contract? puis qu'il ne l'a point faict, n'eſt-ce pas encore vn teſmoignage euident, qu'il la poſſedoit en toute ſouueraineté. Cæterum ſopita eſt hodie hæc diſputatio, pace inter Imperium & Regem Franciæ facta Monaſterii Weſtphalorum, dicto anno M DC XLVIII. §. *ſecundo*; vbi Imperator & Imperium ceſſerunt transtuleruntque in Regem Chriſtianiſſimum, eiusque in regno ſucceſſores ius directi dominii, ſuperioritatis, & quodcunque aliud ſibi & S. Rom. Imperio eousque in Pignarolum competierat, & competere potuerat.

xxx) Merula *d. lib. c. 31. pag. 319.*

yyy) Tempore Ludouici XII. *quelques Bretons & Normans, deſcouurirent ſous la conduite d'vn Norman, nommé Iean Denys, la terre de Canada, qu'ils nommerent nouuelle France, ou plusieurs ſe ſont depuis habitués, à cauſe de la quantité des morues, qui s'y peſchent, dont ils font traffic, & en ameinent auec grand proffit iusques en France:* Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 146. pag. 1159.* ac *chap. 147. pag. 1188. chap. 152. p. 1310.* adde Bret, *de la ſouu. du Roy, liu. 2. chap. 11. p. 268. Les antiquités, & recherch. de la grandeur &c. des Roys de France, liu. 1. diſc. 8. pag. 304.*

zzz) *(Le Roy de France a donné à ceux de la compaignie de la nouuelle France, le pays de la nouuelle France, dite Canada, à perpetuité en toute proprieté; mais il s'eſt reſerué le reſſort, foy & hommage, qui luy doit eſtre porté, & à ſes ſucceſſeurs Roys par lesdits aſſociés, ou l'vn d'eux auec vne couronne d'or du poids de huict marcs à chaque mutation des Roys:* Le Mercure Franç. *tom. 14. p. 228.*)

Rex

Digitized by Google

Rex Franciæ conceſſit illis, qui ſunt ſocietatis, quæ dicitur nouæ Franciæ, prouinciam nouæ Franciæ, vel Canadæ, in perpetuam proprietatem, ſibi autem retinuit ius vltimæ cognitionis, ac fidelitatem, & homagium, præſtandum ſibi & ſucceſſoribus ſuis in Regno, ab iſtius ſocietatis membris omnibus, vel nonnullis, cum oblatione coronæ aureæ, pondere octo marcarum, tunc, quando nouus Rex ſceptra Regni adipiſcitur. (*Et à la meſme ſocieté le Roy a permis faire fondre canons, boulets, forger toutes ſortes d'armes offenſiues, & defenſiues, faire poudre à canon, batir, & fortifier places, pag. 239.*) Rex quoque huic ſocietati conceſſit facultatem, curare ſibi fabricati maiores bombardas, globos, omnis generis, arma tam offenſiua, quam defenſiua, puluerem tormentarium; item, ius conſtruendi, & muniendi fortalitia.

aaaa) (*Les artiſans, qui auront exercé leurs arts, & meſtiers en la Nouuelle France, durant ſix ans, en ce qu'ils veulent retourner en le Royaume de France, ſeront reputés pour maiſtres de chef d'œuure, & pourront tenir boutique ouuerte dans Paris, & autres villes:* apud eundem Mercure *d. l. pag. 243.*) Mechanici, qui ſex annis opificium ſuum exercuerunt in noua Francia, ſi reuertantur in Galliam, habebuntur pro Magiſtris, non ſecus ac ſi canonem artis exhibuiſſent, atque poterunt officinam publicam tenere Lutetiæ, & aliis in ciuitatibus. Item; (*les deſcendants des François qui s'habiteront en la nouuelle France, enſemble les ſauuages, qui ſeront amenés à la cognoiſſance de la foy, & en feront profeſſion, ſeront cenſés & reputés naturels François, & comme tels pourront venir habituer en France, quand bon leur ſemblera, & y acquerir, teſter, ſucceder, & accepter donations, & legats, tout ainſi que les vrais regnicoles, & originaires François, ſans eſtre tenus de prendre aucunes lettres de declaration, ny de naturalité. d. lib. pag. 245.*) liberi eorum Gallorum, qui nouam Franciam inhabitarunt, vt & feri illi, qui ad cognitionem fidei Chriſtianæ perueniunt, & eam profitentur, habebuntur pro naturalibus Gallis, ac tanquam tales poterunt ſibi domicilium in Gallia conſtituere, ibidem acquirere bona, condere teſtamentum, eſſe heredes, accipere donationes, & legata, eodem modo, quo veri regnicolæ, & originarii Galli; nec tenebuntur petere literas declaratorias, aut naturalitatis. Item; (*les François habitués en Canada, qui ne ſont pas de la ſocieté, (à laquelle le Roy a donné le pays) ou pour elle, peuuent traitter librement des pelleteries auec les ſauuages, pourueuque les caſtors par eux traites ſoient par apres donnés auſdits Aſſocies, ou à leur commis, & facteurs, qui ſeront tenus de les achepter d'eux, ſur le pied de quarante ſols tournois la piece: d. l. pag. 240.*) Galli inhabitantes Canadam, qui non ſunt de ſocietate, cui Rex iſtam conceſſit prouinciam, poſſunt libere negotiari cum feris hominibus, & comparare pelles, dummodo caſtores poſtea reuendant ſocietati, vel eiuſdem inſtitoribus, pretio in ſingulos conſtituto XL. ſolidorum Turonenſium.

bbbb) Na-

bbbb) Nauareni regni portio, quam Rex Franciæ poſſidet, eſt quaſi ſexta pars totius: Ita Autor, qui deſcripſit *les Eſtats, Empires, & principautés du monde, en ſon diſcours de la Monarchie d'Eſpagne n.* 1. De hac parte ita ſcribit Fauyn, *au theat. d' honn. liu. 6. pag.* 1112. *La baſſe Nauarre, du coſté de la France, eſt appellée par les Eſpagnols, vltra puertos, c'eſt à dire, outre les ports: car ils appellent ports les endroits par leſquels l'on peut facilement paſſer, au trauers des Monts Pyrenées, en allant de la France en Eſpagne. Ceſte baſſe Nauarre eſt diuiſée de la haute par le petit pont d'Areneguy, entre l'Abbaie de Ronceuaux, & S. Iean pied de puerto, premiere ville, & forte place d'icelle, au deça de laquelle eſt celle de S. Palais (en latin S. Pelagius) en laquelle ſont la Chancellerie & la monnoie de Nauarre. Seule prouince reſtée de ce grand corps de Royaume, aux heritiers, & deſcendans des Roys, Catherine de Nauarre, & Iean d'Albret ſon mary, indignement deſpouillés de leur paternel heritage par Ferdinand d'Aragon, l'an de grace M D XIII. en Iuillet.* Nauarram ſuis Hiſpaniæ regnis primus adſcribere cœpit Ferdinandus Catholicus, pulſo (anno M D XII.) Iohanne Alani F. dynaſta Albretano. Hic, ducta Catharina Gaſtonis Foxii F. Nauarræ Regina, Comite Fecenſi, Bearnii, Bigotræ, ac Viennæ principe, cum Ludouico XII. Francorum Rege arma iunxerat, contra Venetos, Hiſpanos, Germanos, Iuliumque II. P. M. Indignatus Pontifex, Regem proſcripſit & excommunicauit; Regnumque ipſius quaſi in commiſſum cecidiſſet, occupandum dedit Ferdinando; qui expugnatis, Pampelone & vniuerſa pæne, paucis oppidis arcibusque exceptis, Nauarrea ditione, profligatiſque veris Dominis, vſurpare cœpit, & defunctus ad ſucceſſores transmiſit nomen Regium. Merula *d. parte 2. Coſmogr. lib. 2. c. 13.*

CAPVT V.

De Iure, quod prætenditur, nomine Regni, vel Regis Franciæ, in totum orbem, vel varias eius partes.

DVplex Gallorum eſt prætenſio in illas orbis partes, quas aliæ gentes, aliique Principes hodie poſſident. Vna generalis, reliquæ ſpeciales, variis ex titulis. Generaliter vniuerſum orbem ad ſe pertinere contendunt; in quo cum Turca (*a*) eodem appetitu laborant, alio licet prætextu. Prætextus vero, tam à Regum Franciæ, quam Gallorum ortu deducitur. Pro certo enim tradunt, Reges Franciæ deſcendentes eſſe, variis ex generationibus, Semi, & Iapheti (*b*) primogenitorum

nitorum filiorum Noachi. Gallos autem Gomeri ex ſanguine, & familia natos, qui Iapheti primogenitus. Hinc eosdem ſolos legitimo conatu poſſe dominium, & principatum ſuum extendere, in & ſupra omnes populos terræ, tam diuino, quam eccleſiaſtico iure, quod ſequitur naturæ, & omnium gentium ordinariam legem, quæ vult, primogenitos eſſe caput, & ſuperiores poſt-natorum. Atque eodem ex fundamento, ab aliis occupata inuadere, & vindicare poſſe, ceu res iure Gomeri ad ſe ſpectantes, poſtea culpa Ducum, ac Principum ſuorum, ab aliis interuerſas. Quanquam autem communi Gallorum calculo hic prætextus forte non approbatur, attamen publicis ſcriptis, inter quæ alia cum priuilegio Regis (*c*) in lucem prodierunt, innotuit. Cum vero belli fomes perpetuus ſit, quem extingui totius orbis intereſt priusquam in flammas erumpat, in id incumbendum rationum liquidiſſimarum apparatu. Ante omnia ergo teneri debet, ſomnia illos narrare, qui nationum primordium diſtinctim à Noachi liberis ad nos vſque deducere nituntur. Vt maxime enim certum ſit, illos eorumque poſteros ſolos, orbi poſt generalem cataclyſmum, nouos colonos dediſſe, tanta tamen poſt illos, quos Moiſes (*d*) exprimit, confuſio ſecuta, quæ incrementum habuit tunc, quando natio nationem antiquis ſedibus excuſſit, vel vna cum altera commixta fuit; vt præter id quod ſacris continetur literis, non aliud ſuperſit veſtigium, cui tuto inſiſtere liceat. Porro, vbi de illis quæſtio eſt, qui à Noachi primogenito deſcenderint, ſciendum, controuerti (*e*) adhuc, vtrum Iapheto, an vero Semo, primogenitura adſcribi debeat? Quod ſi vlterius progrediamur, & primogenito, quemcunque tandem pro eo habere placuerit, totum mundum pro patrimonio adſcribamus, id vel à iure primogenituræ, vel à Noachi diſpoſitione deducendum erit. Primogenituræ ius ſi pro fundamento habemus, duo expendenda veniunt: vnum, *An tempore Noachi illud in vſu fuerit?* Alterum, *quale fuerit, & an tale, vt ſucceſſione in bona patris ſucceſſione cæteros poſt-genitos excluſerit.* Non nego primogenitis à natura ratione æ-

ne ætatis aliquid præ poſtea-natis, conferri; ſucceſſionem (*f*) autem quod attinet, natura nihil ſpeciatim diſpoſuit; & vbi ea inæqualis ratione bonorum, inter liberos ab inteſtato (*g*) venientes obſeruatur, à diſpoſitione gentis, vel ciuitatis vel familiæ regitur. Diſpoſitionem Noachi quod concernit, ſi Epiphanio (*h*) credimus, ille tribus filiis ſuis diuiſit vniuerſum mundum, ſub ſortem miſſum, & vnamquamque partem iuxta ſortem ſingulis diſtribuit. Schemo ſors cecidit à Perſide, & Bactris, vſque in Indiam, vſque ad regionem Rhinocorurorum ſitam, quæ eſt in medio inter Ægyptum & Palæſtinam: Chamo obtigit terra ab Rhinocorurorum regione vſque ad Gadita, in Meridiem: Iapheto denique ſorte fuit adſignatum, quidquid ſpectat in Aquilonem, à Media vſque ad Rhinocoruros. At vero hæc omnia Gallorum prætenſioni aduerſantur. Ponamus autem, primogenituræ ius illud etiam Noachi tempore fuiſſe, vt primogenitus ſolus in omnia parentis bona ſuccederet: Sit item; Gallos, eorumque Reges, à primogenito deſcendere: hinc tamen nondum Galli obtinuerunt, quod prætendunt. Duo ſunt quæ illis hic opponi poſſunt: Vnum, non ſolos Gallos à primogenito eſſe, ſed etiam alios; nempe Germanos, & Europæorum pleroſque (*i*). Hos ergo eodem iure cum Gallis cenſeri debere. Deinde, non omnibus Gallis ius primogenituræ adſcribi poſſe, ſed illi tantum ex iiſdem, qui à primogenito Noachi, in linea deſcendenti, primogenitus: Hoc enim iuris primogenituræ eſt. Quis autem mortalium erit, qui poſt tot interualla temporum, & familiarum confuſiones, hunc deſignare valeat? Nemo certe & nullus. Faceſſant igitur cuncti, qui nondum probato iuri innixi, quietem orbis turbare ſatagunt. Speciales prætenſiones Gallorum quantum attinet, in ditiones, ciuitates, & bona, quæ olim ſui iuris fuiſſe aſſeuerant, generali præmunitione firmant, nempe, præſcriptionem non habere locum (*k*) aduerſus illos, qui ſolum Deum ſuperiorem recognoſcunt. Vt maxime itaque, neceſſitati cedentes, Francogalli multa per vices amiſerint (*l*), nihilo tamen minus ius

ad

Digitized by Google

adrem illis ſemper integrum permanſiſſe, Coronamque Franciæ nunquam amiſiſſe ius, quod illi ſemel competiit in res ſuas. Quæ autem illa fuerint, quæque ex iiſdem reuocari debeant, ſpeciali catalogo largiſſime enarrat Caſſan *(m)* in libris, quos titulo, *Recherche des droits, & pretenſions du Roy, & de la couronne de France*, non ante multos annos euulgauit. Alii *(n)* parcius exhibuerunt. Si in centonibus ordo ſeruari poteſt, ille nobis hic placet, quem Alphabeticum dicunt. Nempe prætendunt ſibi deberi

Aragoniæ Regnum *(o)*,
Arauſionenſem Principatum *(p)*,
Auenionenſem Comitatum *(q)*,
Artheſienenſem Comitatum *(r)*,
Burgundiæ Comitatum, *la Franche Comté* *(s)*,
Caſtiliæ Regnum *(t)*,
Cataloniam *(u)*,
Cyprum & Armeniam *(x)*,
Flandriæ Comitatum *(y)*,
Friſiam *(z)*,
Genuam *(aa)*,
Hollandiam *(bb)*,
Regnum Hieroſolymitanum *(cc)*,
Lotharingiam *(dd)*,
Lucenburgenſem Ducatum *(ee)*,
Mediolanenſem Ducatum *(ff)*,
Maioricam, Regnum & Inſulam *(gg)*,
Nauareni Regni partem, quam tenet Hiſpaniæ Rex *(hh)*,
Nicæ Comitatum *(ii)*,
Neapolitanum & Siciliæ Regnum *(kk)*,
Portugalliæ Regnum *(ll)*,
Pedemontanum Principatum *(mm)*,
Romanum Imperium, Romamque ipſam *(nn)*,
ad Rhenum ſitas ciuitates *(oo)*,
Roſſilonenſem Comitatum *(pp)*, & ciuitatẽ Perpignanam *(qq)*,

Rauennenſem Exarchatum, & terram Pentapoleos (*rr*),
Sardiniam (*ss*),
Sabaudiæ Ducatum (*tt*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Sunt qui ſe nihil habere arbitrantur, cum totum non habent, *l. 2. in pr. C. quando & quibus quarta pars, lib.* 10. (*Les Turcs s' imaginent, que le monde eſt leur heritage, & que l' entiere poſſeßion leur en appartient. Ils croyent, qu' ils n' vſurpent iamais ſur autruy, mais qu' ils reprennent ſeulement ce, qui a eſté vſurpé ſur eux; qu' ils ne font iniure à perſonne, mais qu' il leur eſt permis de rentrer dans leur bien, par les voyes qui leur ſemblent les plus courtes, & les plus commodes.* Balſac *en ſon Prince. chap. 27. pag. 339. edition. Pariſiens. in forma octaua anno M DC XXXXII.*) Turci totum mundum ſuo pro patrimonio venditant, eiusque poſſeſſionem ſibi adſcribunt. Credunt, ſe non aliena, inuolare, ſed repetere ſua ab aliis vſurpata; nulli iniuriam facere, ſed præcauere ne eam patiantur ipſi; Licere ſibi ſua bona apprehendere, mediis breuioribus, & commodioribus, ad placitum.

b) Claude du Pré, *en l' abregé fidele de la vraye origine, & genealogie des François, liure 1. chap. 1. pag. 3.* (*Les Gaulois*, (inquit) *eſtant deſcendus de Gomer, premier-né de ce monde, ou au lieu du premier-né apres le deluge, s' attribuent l' authorité de pouuoir remettre à leur ſubiection toutes les parties du monde, comme dependans du droit d' aiſneſſe, eu esgard à l' iniuſte vſurpation, qui en a eſté faicte*) Galli, deſcendentes Gomeri, primogeniti huius mundi, aut, in vi em primogeniti, nati poſt diluuium, ſibi attribuunt autoritatem poteſtati ſuæ ſubiiciendi omnes orbis partes, tanquam ad ius primogenituræ pertinentes, ab aliis autem huc vſque iniuſte vſurpatas. Et iterum idem (*d. liu. 1. chap. 3. pag. 12.*) ait; (*Aux Gaulois ſeulement, & non à autre Nation eſt loiſible de gaigner, & conquerir pays par iuſte droit de guerre. Parce qu'ils ne font que recouurer la poſſeßion qu'ils auoient du temps de Gomer, & par apres perduë par la faute de leurs princes, & conducteurs.* (Gallis ſolum, non aliis nationibus, licet iuſto titulo belli conquirere prouincias; Quoniam eam nanciſcuntur poſſeſſionem, quam habuerunt tempore Gomeri, & perdiderunt poſtea, culpa ſuorum principum & ducum. De eodem argumento Iacques Charron (*en l' hiſtoire vniuerſelle, chap. 12. pag. 14.*) ita fatur: (*Tout ainſi que les enfants repreſentent leurs peres, & doiuent auſſi ſucceder en leurs droits, & preeminences, ſuiuant toutes raiſons, diuines & humaines; pareillement nos Roys, qui ſont iſſus par diuerſes lignées de Sem, & de Iaphet, premiers enfans de Noë, & leur peuple Gaulois, qui a receu ſa premiere origine de Gomer, qui eſtoit außi fils aiſné de Iaphet, doiuent ſucceder, & peuuent ſeuls legitimement eslargir*

leur

Digitized by Google

leur principauté, & ſeigneurie, ſur tous les peuples de la terre, tant ſelon Dieu, & ſon Egliſe, que ſuiuant la nature, & loy ordinaire de toutes nations, qui veut, que les premier-nés ſoyent chefs, & ſuperieurs de tous les autres.) Quemadmodum liberi repræſentant patrem, ac in eiusdem ius, ſecundum leges diuinas & humanas, ſuccedere debent; Ita etiam noſtri Reges, qui varia progenie deſcendunt à Semo, & Iapheto, primogenitis Noachi, ac ipſorum populus, qui originem trahit à Gomero, filio primogenito Iapheti, debent ſuccedere, & poſſunt ſoli legitime extendere imperium ſuum in omnes populos vniuerſi orbis, non ſolum ex diuino, eccleſiaſticoque iure, ſed etiam naturali & gentium communi, quod primogenitis defert ſuperioritatem in cæteros omnes. Conſentiunt præterea alii, & Autor *de l'apologie contre vn liure, intitulé catacriſe du droit Romain fol. 18. b.* vbi ait; *(On tire de Poſtel ceſt axiome: que le Roy de France, comme ſucceſſeur de Gomer, fils aiſné du monde, tout ce qu'il conquiert en terre n'eſt reputé par tiltre d'acquiſition, ains de recouurement de ſon droit.)* Ex Poſtelli ſcriptis hoc axioma petitum eſt, Regem Franciæ, ſucceſſorem Gomeri, Filii primogeniti in mundo, omne quod occupat, non nouo ſibi acquirere titulo, ſed recuperare ſuum. *Adde* le Sieur de Vaux-Plaiſant, *au liure 1. ſur le mot de Gomerites, chap. 1. fol. 36. & ch. 3. fol. 12.*

c) Claude du Pré in lucem dedit librum, cui titulum præmiſit; *Abregé fidele de la vraye origine & genealogie des François, cum priuilegio Regis Henrici anno M D XCIX. & l'Hiſtoire vniuerſelle* de Charron *edita eſt cum priuilegio Ludouici XIII.*

d) Geneſ. *cap.* 10. *&* 11.

e) Sem eſt primogenitus filius Noë, non vero Iaphet. Iacobus Salianus, *in annal. Eccleſiaſt. veter. teſtam. ad annum mundi MDXCIX. n. 1, pag. 265.* Quod patet non ſolum ex eo, quod Sem primo loco recitatur à Moſe, hiſtoricum agente, ſed etiam quia ipſius eximia prærogatiua poſtulat, vt ſit primogenitus, vtpote ex cuius linea oriundus erat Meſſias, & qui erat ſacerdos & Rex altiſſimi: Neque enim Sem eſt alius quam Melchiſedech, ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, ratione genealogiæ. Ita ſentit & ſcribit Iohann. Henric. Alſtedius, *in Theſauro Chronologiæ tit. 2. p. m. 15.* Aliam in ſententiam abeunt alii, *(vide* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 11. pag. 8. & ſeqq.)* & cum illis Merula *parte* 1. *Coſmograph. lib. 3. cap. 14. pag.* 276. Ordiar, *inquit*, ab Iapheto, vnde & ſacra ſcriptura, vt qui primogenitus. Nam maximum hunc eſſe natu, Schemum medium, minimum vero Chamum: Schemum autem primo loco nominari, electionis & benedictionis prærogatiua, multis argumentis contra Epiphanium, *lib. 2. contra hæreſes*, & Aurelium Auguſtinum *lib. 16. de ciuit. Dei, cap. 3.* aliosque probare, non eſt vel huius loci, vel mei inſtituti. Illud in præſentia lectori ſuffecerit; quod Chamus ſit poſtremus Noæi filiorum, apparere ex *cap. Gen. 9. v. 24.* vbi dicitur Noæus reſci-

reſciuiſſe, quæ in ſe admiſiſſet Chamus, filius ipſius natu minimus. Schemum vero non eſſe liberorum Noæi natu maximum, ex eo conſtare, quod liberos cœperit tollere Noæus, cum annum ageret quingenteſimum, cuius anno poſtea ſexcenteſimo terras occupauit diluuium, vt docent quæ leguntur *Gen. 5. v. 32. & c. 7. v. 6.* Biennio autem poſt diluuium Schemum genuiſſe Arpachſchad, tum cum annum ageret centeſimum, vt ſcribitur *Gen. c. 11. v. 10.* ideoque nondum fuiſſe centum annorum ipſo diluuii tempore. Ex eo denique ſequi, natum ipſum Schemum biennio poſt annum patris quingenteſimum; & neceſſario relinqui, Iaphetum liberorum Noæi natu maximum, ſiue primogenitum, & patris anno quingenteſimo fuiſſe procreatum. Poſtremo conuinci hinc, verſum 21. *cap.* 10. ſic eſſe vertendum; *Ipſi quoque Schemo nati ſunt liberi, qui parens eſt generis Hebræi, & frater Iapheti, liberorum Noæ natu maximi*; non, vt vulgo: *De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheti maiore.* Tandem eſt, qui pro Chamo diſputet, & natiuitate maximum dici poſſe moneat: (Polycarpus Lyſerus *in Noacho ad c. 10. Geneſ. pag.* 386.) idcirco (*pag.* 405.) eidem tantum terræ attributum fuiſſe doceat, quantum reliquis duobus fratribus vix ceſſerat.

f) Ratio naturalis liberis (omnibus, non ſoli primogenito) parentum hereditatem addicit, *l. 7. §. vlt. ff. de bon. damnat.* liberos ad bona parentum, natura, & ſimul parentum commune votum admittit. *l. 7. §. vlt. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ. l. 50. §. 2. ff. de bon. libert.*

g) Ius primogenituræ, quoad ſucceſſionis effectum, non generaliter omnibus gentibus placuit, ſed nonnullis tantum; itaque ſpeciale eſt, & apud illas ſolum in vſu, à quibus receptum. Sane iuri Iuſtinianeo ignotum fuit; Gothofred. *ad Nou. 18. c. 1.* & noſtris Germanis adhuc infrequens, exceptis Electoratibus ſecularibus, vt aurea bulla Caroli IV. docemur, *c. 7.* & nonnullis familiis aliis, præſertim illuſtrioribus, in quas, per certa pacta, vel ſtatuta gentilitia, inuectum, *de quibus egi in iuris publici lib. 4. c. 8 n 112. & ſeqq.* Inter plebeios vix frequentatur; de quibus verum quod viſum Thomæ Aquinali, *lectione 12. in Ariſtotel. politica*: Lex primogenitorum eſt in cauſa, vt plures ſint pauperes, ideo non placuit.

h) *Lib. 2. contra hæreſes, in refutatione errorum à Manichæis ſatorum,* allegatus à Merula *parte 1. Coſmograph. lib. 3. cap. 14. pag. 276.* & Salianus, *tom. 1. annal. Eccleſiaſt. vet. teſtam. ad annum mundi M DCC LXXXIIX. n. 6. p. 310.* A Noacho vnicuique liberorum portionem terræ adſignatam, docet quoque Lyſerus *ad d. c. 10. pag. 387.*

i) A Gomeri primogenito Aſchenes, Celtas omnes, adeoque etiam Tuiſcones, vel Germanos, oriundos eſſe, tradunt, Cluverius *lib. 1. German. antiquæ c. 4 per totum*; Carion *lib. 1. Chronicor. p. 24.* Primum Europæorum parentem Iaphetum nominat Merula *d. part. 1. lib. 3. c. 14. p. 277.*

k) (Ceſt

Digitized by Google

k) (*Ceſt vne maxime certaine entre tous les Docteurs, que la preſcription ne court point contre les Monarques, & les Roys, qui ne recognoiſſent que Dieu,& leur eſpée: d'autant que les ſeuls moyens ſuffiſants pour interrompre la preſcription, qui ſont les conteſtations en iuſtice, & les actes qu'on faict pour rauoir les choſes vſurpées, ne pouuans ſe prattiquer enuers les Roys, qui ne ſe ſoucient, le plus ſouuent, des admonitions qui leur ſont faictes, par ceux qui n'ont la puiſſance de les citer, on a mieux aimé preſumer, que la preſcription ceſſoit, que de iuger que l'occupateur acquiſt par long vſage, la choſe par luy detenuë.* Caſſan *liu. 1. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France, chap. 3. pag. 146.*) Apud Doctores pro certa regula habetur, præſcriptioni locum non dari contra Monarchas & Reges, qui ſolum Deum & enſem ſuperiorem recognoſcunt: Quia mediis ſufficientibus ad interrumpendam præſcriptionem, (vt ſunt, litis conteſtatio, & actus alii) vti non datur contra Reges, cum vt plurimum nihili faciant admonitiones illorum, qui non habent poteſtatem eos in ius vocandi, hinc melius eſſe viſum fuit, præſumere præſcriptionem ceſſare, quam ſtatuere, occupatorem longo vſu ſibi acquirere rem quam detinet.

l) (*Bienque pour ceder à la neceſſité, qui tient en ſa puiſſance les ſuccés des affaires humaines, nous ayons perdu la poſſeſſion, neantmoins le droit en eſt touſiours demeuré à la couronne, qui ne perd iamais ſes droits ſur les choſes qui ont eſté de ſon vray domaine:* Bret *de la ſouueraineté du Roy, liu. 2. chap. 8. pag. 224.*) Licet cedentes neceſſitati, quæ ſucceſſus negotiorum humanorum ſua habet in poteſtate, amiſerimus poſſeſſionem, nihilo minus tamen ius coronæ ſaluum ſemper manſit, quod nunquam perdit in res, quas ſemel ſuo dominio ſubiectas habuit.

m) Iniurium hoc tractatu ſuo Caſſanum in Chriſtianiſſimum Regem eſſe, cenſet Iuſtus Sinoldus (*in colleg. public. de ſtatu Rei Romanæ, diſp. 7. theſ. 18. lit. G. p. 433.*) quod, cum hactenus tantum non vniuerſus orbis contra Hiſpanicam (neſcio quibus coniecturis elicitam) Monarchiam arma induerit, illud odium Caſſanus in Gallias deriuet, quas tot Regibus, Principibus, populis, imminere, expreſſo, eoque aureo calamo, profitetur: non ignarus iam dum repertos fuiſſe, qui eo nomine ſuſpecta fecerint lilia, (*vide* den newen diſcurs von der Oeſterreichiſchen Macht / daß die Spaniſche vnbilliger weiß einer geſuchten Monarchi beſchuldiget / vnd Franckreich mehr als Spanien nach frembden Landen getrachtet / *in actis publicis lib.* 10. *tit.* 2. *c.* 14. *pag.* 1373. Item, *Raiſons pour monſtrer, que la France ne veut point la paix*) quibus ipſe ſuo tractatu argumenta miniſtrat. Saltem noſtrates exinde vel manibus palpare poterunt, cui bono gladios ſtringant, & vltra luporum rabiem in ſua viſcera deſæuiant. Vt enim meum non faciam, quod Autor der Redlichen Vrſachen / warumb die mit Franckreich Confœderirte ſich zum Frieden accommodiren ſollen / monuit; daß ſothane Aſſiſtentz nicht propter

Laza-

Lazarum, ſed propter Martham, Auſtraſiam, eiusque ſororem Alſatiam, beſchehe: Illud omnino animum ferire poſſe videbatur Germanæ virtuti, quod tantum ſanguinis Gallicorum miniſtrorum ambitioni fundatur, & ſibi animas eripiant Cadmei fratres, tantum ne fruſtra diſputet Caſſanus, nec deſint ſcilicet, qui ſuſpectam illam diſquiſitionem armis exequantur, & ſuis cladibus obſignent Germani. Hæc Sinoldus.

n) Quorum in cenſum refero Silhonum, qui in ſuo *Miniſtre d'Eſtat, part. 1. liu. 1. diſc. 11. pag. 129.* ſcribit; (*Nous pouuons pretendre en conſcience à la ſouueraineté de Flandres, & aux Eſtats de Milan, de Naples, & de Nauarre, puisque pour cela nous auons des moyens bien fondés, ou des tiltres indubitables: que nos pretenſions ont touiours eſté en chaleur: qu'elles ſont cognues de tout le monde, & que nous n'auons fait traité, ny action, qui en ait amorti la force. Ainſi nous aurions tort, de vouloir recouurer les pertes des premiers ſucceſſeurs de Charlemaigne, & deterrer ces vieilles querelles, dont à grand peine l'hiſtoire a pû conſeruer quelque veſtige qui fuſt entier, & quelque lumiere qui ne fuſt point trouble.*) Bona conſcientia prætendere poſſumus dominium Flandriæ, nec non Ducatus Mediolanenſis, ac Regni Neapolitani, & Nauarreni, quoniam rationibus & titulis perquam validis hic ſumus inſtructi, noſtræque prætenſiones ſemper viuidæ fuerunt mundoq; cognitæ, nec quicquam à nobis factum, quo earum vis imminuta. Perperam vero ageremus, ſi vellemus repetere ea, quæ perdiderunt proximi ſucceſſores Caroli Magni, & reuocare in lucem antiquas illas contentiones, quarum hiſtoria vix potuit vllam conſeruare memoriam, quæ ſit ſine labe.

o) Caſſan *d. tr. liu. 1. chap. 2. pag. 59. & ſeqq.* Charron, *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 142. pag. 1083.*

p) Caſſan *d. tr. liu. 2. chap. 8. pag. 241.* Pierre Matthieu *liu. 10. de l'hiſtoire de Louys XI. pag. 602. Louys XI. achepta de Guillaume de Chalon, Prince d'Orenge, l'hommage, reſſort & ſouueraineté de ſa principauté, moyennant la ſomme de quarante mille eſcus, en permettant toutesfois au dit Prince d'Orenge de s'intituler, par la grace de Dieu, Prince d'Orenge: comme auſſi de pouuoir donner graces & remiſſions, hormis du crime de leze Maieſté: enſemble, de faire forger monnoye, & autres priuileges, ſans preiudice de l'hommage lige, & droit de iuridiction d'icelle principauté, qu'il ſouſmit en dernier reſſort au Parlement de Grenoble:* Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 144. p. 1131. Vide ſupra c. 4. lit. kkk.*

q) Caſſan *d. tr. liu. 2. chap. 7. p. 195.* Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 1. p. 454.*

r) Caſſan *d. liu. 2. chap. 5.*

s) Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de Louys XI. liu. 10. p. 543.* Dicitur autem *le Comté de Bourgogne franc, entre autres raiſons, pour l'immunité concedée aux habitans du pays, & à cauſe de la liberté & puiſſance de teſter & diſpo-*

Digitized by Google

diſpoſer de ſes biens, comme il plaiſt à ceux qui les tiennent au pays, ce qui n'eſt pas libre à ceux du Duché de Bourgogne: Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag.* 331.

t) *Le Royaume de Caſtille ne releue ſeulement à foy & hommage des Roys de France, mais qui plus eſt, fait vne partie de leur Eſtat*: Caſſan *d.* 17. *liu.* 1. *ch.* 1. *p.* 4. Charron *en l'hiſt. vniu. chap.* 141. *p.* 1053. Et Bodinus, *qui lib.* 1. *de republ. c.* 9. *p.* 189. ſcribit; Caſtiliæ regnum iure ſucceſſorio ad Ludouicum IX. Regem, materno iure delatum fuiſſe nemini dubium eſſe poteſt, qui modo res Hiſpanicas tractarit. Et quidem Caſtiliæ principes Ludouicum ad ſceptra materna, ſolemnibus actis, quæ adhuc in archiuis Francorum extant, euocarunt. Non tamen dubito, Hiſpanos illud obiecturos, Blancam, Ludouici IX. filiam, Caſtiliæ Regi nupſiſſe, ea lege, vt omnia regni iura, quæ patri competere potuiſſent, genero concederentur. Id tamen non potuit Ludouicus, niſi ſenatus populusque Francorum aſſenſionem præbuiſſet: cum filiæ, ac ſorores Regum, dum collocantur ac nubunt, nihil, præter pecuniam, de regalibus Francorum prædiis delibare poſſint. Ac ſi quis putet, Regem Francorum prædia materna, aut ea, quæ nondum vnione legitima agris dominicis addicta fuiſſent, largiri potuiſſe, cuiusmodi Caſtiliæ regnum videri poſſit, nihilo minus tamen extat in Archiuis Francorum fœdus poſtea contractum à Carolo V. Rege Francorum, & Henrico Caſtiliæ Rege MCCCLXIX. quo quidem fœdere, Henricus iureiurando ſpopondit ac promiſit, ſe regnum Caſtiliæ fiduciario iure habiturum, & Francorum Regibus ſe accepto laturum, Francorum fiduciarium ſe ac vaſallum conſtituens, propterea, quod Caroli Regis opibus, & copiis, regnum illud, ſibi ereptum, recuperauerat. Cum igitur Caſtiliæ regnum hereditario iure ad mares & fœminas deferatur, Henrici heredes, maiorum pactis & ſponſionibus obligati tenentur: quæ obligatio nullam vim habitura fuiſſet, ſine Senatus & populi conſenſu, niſi Caſtiliæ regnum hereditarium fuiſſet. Porro totum Hiſpaniæ regnum ad Regem Franciæ deuolutum iri ante finem mundi, ex Strozzæ libro *del palagio de gl' incanti*, & Valderamæ *hiſtoria vniuerſali*, prædicit P. de Lancre (*de l' incredulité, & meſcreance du ſortilege, traicté* 3. *n.* 14. *p.* 170.) inquiens; (*Aux Gades, ſur le riuage de la mer, il y a vne ſtatue d' vn homme eſleué ſur vne grande pierre, ayant vne croix à la main droite, la face tournee vers le Midy, laquelle les Sarrazins tiennent luy deuoir tomber des mains, l'année que naiſtra en France vn Roy, lequel aux dernier temps ſubiuguera l' Eſpagne &c. à quoy d'autres ont adiouſté, qu' vn Roy de France, apres auoir debellé tous les peuples, & nations de la terre, & particulierement les Eſpagnols, clorra & fermera le monde, attendant ce grand iour du iugement.*) In littore maris ad Gaditanum ſtatua hominis viſitur impoſita ingenti ſaxo, manu dextera tenentis crucem (facie verſa ad Meridionalem plagam) quam Saraceni referunt

caſuram in terram, eo anno, quo Rex ille naſcetur in Francia, qui vltimis temporibus Hiſpaniam ſub iugum mittet. Additur ab aliis; Regem quendam Franciæ, poſt deuictos omnes populos terræ, præſertim etiam Hiſpanos, ſolum regnaturum ad finem vſque mundi, & vltimum iudicium.

u) Caſſan *d. l. chap. 2. p. 59.* Charron, *en l' hiſt. vniu. chap. 133. p. 990.* Vittorio Siri *tom. 2. del Mercurio, libro 1. pag. 33. & ſeqq.* Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag. 590.*

x) Charron *chap. dern. pag. 1358.*

y) Caſſan *d. l. 2. chap. 5.* Sed Regem Franciæ propter delictum in vaſallum ſuum commiſſum, iure amiſiſſe Comitatum Flandriæ & Artheſiii, docet Euerhardus à Middelburgo, *in loc. argum. legal. loco à correlatiuis, n. 11. pag. 168. & loco de tanquam, n. 25. p. 710.*

z) Caſſan *d. chap. 5.*

aa) Caſſan *d. liu. 2. ch. 4. p. 87.* In Genuenſes, in quorum ditione Corſica eſt, non heri aut nudius tertius Reges noſtri (inquit Thuanus, *hiſt. lib. 12. ad annum* CIↃ IↃ LIII.) ius ſibi arrogant. Nam cum ciues, rerum ſuarum ſtatus pertæſi, rempublicam in meliorem formam reducere cuperent, ante CC. circiter annos, oratores ad Carolum VI. Damianum Cataneum, & Petrum Perſium, miſerunt deprecatum, vt ciuitatis imperium accipere vellet, hiſque conditionibus abdicante ſe imperio Antonio Adorneo, Duce, tranſacta res eſt. Vt Rex patronus, ac legitimus Reipub. & omnium eius ditionum dominus eſſet, ſaluo tamen iure imperii, ipſiusque nomine præſes, natione Gallus, imponeretur, qui duo ſuffragia in ſenatu, vti ſuperiores Duces, haberet. Ipſi amicos Regis pro amicis, hoſtes pro hoſtibus, haberent, ratis nihilo minus fœderibus, quæ ipſis cum Conſtantinopolitano Imperatore, & Cypri Rege, intercedebant. Præcipuæ decem Reipublicæ arces Regis fidei ac tutelæ, atque ab ipſius milite ſeruandæ, committerentur. Reſpublica in fide Regis permaneret, nec vllo caſu à Regia corona alienaretur. Exortis deinde Aurelianenſium ac Burgundionum in Gallia factionibus, quibus pæne regnum peſſundatum eſt, Mediolani Duces, propter viciniam, ius quod Reſpubl. vltro Regibus noſtris detulerat, in Genuenſes vſurparunt. Et teſtibus idoneis, atque inſtrumentis fide dignis oſtendi poteſt, diu poſt illam vſurpationem Mediolanenſium Duces, Genuenſium principatus ratione, Regibus noſtris, tanquam directis & ſupremis dominis, fidem honorifice præſtitiſſe; Idque Ioannem Galeatium feciſſe Ludouico XI. Regi, ſcriptis prodidit Philippus Cominæus noſter, *commentar. 6.* Tandem deiecto Ludouico Sfortia, Ludouicus XII. antiquam poſſeſſionem recuperauit; (Bodinus *de Republ. lib. 5. cap. 6. pag.* 908. ait, Genuenſes vrbe capta ducentis aureorum millibus mulctauit, ſuis tamen legibus ac magiſtratibus viuere permiſit, præterquam quod numiſmata

regali

Digitized by Google

regali figura ſignari iuſſit.) & impoſito Philippo Cliuio præſide, per octo annos imperium eius tenuit. Rebellante deinde plebe, Paulus Nouius expulſis Gallis Dux creatur; ſed Ludouicus, mox recepta vrbe, & ſecuri percuſſo Nouio, arcem, tanquam frænum ferocienti multitudini impoſuit. Poſtremo, Octauiano Fulgoſio vltro ſe in Reipub. gratiam ac commodum imperio abdicante, Franciſcus rurſus Regum Franciæ ius in ea retinuit, & Fulgoſius ipſe, Regis nomine, totos vndecim annos Reipubl. præfuit, donec, poſt Ticinenſe prælium, Galli omni Italia depulſi, Genuenſi quoque imperio exuti ſunt. Cæterum magnæ perfidiæ reos facit Genuenſes Caſſan (*d. ch. 4. p. 95.*) & addit, (*pag.* 101.) Regem Ludouicum parui feciſſe Genuenſes, perfidiæ memorem, cumque ſe illi dediſſent, dixiſſe; *qu'il les donnoit au Diable*. Idem refert Pierre Matthieu, *en l'hiſtoire de Louys XI. liu.* 8. *p.* 386.

bb) Caſſan *d. liu.* 2. *ch.* 5. Charron *en l' hiſt. vniu. ch.* 144. *p.* 1134.

cc) Charron *d. tr. chap. dernier, pag.* 1358.

dd) Caſſan *d. liu.* 2. *ch.* 3. *p.* 65. *& ſeqq.* Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire generale de France tom.* 3. *pag.* 524. *n.* 9. *L' hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu part.* 2. *pag.* 589.

ee) Caſſan *d. liu.* 2. *ch.* 5. Charron *en l' hiſt. vniu. ch.* 147. *p.* 1193.

ff) Caſſan *d. liu.* 1. *ch.* 7. *p.* 319. *& ſeqq. Louys Duc de Touraine, puis Duc d'Orleans, frere du Roy (Charles VI.) eſpouſa Valentine fille de Iean Galeas, Viſcomte, Duc de Milan, laquelle a apporté à la France le droit pretendu ſur ledict Duché*: Bernard de Girard, *de l' eſtat & ſuccés des affaires de France, liu.* 2. *p.* 223. Charron *en l' hiſt. vniu. chap.* 142. *pag.* 1076. Bacquet *du droit d' Aubaine, part.* 1. *chap.* 8. *n.* 38. Ranchin *tom.* 2. *de la deſcript. de l' Europe, tit. Royaume de France, pag.* 189. Balthazard *au traitté des vſurpations des Roys d' Eſpagne ſur la couronne de France, pag.* 25. narrant, Valentinam hac conditione à patre Ludouico Duci Turonenſi, aut, vt Galli dicunt, Aurelianenſi, elocatam, vt ſi fratres illius, Ioannem, & Philippum, ſine legitimis liberis decedere contingeret, Ducatus Mediolanenſis ad Valentinam, & illius heredes, & legitimos ſucceſſores, deſcenderet: quare & Carolus Aurelianenſis, Valentinæ filius, patruo ſuo mortuo, Ducatum armata manu eſt ingreſſus, & Ludouicus XII. Galliarum Rex (filius Caroli Aurelianenſis) Mediolanum vi obtinuit, ac Ludouicum Sfortiam (filium Franciſci Sfortiæ, qui Philippi, filii Ducis Ioh. Galeatii, filiam notham in matrimonium duxerat, & per eam occaſionem principatum Mediolanenſem inuaſerat, excluſa Valentina, Philippi ſorore; Sleidan. *de ſtatu relig. & Reipubl. lib.* 10. *fol. m.* 163. *b.*) captiuum abduxit, ſed Hiſpanus, Veneti, & Papa contra Gallum fœderati, Heluetiorum copiis freti, Gallos Mediolani poſſeſſione, quod iam tredecim annos tenuerant (*vide* Thuan. *lib.* 1. *hiſt.*) expellunt, & Maximilianum Sfortiam, Ludouici filium, Mediolani dominum conſtituunt, tradente ciuitatis claues Sedunenſi

Epiſcopo. Ipſe Ludouicus Rex ab infeſto Pontifice proſcriptus, cum redintegrato exercitu rurſus Mediolanum, duce Ludouico Tremollio, repeteret, ab Heluetiis, ſanguinaria ad Nouarium commiſſa pugna, victus & tota fere Italia excluſus eſt. Nihilo minus Franciſcus I. Rex Galliæ (ſucceſſor Ludouici XII.) ſtatim poſt regni ſucceſſionem aditam, titulum quidem Ducis Mediolanenſis ſumpſit, quippe qui Claudiam, dicti Ludouici XII. filiam, vxorem haberet; ſed, conſilio diſſimulato, ſic res ſuas ordinabat, quaſi minime de recuperando Inſubrium imperio cogitaret. Attamen copiis per Cottias, & maritimas alpes traductis, poſt cruentum cum Heluetiis, prope Mediolanum, prælium, Mediolanum occupauit; & arcem, in quam Maximilianus Sfortia cõfugerat, deditione accepit. Carolus autem V. Imp. Mediolanum rurſus expugnauit, & Franciſco Sfortiæ, Maximiliani fratri, attribuit: I. de Laet, *de princip. Italiæ tit. de Ducatu Mediolanenſi, p.* 116. Sed vt ſimul lectori conſtare poſſit, quid iuris Imperium Romanogermanicum ſibi in Ducatum Mediolanenſem competere aſſerat, quidq; Gallorum prætenſioni opponat, operæ pretium erit audire Henningum Arniſæum, *de iure Maieſtatu, lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. *pag.* 85. Vt reliqua Italia, ait ille, ita & ditio Mediolanenſis Imperio ſubiecta fuit, vſque ad Rudolphi Habſpurgenſis tempora, qui per Cancellarium ſuum, de gente Fliſca Genuenſium, vt ſcribunt Blondus, Trithemius, Cuſpinianus, & Cranzius, libertate Italiæ venum expoſita, plurimis ſub ſpecie priuilegiorum, abſolutam immunitatem ſibi vindicandi cauſam præbuit: Mediolanenſibus vero eius ſucceſſor, Adolphus Naſſouius, Matthæum præfecit, vt rempublicam Imperii nomine gubernaret, vnde Vicecomitis nomen obtinuit. Eum cum Turrianorum factio vrbe pepuliſſet, Henricus Lucelburgenſis vi reſtituit, excluſis omnino à Reipubl. clavo Turrianis. Patri ſucceſſit filiorum natu maximus, Galeatius, quem Ludouicus Bauarus, cum ad Pontificis partes deflectere deprehenſus, & à Marco fratre, eo nomine accuſatus fuiſſet, vna cum duobus fratribus, & Actio filio, in carcerem coniecit, nec niſi Caſtrucii interceſſione inde extraxit, promiſſaque pecunia ad ſummam CLI. myriadum, vt patriæ præſides vicarii eſſent, & appellarentur. Is titulus, ea poteſtas, manſit penes poſteritatem Matthæi, vſque ad Venceslai tempora, qui tranſmiſſo ſceptro pileoque, Ioannem Galeatium Ducem creauit, vrbe ditioneque grandi pecunia vendita, additaque poteſtate, vt in heredes transferri poſſet, cum antea tantum præſides fuiſſent. qua de cauſa Electores in abdicatione Wenceslai §. 1. eum inſectantur; *Mutilaſti Imperium Mediolani, & prouincia Longobardiæ, quæ iuris ſacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus inde ad imperium* (paulo aliter legitur apud Goldaſt. *inter conſtit. Imper. pag.* 140.) *ampliſſimis emolumentis, in qua ditione Mediolanenſis veluti miniſter ſacri imperii partibus fungebatur, eum tu, contra quam tuam ſublimitatem & di-*

Digitized by

& dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani ducem, & Comitem Papienſem creaſti. (Iacobus Köngelſhoff *in Chron. German. ex quo iſtud in latinum tranſtulit* Chriſtianus Vrſtiſius *Illuſtr. Hiſtor. tom.* 2.)Igitur Iohannes Maria, & Philippus, Iohannis, primi ducis, filii ex eo pacto ſucceſſerunt; ſed cum alter ſine heredibus moreretur, alter à coniunctis crudeliter trucidatus eſſet, Fridericus III. qui tum Imperio præerat, legibus Feudorum Imperio Ducatum aſſerebat. Carolus Aurelianenſis, Valentinæ, Iohannis Galeatii filiæ, filius, eum ſibi vindicabat, ex tabulis dotalitiis, quibus Iohannem Galeatium ita cauiſſe memorabat, vt ſi filiis nulla ſuperſtes eſſet legitima proles, filiæ heredes Inſubrum principatum potirentur. Sed tabulis deerat Imperatoria autoritas, negabatque Imperator, Pontificem potuiſſe eius defectum, vt prætendebatur, ſupplere. Interea Franciſcus Sfortia, negligente ius ſuum Imperatore, Carolo vero Gallo à Mediolanenſibus ſuperato, Ducatum occupat, ius vxoris ſuæ, (habebat enim in matrimonio Blancam, Philippi notham filiam) & vltimas Philippi teſtamentarias tabulas proſecutus. Petiit hic inueſtituram ab Imperatore, ſed non impetrauit, ſicut nec filius eius Galeatius, quanquam & ab Imperatore, aliis bellis implicato, non magnopere ſibi timerent. Sed Galeatii frater, Ludouicus Morus, cum Iohannem Galeatium, legitimum heredem, cui à fratre tutor datus erat, vita ſimul & principatu deieciſſet, à Maximiliano Imp. quater centum millibus aureorum nummum impetrauit ornamenta, & titulos principatus. Nec multo poſt Ludouicus XII. Caroli Aurelianenſis filius, eiecto Ludouico Moro, conceſſionem Feudi Mediolanenſis, non ſine multo auro, ab eodem Maximiliano elaborauit, ſed ea lege, ne inde aliis præiudicium factum putetur: Qua conditione effecit Iulius Pontifex vt Sfortiæ reducerentur, & Carolus V. Imp. Franciſcum bis reſtituit, eoque ſine poſteritate mortuo, Ducatum ſub titulo iuris publici retinuit, nequicquam reclamante Franciſco primo, (Galliarum Rege) eumque ſibi, tum iure hereditatis, tum conceſſu Maximiliani, deberi contendente, & tandem certis pactis ad filium Philippum tranſtulit.

gg) Caſſan *d. tr. liu.* 1. *chap.* 6. *pag.* 301.

hh) Caſſan *d. l. chap.* 4. *pag.* 159. Charron *en l' hiſt vniu. ch.* 147. *p.* 1164. Seruin (*tom.* 1. *des actes notables & plaidoyés, p.* 333. *& ſeqq.*) late hac de re diſſerens, inquit; *Il eſt certain, que le Pape Iules II. ayant receu de Louys XII. Roy de France, des biens infinis, tourna ſa robbe en l'an MDIX. & iura la ruine des François: Et pour executer ſon deſſein, fit ligue auec le Roy d'Eſpagne, Don Ferdinand, pour prendre les armes contre la France; Et eſſayant par tous moyens de mettre les François hors d'Italie, ſuſcita le Roy des Romains, & l'Anglois, pour deſcendre en France, & s'emparer de la Guyenne. En ceſte expedition, eſtant l'armée d'Eſpagne, conduitte par le Duc d'Albe, en Iuillet MDXII. en paſſant par la Biſcaye, à co-*

Digitized by Google

à coſté de la Nauarre, & bien prés de Fonterabie, où eſtoit ſon droit chemin, retourna à coſte de ſa premiere voye, & de là enuoya vers le Roy Iean, mary de la Roine Catherine, (laquelle fut couronnée en l'an M CCCC XCIV. aßiſtant l'Ambaſſadeur de Caſtille, pour le Roy, ſon maiſtre) & vers ceux, qui commandoient pour eux à Pampelone, demandant que trois fortes places de leur Royaume luy fuſſent deliurées, pour ſa ſeureté & retraicte de ſes trouppes, & où il luy en ſeroit faict refus, menaçant de les prendre, & traitter à toute rigueur de guerre. En quoy, comme ce langage eſtoit eſtrange, la ſuitte ne l'a pas moins eſté telle. Car ſoudain le Roy, & la Royne de Nauarre, furent contraincts deſemparer, & emporter auec eux ce qu'ils peurent, de leurs meubles precieux, & emmener leurs enfants, dont en mourut François. Ainſi l'Eſpagnol dés lors a enuahi cette couronne, & tout le pays de Nauarre delà les Monts. Depuis ce temps-là, les Eſpagnols ont fait eſcrire en leur pays, notamment par Ioannes Lupus de Palacios Rubeos, vn traitté, intitulé, de obtentionis, retentionisq; Regni Nauarræ iuſtitia; *& depuis par autres, qui rapportent en ſomme ſix arguments.* Le premier *ſur vn traicté, qu'ils ſuppoſent auoir eſté faict entre le Roy Ferdinand d'Eſpagne, & la Royne Catharine de Nauarre, que le Roy Iean, ſon mari, & elle, ne pourroient receuoir en leur Royaume de Nauarre, aucunes forces, ni garniſons de France, & qu'où ils le feroient, ils ſeroient deſcheus de touts droits, qu'ils auoient, & pourroient auoir, en la Nauarre; & que Ferdinand la pouuoit prendre. Et pour ſouſtenement de cet argument, ont allegué l'exemple de l'hiſtoire des Maccabées, où il eſt parlé des Iſraëlites, paſſans ſous la conduitte de Iudas le Maccabeen, au pays de Iudée, arriuerent deuant la ville d'Ephra, grande & bien munie, & qui leur fermoit le paſſage, ſans qu'il leur fuſt poßible de paſſer à dextre, ni à feneſtre, pourquoy, comme il leur eſtoit neceſſaire d'obtenir paſſage, ils le demanderent. Ce que ceux de la ville ayans refuſé, les Iſraëlites les forcerent, ayant eſté contraincts d'auoir par armes, ce qu'ils n'auoient peu par raiſon* Le ſecond *argument des Eſpagnols eſt, que le Pape Iules a expoſe en proye le Royaume de Nauarre, parce que le Roy, & la Royne du pays, auoient adheré aux François, lors tenus ſchiſmatiques.* Le troiſieſme *eſt fondé ſur vn droit imaginaire de Blanche, fille de Iean, Roy d'Arragon.* Le quatrieſme, *ſur le pretendu droit de Germaine, mariée à Don Ferdinand, du chef de Iean Vicomte de Narbonne.* Le cinquieſme, *ſur la preſcription.* Le ſixieſme, *& le principal à leur intention, eſt ſur la ſeureté du Royaume d'Eſpagne, duquel la Nauarre eſt contiguë. A ces arguments il y a des reſponſes; (au 1.) ayant eſté monſtré, & iuſtifié, qu'il eſtoit vray, que le Roy, & la Royne de Nauarre, eſtans proches de l'Eſpagne, bien qu'alliés de la France, auroient bien promis de ne donner paſſage aux François pour aller faire guerre, à l'Eſpagnol; mais außi n'eſtoyent-ils tenus par le traitté, de le bailler aux Eſpagnols, pour aller en France comme ennemis, ains y auoit neutralité, & ne s'eſtoient iceux Roy & Royne de Nauarre, onques obligés, de ne receuoir aucunes garniſons de France, comme telles clau-*

Digitized by Google

clauſes n'eſtoient accouſtumées. Que s'il y euſt eu des François à Pampelone, ou en autres villes du pays, le Duc d'Albe ne s'en ſeroit pas peu emparer ſi à ſon aiſe, comme il auroit faict. Quant à l'exemple des Maccabées, ils eſtoient le peuple de Dieu, conduits de la main de Dieu, ils marchoient contre l'infidele, & n'auoient point de paſſage, que par ceſte voye, lequel ils demandoient à condition de ne point ſeiourner. Au fait de l'Eſpagnol, vn prince voiſin, & parent, ſe deſtourna d'vn chemin plus court, pour en tenir vn plus long au dommage des Roys & Royne de Nauarre, deſquels il vouloit trois places en gage, & ſouſtenement, s'inueſtit de leur Royaume, ſans attendre ny refus, ny conſentement, & luy, & ſes ſucceſſeurs l'ont depuis retenu, qui n'eſt pas l'humanité dont vſa Moyſe enuers le Roy d'Edom, lors qu'au retour de l'Egypte le peuple d'Iſrael demanda à paſſer par les frontieres des Edumeens; Car il prit autre chemin, comme ſe void au chap. 20. du liure des Nombres. Quant à l'argument (2.) fondé ſur l'interdiction du Pape Iules II. fulminé contre les François, il eſt ſi peu à l'aduantage des Roys, & Princes ſouuerains, que le Roy d'Eſpagne n'a deu trouuer bon qu'il ait eſté propoſé pour ſa defenſe. Car cela importe à tous les Roys, Princes, & Potentats, qui (telles maximes impertinentes eſtans authoriſées) dependroient de la volonté d'vn homme ſeul, qui ſe peut corroucer, & laiſſer conduire à vne paſſion aueugle de vengeance: en quoy il ne feroit acte de Pape, ny de pere commun de tous les Chreſtiens, mais de partial, & ennemy, comme aucuns ont fait; dont il ſuffira en cet endroit d'en nommer trois, qui ſe ſont ingerés de faire des entrepriſes ſur l'eſtat Royal de France. l'vn, Innocent III. ſur Philippe Auguſte, auquel il oſa mander, qu'il ne trouuoit pas bon, que ce grand Roy conquiſt la Normandie. Mais ce Prince braue, & valeureux, ne laiſſa pas de pourſuiure ſes iuſtes droits, & reconquiſt le pays ſur l'Anglois. Le deuxieſme fut Boniface VIII. qui ſe meſla trop auant, & auſſi n'euſt bon ſuccés de ſon deſſeing. Le troiſieſme eſt celuy Iules II. qui voulut defendre au Roy Louys XII. les querelles qu'il auoit en Italie. Mais ce bon Roy fit battre vne monnoye, ſur laquelle eſtoit inſcrit; P.B. (Perdam Babylonem) & par ſa permiſſion fut aſſemblé vn Concile à Tours, en l'anné MDX. par lequel fut declaré, que iceluy Pape Iules eſtoit partial ennemy de la couronne de France, & permit aux François de ſe ſoubſtraire de luy, & que les excommunications par luy faictes ne lioient, ny de faict, ny de droit, & n'en falloit abſolution. Quant à la Nauarre, ce Pape Iules y enuoya vn Auditeur de la Rote, nommé Capra, vers le Roy Iean, & Catherine de Nauarre, en Decembre MDXI. qui les alla trouuer à Tudela, l'vne de leurs villes, où ayant eſté ouy en plein conſeil, ſur ce qu'iceluy Iules ſe plaignoit, que pluſieurs Princes auoient faict menées pour le faire depoſer de ſon pontificat, & qu'ils eſtoient de la partie, luy fut fait reſponſe, par ce Prince, & Princeſſe, pleine de douceur; qu'ils vouloient viure, & mourir en l'vnion de l'Egliſe, comme ils auoient touiours faict, ſans adherer à aucun ſchiſme, & de ce fut retenu vn acte deuant perſonnes publiques. N'a peu donc ce Pape indigné ſans iuſte cauſe, entreprendre

Digitized by Google

prendre de faire vne interdiction, ſans cognoiſſance legitime, ſans Concile, ſans aſſemblee de Prelats in Partibus Regni, où il vouloit faire ſes declarations, luy iuge & partie; partie, di-ie, en la cauſe du pretendu ſchiſme, où il auoit intereſt; plein d'animoſité, qui ſe ſouuenoit de la iournée de la Rauenne, donnée trois mois auparauant, gaignée par vn Prince de la maiſon de Foix, au prix de ſon ſang. D'ailleurs, cet ennemy de la France, & de la Nauarre, n'ignoroit pas, que le Royaume eſtoit à Catherine de Foix, couſine germaine de celuy, aux funerailles duquel, quand il fut enterré à Milan, on auoit veu traiſner, entre autres trophées gaignées en ladite iournée, l'eſpée de luy Iules II. dont il auoit achepté le fourreau dix mille eſcus. Et ainſi apert, que la pretenduë interdiction de Iules II. n'a peu donner ouuerture à l'vſurpation de l'Eſpagnol. Quant à ce qu'on obiecte (3.) du droit de Blanche, elle eſtoit fille de Iean, Roy de Arragon, & Ieanne, Royne de Nauarre, leſquels eurent trois enfans, Charles, icelle Blanche, & Leonor, mariée à Gaſton de Foix. Charles eſt decedé ſans enfants, Blanche pareillement, Leonor a ſuccedé par ce moyen; le couronnement de laquelle, & celuy de François Phœbus, inſtitué par icelle Leonor, ſa grand mere, comme fils aiſné de Gaſton, qui eſtoit fils aiſné de Gaſton de Foix, & de ladite Leonor, & encores le couronnement de Iean, & Catherine, ſa ſœur dudict François Phœbus, a eſté fauoriſe par l'aſſiſtance de Don Ferdinand, & des ſiens, comme il eſt verifié par les actes celebres imprimées en Eſpagne. Au regard de Iean Vicomte de Narbonne, fils puiné deſdits Gaſtons de Foix, & Leonor, de qui eſt iſſu Gaſton fils, & Germaine, mariée à Don Ferdinand Roy d'Arragon, il a recogneu Catherine ſa ſœur pour Royne de Nauarre, & Dame de Bearn. Bien a-il plaidé contre elle, pour les terres ſiſes en France, qui ſont les Comtés de Foix, & de Bigorre, Vicomté de Narbonne, Marran, & autres. Sur quoy eſt enſuiui appointement de l'an MCCCCXCVII. & depuis, ſur le procés renouuellé par Gaſton, fils dudit Iean, en l'année MDII. & continué par Germaine ſa ſœur, ayant repris la cauſe, y eut arreſt au prouſit de Henry, heritier de Catherine, le VII. d'Octob. MDXVII. par lequel Germaine fut deboutee des lettres obtenuës par le Vicomte de Narbonne, & ordonné, que l'accord ſeroit entretenu. Et en fin y a eu tranſaction auec Germaine, homologuée le XXVII. du Iuin, MDXLIIX. de ſorte qu'elle n'a peu faire ceſſion preiudiciable aux droits de Catherine, ou de ceux qui la repreſentent. N'ont peu ſemblablement (4.) les ſucceſſeurs de Ferdinand, & ne peuuent, ſe maintenir en leur detention par la preſcription, qu'ils ont alleguée, d'autant qu'il y a eu des traictés de l'an MDXVI & MDXVIII. qui ont interrompu le cours de cette pretenduë preſcription. Ioinct l'empeſchement continué par les guerres, commencées entre les Roys, à ſçauoir le noſtre, & celuy d'Eſpagne, en l'an MDXXI. Plus il y a eu traicté faict à Chaſteau-Cambreſis, en l'an MDXXVII. Bref, les diuiſions qui ont duré de telle maniere, qu'il n'y a eu moyen de traitter d'affaires, iuſques en l'an MDXLV. qu'vn agent fut enuoyé vers l'Empereur en Allemagne, pour faire remonſtrances ſur les droits des ſucceſſeurs de Catherine.

Surquoy

Digitized by Google

Surquoy y eut remiſes par l'Empereur, iuſques apres ſon retour en Eſpagne, où il feroit raiſon par l'aduis de ſon Conſeil. En ſomme, il y a eu tant d'allées, & venues iuſques en l'an M D LIX. *& tant de troubles depuis, que le droit de noſtre Roy ne peut eſtre preſcrit. Mais (6.) le principal, & ſeul ſuiect, pour lequel les Eſpagnols retiennent ce Royaume de Nauarre par eux vſurpé, eſt la ſeureté d'Eſpagne; ou (à vray dire) ce, qui eſt porté par les remonſtrances, faictes à l'Empereur Charles V. par vn de ſes officiers, aux Eſtats, tenus à Vailladolid, en l'an* M DXXXIIX. *ſur la reddition du Duché de Milan, qui luy eſtoit demandé, commençant par ces mots: Ceſar diſoit de Sylle, que d'autant qu'il n'eſtoit pas homme de literature, il auoit laiſſé l'office de dictateur; qui eſtoit le meſme que dit vn Roy des Parthes, dans Tacite; qu'en la ſouueraine fortune l'equité eſtoit où eſt la fortune: Qui monſtre s'il faut eſperer que l'on face raiſon à noſtre Roy de ce que les Eſpagnols ont enuahi iniuſtement, & detenu ſi long temps.* Cæterum ſi Bodino credimus (*lib.1. de Republ. c. 9. p.* 188.) nec non Guicciardino (*hiſtor. lib.11.*) Anton. Nebriſenſi, Martæ, aliiſque, allegatis ab Autore *du Recueil des pieces concernants la doctrine & practique Romaine, ſur la depoſition des Roys & c. chap. 20. n. 23. &* 24. Hiſpani potiſſimum fundamentum iuris ſui in Nauarrenum Regnum deducunt ab interdicto Pontificis. Dux Albanus, qui executor voluntatis Regis ſui, & interdicti Pontificis, fuit, cum Pampelonam, Metropolin Nauarreni regni, obſideret, iis Hiſpani obſeſſis hoc expoſuit ſenſu: (Antonio Nebriſenſe *annotante l. 1. c. 6.*) De titulo dubitatis? vniuerſali Eccleſiæ, atque Apoſtolico ſenatui credite, qui Regem veſtrum ſchiſmaticum, hæreticum, Apoſtolicæ ſedis hoſtem publicum, atque reum læſæ maieſtatis declararunt; primo occupanti, & nominatim Principi noſtro, conceſſerunt. Aut igitur totum hoc orthodoxæ fidei nomen inane eſt, aut Rex veſter, diis & hominibus inuiſus, infamis, inteſtabilis, & à Chriſtianorum communione ſegregatus eſt. Quod etiam Ferdinandus Hiſpaniæ Rex, anno MDXV. Regis Nauarræ legatis ad ſe miſſis oppoſuit. Reſpondit enim; (*vt annotatum legi apud* Pierre Olhagaray, *liu. 2. de l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn & Nauarre, pag.* 469.) *Dites à voſtre Maiſtre, que i'ay conquis le Royaume de Nauarre en bon & legitime droit, comme ayant eſté mis par le Pape à l'interdict: que ie ne puis maintenant le quitter ſans prodiguer les conqueſtes, & les benedictions, que ie voy m'eſtre comme enuoyées du ciel: que ie ferois indigne de ſceptre, ſi ie luy rendois ce, qu'il n'a ſceu conſeruer. C'eſt ce, que vous pouués attendre de moy, & rien plus.* Hæc ſcilicet Hiſpanorum mens eſt, vbi in eorum commodum interdicta Pontificis fulgurant; quando vero contrarium agitur, ea pro fulgure ex pelui habent.

ii) Caſſan *d. liu. 2. chap. 2. pag.* 31.

kk) Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 3. pag. 813. & ſeqq. ac pag.* 836. Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 144. pag.* 1127. Caſſan *d. tr. liu. 1. chap. 5. p.* 201.

Digitized by Google

Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag.* 187. Balthazard *au traitté des vſurpations des Roys d'Eſpagne ſur la couronne de France, p.* 7. Vrbanus V. Pontifex, Carolo (fratri Ludouici Francorum Regis) Comiti Andegauenſium, prouinciæque Narbonenſis, vtriusque Regni Siciliæ conceſſo iure (Bodinus *de Repub. lib.* 1. *c.* 9. *p.* 209.) mandat, vt incubatorem Manfredum vi deturbet. Expeditionem parante Carolo, de medio ſublatus Vrbanus vacuam Clementi ſedem reliquit, ei qui Quartus eſt cognominatus. Huius pontificatu Carolus è Maſſilia, cum triginta triremium claſſe ſoluens, ingreſſus oſtium Tiberis, cum Beatrice coniuge Romam venit, aurique nummum annuis ſexaginta millibus Romanæ pactis Eccleſiæ, Siciliæ Reges appellati, Carolus, & vxor, apud Lateranum à Pontifice coronati ſunt. Manfredus poſtea in acie occubuit: Michaël Ritius *de Reg. Siciliæ, lib.* 2. *in f.* Anton. Marcellus *de iure ſeculari Rom. Pontif. cap.* 13. *pag.* 125. Inſecuto tempore, noſtræ ſalutis anno MCCLXXXI. Siculi conſpirauerunt in Gallos. Initium defectionis à Panormitanis eſt factum, vno eodemque die quicquid in Sicilia Gallorum fuit, ad internecionem, per exquiſitos etiam cruciatus, trucidatum, continuoque à Carolo ad Petrum, Aragonum Regem, defecerunt: Ritius *de Regib. Sicil. lib.* 3. *non procul à pr.*

ll) Caſſan *d. tr. liu.* 1. *chap.* 3. *p.* 113. Ranchin *d. tom.* 2. *p.* 191.

mm) Caſſan *d. tr. liu.* 2. *pag.* 31.

nn) Mal à propos les Papes ſe ſont-ils ingerés de transferer aux Allemans l'Empire d'Occident, acquis par les François, par le prix de leur ſang. Fauyn *au theat. d'honn. liu.* 7. *p.* 1279. Imperium Romanum translatum fuit in Francos, apud quos continuauit in familia Caroli Magni, tandem vero Germani ſibi attribuerunt, mala fide, & per violentiam. Ita Galli docent; *vide* Bodin. *in method. hiſtor. cap.* 7. *pag. m.* 443. Tholoſan. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 18. Caſſan *d. liu.* 2. *ch.* 1. *p.* 16. vbi ait; *L'Empire auoit demeuré en la lignée de Charlemagne, le fils ayant ſuccedé au pere, iuſques à ce qu' apres la mort de Charles le Gros, Empereur, & Roy de France, pendant la minorite de Charle le Simple, Arnould, fils baſtard de Caroloman, deſcendu de Louys le Debonnaire, s' empara de l'Empire, au preiudice du pupille. Arnould eſtant decedé, & ſon fils auſſi, ſans lignée, les Allemans vſurperent alors l' Empire ſur les deſcendans de Charlemaigne. Conrad, Duc de Franconie, fut le premier de ces Empereurs eſtrangers, qui s' empara enſemble de l' Allemaigne, & apres luy Henry, ſurnommé l'Oiſeleur, Duc de Saxe, pere d' Othon le Grand, &c. & puis, pour forclorre les Roys de France de leurs droits, l'Empire a eſté rendu electif.* (*& pag.* 19.) *L' Empire appartenoit aux François long temps auant Charlemaigne, & les premiers Empereurs de Rome vſurperent l' Italie ſur les Gaulois.* Bernard de Girard (*liu.* 1. *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France p.* 4.) ait; *Par la vertu de Pepin, & Charles ſon fils, l'Empire Romain fut ioint au Royaume de France inſeparablement, & n' a eſté des-*

Digitized by Google

deſmembré, & ſeparé, que par les mauuais deportemens de leurs ſucceſſeurs. Germani vero adſeuerant, Carolum Magnum fuiſſe patria, & ſanguine, Germanum, Romanumque Imperium acquiſiuiſſe Germanis: *vt dixi lib. 1. iur. publ. c. 5. n. 5. & in additionibus ad idem caput.* Carolus VIII. anno MCCCCXCIII. *ſeiourna à Rome XXVIII. iours, & furent alors aux grandes places d'icelle ville, dreßées des iuſtices, eſtrapades, & potences au nom du Roy, où furent decapités, pendus, foüettés, eſſoreillés, & noyés pluſieurs larrons, & malfaicteurs, meſme en la grande place, dicte Campo di Fior, pour monſtrer aux Italiens, que comme Roy tres-Chreſtien, fils aiſné de l'Egliſe, à laquelle les nobles Roys de France ſes predeceßeurs, auoient donné les richeſſes, & les Seigneuries, qu'elle poſſedoit, il auoit dans Rome toute puiſſance, haute, baſſe, & moyenne Iuſtice, & tout droit de ſouuerainete, comme dedans ſa ville de Paris, & autres ville, de France, contre l'opinion de ceux, qui forgeans vne donation imaginaire de Conſtantin, faicte au Pape S. Sylueſtre, font les Papes Princes abſolus, & Seigneurs ſouuerains de Rome:* Fauyn *au theat. d'honneur liu. 3. p. 850.*

oo) Le Roy n'eſt point deſcheu des pretenſions, qu'ont eu ſes predeceßeurs ſur toutes les villes & pays, qui ſont au deça du Rhin, dans l'enceincte de l'ancien Royaume de Lorraine, comme ſont Luxembourg, Treues, Baſle, Strasbourg, Spire, Mayence, Colongne, & autres, dans leſquelles il peut rentrer quand il voudra, iure poſtliminii: Herſent, *de la ſouueraineté du Roy à Mets, pag. 90.*

pp) Caſſan *d. tr. liu. 1. chap. 8. pag. 367.* Vittorio Siri *tom. 2. del Mercurio liu. 1. p. 338. & ſeqq.* Ranchin *d. tom. 2. p. 189.*

qq) Caſſan *d. tr. liu. 2. ch. 6. p. 177.*

rr) Caſſan *d. liu. 1. ch. 9. p. 367.*

ss) Caſſan *d. liu. 2. ch. 2. p. 31.*

tt) Le Roy François en l'an MDXVI. commença la guerre en Sauoye, & terres de Piedmont, qu'il ſouſtenoit luy appartenir au droict le Madame Louyſe de Sauoye, ſa mere, laquelle, eſtant du premier lict, deuoit ſucceder auſdites Seigneuries, par la mort du Duc Philibert, ſon frere, & preceder Charle troiſieſme, Duc de Sauoye: Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 8. p. 1477. & pag. ſeq.* vbi ait, *A Madame Louyſe de Sauoye, grandmere de Henry II appartenoient les Duchés de Sauoye, & le Piedmont, dont le Roy François I. s'eſtoit rendu le maiſtre; poſſeßion continuée par ledit Roy Henry II. qui par mauuais conſeil, & non obſtant les proteſtations, & remouſtrances de ſes Cours de Parlement, des plus grands Seigneurs, & Capitaines de France, des Gouuerneurs des places de Montferrat, de Thoſcane, du Milanois, Geneuois, Piedmont, Saluces, Breße & Sauoye, (leſquels en ce temps là eſtoient les lieux d'honneur, où la Nobleſſe Françoiſe s'exerçoit à l'enuy de bien faire, façonner & adeſtrer aux armes) & qu'il eſtoit neceſſaire pour le bien de la France, de donner recompenſe audit Duc de Sauoye en terres, & Seigneuries aßiſes au mitan de la France. Non obſtant ces remonſtrances, & proteſtations; le*

Roy rendit, par vne prodigalité ruineuſe, & dommageable à la France, audit Duc Emmanuel Philibert, trois cents, tant villes, chaſteaux, & places fortes, au Duché de Sauoye, Comtés de Breſſe, & de Baugie, de Morienne, Tarentaiſe, le Vicariat de Barcenolette, la principauté de Piedmont, & la Comté d'Aſt, l'ancien patrimoine de la maiſon d'Orleans; ne reſtant à la couronne de France de toutes ces conqueſtes d'Italie, ſeulement que cinq places, à ſçauoir, les villes & chaſteaux de Turin, Quiers, Pignerol, Chiuas & ville neufue d'Aſt, auec leur Mandemens.

CAPUT VI.

De Excellentia Regni Franciæ, & præſtantia prouinciarum, ad illud pertinentium.

VAria ſunt, quæ excellentiam Regni Franciæ (*a*), nobis ob oculos ponunt; inter quæ aëris benignitas, ſoli bonitas, atque ſali commoditas, tam amice inter ſe conſpirant, vt non modo immenſum mortalium numerum (*b*), in ipſa Francia, in ciuitatibus, pagis (*c*), villis, habitantium, nutriant, ſed & magnis mactent diuitiis (*d*), deliciiſque. Has, aliaſque ob cauſas, Imp. Maximilianum (*e*) dixiſſe ferunt; ſi per rerum naturam fieri poſſet, vt quis ex hominibus euaderet Deus, ipſeque is eſſet, ſic ſe vltimam voluntatem, quantum ad familiæ herciſcundæ iudicium, diſpoſiturum, vt poſt ſe ex filiis ſuis primogenitus eſſet Deus, natu vero ſecundus Franciam teneret. Omnia huius regni (quod alii regnum regnorum (*f*) appellarunt) dona, quæ à cœlo largiſſime obtinuit, explicare, mearum non eſt virium, nec aliorum quoque diligentia (*g*) eo vſque ſe hactenus extendit: Recenſebo tamen, quæ vidi oculis, & auribus percepi meis, atque ex aliis annotaui. Propter aëris ſalubritatem & temperiem (*h*), optimis Europæ regionibus Francogallia adcenſeri iure debet. Situs etiam eam non leuiter commendat; centrum quippe Chriſtiani orbis (*i*) conſtituere, & cor, vel nucleum Europæ repræſentare, dicitur. Vnde illa ipſi commoditas, vt adiacentes Status facilius, quam vllum Regnum, commouere, & rurſus ad quietem reuocare poſſit. Pro muro habet montes, Italiam & Hiſpaniam verſus,

Digitized by Google

verſus,& pro vallo maria, ac magnos fluuios, tam illo, quam verſus Angliam, Flandriam, & Germaniam, latere. Ad mare Mediterraneum, Oceanumque, commoditate emittendarum recipiendarumue nauium (*k*) maxime abundat. Ad mercaturam exercendam aptiſſima. Lætatur fluminibus, quæ magna, quæ parua, ingenti numero. Tabœtius (*l*) nauigabiles Galliæ fluuios ducentos viginti ſeptem numerat, per quos fiant traiectiones, vecturæ, traductiones mercium, & obſoniorum. Ego pro numero fidem meam non obſtringo, celebriores autem inter omnes eſſe noui, Sequanam, Ligerim, Garumnam, Rhodanum.

Sequana (*m*), quæ vulgo *Seine* dicitur, oritur in Burgundiæ Ducatu, in Alſeti regione, paulo amplius leuca verſus Septentrionem à Burgo, qui S. Sequano ſacer, duobus riuulis, quos inter pagi iacent, *Billy*, & *Perriere*: Luſtratis, ſectisque, cum aliis, tum Lutetia Pariſiorum, (cui nobiliſſimam facit inſulam) Rothomagoque, mare Britannicum, vel Normannicum, oſtio ſatis lato irrumpit. Currens autem Sequana fluuios ſuſcipit varios, in quibus nobiliores cæteris, Matrona, Eſia, Axona. Matrona, vulgo *la Marne* (*n*), ingens flumen, naſcitur in Vogeſo monte, paulo ſupra Lingonum vrbem (*Langres*), verſus Euronotum. Viſis poſt Lingones multis vrbibus, oppidisque, quorum præcipua Ianiuilla, S. Deſiderii fanum, Catalaunum, Hahyum, Domantium, arx Theodorici, Meldæque; acceptis item in ſinum ſuum aliquot minorum gentium amnibus, (qui vulgo *Sault*, *Bloiſe*, *Ourq*, & *Treſme*) Sequanæ conuoluitur, leuca ſupra Pariſios, ad pontem Charentonium. Eſia, (vulgo *Oyſe*, vel *Ayſe*) initium capit duodecima ſupra Guiſam leuca, verſus Orientem, haud procul pago *Orgny*. Picardiam percurrit. Veneratus Guiſam, Feram, Compendium, Pontem S. Maxentii; aliaque oppida, paulo infra pontem cognominem (*Pontoyſe* vulgo) ad Poiſiacum Sequanæ ſe miſcet, raptis ſecum, cum aliis, tum ſupra Compendium Axona, (vulgo *Ayne*, *Aiſne*, vel *Eſne*) cuius fons apud Barrenſes, ſupra Clarum-montem, (*Clermont*) ad pagum Souillii.

vne certaine cabale occulte, & en la Germanie par des attractions violentes, nous verrions ſouuent de plus grandes marées: Le Sieur de la Noüe, *d. diſc. 20. p. 312.)* Niſi partem redituum Galliæ Roma, occulta quadam vi attraheret, & Germania violenter, maxime abundaremus diuitiis.

mm) Luxum quod attinet, (*on dit, que pour les bas de ſoye il ſort tous les ans plus d'vn million d'eſcus du Royaume de France:* Antoine de Mont-Chreſtien, *en l'Oeconomie politique, liu. 2. p. 102.*) ferunt, ſingulis annis Galliam in tibialia ſerica aliunde inuehenda, inſumere plus quam millionem ſcutatorum. Henricus II. (*fut le premier qui porta vn bas de ſoye aux nopces de ſa ſœur, maintenant il n'y a point de petit valet, qui ne ſe ſentiſt deshonoré d'en porter vn de ſarge:* Le Mercure François *tom. 12. pag. 783.*) primum vſus fuit tibialibus ſericis, in feſtiuitate nuptiali ſororis ſuæ, nunc vero mediaſtini aſpernantur tibialia lanea. Alia Gallorum impendia in res exoticas, quæ ad luxum, & cupedia parantur, tacitus prætereuehor; ſunt tamen immenſa.

nn) Le commerce, qui ſe faict auec les Eſpagnols, & Portugais n'apporte, quant à nous, (ita ſcribit Claude Expilly *au plaidoyé 7. n. 2. & ſeq. pag. 46.*) *ny perte, ny prouſit, eſtant esgal, & reciproque, fors pour les bleds, qu'ils viennent achepter; la vente deſquels demeure en pur prouſit à la France. Car pour les laines, qu'ils enuoyent en Languedoc, Guyenne, Normandie, & Picardie; & pour la cochenille, pour les huiles, figues, raiſins, oliues, oranges, & grenades: pour les cuirs qu'ils apportent des Indes: pour les draps de Friſe, & autres; & pour les eſpices, & drogueries, nous leur enuoyons grande quantité de toiles, & cordages, du papier, de cartes, de bougrans faits à Troye, des crucifix, & autres petites images, qui s'appellent dominoteria, grande quantité de liures, de quinquaillerie de Foreſt, & autres beſognes, pour porter aux Indes: Et de meſme de fil d'or, & d'argent fauſilés ſur ſimple fil, manufaicture de Paris, de beſtail qu'ils tirent de Languedoc, & de mules & mulets (Il en paſſe ſi grande quantité en Eſpagne, où elles ſe vendent ſi bien, qu'on a fait compte, qu'il s'en tire par années communes iusqu'à deux cens mille eſcus.* Fr. Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tit. le Royaume de France, pag. 30.) d'Auuergne: De ſorte, que ce que nous leur fourniſſons pour ce regard, & eux à nous, reſpond l'vn à l'autre, le prix de nos bleds nous reſte franc, & en pur gain. Or, ſelon les ſaiſons, ils en viennent prendre quelques fois à trois, ou quatre millions d'eſcus. Mais noſtre malheur, ou plutoſt noſtre luxure, porte, qu'ils payent nos bleds en perles, en diamants, non en argent &c.*

oo) Claude Expilly *d. loc. Nous pouuons dire auſſi, que le commerce d'Angleterre, & de Flandres, ſe faict du pair, troque pour troque, ſans aduantage, ny perte. Car pour les toiles de Cambray, & de Hollande, pour les poinctes, & paſſements, camelots, ſarges d'Ypre, moncayars, & fuſtaines, marroquins, fromages, moluës, ſaulmons, harans, ſuifs, cire d'Ambourg, & Moſcouie, cheuaux, eſpicerie, fil de fer, & de loton, cuiures, chauderons de Dinand, faulx, bois, ſapins,*

maſts

maſts de nauires, draps, bas d'eſtame, eſtain & plomb, cuirs de Barbarie, charbons de terre, & autres choſes; nous leur fourniſſons, en groſſe abondance, du paſtel, des huiles, du vin, du bled, du beſtail, du ſel, des prunes, du miel, de l'eau de vie, du fil d'or, & d'argent faict, des liures, des cartes à iouër, du papier, des cardes de fil de riolles pour carder, du chardon à drapper, des toiles de chanure, & d'eſtoupes, des bougrans de Troye, des draps de Guyenne, & Normandie, & pluſieurs autres choſes, qui valent autant, & plus, que ce qu'ils nous enuoyent. Antoine de Mont-Chreſtien *d. tr. p. 108. Les Flamans ſont ſi meſnagers, qu'ils apportent en France leurs vieux ſouliers à pleins baſteaux.*

pp) Claude Expilly *d. loc. L'Allemagne nous enuoye cheuaux, treillis, bois, eſtains, quinquailleries, (Il ſe faict en France vn grand debit de faux. L'Allemagne tous les ans employe quaſi tous ſes marteaux pour nous en forger. Toute la Lorraine preſque l'imite, & ſeconde en ce labeur; l'vne & l'autre y ſont allechées par le profit:* Antoine de Mont-Chreſtien *en l'œcon. politiq. pag. 75. La France employe en cette marchandiſe plus de huict cent mille liures, tous les ans.* Idem *p. 76.) vif argent, fer blanc en fueilles, ambre iaune, & liures &c. Nous luy fourniſſons du ſel, & des liures, de ſorte, qu'à peu prés, le commerce va du pair. Le commerce que les Allemans font auec nous, eſt d'autant plus fauorable, que les ouurages & eſtoffes, qu'ils nous apportent, vont du tout au prouſit, & à l'vtilité: Au lieu que ce, qui nous eſt apporté d'Italie, & d'ailleurs, ne va, qu'aux delices, & à effeminer nos mœurs, voire pour affoiblir ce Royaume, à cauſe des grands threſors qui s'enleuent:* Bret *au* 28. *playdoye pag.* 160. *b.*

qq) Expilly *d. l. Quant à l'Italie, ſes velours, ſatins, damas, tabits, taffetas, & autres eſtoffes de ſoye, de Gennes, Luques, Florence, Milan, Veniſe, Naples, & autres lieux, ſes paſſemens d'or, & d'argent, ſarge de Florence, & Milan, bas de fleuret, & autres telles choſes, ſont par nous recompenſées en laines, toiles, draps, eſtamines de Rheims, eſtuis, ciſeaux, & autres quinquailleries; en beſtail, en bleds, pour Gennes, & autres choſes; de ſorte que l'Italie, & autres Eſtats de Piedmont, & Sauoye, prennent autant de marchandiſes de nous, que nous d'eux.*

rr) Expilly *d. loc. Le Leuant eſt celuy qui nous eſpuiſe; car, ne prenant de nous que des groſſes toiles, pour emballer, choſe peu conſiderable, (*olim Francia miſit purpuram in Orientem. *On tiroit les eſcarlates de France pour les porter en Leuant, & ſçauent les marchants, que l'eſcarlatte de Paris eſt fort deſirée en Leuant. Soltan Soliman, Empereur des Turcs, demandoit au Roy Henry II. qu'on luy enuoyaſt des eſcarlattes de Paris:* Louys d'Orleans *aux ouuertures des Parlements, chap. 24. pag. 292.) nous allons en ces quartiers-là achepter argent content, ſans permutation, des ſoyes cruës, des camelots, des tapits de Turquie, (eſtoffes de la Chine) des eſpiceries, drogueries, canelles, muſcades, rabarbes, cottons, ſené en fueilles, allun, & noix de galles à teindre, à plus de deux millions d'or (plus de ſept millions d'eſcus, en argent,* vt habet Antoine de Mont-Chreſtien,

en l'œconomie politique pag. 127.) Oſtons les pierreries, & les manufactures eſtrangeres, nous abonderons en toutes choſes, meſme en or, & argent. On doit ... peu penſer aux loix ſumptuaires, que ſi l'on y euſt pourueu depuis quarante ans, la France auroit plus de cent millions d'or, qui ſont ſortis inutilement. On blaſme les Eſpagnols, d'auoir deſpendu cent millions aux guerres de Flandres, qu'ils pouuoient mieux employer contre les infideles : Mais nous ſommes bien plus à blaſmer, & ſans excuſe, nous qui en auons autant deſpendu ſolement en ces luxes, & ſuperfluites.

ss) Le principal à conſiderer, eſt la multitude du peuple, qui remplit ce Royaume de France : car de quelque coſté qu'on aille, les gens y fourmillent : La Nouë d. diſc. 20. p. 508. Hinc facile eſt Regi Galliæ, magnum colligere exercitum ſuo in Regno, quoties libuerit, vide ſupra hoc cap. lit. b. & infr. lit. xx. Sire, (inquit Autor tractatus, cui titulus, le Coup d'Eſtat, p. 30.) comme vous pouués dire auec vn de nos Papes, que vous n'aués qu'à mettre la main à la plume, pour auoir tant d'argent, que vous voudrés au beſoing; vous pouués dire auec vn de ces anciens Capitaines Romains, que vous n'aués, qu'à battre du pied la terre, pour en faire ſortir tant de regiments qu'il vous plaira. La France eſt bien fournie & de belle nobleſſe, & de bons ſoldats, qu'elle n'a point ſuiect de craindre l'ennemy eſtranger, tant qu'elle ſera vnie en ſoy-meſme : elle ne peut perir, que par ſes propres forces : Loyſeau des droits des offices, liu. 4. chap. 4. n. 61.

tt) On ne trouue pas, depuis que la France eſt Royaume, qu'elle aye eſté vaincuë par aucune autre nation, ſi ce n'eſt par les Anglois, qui par vne longue, & continuelle guerre, occuperent vne grande partie. Mais, outre ce, que leur victoire vint de la diuiſion des François, qui aſſiſtoient les Roys d'Angleterre, elle ne fut pas de longue durée, veu que non ſeulement ils furent deſpouillés de la partie du Royaume, dont ils s'eſtoient rendus maiſtres, de viue force; mais encore de la Normandie, & de la Guyenne, ancien patrimoine des Roys d'Angleterre, qui vint à nos Roys par forfaiture : Autor des Eſtats & Empires du monde, d. diſc. de la France n. 18. tilt. les Forces de France, in pr. adde Charron, en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 91. pag. 632. vbi ait; Les Gaulois, ou François, n'ont iamais peu eſtre maiſtriſés que par eux-meſmes : & (comme dit le Sieur de S. Iulien) ils reſſemblent au diamant, en ce que comme vn diamant ne peut eſtre taillé que par vn diamant; auſſi les Gaulois ne peuuent eſtre vaincus, ny ſurmontés que par les Gaulois : De maniere que ſi quelques eſtrangers les ont quelquefois vaincus, on trouuera que ce n'a iamais eſté que pour la diuiſion qui eſtoit entre eux, & ſecours que ces eſtrangers auoient des meſmes Gaulois, ou François.

uu) L'Angleterre eſt vn des plus floriſſants Royaumes de l'Europe, & duquel les hommes d'eſtat ont touſiours dit, que ſi la France, & l'Eſpagne eſtoient les deux baſſinets de la balance, il ſeroit l'eguille, ou languette, & par conſequent, qu'il donneroit le contrepoids du coſté qu'il pancheroit : André du Cheſne, liu. 1. de l'hiſtoire d'Angleterre p. 13. Pierre Matthieu, tom. 2. de l'hiſtoire de France, liu. 6. narrat. 3. p. 555.

xx) Quand

xx) *Quand le Roy ne voudroit tirer qu'vn ſeul homme de chaque paroiſſe, ou clocher, (le nombre deſquels ſe monte a plus de cent trente deux mille) pour luy ſeruir en vne neceßité de guerre, contre les eſtrangers, il en feroit vne armée de plus de ſix vingts mille hommes, ſans qu'il en apparuſt diminution en aucun lieu de ſon Royaume:* Charron *en l'hiſt. vniuerſ. chap. dernier, pag.* 1351.

yy) *Que ſi l'on nous dit (inquit* Pierre de Lancre, *au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſcours 3. n.* 10. *fol.* 424. *b.) que la France a le goſier trop petit, pour engloutir tant de gros morceaux, tant de Royaumes, & Eſtats, & ſi eſcartés, les vns des autres, qui appartiennent à l'Eſpagnol, nous pouuons, auec beaucoup plus de raiſon dire & aſſeurer, apres tant d'experiences recentes, que les cœurs des Eſpagnols, pour volages qu'ils ſoyent, & de haute leuce, ne ſont meshuy plus en eſtat de voler, & paſſer au deſſus de nos montaignes, pour ſauter en France; puis qu'eſtant au milieu du Royaume, auec de puiſſantes armées, aßiſtés presque de toutes les bonnes villes de France, qui facilitoient leur deſſein, ils ont eſté contraincts de reuoler en Eſpagne, plus viſte qu'ils n'euſſent deſiré, bien aiſes, que les François, ayant borné leur licence, ſe ſoient arreſtés ſans courir apres eux.* Eodem de negotio tractat P. Matthieu, *en l'hiſtoire de Henry IV. liu. 1. narrat. 4. n. 9. pag.* 115. aitque; *Tant y a, qu'aprés des fleuues de ſang, & des montagnes de hommes morts, le Roy d'Eſpagne a eſté contraint de confeſſer, que la France ne ſe peut vaincre que par les François, qu'elle reprend ſes forces, comme Antée de ſa cheute, qu'elle ſe releue du profond de ſes ruines, & ne bronche que pour marcher plus ſeurement.*

zz) *Si les Eſpagnols nous battent de Pauie, & de S. Laurent, nous n'auons qu'à leur oppoſer Rauenne, & Cериſolles, pour leur clorre la bouche. Mais, comme ils ſont contraincts d'aduouër, qu'ils n'ont iamais rien gagné ſur nous, tant que nous en ſommes venus aux priſes; nous ne pouuons nier außi, qu'en tous les traictés, que nous auons faicts autres fois enſemble, il n'y ſoit touſiours plus demeuré du noſtre, que du leur. Le Coup d'Eſtat, pag.* 31.

aaa) *Le Royaume de France eſt plusieurs fois appellé Sainct, parce que plusieurs Roys, qui y ont commandé, ſont Saincts. Außi gueriſſent-ils, par grace ſpeciale de Dieu, des maladies, voire des plus facheuſes; qui eſt vne qualité approchante de celle des Saincts:* Lancre, *au tableau de l'inconſtance, d. liu. 4. diſcours 2. n. 2. fol.* 395. Guillaume de Rouille, *en la 2. partie de ſon recueil de la preexcellence des Gaulois, dict, auec le teſmoignage d'Eraſme de Roterdam, qu'il n'y a Empire plus ſainct, ny plus floriſſant, que l'Empire des Gaulois.* Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 91. pag.* 637.

bbb) *Entre les Monarchies qui ſubſiſtent auiourd'huy, celle de France l'emporte en ancienneté, & en bonnes loix. L'humeur mouuante de noſtre Nation, & enclinée à nouueauté, eſt vne preuue bien claire, que l'Eſtat eſt bien compoſé. Car elle euſt pieça renuerſé l'Eſtat, ſi les pilotis n'en eſtoient fermes, & l'edi-*

l'edifice bien cimenté: *Ita legi en la reſponſe* de Moulin *à la lettre de Balzac.*

ccc) Le droit des gens, en ce qui concerne les eſclaues, n'a lieu en France: laquelle en ce point eſt vn Royaume de liberté, (le vray Domicile de la liberté Antoine de Mont-Chreſtien, *en l'œconomie politique pag. 36.) Car en France tout eſclaue quitte ſa chaine*: Pierre de Lancre *liu. 1. des princes, au diſcours* 10. *pag.* 431. *Il n'y a en France aucuns eſclaues, & la couſtume y eſt telle, que non ſeulement les François, mais auſſi les eſtrangers, n'y en ſçauroient tenir: de maniere que meſmes les ſerfs eſtrangers, prenans port en France, & crians France, & liberté, ſont hors de la puiſſance de celuy qui les poſſedoit; lequel y perd l'argent de l'achapt, & le ſeruice de l'eſclaue, ſi l'eſclaue refuſe de le plus ſeruir*: ex Belleforeſto Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, ch.91.p.562.* quæ tamen non conueniunt cum priuilegio, quod idem Charron *chap. 128. pag. 938.* Philippum Regem dediſſe refert à Eudes le Maire, & eiuſdem ſucceſſoribus, ex quo conſtat, ſeruiles conditionis homines in Francia tunc fuiſſe. In Gallia, (*inquit* Bodinus, *e republica lib.1. c.5.p.64.*) etſi extant veteris ſeruitutis ſimulacra, ſeruos tamen nec facere, nec ab aliis emere fas eſt, ſiquidem ſerui peregrini, vt primum Galliæ fines penetrauerint, eodem momento liberi fiunt: idquod vetere Senatusconſulto Pariſiorum decretum eſt, aduerſus legatum quendam Hiſpanum, qui ſeruum in Galliam deduxerat: nec ita pridem, cum mercator peregrinus ſeruum, in Hiſpania coëmptum, Toloſam deduxiſſet, hoſpes, re intellecta, ſeruo perſuaſit, vt ad libertatem proclamaret. Rogatione ad octouiros capitales perlata, mercator acciri iubetur: aduocatus fiſci ex archiuis depromſit antiqua (vt fertur) Theodoſii Magni beneficia, Toloſatibus olim indulta, quibus ſeruos, ſimul ac Toloſam ingreſſi fuiſſent, liberos fieri placuiſſet. Mercator, ſe bona fide ſeruum in Hiſpania coëmiſſe, querebatur, deinde Toloſam veniſſe, vt Genuam proficiſceretur, & ſic ſe non teneri legibus Gallorum. Summa fuit, vt ſi acerbius ſecum agerent, ac ſeruum alienum manumittere vellent, pretium ſibi reſtituerent. Iudices cognitionem conſilii eſſe pronunciarunt. Interea dominus, metuens, ne & ſeruo obſequentiſſimo, & pretio carere cogeretur, libertatem dedit, pactus operas ſeruiles quamdiu dominus vixiſſet. Quanquã autem pro commentitiis habet Bodinus *d.l.p.65.* Toloſatum iſta priuilegia; de tota tamen Francia vulgo verum eſſe fertur, eam ſeruis libertatem impertiri; quod ſi ita eſt, manumiſſio à prædicto mercatore fieri non potuit, nec debuit: Fuiſſet enim facta in fraudem legis, nec potuiſſet is, qui, vt primum Galliam ingreſſus, liber factus, à domino manumitti, poſtquam non amplius ſeruus.

ddd) Les autheurs Grecs, parlants de l'Egliſe de S. Sophie de Conſtantinople, par vne vaine iactance diſoient, qu'elle eſtoit attachée d'vne chaiſne d'or, qui deſcendoit du ciel. Nous pouuons, mais auec verité, dire, que Dieu, qui de trois de ſes doigts balance tout le monde, qui appendit tribus digitis molem terræ,

tiens

rient la Couronne de France attachée auec vne chaiſne de diamants, là haut du ciel empirée en terre. Combien de fois l'a-on veu en grand branſle d'eſtre miſe ſur la teſte des Princes eſtrangers? & neantmoins alors qu'ils s'eſtimoient eſtre prés de la prendre, Dieu leur a donne ſi ſerré ſur les doigts, qu'il leur a faict laſcher priſe. Combien le Royaume de France a-il enduré de bourraſques? tantoſt des Anglois d'vn coſté, & puis des Eſpagnols d'vn autre, par les factions & menées de deux furieuſes & ſanglantes Ligues? autant de fois Dieu l'a conſolé au plus fort de ſon affliction, l'a protegé, maintenu, & gardé par des voyes du tout miraculeuſes, & hors de toute apparence humaine. Vne ieune pucelle, d'vne naiſſance obſcure, chaſſe les Anglois de la France. Vn Ange du ciel faict tomber à terre les armes Eſpagnoles, & conduit par le bras vn Roy victorieux, iuſques en la grande Egliſe de Paris, d'où le meſme iour les eſtrangers ſont chaſſés, couuerts de honte, & de confuſion: Fauyn au theatre d'honneur liu. 2. chap. 1. pag. 462.

CAPVT VII.

De diuerſis Diuiſionibus Regni Franciæ.

DE Iohanne, Galliarum Rege, memoriæ traditum eſt, cum in Anglia captiuus degeret, Edoardo Walliæ principi, ſeu quod idem eſt, eius Inſulæ Regis primogenito (*a*), reſpondiſſe, *Franciam eſſe vbi Rex Franciæ commoratur* (*b*). Hoc ſi admittimus, Francia, vno reſpectu, mobilis erit, vt eam Rex tergo gerat, ac huc & illuc transferat non ſecus, ac cochlea ſuam domum: altero reſpectu vero erit immobilis, nempe eo, quo nomen Regno, quod prouinciis conſtat, indutum eſt. Huius conſiderationes, propter varios reſpectus, variæ ſunt, indeque diuiſiones variæ. In nonnullis conſtitutionibus Regiis diuiditur, reſpectu linguæ, in Franciam *d'ouy*, & Franciam *d'oc* (*c*). Reſpectu iuris, quo vtitur, vna pars Regni dicitur iuris ſcripti (*d*), altera iuris conſuetudinarii: Et reſpectu ad ius canonicum (*e*), ac obedientiam erga Pontificem, aliæ appellantur prouinciæ obedientiæ, aliæ reductionis. Alia diſtinctio eſt in prouincias principales nouem, vel decem (*f*), vel ſedecim: alia, reſpectu comitiorum generalium Regni, in duodecim (*g*), alia in tredecim gubernamenta (*h*): Alia, reſpectu iuſtitiæ, in Parlamenta (*i*) & ſedes præſidiales, alia reſpectu publicarum ſubuentio-

uentionum, in vnam & viginti generalitates (*k*). Perſonarum diſtinctio principalis eſt, in Regem (*l*), & ſubditos (*m*): qui ſunt, vel ſeculares & Laici, vel Clerici & Eccleſiaſtici. Reſpectu Religionis, alii ſunt Catholici (*n*), alii reformati (*o*), qui etiam Hugonotæ vocantur. Ordines ſi conſideramus, totius Regni ſubditi diuiduntur in tres Status (*p*), nempe, in Eccleſiaſticum (*q*), in Nobilium (*r*), & in popularem vel plebeium, quem Tertium vocant (*s*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) (*Edoard premier ſucceda à ſon pere au Royaume d'Angleterre, l'an de noſtre Seigneur MCCLXXIII. il fut le premier qui rangea ſoubs ſon obeiſſance les Gallois, & mit à mort leur prince Lovvlin, vn vaillant Seigneur. Mais ſçachant que les Gallois ne pouuoient pas ſouffrir aucun prince, qui ne fuſt natif de leur patrie, enuoya la Royne ſa femme, laquelle eſtoit enceinte, faire ſes couches dans le pays de Galles; laquelle enfanta Edoard II. qui fut le premier des fils du Roy, qu'on a appellé Prince de Galles; & les Gallois luy obeirent, comme à leur prince naturel.* André du Cheſne *en l'hiſtoire generale d'Angleterre, liu,* 14.) Eduardus I. patri ſuo ſucceſſit in regno Angliæ, anno Domini MCCLXXIII. & ſubiecit ſibi Wallos, interemto ſtrenuo eorum principe Lublino. Gnarus autem Wallos non poſſe ferre principem, qui apud illos natus non eſſet, Reginam vxorem ſuam, cum vterum ferret, eo miſit, vt ibi pareret: Peperit illa in Wallia Edoardum II. qui primus inter filios Regis accepit nomen principis Walliæ, Wallique eidem obedientiam præſtiterunt, tanquam principi ſuo naturali. Hodie apud Anglos primogenitum Regis, & ſucceſſorem deſtinatum, vocari Principem Walliæ, *dixi de iure publ. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 3.

b) Dura hæc videtur eſſe loquendi formula, & vix recipienda: mitior autem omnino eſt illa Herodianæa, qua Roma eſſe dicitur vbi eſt Imperator. Cuiac. 1. *obſeru.* 25. modo ſit Imperator in terris Imperii, nam extra eas conſtitutus, Roma cum ipſo non eſt, vt nec ipſe Romæ. Huius ad exemplum, Curia Romana eſſe dicitur, vbi Papa eſt: gloſ. & Dd. *ad cap.* 2. *de præb. in* 6. *& textus in c. præſenti* 34. *ac Clement. ne Romani de præbend.* Molin. *ad Reg. de publ. reſignat. p.* 257.

c) *La France eſt en quelques ordonnances du Roy diuiſée en langue d'oui & langue d'oc. (Ceux de Languedoc diſent auc & oc, pour ouy)* Henry Eſtienne *de la precellence du Langage François pag.* 135. Quod ſi Regiis conſtitutionibus comprobatur, fruſtra laborauit Eſtienne Paſquier *liu.* 1. *des recherches de la France chap.* 13. *non procul à principio*, quando hanc diſtinctionem impugna-

pugnatum iuit. Ait autem; *C'eſt choſe grandement ridicule, d'eſtimer que par ces deux dictions affirmatiues l'on ait voulu diuiſer toute ceſte France.*

d) Annæus Robertus *lib. 2. rer. iudicat. c. 1. in pr.* Prouinciæ iuris ſcripti ſunt, vbi ius ciuile Romanum ab antiquo in vſu eſt; vt in Languedocia, Vaſconia, Guienna, Prouincia, Delphinatu, & tractu Lugdunenſi. *Les pays qui eſtoient demeurés aux Romains en Gaule, furent obeiſſans aux Romains, & à leurs loix, iusques à ce, que par longue ſucceſſion de temps, les Roys de France les ont affranchis de leur ioug & domination, mais non de leurs loix & maniere de viure, qu'ils ont touſiours retenu, non par obligation naturelle, mais comme les trouuans de longue main ſainctes & agreables. Les autres pays des Gaules, qui n'auoient iamais ſenty le ioug des Romains, mais furent vaillamment conqueſtés par les François, lors qu'en paſſant le Rhin, auec tous leurs gents, ils leur baillerent le nom de France, ont eſté touiours ennemis iurés des Romains, & n'ont recognu autres loix, que celles qu'ils auoient de tout temps peculieres, & vſitées.* Claude du Pré *en l'abbregé de la vraye origine des François, liu. 5. chap. 5. p. 102. Les prouinces ou pays qui ſe gouuernent par les loix Romaines, qu'on appelle de droict eſcrit, ſont Languedoc, le Dauphiné, la Prouence, partie de la Guyenne, (qui reſſortit au Parlement de Thoulouſe) auec les Seneſchauſſees de Lyon, & de Maſcon, le Forests, & partie de l'Auuergne. Le reſte de la France, qui reſſortit au Parlement de Paris & autres, eſt regy par les couſtumes, qui ſeruent de loy, & reglent leurs ſucceſſions, & autres poincts de droict. Non obſtant la diſtinction du pays couſtumier, & de droict eſcrit, les villes, qui obſeruent les loix Romaines, ont leurs ſtatuts, (Thoulouſe, Montpellier, & autres) que les Parlemens peuuent reſtreindre, ou interpreter, ſans y deroger entierement.* Ranchin *d. tom. 2. pag. 92.*

e) (*Le droit Canonic eſt aſſes ſoigneuſement obſerué en France, pour le train de la pratique iudiciaire; mais beaucoup plus eſtroitement entretenu en Bretagne, Dauphiné, & Lorraine, qu'en autre lieu, pour le regard, nommément des annates, indults & collations, & ſont telles prouinces de là dites, pays, ou terres, d'obedience, à la difference des autres, que l'on appelle pays reduit, ou de reduction, où n'eſt donnée aux Papes pleine & entiere licence, & auctorité, & n'eſt de ſi prés obſerué la formalité des canons*: Nicolas Bergeron *en ſa table de l'eſtat du Royaume de France.*) Ius Canonicum ſatis magno ſtudio obſeruatur in Francia, proceſſum iudiciarium quod attinet, magis tamen vires ſuas oſtentat in Britannia, Delphinatu, & Lotharingia, quam alibi, præcipue vbi quæſtio eſt de annatis, indultis, & collationibus; hinc iſtæ prouinciæ dicuntur prouinciæ obedientiæ, ad differentiam aliarum, quæ dicuntur reductæ, vel reductionis, in quibus tam plena potentia & autoritas pontificis locum non habet, nec adeo ſtricte obſeruantur Canonum diſpoſitiones.

f) *Aucuns diuiſent le Royaume de France, tel qu'il eſt de preſent, en neuf ou dix principales prouinces. La 1. eſt appellée particulierement France. La 2.*

Langue-

Languedoc. La 3. Guyenne. La 4. Normandie. La 5. Bourgongne. La 6. Dauphiné. La 7. Prouence. La 8. Bretagne. La 9. pays Meßin. La 10. Bearn. Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 153. pag. 1350.*

g) Sexdecim prouinciæ numerantur in Gallia; quarum duodecim ad comitia generalia Regni vocantur, ſex reliquæ, ſua quædam ſingularia comitia habent: Bodin. *lib 3. de Republ. c. 7. pag. 551.*

h) Les prouinces baillées en gouuernement ſont, Guyenne, Bourgogne, Lyon, Normandie, Picardie, Prouence, Languedoc, Daulphiné, Orleans & dependances, Mets & Meßin, Brie & Champagne, Bretagne, l'Isle de France: Gilles Corrozet, *au threſor des hiſtoires de France liu. 2. tilt. 15. pag. 112.* Quattuordecim eſſe tradit Bergeron, *in dicta tabula.*

i) Variant Autores in numero. *Li parlamenti ſono cinque, Parigi, Roano, Tholoſa, Bordeaus, & Delphinato, & di niſſuno ſi appella:* ita Machiauelli *nelli ritratti di Francia, pag. 128.* Aliis decem numerantur, nempe, Pariſienſe, Diuionenſe, Tholoſanum, Gratianopolitanum, Burdigalenſe, Aquenſe, Rothomagenſe, Rhedonenſe, Bearnenſe, Metenſe. Aliis octo principalia, & duo minus principalia, qualia nominat Autor *tract. des Eſtats & Empir. diſc. de la France, n. 3.* Nauarrenum (hoc eſt idem quod alii Bearnenſe dicunt) & Metenſe. De quibus infra *libro ſeptimo* acturi ſumus.

k) Totidem eſſe tradit Laurens Bouchel *en la Bibliotheque, ou threſor du droit François, tom. 2. p. 60.* nimirum, à Paris, Soiſſon, Orleans, Amiens, Chalons, Tours, Poictiers, Limoges, Bourges, Moulins, Ryon, Lyon, Rouen, Caen, Bourdeaux, Nantes, Thoulouſe, Montpellier, Dijon, Aix, Grenoble. Nicolaus autem Paſquierius, *liu. 2. de ſes lettres pag. 183.* viginti & duas numerat. *Vide infra lib. 2. cap. 9. lit. eee.*

l) De Rege agimus infra, *libro ſecundo.*

m) Reſpectu Regis omnes ciues Galliæ ſubditi cenſentur, etiam illi, qui ipſimet ſubditos habent. Quanquam ſi ad normam Regni proprie loqui volumus, nemo in Francia ſubditos habet niſi Rex: Loyſeau *tr. de Seigneuries, chap. 11. n. 5. Il n'appartient qu' au Roy d'auoir des ſuiets,* vt dicere ſolebat Chriſtoph. Thuanus: & cum in eam ſpeciem mota fuiſſet quæſtio, in criminali auditorio, hoc ipſum ex variis rerum Gallicarum monumentis docuit Bretius &c. tamque ſeuero iudicio repreſſit ordo ampliſſimus effrænem Baronis Buſſiani licentiam, qui multa interminatus ſæuierat bacculo in ditionis ſuæ diuiticulum hominem, vt prohibitus ille ſit pœna capitis, lædere, ictuue vllo ferire ſubditos Regios. Verba SCti hæc ſunt: *Et a fait ladite Cour inhibitions & defenſes au Sieur de Buſſy, d'offenſer ny mesfaire aux ſubiects du Roy, ſur peine de la vie;* factum anno MDCXIII. die XXIX. Maii. *Ita refert* Antonius Mornacius, *inter obſeruat, ad 24. libb. digeſtor. ad l. 17. ff. de ſtatu hominum.*

n) Catho-

n) Catholici dicuntur, quod fidem Catholicæ Romanæ Eccleſiæ ſequuntur. dicuntur etiam Papiſtæ; quod nomen nemo eorum ægre ferre debet: (Aliud tamen in Germania factum notat Petr. Friderus *lib.* 1. *de proceſſ. extrah. c.* 33. *n.* 3.) *Car c'eſt autant, comme eſtre appellés enfans ſpirituels de noſtre S. Pere le Pape, vicaire de Dieu en terre* (tantundem enim valet, ac ſi eos diceres liberos ſpirituales ſancti noſtri parentis, Papæ, qui eſt vicarius Dei in terris) vt docet Florimond de Raimond *de la naiſſance de l' hereſie liu.* 7. *chap.* 12. *n.* 1. *pag.* 896. Idem placet Ieſuitæ Lorino, *in act. Apoſtolorum cap.* 10. *verſ.* 30. A Papa, inquit, Papiſtas dici nec veremur, nec erubeſcimus: Quæ verba allegat Riuet *en ſon Catholique orthodoxe pag.* 4. Imo *il y a entre les Catholiques, qui tiennent le nom de Papiſte, ou Papalin pour beau, & honorable*] *voire plus neceſſaire en ce temps, que celuy de Catholique, lequel ne deſigne que l'vnité au corps, en lieu que l'autre emporte auec ſoy l'vnion au chef de l'Egliſe:* Autor *relationis de l' Eſtat de la Religion chap.* 38. *pag.* 269.

o) Acatholici in Gallia, qui Caluini dogma ſequuntur, & edicto Regio exercitium religionis ſuæ confirmatum habent, certis conditionibus (vt infra ſuo loco videbimus) variis nominibus appellantur, quorum alia in ipſorum contemptum inuenta, alia exprimunt quod res eſt. A Rege vocantur *Ceux de la Religion pretenduë reformée*, religioni addicti, quæ reformata prætenditur, quo epitheto etiam ipſi hodie vtuntur. Olim aliquando ſe Proteſtantes appellaſſe, monet Caſtelnau *en ſes memoires liu.* 1. *pag.* 8. *pour les proteſtations qu'ils faiſoient de leur religion, à l'imitation des Allemans.* Per contemptū Hugonotæ audiunt, cuius cauſa tamen obſcura ob varias autorum traditiones. Caſtelnau *liu.* 2. *de ſes memoires pag.* 79. ait; (*L'etymologie du mot Huguenot fut prinſe à la coniuration d'Amboiſe, lors que ceux qui deuoient preſenter la requeſte, comme eſperdus de crainte, fuyoient de tous coſtés; quelques femmes des villages dirent, que c'eſtoient pauures, gens qui ne valoient pas des Huguenots, qui eſtoit vne fort petite monnoye, encore pire que de mailles, du temps de Huc Capet.*) Nomen Hugonotæ cœpit tempore coniurationis Ambaſianæ, quando illi, qui debebant offerre ſupplicem libellum, conſternati diffugiebant; fœminæ ruſticorum dicebant, eſſe pauperes, & vilioris notæ, qui non valerent Hugonotas, quo nomine intelligebatur perquam exiguæ monetæ ſpecies, minoris pretii, quam quæ dicebatur *mailles* tempore Hugonis Capeti. Alii ad idem quidem tempus, ſed alia origine referunt. *La faction d'Amboiſe ayant eſté deſcouuerte, fut pris vn ieune gentilhomme Allemand, lequel eſtant repreſenté deuant le Cardinal de Lorraine, qui aſſiſtoit lors le Roy, interrogé ſur le faict de ceſte conſpiration, commença en tels termes latins;* Huc nos, Sereniſſime Princeps, aduenimus &c. *& que quelques ſolaſtres par ces premieres paroles voulurent appeller Huguenots, tous ceux qui furent de ceſte entrepriſe:* Eſtienne Paſquier *és recherches de la France liu.* 7. *chap.* 52. (*editionis*

auctæ,in forma quarta pag. 909.) Coniuratione Ambaſiana detectâ captus fuit Nobilis iuuenis Germanus, qui adductus ad Cardinalem Lotharingiæ Regi tunc adſiſtentem, & interrogatus de coniuratione illa, ita exordiebatur ſermonem; Huc nos, Sereniſſime Princeps, aduenimus &c. hinc inſulſi quidam, ad ſonum verborum initialium voluerunt appellare *Huguenots* omnes illos, qui ſocii coniurationis fuerant. Quidam ad Iohannem Hus, qui in Concilio Conſtantienſi pro hæretico crematus fuit, anno MCCCCXV. originem refert. (*Huguenots*,(inquit François le Prouſt *de la ville & chaſteau de Loudun pag. 10.*) *nom inconnu,s'il n'eſt de Hus, ayant eſté, ainſi que i'eſtime, reconnu,que leur profeſſion de la religion approchoit plus de la ſienne,que de celle de Luther.*) nomen incognitum,niſi ab Huſſo ſit,ad cuius fidem aut religionem, accedebant propius,quam ad Lutheri dogma. Theuetus *en la Coſmogr. liu. 15. chap. 17. p. 629.* monet, poſſe dici Hugonotas nomen traxiſſe ab Hugone quodam eximio philoſopho (*natif du pays Angeuin, qui viuoit du regne de Charles VII. lequel, eſtant Docteur de Paris, voulut aſſiſter au Concile de Conſtance, & s'eſtant faict cognoiſtre, eut opinion, à la faueur de ſes amis, eſtre esleu Pape. A quoy ce ſongecreux fut le premier deceu, d'autant que Martin V. ſucceda à Iean XXIII. qui fut priué de ſon Pontificat audit concile. Parquoy ce gentil Hugues, eſtant ſuffiſamment aduerti, que l'on ne le tenoit que pour vn charletan, ou badin, ſe faſcha tellement, que quelques mois apres voulut innouer vne ſecte au lieu de l'ancienne religion, tellement, que de rage, luy & ſes complices, par là où ils paſſoient de nuict, ils abbatoient les croix, & briſoient les images* (Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 143. p. 1115.*) qui ſub regno Caroli VII. vixit, oriundus ex prouincia Andegauenſi: cumque eſſet Doctor Pariſienſis, voluit intereſſe Concilio Conſtantienſi, vbi agnitus, ſibi perſuadebat amicorum fauore futurum, vt in Papam eligeretur: ſed imaginatione ſua ſeipſum decepit: Martinus enim V. ſubſtitutus eſt in locum Iohannis XXIII. deiecti in eodem Concilio Pontificatu. Cum vero dictus Hugo, ſe pro inepto & nugatore haberi animaduerteret, id tam ægre tulit, vt poſt aliquot menſes nouam introducere ſectam fuerit annixus, atque præ ira, ipſe, & eius ſectatores, quocunque irent, noctu imagines ſacras deſtruxerint. Idem Theuetus, continuans diſcurſum, addit: (*Sur ce propos il me ſouuient aux ſeconds troubles aduenus en France, qu'vn Miniſtrot nouueau eſclos, à Orleans me dit, que c'eſtoit de Hugues Capet, duquel ils portoient ce ſobriquet de Huguenot. Car comme ce Prince n'ayant perſonne qui conteſtaſt à l'encontre de luy, ayant vſurpé la monarchie Gauloiſe, diſpoſa de toutes choſes à ſa propre fantaſie, ſi grande qu'elle eſtoit, & que ces gens-cy par tyrannie tenoient villes & fortereſſes, que bien toſt diſpenſeroient faire (ce luy ſembloit) plusieurs choſes, que depuis nous auons veues par la France, & qu'il n'y paroit prince, ny Monarque, qui les peut empeſcher, qu'ils ne preſchaſſent ouuertement. Aucuns veulent dire, que ce mot Guenot, eſt*

Alemand

Allemand. Or, ſoit que ſoit, ie ſçay bien, qu'en langue Neſtorienne, il ne ſignifie autre choſe, que peſanteur, & en celle du peuple ſauuage de l'antarctique, c'eſt le nom d'vn des enfans de leur Carraibe, qu'ils diſent eſtre leur prophete.) Recordor, nouum quendam verbi Miniſtellum, tempore motuum ſecunda vice in Francia exortorum, Aureliæ mihi affirmaſſe, quod ab Hugone Capeto nomen Hugonotæ ortum traheret. Quemadmodum enim ille princeps, poſtquam Monarchiam Gallicam ſibi occupauerat, nemine ipſi repugnante cuncta pro arbitrio ſuo egit, ita etiam reformatæ religioni addictos, qui tenerent vrbes & caſtella, mox magna licentia variis in rebus vſuros (hoc ipſi videbatur, & poſtea accidit) quodque nullus principum extiturus, qui poſſet impedire, quo minus religionem ſuam publicis concionibus propagarent. Nonnullis placet, vocabulum *Guenot* eſſe Germanicum. Quicquid ſit, mihi notum eſt, illud in lingua Neſtorica ſignificare pondus, in illa autem, quæ populi barbari ad antarcticum eſt, nomen eſſe vnius ex filiis Carraibæ, quem pro Propheta habent. Stephanus Paſquierius *d. lib. 7. cap. 52.* refert, nonnullos, qui reformatis fauent, tradere, poſtquam odio proſequerentur Guiſios, fuiſſe dictos Hugonotas, (*parce qu'ils auoient pris la protection & defenſe du Roy, & de la maiſon de Valois, qui eſtoit extraicte de la lignée de Hugues Capet, contre les Seigneurs de Guiſe*) quod defenſionem Regis & familiæ Valeſiæ (quæ originem traxit ab Hugone Capeto) ſuſcepiſſent, contra Guiſios Principes. Eſſe quoque alios, tradit idem, (*qui eſtiment, que c'eſt vn mot emprunté du Suiſſe, quaſi comme Hensquenaus, qui ſignifie en ce pays-là, gens ſeditieux. Bref chacun en deuiſe à ſon appetit, & neantmoins, pour en dire ce que i'en penſe, ſans aucune flatterie, mocquerie, ou mal-talent, ie croy qu'il n'y a celuy de nous, qui ne recognoiſſe franchement, que la premiere fois, que ce mot cõmença d'eſtre cognu par toute la France, ce fut apres la faction d'Amboiſe, de l'an M D LIX. Telles manieres de gens auoient eſté appellés dés noſtre ieuneſſe, Lutheriens, à cauſe de Martin Luther, depuis, Caluiniſtes, & d'vn mot general, Sacramentaires, vray que le nombre croiſſant à veuë d'œil, le peuple n'eſtant plus ſi eſſarouché, contre eux, comme auparauant, & neantmoins non reconcilie, commença de leur donner certains noms, par forme de ſobriquets. Ie les ay veu, vers ce temps-là, appeller, par quelques vns, Chriſtodins, parce que ne parlans que de Chriſt, ils ſe publioient chanter particulierement hymnes & pſeaumes à Dieu. Au pays de Fribours, où l'on auoit forgé des doubles faux, qui furent deſcriés, & par hazard ayans eſté appellés Fribours, auſſi appella-on les Caluiniſtes, Fribours, comme eſtans entre nous, par metaphore, vne monnoye de mauuais aloy. Tout de ceſte meſme façon furent-ils nommés Huguenots au pays de Touraine. Et voicy pourquoy. Dedans la ville de Tours eſtoit dés pieca ceſte vaine opinion, qu'il y auoit vn rabat, qui toutes les nuicts rodoit par les rues, qu'ils appelloient le Roy Hugon, du nom duquel vne porte de la ville fut premierement appellée Fougon, comme de*

ſeu Hugon & depuis, par corruption de langage, la porte Fourgon: parquoy le peuple, entendant qu'il y auoit quelques vns, qui faiſoient des aſſemblées de nuict à leur mode, les appella Huguenots, comme diſciples de Hugon, qui ne ſe faiſoit ouir, que de nuict. Choſe dont ie me croy, car ie vous puis dire, que huict, ou neuf ans auparauant l'entrepriſe d'Amboiſe, ie les auois ainſi ouy appeller par quelques miens amis Tourengeaux.) qui putent, hoc vocabulum ab Heluetiis petitum fuiſſe, quibus *Hensquenaus* ſignificent homines ſeditioſos. Sic ſcilicet quilibet opinionis ſuæ ductum ſequitur. Sed vt ego, citra adulationem, ſarcaſmum, aut odium, proferam quod ſentio, haud credo vllum ex noſtratibus eſſe, qui non fateatur libere, quod hoc nomen primum in tota Francia innotuerit poſt coniurationem Ambaſianam anno MDLIX. Eiusdem farinæ homines in iuuentute noſtra appellabantur Lutherani, quod Martini Lutheri doctrinam ſequerentur; Poſtea Caluiniſtæ, & vocabulo generali, Sacramentarii. Vbi vero numero creuiſſent, populus non amplius tanto odio in eos animatus, quo antea, nec tamen omnino reconciliatus, cœpit illis varia imponere cognomina, ludibrii cauſa. Ego illos audiui, circa id temporis à nonnullis dici Chriſtodinos, quod de ſolo Chriſto loquerentur, & cantarent. Cum in Friburienſi agro falſa moneta cuſa fuiſſet, poſtea reprobata, & appellata Friburia, Caluinianis quoque deinceps nomen Friburiorum datum fuit, tanquam illis, qui apud nos inſtar falſæ monetæ habebantur. Eodem fere modo in Turonenſi prouincia appellati fuerunt Hugonotæ, nempe in ciuitate Turonenſi, iam dudum fama ferebatur, apparere ibi ſpectrum, ſingulis noctibus ambulando per plateas, quod nominabant Regem Hugonem, à cuius nomine certa ciuitatis porta primum dicta fuit Fugon, quaſi, Hugonis qui fuit, (ſeu defuncti.) Cum itaque populus intelligeret, reperiri nonnullos, qui nocturnos conuentus in ciuitate agerent, eos appellabat Hugonotas, quaſi diſcipulos Hugonis, qui tantum nocte appareret, ſonitusque ederet. Atque hoc pro vero habeo, poſſumque affirmare, me octo vel nouem annis ante coniurationem Ambaſianam ab amicis meis, quos in iſta vrbe habebam, audiuiſſe eos ita appellari. Hactenus Eſtienne Paſquier, cum quo, originem appellationis quod attinet, conſentit Theuet *d. loc.* nec non Thuanus *lib. 24. hiſtor.* vbi ait: Cum ſingulæ vrbes apud nos (Pariſiis *le moyne Bourré, & en Languedoc le Follet &c.* Theuet *d. loc.*) peculiaria nomina habeant, quibus mormones, lemures, manducos, & cætera huiusmodi monſtra inania, anilibus fabulis, ad incutiendum infantibus ac ſimplicibus fœminis terrorem, vulgo indigitant, Cæſaroduni Hugo Rex celebratur, qui noctu pomœria ciuitatis obequitare, & obuios homines pulſare, ac rapere dicitur, ab eo Hugonoti appellati, qui ad ea loca ad conciones audiendas, ac preces faciendas, itidem noctu, quia interdiu non licebat, agminatim in occulto conueniebant. Habet hæc opinio ſpeciem veri

& ex-

& cæteris videtur præferenda, quanquam, quod vera ſit, argumentis apodicticis probari nõ poteſt. Non placet autem applicatio à moneta Hugonis, cum de eadem non conſtet, an vnquam id nominis habuerit, cuiusue fuerit pretii. Quomodo quæſo villanis illis mulierculis moneta illa cognita facta eſt, quæ ante quingentos & quinquaginta, præter propter annos ante coniurationem Ambaſianam tempore Hugonis Capeti cuſa dicitur: Vſune, an relatione? De continuatione vſus talis monetæ, ad tempus vſque dictæ coniurationis, nullos audio teſtimonium ferre. De relatione, ab aliis villanis iſtis facta, nihil conſtat, nec eius generis mulierculis curæ eſt ad eiusmodi res animum atque memoriam aduertere. Factionibus nomina attribuere, non fœminarum, ſed virorum eſt; nec Galliæ vſus, vel tulit, vel fert, muliebre hoc imperium. Denique ſi ante coniurationem id nominis in vſu fuit, vt Paſquierius ſancte affirmat, non potuit tunc primum exurgere. Idem opponendum eſt opinioni, quæ à latino, *Huc nos*, Hugonotarum nominis originem deducit, & merito à Stephano Paſquierio *d. loc.* vt ridicula, exploditur: oporteret, ſane, inſigni linguæ latinæ ignorantia, vt & non leui defectu auditus, laboraſſe illos, qui neſciuerint ſenſum verborum, *huc nos*, & pro illis ſubſtituerint *Huguenots*, binis vocibus ſyllabicis triſyllabicam conſtituentes, & pro litera c ſupponentes GVE. Sane, ſi eousque ignorantia, & imbecillitas nonnullorum ſe extendiſſet, quis credet, peritiores illam ſequi, & alienæ imperfectionis cultores fieri voluiſſe? Porro, ſi à Hus deriuaretur, dici & ſcribi deberet Huſſenots, vel Huſnots, non Huguenots. Quo ſenſu, mutata paululum ſcriptione, Germanus diceret Hußgenoſſen/ id eſt, qui participent cum Huſſio. Ita enim Haußgenoß nobis, & inferiori Germaniæ Huyſghenoot/ ille eſt, qui domo noſtra, vel aliena vtitur, vt inquilinus, vel eius vſus particeps eſt, vt domeſticus: & Eydgenoſſen dicuntur Heluetii, quod mutui ſacramenti participes, & confœderati ſint: ita etiam Glaubensgenoſſen/ illi, qui religionem eandem colunt, vel profitentur. Hugonem Philoſophum quod attinet, illi in hoc quidem ſimiles Hugonotæ, quod imaginum cultum auerſentur; eo autem tempore, quo primum hoc nomen in Gallia cœpit, tantæ eorum vires non fuerunt vt publice poſitas confringerent. Nec vero ipſe Theuetus, qui Hugonis iſtius meminit, credit, ab eo Hugonotas dictos fuiſſe, ſed id dici poſſe. Multa autem dici poſſunt, quæ probari non poſſunt, & quæ nec vera ſunt, licet veri aliquam præ ſe ferant ſpeciem, aut cum re in aliquo conueniant tertio. Similitudo quæ ab Hugone Capeto ducitur, ſiue illa ſit, quam Theuero miniſter, cuius meminit, obiecit, ſiue altera, quam refert Paſquierius, admiſſione non adeo indigna videri poſſet, ſi reformatæ religionis ſocii, nomen Hugonotarum ſibi impoſuiſſent; at cum hoc ab aliis, illis non in laudem, ſed notam & vilipendium, attributum fuerit, contrarium tenendum. Plane adhuc hodie ignominiam

inferri hoc nomine, non ſolum illi, qui alios eo afficiunt, ſed ipſi quoque, qui eo afficiuntur in Gallia, plerumque ſibi perſuaſum habent. Qui eius originem à Germania petunt, foris quærunt, quod domi habent, & vocabula Germanicæ linguæ inſerunt, quæ Germanis, ea ſcriptura, & ſenſu, quibus proferuntur, non magis cognita ſunt, quam illa, quibus olim Euandri mater vſa fuiſſe dicitur. Guenot Germanicum non eſt, ſed ghenoot / genotte / vel genoſſe / vt in ſuperiori Germania loquimur & ſcribimus, ſocium, vel participem ſignificat, à verbo genieſſen / vti frui, cuius præteritum, Jch hab genoſſen. Hybridam refert, ſi germanico genoot / addatur Gallicum, Hu, quæ tamen additio, ni otioſa eſſe debeat, & ipſa originem requirit. Si eam ab Hugone ſumimus, ad normam linguæ noſtræ ſcribendum Hugsgenoot / quod idem eſt ac Hugesgenoſſe / Hugonis ſocius. Ac ſi Gallus à nobis mutuo ſumpſiſſet *guenot*, debuiſſet, ſi ad ſuum Hugue reſpexiſſet, duplicare literam g & ſcribere Hugguenot: vel ſi ad Hues (nam vtrumque Hugonem illis notat) Huesguenot. Sed fruſtra hic tempus inſumimus, non minus, ac quando inquirimus in Hensquenaux, quod apud Heluetios ſeditioſos homines ſignificare Paſquierio impoſitum. Credo à tribus dictionibus Hans gehe naus / hoc eſt, exi Iohannes, Paſquiericum illud cōpactum. At non ſolum ſeditioſis dicitur in Heluetia, vt exeant, ſed etiam aliis. Quæſo vero quæ conuenientia eſt inter Hensquenaux, & Huguenots? Nulla me iudice. Corruptum qui credit, ipſemet corrupti mihi videtur eſſe iudicii. Hæc hactenus perpendens, concludo cum Bentiuoglio *della guerra di Fiandra part. 1. lib. 1. pag. 17. Non ſi sa bene l' origine del vocabulo Vgonotti.* Cæterum ante aliquot annos aliud, & nouum nomen, reformatæ religioni addictis impoſitum, de quo præſtat adiicere, quæ Collector *tom. 7. du Mercure François pag.* 614. annotauit. (*En l'année M DC XXI. dans la Guyenne, les Catholiques ont appellés ceux de la religion Parpaillaux. D' où vienne ce mot, ou ſobriquet, pluſieurs s'en ſont tourmentés pour le chercher. Les vns diſent, que parpaillau en Gaſcon c'eſt à dire papillon. Les autres diſent, que c'eſt vn diminutif de papau, parpaillau. Aucuns diſent, que c'eſt vn mot, qui ſignifie autant, que faict celuy de Schelme en Allemand, & le ſont deriuer tantoſt d'vne langue, & tantoſt d'vne autre. L' autheur du ſiege de Clerac dit, que ce ſobriquet leur fut donné en ce ſiege par les ſoldats de l' armée du Roy, qui voyoient les rebelles veſtus de toiles blanches, voltiger, çà & là, comme de papillons, en defendant le dehors de Clerac.*) Anno M DC XXI. Catholici Guiennam incolentes reformatæ religioni addictos appellarunt Parpaillos; vnde autem hoc cognomen deductum ſit, multi inueſtigarunt. Nonnulli tradunt, in Vaſconia parpaillam ſignificare papilionem. Alii dicunt, eſſe diminutiuum à papau: Alii docent, idem ſignificare quod Germanorum Schelm / deducuntque mox ab hac, mox ab alia lingua. Qui obſidionem Cleracenſem deſcripſit, refert, hoc nomen

tunc

tunc obſeſſis datum fuiſſe à milite Regio, cum vidiſſet rebelles iſtos defendendo antemurralia ciuitatis, candida veſte indutos, huc illuc magna agilitate ſe conferre, inſtar papilionum.

p) Ordines Regni tres ſunt; Eccleſiaſticus, Equeſtris, Plebeius: Maſſonius *lib.* 3. *annal. pag.* 395. (*Pource que le peuple eſt vn corps à plusieurs teſtes, on le diuiſe par ordres, eſtats, ou vacations particulieres. Les vns ſont dediés particulierement au ſeruice de Dieu : les autres à conſeruer l'eſtat par les armes: les autres à le nourrir, & maintenir par les exercices de la paix. Ce ſont nos trois ordres, ou Eſtats generaux de France, le Clergé, la Nobleſſe, & le Tiers Eſtat. Mais chacun de ces trois ordres, eſt encor ſubdiuiſé en degres ſubordinés, ou ordres ſubalternes.*) Quoniam populus corpus eſt multorum capitum, diuiditur in varios ordines, ſtatus & munia ſingularia. Nonnulli ſeruitio diuino peculiariter addicti ſunt, alii rempublicam defendunt armis, alii his de victu proſpiciunt, & opera pacis conficiunt. Atque hi ſunt noſtri ordines generales Regni Franciæ, nempe, Clerici, Nobiles, & illi, qui dicuntur eſſe Tertii ſtatus, verum, vnusquisque horum ordinum iterum ſubdiuiſus eſt in gradus ſubordinatos, & ordines ſubalternos. Charles Loyſeau *au traicté des ordres, en l'auant propos n.* 7. *p.* 2. Sunt qui quatuor ſtatus Galliæ numerent, nempe, Eccleſiaſticorum, Nobilium, Iuſtitiæ ſeu Ius dicentium, & popularem vel plebeium; Sed conſtitutiones, & leges Regni, tantum tres agnoſcunt, ac ius dicentes populo connumerant. Paucos memini me obſeruaſſe caſus, quibus quatuor ordinibus locus dicendi datus fuit in comitiis Regni Galliæ, quos pro extraordinariis habeo. Scipion du Pleix, *tom.* 3. *de l'hiſtoire generale de France pag.* 579. *n.* 23. ait: *L'aſſemblée generale* (*à Paris l'an MDLVIII.*) *ſoubs Henry II. fut diuiſée en quatre Eſtats, ou ordres diuers, outre la couſtume, qui n'en auoit iamais admis que trois, à ſçauoir celuy du Clergé, celuy de la Nobleſſe, & celuy du peuple, dit le Tiers eſtat; deuant lequel fut receu celuy de la iuſtice, ou des Cours de France.* Quid illis in comitiis actum, cognoſcere licet ex diſcurſu, qui refertur *au tome* 12. *du Mercure François p.* 759. vbi legimus: *Que Henry II. au mois de Ianuier MDLVIII. voyant le Royaume eſpuiſé de ſes finances, & preſſé de nouuelles charges, miſes ſur le peuple, aſſembla pour les neceſſités de l'Eſtat, les trois ordres de ſon Royaume, & outre ces il y appella les deputés de toutes ſes Cours de Parlements:* Thuan. *liu.* 14. *hiſt. où il dit, que M. Iean de S. André, mettant les genoux en terre, remercia le Roy, au nom de la Cour de Parlement de Paris, de toutes les autres du Royaume, dont les deputés eſtoient preſents, de ce qu'il auoit composé vn quatrieſme ordre des Magiſtrats, qui rendent en ſon nom la iuſtice au peuple, & l'auoit point aux autres ordres du Royaume.* Verum non nouum, & quartum ordinem tunc ita introductum, vt ſemper ad comitia vocandus eſſet, obſeruantia & praxis ſubſequentium conuentuum demonſtrat. Vocati quidem fuerunt aliquando, ſed rarius; ſæpius enim

enim non vocati: Ita à Regis arbitrio dependiſſe videtur, quatuor ordines, vel tres vocare ad comitia. Carolus IX. ad comitia Regni, anno MDLXVI. Molinium conuocauit, vna cum tribus ordinibus etiam deputatos omnium parlamentorum: Idem factum anno MDXCVI. cum comitia habenda Rothomagi: In cæteris antiquus mos obſeruatus fuit. Tempore Iulii Cæſaris, in omni Gallia, eorum hominum, qui in aliquo erant numero atque honore, genera erant tantum duo, Druidum, & Equitum. Illi rebus diuinis intererant, ſacrificia publica & priuata procurabant, religiones interpretabantur, diſciplinæ cauſa adoleſcentulos admittebant. Alterum genus Equitum, qui, cum vſus eſſet, atque aliquod bellum incidiſſet, omnes in bello verſabantur. Plebs autem pæne ſeruorum habebatur loco, quæ per ſe nihil auderet, & nulli adhiberetur conſilio, & ex illa plerique cum ante ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum, premerentur, ſeſe in ſeruitutem dicabant nobilibus: in eos enim omnia erant iura, quæ dominis in ſeruos. Et hæc maxime obtinuerunt, quo tempore Nobilitas, veluti tyrannica, plebi imperabat per ſpeciem ariſtocratiæ, &, opibus abundans, ea abutebatur. At melioribus poſtea ſurgentibus temporibus, monarchia formata, noua forma, & melior imperandi inuecta, & tres ſtatus, ſeu ordines populi, facti, vnus qui eccleſiaſticarum perſonarum; alter nobilium; alius plebeiorum: ſub quibus contenti artifices, ruſtici, & alii inferiores ex fæce populi. Æquiſſimum enim viſum eſt, & conuenire monarchiæ, non tantum ſacrificantium, & nobilium, ſed etiam inferiorum habere curam, & ſolicitudinem; imo multo magis eorum, quod ſoleant à nobilibus, & ditioribus, opprimi, & contemni, & ideo egent ſingulari conſeruatione & ope principis, qui non patiatur iniuriis eos affici, quos ſibi, perinde ac nobiles, habeat ſubditos. Potiſſimum cum iſti ſint veluti alumni, & nutritores reliquorum, quotidianis laboribus intenti, arando, ſerendo, colendo, operando, & neceſſaria vitæ ſubminiſtrando. Et proinde ſanctiſſime placuit Regibus, eos libere admitti ad conquerendum, & ſupplicandum Principi, tum priuatim, tum in comitiis, vt ſi quo modo indigne habeantur, ſubueniri illis poſſit. Placuit etiam non diſtingui iudicum ordinem à tribus prædictis ordinibus, idque merito, quod inde pendeat ſalus reipublicæ, quies & tranquillitas totius Regni, coniunctio, & vinculum inſolubile omnium ordinum, auctoritatis & maieſtatis principalis conſeruatio. Non enim bonum viſum eſt, exemplo Romanorum, vel aliarum quarundam rerumpublicarum, ſolis nobilibus committere, aut ſolis eccleſiaſticis, magiſtratus, & poteſtatem iuris dicendi; Fuerunt enim inde plerumque turbatæ, & immutatæ reſpublicæ, nobilibus nimirum plebem cōtemnentibus, & ſeceſſionibus ortis, & nobilibus aliquando ad vnū ſublatis. Et proinde ſanctiſſime, & conſultiſſime factum, vt magiſtratus, ſenatores & iudices, ex ordinibus

nibus omnibus eligerentur à principe, qui eſſent muneribus magis idonei. Quod effecit, vt tranquilli ſint ſtatus, ſine inuidia, cum omnes participare poſſint in gerendis honoribus: item, quod egregium eſt, factum inde, vt omnes nobiliores iuriſdictioni regiæ ſuppoſiti, didicerint Regiam maieſtatem non ex illorum nobilitate, ſed nobilitatem eorum, ex arbitrio Regis pendere, & Dei ſolius miniſtrum Regem, qui exemplo eius, cuius gerit imaginem in terris, nulla habita dignitatis in criminibus ratione, in malos iuſtitiæ aculeos exerit; & in bonos cuiuſcunque ordinis beneficus eſſe poteſt. Et ita quam diu Gallia hanc mixtionem & auctoritatem iuſtitiæ coluit, & exercuit, tranquilliſſima & vnita fuit, & ſuperbia eorum, qui nobilitate abutuntur, facile deiecta: boni etiam plebeii contra concuſſiones, & tyrannides dominicales Dominorum territoriorum conſeruati. Nec aliunde prodiit miſera illa Galliæ inuaſio, quam quod Reges & magiſtratus, dum ſtuderent iis, qui ſe nobilitate præſtantiores efferebant, nimium fauere, ne dicam ſatisfacere voluerunt, excuſſo iuſtitiæ iugo, nimium negligenter iuriſdictionum, & legum vim peſſundari permiſerunt, nec extollentia ſeſe ſupra modum papauerum capita, cum apparerent, excuſſerunt: Vnde cum ordo vnus extra ordinem ſe extulit, ordinationem omnem confudit, & confundet, aut diſſipabit, niſi in ordinem redire cogatur. Ita fuſe Tholoſanus *de Republ. lib. 4. cap. 1. n. 14. p. 85.* Cæterum Romæ olim quoque tres erant ordines, nempe Senatorum, Equitum & plebis. Verum inter illos, & ordines Galliæ magna eſt differentia. Inter hos enim nullus ordo Senatorius eſt, regulariter. Et recte Budæus *ad l. vlt. ff. de ſenator.* docuit, Parlamenta Galliæ parum conuenire cum Senatu Romanorum. Hic enim non erat corpus officialium, ſed ordo, vnde regulariter ſumebantur magiſtratus, ſiue ad negotia bellica, ſiue iuſtitiæ, aut pecuniaria adminiſtranda. In Gallia autem officiales bellici ſumi debent ex nobilitatis ordine, iuſtitiæ vero ſumuntur indifferenter ex omnibus tribus ordinibus, exceptis officiis quæ criminalia tractant, ad quæ Eccleſiaſtici non adhibentur: quorum denique cura ærarii eſſe debet, ſumuntur ex tertio, vel plebeio ordine; quoniam Eccleſiaſtici, & Nobiles, hæc officia maxima ex parte aſpernantur. Loyſeau *au traicté des ordres chap. 3. n. 1.*

q) *(En ce Royaume tres-Chreſtien, nous auons conſerué aux miniſtres de Dieu le premier rang d'honneur, faiſant à bon droit du Clergé, c'eſt à dire, de l'ordre Eccleſiaſtique, le premier des trois eſtats de France, au lieu que les Romains, plus curieux d'eſtat, que de la religion, ne faiſoient point d'ordre à part de leurs preſtres, ains les laiſſoient meslés parmy les trois eſtats, ainſi qu'eſt parmy nous la iuſtice; ce qui ſe faict pareillement presques en tous les Eſtats de la Chreſtienté, n'y en ayant gueres, où le clergé ſoit vn ordre à part, ainſi qu'en France, qui a touſiours eſté plus Chreſtienne, & a plus honoré l'Egliſe, que nation du*

 monde:

monde: Loyſeau *d. chap. 3. n. 3.*)In hoc Regno Chriſtianiſſimo, verbi diuini miniſtris conſeruauimus primum honoris locum, fecimusque ordinem clericorum, ſeu eccleſiaſticorum, primum inter tres ſtatus Franciæ, haud ſecuti Romanos, qui maiori cura amplectebantur Rempublicam, quam religionem, ac nullum conſtituebant peculiarem ordinem ſacerdotum ſuorum, ſed illos relinquebant mixtos tribus ſtatibus, eo modo quo apud nos ſunt illi, qui ius dicunt. Idem quoque, ferme in omnibus Rebuspublicis Chriſtianis, in vſu eſt, inter quas paucæ reperiuntur, vbi clerici ſtatum particularem faciant, vt fit in Regno Franciæ, quod ſemper magis Chriſtianum fuit, atque Eccleſiaſticos maiore honore affecit, quam vllum aliud. Sub ordine Eccleſiaſtico comprehenduntur I. Cardinales, quorum in Gallia non eſt certus numerus, ſed à beneplacito Pontificis & Regis aſſenſu dependet. II. Archiepiſcopi, quorum ſunt quatuordecim, vel quindecim ſecundum alios: nempe *de Paris, Rheims, Sens, Lyon, Bourges, Tours, Narbonne, Auch, Toulouſe, Rouen, Bourdeaux, Ambrun, Vienne, Aix, & Arles: & d'iceux y en a ſept qui pretendent, & ſont fondés en quelque droit de Primatie, ſçauoir, Sens, Lyon, Bourges, Narbonne, Rouen, Bourdeaux, & Vienne.* Fr. Ranchin *tom. 2. de la deſcription generale de l'Europe, tit. Royaume de France, pag. 4.* III. Epiſcopi, quorum vltra centum, numerantur ab aliis duo, ab aliis quatuor, vel etiam octo. IV. Abbates, quingenti quadraginta & octo. V. Decani, Archidiaconi, Canonici, & Curiones, vigeſies & ſepties mille, quadringenti, ſi modo ſingulis vrbibus & pagis ſinguli curiones tribuantur. Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 2. pag.* 830. Alium numerum exprimit Machiauelli *nelli ritratti di Francia, pag. 125.* nempe; *vn millione di parrochie, & DCC, computate DCCXL badie.* Porro ad Eccleſiaſticum ordinem, etiam nonnulli, vt monet Henrion *liu. 5. de la Coſmograph. chap. 26. pag. 510.*, referunt Rectores, Regentes & alia vniuerſitatum literariarum membra: Quod an generaliter de omnibus, an certis tantum, vel de nullis eiusmodi vniuerſitatibus dicendum ſit, adhuc hæreo. De Vniuerſitate Pariſienſi conſtat ex Mercurii Francici *tom. 3. pag.* 131. quod anno M DC XIV. quando comitia Regni Lutetiæ agebantur, petierit ab ordine Eccleſiaſtico, (*de la fauoriſer & receuoir en l'aſſemblée, en laquelle, par longue poſſeſſion, vſage & obſeruance, elle deuoit auoir entree, voix & ſeance*) vt fauenter admitteretur ad congregationem, in qua ob longam poſſeſſionem, vſum & obſeruantiam, deberet habere vocem & ſeſſionem. Et *pag.* 133. Rector eiusdem Vniuerſitatis aſſeuerat, (*que les deputés de l'Vniuerſité de Paris, ont eu cy-deuant entrée, & voix deliberatiue en la Chambre Eccleſiaſtique des Eſtats, neantmoins que par arreſt du Cōſeil id auroit ſeulement eſté ordonné, que l'Vniuerſité pourroit dreſſer ſon cahier de plaintes, & l'apporter, & remettre à l'aſſemblee du Clergé.*) Quod deputati ab Vniuerſitate Lutetiana anteriori tempore admiſſi fuerint ad eiusmodi

conuen-

conuentus, ac votum deliberatiuum habuerint in Camera Eccleſiaſticorum; hoc autem non attento, à Conſilio diſpoſitum, Vniuerſitatem poſſe grauamina ſua libello comprehendere, atque Eccleſiaſtico ordini exhibere.

r) Sub Ordine Nobilium continetur, *la ſimple Nobleſſe, la haute Nobleſſe, & les Princes* : Loyſeau *des ordres en l'auantpropos n. 9.*

ſ) A Gallis dicitur *le Tiers Eſtat*, ſub quo comprehenduntur, *Gens de lettres, de finance, de marchandiſe, de meſtier, de labour, & de bras*: Loyſeau *d. tr. des ordres en l'auantpropos n. 9.* vel vt alii, *les officiers de iudicature & finance*, (Duret *des changemens diuers des Empires, & Royaumes, diſc. 20. p. 391.*) *les bourgeois, marchans, artiſans, & laboureurs*: Henrion *d. l.*

CAPVT VIII.

De Iure, tam priuato, quam publico, quo Francia vtitur.

ANimus nobis hic non eſt, de iure diuino, naturali, aut gentium commentari, quæ totum mundum attinent; ſed de iure ciuili, quod in Gallia in vſu eſt, verba facere. Ciuile duplici ſenſu dicitur (*a*): vno, quo ſecundũ excellentiam ius ciuile audit illud, quod Romanum eſt, & libris Inſtitutionum Iuſtiniani, Digeſtorum ſeu Pandectarum, Codicis, & Nouellarum, continetur: Alter ſenſus eſt, quo ciuile illud dicitur, quod quælibet ciuitas, Reſpublica, vel Regnum, ſibi conſtituit; vt ad rem noſtram, quod Francia ſibi ipſi conſtituit, vel, quod ab aliis iamdum conſtitutum, mutuo accepit, & approbauit, ſuo ductu & arbitrio. Atque hæc cardinalis, & præcipua iuris diuiſio eſt, qua Gallia vtitur. Illud, quod ab aliis mutuo accepit, origine peregrinum eſt, ſed receptione ſpontanea, & approbatione, ciuitate donatum. Talia ſunt ea, quæ Francia à Romanorum ciuili iure, vel Longobardorum feudali, vel Pontificum canonibus, ſibi appropriauit: de quibus diſtinctim agemus. Primo ergo loco de ciuili Romanorum iure tenendum eſt, illud duplici reſpectu apud Gallos in vſu eſſe, vno tanquam rationem æquitatis (*b*), ex qua ius, quod ſibimetipſis conſtituerunt, interpretantur, atque ita pro teſtimonio, aut re-

ſponſo prudentum habent, quod iudicem informare poſſit; non autem pro lege. Huius reſpectus gratia factum eſſe arbitror, quando nonnemo ius Romanorum cum præfatione veniæ publice allegauit (*c*). Altero reſpectu, in vſu eſt, tanquam lex, ſecundum cuius normam iudicari debeat; lex, inquam, non lata, ſed approbata. Hoc intuitu, ſi quid iuris Romani contra legem Galliæ allegetur, quod approbatum non eſt, crimen committitur (*d*), cuius pœna (*e*) non vna: Si vero approbatum, nec venia in allegatione opus, nec pœna extimeſcenda eſt: quanquam conſultius fuerit, edictum Regium approbans allegare potius, quam locum approbatum. Non tamen inde ſubiectio (*f*) quædam eluceſcit, ſed Regnum Galliæ, vt liberum, ab aliis ſibi leges poni non patitur, eorumque ſi ſibi congruere putet ſanctiones, non eo eas ſuſcipit animo, quod libertatem ſuam aliorum ſubmittat imperio, non magis quam Romani, dum Græcorum ſibi accommodarunt leges, aut Hiſpanus (*g*), & Turca (*h*), qui Romanorum aliquas ſuſceperunt. Porro, in prouinciis, quæ iuris ſcripti dicuntur, ius Romanum fere totum obſeruatum (*i*), in aliis autem pars tantum. De quo argumento videri poſſunt (*k*) Mornacius, Automne, Bugnion, Taboetius, & alii; vt & de autoritate opinionum eorum, qui in ius ciuile commentati ſunt, Coquille (*l*); de iure feudali (*m*) Cuiacius. De iure Canonico (*n*) ſparſim multi. Ius, quod Gallia ſibi conſtituit, vel ſunt leges, vel conſuetudines. Leges vel generales, vel ſpeciales; & ex illis aliæ alicuius tantum familiæ: ad quarum ſpecierum cognitionem faciunt, *Codex Henrici III.* (*o*) *Codex Henrici IV. Codex Ludouici XIII*; *Conſtitutiones & Edicta Regum Franciæ*, exhibita ab Antonio Fontanon, *La Conferrence des ordonnances par* Guenois, Frerot, Bouchel &c. & Bodinus (*p*) *de iure nonnullarum familiarum.* Conſuetudines ſunt, vel vniuerſales per totum Regnum validæ; vel particulares vnius aut alterius prouinciæ, ciuitatis, loci &c. Ex his aliæ in ſcripturam redactæ, autoritate publica (*q*), quarum ſeptuaginta fere diuerſarum prouinciarum numerantur (*r*). Harum cognitio peti

poteſt

poteſt ex libro, qui in lucem datus à Petro Guenois, nomine, *la Conference des couſtumes, tant generales, que locales, & particulières du Royaume de France.* Vtrumque autem hocius, quod Gallia ſibi conſtituit, & ſuſcepit, ſiue leges ſint, ſiue conſuetudines, eſt vel publicum, quod ſtatum Regni concernit (*s*), vel priuatum, quod priuatorum vtilitatem attinet. Publicum ſub ſe complectitur, non ſolum leges fundamentales Regni, ſed etiam alias multas. Inter illas ſunt, quæ de ſucceſſione in Regnum agunt. quo pertinet decantatiſſima Lex Salica; de qua tamen nonnulli dubitant, annon primum magis ad ius priuatorum (*u*) pertinuerit, quam ad publicum, ad quod poſtea per extenſionem relatum fuiſſe nonnulli arbitrantur: & ſunt, qui nec vnquam latam, nec vllibi extare affirmarunt (*x*). Alii tamen in contrarium, autorem (*y*), tempus (*z*), locum (*aa*), verbaq; (*bb*) vel ſenſum (*cc*) proferunt. Tam varia autem maxime de nomine (*dd*) ipſo, afferunt, vt tot fere ſint opiniones, quot capita. In eo plane conueniunt Galli, fœminas ad ſucceſſionem Regni non admitti (*ee*); quod certe pro fundamentali, vel lege, vel conſuetudine (parum enim refert vtrum horum dixeris) habendum eſt, cuius ratio (*ff*), & vtilitas permagna; quam Galli adeo cordi atque curæ hactenus (*gg*) habuerunt, vt fruſtra olim Anglus (*hh*), & poſtea Hiſpanus (*ii*), ſpe fuerint & auſis. Præterea, ad ſucceſſionem & coronationem pertinet, quod Regnum primogenito (*kk*) Regis, vel ei, qui ſanguine Regi defuncto proximus (*ll*) eſt, totum deferatur, nec diuidi poſſit. Tertio, quod legitimo ex matrimonio natus ſuccedat, ſpurius vero non admittatur (*mm*). Quarto, quod Rex anno ætatis ſuæ quarto & decimo maiorennis (*nn*) cenſeri, ac etiam ante illum ætatis terminum coronari (*oo*) debeat. Quinto, ad ius publicum etiam referri debet, quod ſuccedens in Regnum, omnia bona, quæ ante illam ſucceſſionem à Regno feudali titulo poſſedit, cum corona ipſa vnire debeat (*pp*). Quodque idem etiam fieri debeat, vbi iam Rex factus (*qq*), ſiue bona ad eum perueniant ſucceſſionis legitimæ, aut ſanguinis iure vel emptionis, aut acquiſi-

quiſitionis aliæ; vel confiſcationis *(rr)* quoque, ſolis ſubfeudis exceptis *(ss)*. Sexto, publici etiam iuris articulus ille eſt, quod Rex nihil poſſit alienare de Domanio, vel Regni ditionibus, niſi ex cauſa à Statibus approbata *(tt)*. Quod Regni proceres non poſſint contrahere matrimonium cum exteris *(uu)*, non etiam cum regnicolis *(xx)*, nec ſuos illis in matrimonium impune *(yy)* dare, nec extra Regnum commorari *(zz)* citra conſenſum Regis, &c.

Teſtes & Teſtimonia.

a) §. 1. *&* 2. *Inſtit. de* I. N. G. *&* C. *l.* 9. *ff. de* I. *&* I.

b) Hoc ſenſu admitto, variorum dicta, non vltra nec vniuerſaliter. *En France on n'vſe point de droit Romain pour loy, mais pour raiſon ſeulement.* Bald. *in l. nemo poteſt,* C. *de ſentent. & interlocut.* Bouchel *au threſor du droict François tom.* 1. *pag.* 1062. *verſ. droit Romain.* vbi addit; *Il faut recognoiſtre auec verité, que les plus beaux ſecrets de noſtre iuriſprudence Françoiſe ſont tirés, du droit Romain, mais il ſeroit neceſſaire de marier aux eſcoles de droit, les loix Romaines, auec les loix de France.* Pithœus(*teſte* Rittershuſio *in proœm, comment. ad* Nouell. *c.* 7. *n.* 6.) ait; Gallos legum Romanarum maieſtatem ſic comiter conſeruare, vt tamen illis nihil in ſe licere patiantur, niſi quod eorum rationi & æquitati, non autoritati & ſanctioni concedunt. Admittuntur in Gallia Leges Romanorum, vt æquitatis ratio ex tot clariſſimorum ICtorum reſponſis attendi & inſpici queat: Annæus Robertus *rer. iudicatar. lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 290. Hæc, etiamſi nulla alia ſupereſſet cauſa, vt tamen eſt, ſufficiens foret ruborem incutere Petro de Lancre, qui *au tableau de l'inconſtance & inſtabilité de toutes choſes liu.* 3. *diſcours* 6. *n.* 6. *fol.* 366. *b.* ita ſcripſit: *(Nous ſommes encores ſi volages, que nous eſtudions tous les iours les loix des Romains, prenons peine à les ſçauoir, & en tirons les plus belles eſpreuues de la ſuffiſance de nos Magiſtrats. Et comme, ſi c'eſtoit le chef d'œuure des ouuriers de ceſte profeſſion, les officiers des Cours de Parlement de France ſont examinés là-deſſus. Dequoy ie m'eſmerueille, veu que nous ne nous voulons nullement aſtraindre à les ſuiure: les François n'ayant autres loix de commandement, ny de contraincte, que les ordonnances de nos Roys; Celles des Romains leur eſtant ſeulement des loix volontaires, qu'ils prennent ſimplement pour raiſon. Encore n'eſt ce qu'és lieux que on appelle de droict eſcrit, & és contrées où elles ont eſté laiſſées auec quelque obſeruance. Et croy qu'en fin nous les lairrons du tout, ſi la volonté de nos Roys nous y conuie, ce qui pourroit bien arriuer. Car meſme parmy les Romains il s'en eſt trouué, qui les ont voulu ſupprimer du tout.)* Sumus præterea adeo inconſtantes, vt

ces, vt quotidie ſtudioſe addiſcamus leges Romanorum, earumque cognitionem habeamus pro nota ſufficientiæ, ad conſequendos Magiſtratus, atque quaſi ſit canon eorum, qui ius expediunt, qui Curiis parlamentorum Franciæ adſcribi deſiderant, de illis prius interrogantur, vt pateat, an harum gnari ſint. Quod propterea admiror, cum illis nos alligare nolimus, Francique non habeant alias leges, quibus neceſſario obediant, quam edicta Regum ſuorum, Romanorum autem leges voluntarie admittant, tantum vt rationes, idque ſolum in prouinciis, quas iuris ſcripti appellamus, illisque vbi aliqualis obſeruantia earum continuata fuit. Credo autem fore, vt illas omnino repudiemus, quando id Regi placuerit, vt fieri perfacile eſt: nam & inter ipſos Romanos extiterunt, qui illas leges omnino opprimere voluerunt. Ita quidem tertius hic Cato, nimium bilioſus: ſed aliud Regum Galliæ de Romano iure eſt iudicium; quando id ſingulis in vniuerſitatibus literariis Regni ſui, ſtudioſæ iuuentuti publice explicari, atque dignis & peritis Doctoris iuris gradum, titulumque impertiri volunt; quod etiam in Hiſpania, atque Anglia fieri pernotum eſt, vbique ſine vllo ſubiectionis titulo: Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republ. lib.* 18. *c.* 5. *n.* 3. Singulis dico literariis Vniuerſitatibus, ſola Pariſienſi excepta, in qua ius ciuile Romanum doceri vetuit Honorius III. P. M. (*cap.* 28. *ſuper ſpecula, extr. de priuilegiis*) additis rationibus, tam ab inutili quam vtili petitis: quia in Francia, & nonnullis prouinciis, laici Romanorum Imperatorum legibus non vtantur, & occurrant raro Eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri: denique, vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur; id eſt, vt tanto plus ſtudii impendatur ſacris literis & Theologiæ, cui alias tantum decederet, quantum curæ & operæ legibus ſecularibus tribueretur. Rittershuſ. *different. iuris Ciuil. & Canon. lib.* 7. *cap.* 1. *p. m.* 471. Verum, ſi rationes illas diſtinctim trutinamus, prima nullius pretii eſt. Nam in vicinis Academiis, Aurelianenſi & Bituricenſi, (Tholoſan. *d. lib.* 18. *c.* 5. *n.* 4.) vt & in aliis prouinciis Regni exiſtentibus, vbi Laici non magis legibus Romanis vtuntur quam Lutetiæ, ac in centro Franciæ, ſpeculariter ita dictæ, tractu; iura ciuilia leguntur, audiuntur, & explicantur. Secunda ſolos clericos, & cauſas eccleſiaſticas concernit, nec tamen ſatis valida eſt: Nam etiam cauſarum, quæ ſtatutis canonicis expediri nequeunt, ratio habenda erit, ſi quando de illis quæſtio moueatur. Tertia quoque tanti non eſt: cum non ſolum in Gallia, verum etiam in Germania, Italia, ac Romæ quoque, Hiſpaniaque &c. Academiæ literariæ plures reperiantur, vbi ſtudium Theologicum & Iuridicum ſimul floreant. Imo vero videtur Pontifex falcem in alienam meſſem mittere voluiſſe, ſi Regis Galliæ poteſtatem ita coarctare voluit, vt Pariſiis ius Romanorum doceri, vel non doceri, in eius ſit arbitrio. Clericis fortaſſis, in quos autoritate pollebat, rectius impoſuiſſet, ne ipſi hoc ius ibi docerent,
nec

nec audirent. Quod itaq; adhuc hodie ibi ius ciuile non docetur, non adſcribi debet Pontificis mandato, ſed diſpoſitioni Regum, quarum vna legitur in libro XI. Codicis Henrici III. (*conſtit. 3. Tit. 1. du reglement des Vniuerſites*) totidem verbis; *Nous defendons à ceux de l'Vniuerſité de Paris, de lire ou graduer en droit ciuil*; tamque diu obſeruari debebit, quamdiu aliud Regibus viſum non fuerit. Cauſam vero, cur ita viſum, Charondas *ad d. conſtit.* fuiſſe tradit, quod in illa Vniuerſitate Theologiam potiſſimum, Philoſophiam, aliasque ſcientias florere voluerint. Si itaque noluerunt ibi cum cæteris florere ius ciuile, ſufficit pro ratione voluntas, ac hic quoque obtinet illud Regium; *Car tel eſt noſtre plaiſir.* Rationes autem voluntatis Regiæ easdem fuiſſe, quas Innocentii, facile mihi nemo perſuadebit.

c) Ne ſcilicet videretur Romanorum iuri imperium adſcribere. Annotatum autem à Thuano eſt *lib. hiſtor.* 35. Hoſpitalium, Caroli IX. Cancellarium, Rege ipſo, & Regni ordinibus præſentibus, in Rothomagenſi Senatu demonſtratum, *Regem decimum quartum annum ætatis vix ingreſſum, tamen maiorem, & Regni per ſe adminiſtrandi capacem cenſendum eſſe, nec vt in minorum reſtitutione à momento ad momentum tempus computari, verum vt in publicis muneribus & honoribus, annum inceptum pro completo haberi*: in eam rem vulgarem iuris Romani regulam, cum præfatione, & petita venia, ex pandectis adduxiſſe. Scilicet, adduxit *l. 8. ff. de muner. & honorib.* tantum vt autoritatem ſapientum. Nam ſi legem adducere placuiſſet, Caroli V. nominaſſet conſtitutionem, qua expreſſum, vt Rex decimum quartum annum attingens, maiorennis habeatur.

d) (*Il eſt defendu par l'ordonnance du Roy Philippes III. publiée en parlement l'an MCCLXXVII. & par autre ordonnance du Roy Philippes IV. de l'an MCCCIV. d'alleguer les loix Romaines contre les ordonnances & couſtumes de France; & ſe trouue vn ancien arreſt, par lequel il eſt dit en trois mots, que les Aduocats ne ſoient ſi hardis de mettre droit eſcrit contre l'ordonnance, & couſtume*: Bouchel *au threſor du droit François d. tom. 1. p. 1062. ver. droit.*) Edicto Regis Philippi III. promulgato in Curia, anno MCCLXXVII. nec non mandato Philippi IV. anno MCCCIV. prohibitum fuit, allegare leges Romanorum contra leges & conſuetudines Franciæ. Reperitur quoque ſententia, antiquo tempore lata, qua paucis verbis exprimitur, ne Aduocati amplius audeant legibus & conſuetudinibus Regni opponere ius Romanorum. Carolum V. quoque inhibuiſſe allegari leges Romanas contra conſuetudines Regni, tradit Tholoſan. *d. lib. 18. de Republ. c. 4. n. 2.*

e) *Il fut iadis ordonné au Royaume de France, que quiconque allegueroit en iugement, ou ailleurs, vne loy d'Empereur, auroit la teſte coupee.* (Iam olim in Regno Franciæ lege conſtitutum fuit, vt quicunque leges ab Imperatoribus latas allegaret in iudicio, aut alibi, capitis ſubiret pœnam.) Bernard

nard de Girard, *de l' eſtat & ſuccés des affaires de France liu.4. pag. 308. editionis cuius memini ſupra*, nam in nonnullis non reperitur, forte quod Autor poſtea edoctus fuit, id nunquam ita conſtitutum fuiſſe. Nec memini me apud alium id legere, quanquam ſciam à Tholoſano *d. n.* 2. annotatum, Hiſpaniæ Reges aliquando ſanxiſſe pœna mortis, ne quis leges Romanas allegaret. Ex Bodino autem *lib. 6. de Republ. cap. 5. pag.* 1137. diſcimus; Aduocatum quendam, cum apud iudices Curiæ Pariſiorum dixiſſet, poteſtatem à populo Regi datam, & Vlpiani verba *in l. 1. ff. de conſtit. princip.* vſurpaſſet, à Curia acerbe increpatum fuiſſe, eaque verba de actis Curiæ deleta, cogante fiſci procuratore, cum negaret Regem Francorum à populo imperandi ius habuiſſe. In Gallico Bodini textu (*pag.* 987.) etiam hoc legitur, quod in latino omiſſum: *la Cour fit defenſe à l' aduocat d'vſer plus de telles paroles, & depuis ne plaida cauſe, comme vn chacun ſçait au palais.*

f) Nec quod vt prudentum reſponſa, vel rationes admittuntur in Gallia leges Romanorum, nec quod in Academiis publice docentur, nec quod prouinciæ iuris ſcripti maxima earum parte vtuntur, vt nonnullæ in aliis prouinciis, edictis Regis, vel eius voluntate, receptæ ac approbatæ ſunt, Regis ſuperioritati damno eſt. Nam dum reſponſum, dictum, aut rationem viri prudentis, pro confirmatione opinionis noſtræ adducimus, aut iudex eam coram ſe allegari patitur, neuter ſe ſubiicit illius imperio; & ne quidem tunc, quando eam ſequimur, pro lege habemus. Non enim eam ab illo accipimus, qui in nos iuriſdictionem, & imperium habet, nec ab illo, cui in Republica noſtra poteſtas ferendarum legum eſt. Vnde, licet & huius conniuentia hæc allegari permittat, non inde tamen ſe, nec imperium ſuum alteri ſubmittit. Reges præterea, & principes ſupremi, qui ius Romanum in Academiis, vel ſcholis ſuis publicis doceri ſinunt, non admittunt illud vt leges, ſibi ab aliis, & in ſe, ac ſubditos ſuos ſcriptas, quarum proprium eſt iubere; ſed vt ius extraneum, & peregrinum, tale tamen, cuius ratio, non ſanctio, in quam plurimis prodeſſe poteſt ad Rempublicam bene conſtituendam, & vnicuique ſuum ius attribuendum. Idque ex ſuperabundanti cautela, qua Reges Galliæ vſi fuerunt, minime illis præiudicare debet. Quando enim illi (*ita generaliter tradit* Tholoſan. *d. l.* 18. *c.* 4. *n.* 2.) conſenſerunt erectionibus Academiarum, ſeu ſcholarum legum Imperatorum, aut Vniuerſitatum ſtudiorum, ſemper adhibuerunt declarationem voluntatis; non ideo ſe intelligere admittere profeſſionem iuris pontificii, & ciuilis, niſi vt poſſent ex arbitrio illis vti ſine vlla obligatione, qua illa ſequi tenerentur. An probari hæc doctrina Tholoſani, per inductionem erectionum ſingularum Academiarum, poſſit, me non angit; hoc ex Bodino *lib.* 1. *de Republ. c.* 8. *p.* 158. conſtat, extare Academiarum inſtituta, quibus ipſi Reges teſtato declarant, Romanorum leges, ac iura Pontificia, publice quidem

Z doceri

doceri velle, iis tamen ſubditos obligari nolle, ne peregrinorum hominum legibus patrio iuri derogaretur. Cui addi poteſt, quod ſcribit Chenu (*traitez des ſingulieres queſtions de droit, queſt. 25. pag. 254.*) *que le Roy Philippe le Bel, lors qu'il inſtitua l'Vniuerſité d'Orleans, par la chartre des priuileges, qu'il luy octroya, qui eſt du mois de Iuillet MCCCXII. proteſta & declara, qu'encore qu'il permiſt l'interpretation, & lecture des loix Imperiales, en ladite Vniuerſité, qu'il n'entendoit pourtant & ne vouloit, qu'elles fuſſent receuës par ſes ſuiects pour loix, mais ſeulement comme bonnes raiſons, pour eſtre ſuiuies par les iuges, es cas qui ne ſeroient decides par les ordonnances des Roys, & par les couſtumes des prouinces. Et encores qu en quelques prouinces de ce Royaume on vſe du droit des Romains, qu'ils appellent droit eſcrit, ce n'eſt pas, qu'ils y ſoyent tenus, ny aſtraincts, mais pour y continuer le droit qu'anciennement ils obſeruoient: non, que pour cela la ſouueraineté de nos Roys en perde vn ſeul fleuron de leur ſceptre, parce qu'on n'vſe de ce droict que par tolerance, & de gre de nos Roys, lequel ils abrogent, & changent, ſelon les occurrences, par les ordonnances & edicts, qu'ils font. Comme par l'edict des meres, du Roy Charles IX. en l'an MDLXVII. fait pour le pays du droit eſcrit.* Denique quemadmodum Romani, legibus, quas à ciuitatibus Græcis petierant & obtinuerant, (*l. 2. ff. de O. I.*) vtentes, tanquam ſuis, Græcis ſe minime ſubiecerunt; ita nec Gallia ſe Romanis ſubiecit, dum eorum leges nonnullas approbauit, & ſui vſus fecit. Norimberga à Venetis aliquando leges petiit, obtinuit, & illis vtitur; nec tamen ſe Venetis vnquam ſubiecit. Imo & Imperium noſtrum (ſi verum eſt quod ſcribit Guenois *in annot. ad pract. ciuilem & criminalem Imberti liu. 3. chap. 22. n. 18. pag. 717.*) Gallorum leges criminales ſuas fecit, non ſe tamen illis propterea ſubiecit. Verba de Guenois ita ſe habent: *L'Empereur Charles V. a faict ordonnance ſur les matieres criminelles, en l'an MDXL. laquelle eſt faicte à l'imitation de celles de France, deſquelles elle eſt pour la pluſpart extraite.* Verum vt in anno conſtitutionis (quam nos ordinationem criminalem, & vernacule, die peinliche Halßgerichts-Ordnung appellamus) errauit Guenois, (non enim eſt annus MDXL. ſed annus MDXXXII. vt receſſus comitiorum eo anno Ratiſponæ habitorum, *tit.* Halßgericht betreffend/ *pag.* 234. probat) ita vereor, vt vera dicat in cæteris. Quam longe vero hæc conſtitutio Caroli à Gallorum iure criminali recedat, comparatio, vel collatio vtriusque docere poteſt.

g) Illis temporibus, quando Viſigothorum Reges Hiſpaniam & Galliam, Toleto ſede Regia, tenuerunt, ediderunt conſtitutionum libros duodecim, velut æmulos Codicis Iuſtinianæi, in quibus omnia fere petita erant è medio iure ciuili: Choppin *de Doman. Franciæ tit. 15. n. 5.* Poſtea leges Romanæ, mandato Alphonſi IX. in codicem, atque idioma Hiſpanicum translatæ fuerunt, & adhuc hodie obſeruantur, quatenus ſcilicet ratione nituntur; quod earum inſtauratio Hiſpanis imperet non imperium:

Emanuel

Emanuel Coſta, *in repetit. §. ſi arbitratu, l, cum tale, ff.* de condit. & demonſtr. *n. 36.* vel, vt loquuntur, Molina *de primogen. Hiſpan. lib. 3. c, 12. n. 11.* & Anton. Gamma *deciſ. 10. n. 5.* obſeruantur vt dicta ſapientum.

h) Treutlerus *vol. 1. Diſput. 1. theſ. 5. lit. a. in notis*, ex Leonclauio refert, Turcas Codicem Iuſtiniani in ſuam linguam translatum habere, eoque in iudiciis vti.

i) Vide *ſupra cap. 7. lit. d.* cui nunc addo Bernard de Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France liu. 3. p. 320. (edit. Lugdunenſ. de anno MDXCVI.)* vbi ait; *Pluſieurs loix ont eſté faictes en France par Charles-Magne, Loys le Debonnaire, Lothaire, & Charles le Chauue, tant pour le gouuernement Eccleſiaſtic, que pour le temporel: & en icelles eſt faicte difference des prouinces regies par couſtumes, à celles qui le ſont par loix Romaines, y demeurées depuis que les Romains furent chaſſés des Gaules.* Ego hanc diſtinctionem ita accipio, vt oppoſitio fiat iuris ſcripti, & iuris conſuetudinarii, in eo quod exuberans eſt: non quaſi in prouinciis iuris ſcripti ſolum ius Romanorum obſeruetur, & omnis conſuetudo exulet; ac quod reliquæ prouinciæ, quæ iuris conſuetudinarii dicuntur, ſolis conſuetudinibus vtantur, nulloque iure ſcripto, hoc eſt, legibus atque edictis Regum ſuorum; ſed quod hæ maxima ex parte iure conſuetudinario vtantur, vt illæ maxima ex parte iure ſcripto.

k) Antonius Mornacius ſcripſit *Obſeruationes ad viginti quatuor libros Digeſtorum, nec non ad aliquot libros Codicis*, in quibus docet, iuris Romani & Gallici conuenientiam & diſcrepantiam. Automne in lucem dedit *la Conference du droit François auec le droit Romain, en laquelle les tiltres & loix des digeſtes, ou pandectes, & du Code du droit ciuil, ſont confirmés, interpretés, ou abrogés, par Edicts & ordonnances Royaux, arreſts des Cours ſouueraines, deciſions, & authorités des plus celebres Iuriſconſultes de France, & autres Royaumes.* Bugnon ſcripſit *les Loix abrogées.* Iulianus Tabœtius libro, quo tractat *Paradoxa Regum, & ſummi magiſtratus priuilegia, dignitates & axiomata, ſect. 1.* poſtquam *pag. 41.* docuit, Iuſtinianæi codicis reſcripta, collationes & authenticas, prudentumq; reſponſa in Gallia legi, & tanquam honeſti & æqui deciſiones retineri, nomine tamen legis & Imperialis decreti prorſus repudiato; *pag. 44. & ſubſeq.* ad ſpecialem enumerationem, ſecundum ordinem titulorum codicis accedit, quam hic lectori communicatum eo. Obſeruatur (inquit ille) indubie titulus ille *de ſumma Trinitate & fide Catholica, & vt nemo de ea publice diſputare, vel contendere audeat.* Obſeruatur quoad fidem, qua creditur indiuidua diuinæ ſubſtantiæ monas, & trium diſtinctio perſonarum. Altius tamen inueſtigandæ veritatis ſtudio, reperiuntur publicæ diſputationes & ſcholaſticæ quæſtiones, non obſtinatæ contentionis aut captioſæ dubitationis via, in ſcholis, veluti Sorbonicis & monaſticis collegiis videre eſt. Obſeruatur titulus *de Sacroſanctis Eccleſiis, & de rebus & priuile-*

uilegiis earum. Obſeruatur quidem quoad titulum, & bona, quæ ſunt de antiquo militantis Eccleſiæ patrimonio, non autem quoad nouas poſſeſſiones & cenſuales prouentus, quos Eccleſia ſine regio diplomate nequit adipiſci, & niſi impetrato prius morticinii iure (*amortiſſement*). Prima itaque lex *de ſacroſanctis Eccleſiis*, permittens vt vnusquisque de ſuis bonis catholico relinquat collegio, in vltima voluntate, in Regno Franciæ repudiatur, quoad rerum immobilium poſſeſſiones, & prædia clientelaria; id eſt, quæ ſunt de feudo & retrofeudo principis, aut alterius patroni, dominiue beneficii vel beneficiarii, qui dicitur Vaſallus. Repudiantur penitus Authentica, *ingreſſi*, & Authentica, *ſi qua mulier, in eodem titulo*, vt quæ ex diametro repugnare videantur Regiis ſanctionibus, prædiorum translationem in perſonas Eccleſiaſticas prohibentibus, velut fiſcalis obſequii & tributariæ functionis immunes: quia dicuntur perſonæ mortuæ; nempe ſi tales authenticæ locum haberent in Gallia, totius dubio procul regni poſſeſſiones, prædiorumque reditus vniuerſi modico temporis interſtitio tranſirent in Eccleſiam, cum ſuis iuribus perpetuis, & vectigalibus. Quemadmodum ab initio creſcente pullulantis Euangelii notitia factum cognoſcimus, propter morum integritatem eorum, qui naſcenti præerant Eccleſiæ. In quorum gratiam breui ſpatio locuples euaſit Eccleſia, religionis argumento. Atqui religio diuitias peperit immodicas, vnde prodiit luxus & vitæ turpitudo. Matrem igitur filia ſuffocauit, quia diuitiæ terreſtres priſtinos Eccleſiaſticorum mores proſtituerunt, vt hodie quaſi milites Ethnici, & argyraſpides triumphare non militare videantur, ſub crucis Dominicæ clypeo: imo perſonati Chriſtianæ quaſi frugalitatis profeſſores, Euangelicam repudiantes militiam in caſtris Romuli ſtipendia facere iudicentur. Titulus *de Epiſcopis & clericis* non obſeruatur, quoad deciſionem legis primæ, vetantis clericos hoſpitio grauari & onera ſubire extraordinaria: nam ſi princeps cum ſuo comitatu peregrinetur, ſuos regionatim populares viſitandi gratia, citra delectum incolæ vniuerſi, cuiuſcunque ſint ordinis, aulicos hoſpitio recipere coguntur. Si Regius præterea tranſeat exercitus, cuilibet cohorti militum aſſignantur hoſpitia, in caſis & ædibus incolarum. Metatores tamen, & epidimetrii ſolent abſtinere à curionis hoſpitio, & epiſcopi, niſi neceſſitas vrgeat. Si lex illa exacte ſeruaretur in Gallia, nullus, procul dubio, peregrinus, aut Regius miniſter, hoſpitio reciperetur voluntario; Nam omnes propemodum municipes & incolæ ab ipſo natiuitatis limine muniuntur areola, & fiunt cleri, ſanctitatis Eccleſiaſticæ, & aſyliæ præſidium recipientes, viliſſimo, & quaſi gratuito pretio. Omnes enim mercatores, aduocati, cognitores, pragmatici, tabelliones, ſcribæ, quadrigarii, muliones, agricolæ, caupones, nautæ & mediaſtini, in fraudem Regiæ notionis, Eccleſiaſticum pro quinque ſolidis characterem aſſequuntur. Repudiatur in Gallia

deciſio

deciſio legis, *ſi quis, non dicam rapere, ſed attentare, de Epiſc. & cleric.* vbi conatus citra operis externi progreſſum & executionem, punitur. Nam in Franciæ regno nunquam punitur affectus, ſi deſit effectus, nullo tamen modo remanet impunita temeritas, audacia & voluntas actus, imo caſtigatur, ſi res exemplum requirat, atroci ſupplicio, propter attentati facinoris enormitatem. Repudiatur ſanctio Diocletiani, & Maximini, in titulo *de Sicariis, Cod. l. is qui cum telo ambulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is, qui hominem occiderit, legis Corneliæ de Sicariis pœna coërcetur.* Repudiatur Valentiniani, Valentis & Gratiani, trium Impp. conſtitutio, *l. ſi quis necandi infantis, eod. tit.* vbi aggreſſus infantem, ſtudio perimendi, punitur velut homicida, quamuis nullum fuerit homicidium ſecutum. Ab vſu forenſi diſceſſit lex prima, *de extraordin. crimin.* vbi pernicioſæ libidinis voluntas citra ſceleris effectum punitur. In iudiciis locum non habet, lex, *diuus, ff. de ſicariis.* vbi voluntas ſpectatur, non exitus. (In crimine perduellionis ſola voluntas punitur, licet pœnitentia acceſſerit. Exemplum vide apud Bodinum *de Republ. lib.* 4. *c.* 7. *pag.* 734.) Repudiatur lex, *quiſquis, Cod. ad L. Iul. Maieſt.* lex, *ſi quis ſeruo alieno, De Furtis,* lex, *ſi quis in tanta, vnde vi.* lex, *extat, Quod vi metuſque cauſa.* Repudiatur Vlpiani reſponſum, *in tit. de furtis, ff. l. qui ea mente; l. quis ſit fugitiuus, de ædilit. edicto. l. vn. C. ſi quacunque præditus poteſtate.* Abiit in deſuetudinem Authentica, *generaliter, de Epiſc. & cleric.* vbi non auditur litigator offerre libellum paratus, niſi caueat in iudicii limine, de expenſis reſtituendis, ſi contingat, eum condemnatum iri. Nam ſi locum haberet talis authentica, pauperibus denegaretur iuſtitia, propter difficultatem cautionis inueniendæ. In Galliæ liberum eſt cauſis in omnibus libellum offerre iudicibus, ſublata cautionis mentione. A iudiciis & moribus abiit lex 2. *de Epiſcop. audientia l. ſi Clericus,* vbi punitur, in quinquaginta libris argenti, clericus appellans temere ante definitiuam ſententiam. Hodie per ordinationes Regias definitæ ſunt omnes mulctæ ciuiles, recipiuntque mitigationem arbitratu Iudicum, & applicantur fiſco, non pauperibus; Pauperes enim ſuas habent erogationes, eleemoſynas, & Xenodochia, Regiis largitionibus locupletata. Edicto Regio nominatim cautum legimus, ne iudices mulctas addicant egenis, & piis locis, Rex quippe ſuos habet Eleemoſynarios, qui vocantur à Iuſtiniano, Comites largitionum. Omnis temerariæ prouocationis mulcta ſuos habet fines, extra quos progredi non licet in priuatis cauſis: At in publicis ſecus, vt à Claudio, ſcite & breuiter, reſponſum eſt, *in l. aut facta, §. nonnunquam, de pœn,* vbi multis delinquentibus in aliqua ſceleris ſpecie, magiſtratus poteſt transgredi pœnas legum, vt pœna vnius ſit multorum metus: *arg. l. capitalium, §. famoſos & graſſatores, eod. tit. & l. qui cædem, de ſicar. ad legem Corneliam, l. quicunque C. de hæreticis.* Ordinaria temere prouocantium

 mulcta,

uilegiis earum. Obſeruatur quidem quoad titulum, & bona, quæ ſunt de antiquo militantis Eccleſiæ patrimonio, non autem quoad nouas poſſeſſiones & cenſuales prouentus, quos Eccleſia ſine regio diplomate nequit adipiſci, & niſi impetrato prius morticinii iure (*amortiſſement*). Prima itaque lex *de ſacroſanctis Eccleſiis*, permittens vt vnusquisque de ſuis bonis catholico relinquat collegio, in vltima voluntate, in Regno Franciæ repudiatur, quoad rerum immobilium poſſeſſiones, & prædia clientelaria; id eſt, quæ ſunt de feudo & retrofeudo principis, aut alterius patroni, dominiue beneficii vel beneficiarii, qui dicitur Vaſallus. Repudiantur penitus Authentica, *ingreſſi*, & Authentica, *ſi qua mulier, in eodem titulo*, vt quæ ex diametro repugnare videantur Regiis ſanctionibus, prædiorum translationem in perſonas Eccleſiaſticas prohibentibus, velut fiſcalis obſequii & tributariæ functionis immunes: quia dicuntur perſonæ mortuæ; nempe ſi tales authenticæ locum haberent in Gallia, totius dubio procul regni poſſeſſiones, prædiorumque reditus vniuerſi modico temporis interſtitio tranſirent in Eccleſiam, cum ſuis iuribus perpetuis, & vectigalibus. Quemadmodum ab initio creſcente pullulantis Euangelii notitia factum cognoſcimus, propter morum integritatem eorum, qui naſcenti præerant Eccleſiæ. In quorum gratiam breui ſpatio locuples euaſit Eccleſia, religionis argumento. Atqui religio diuitias peperit immodicas, vnde prodiit luxus & vitæ turpitudo. Matrem igitur filia ſuffocauit, quia diuitiæ terreſtres priſtinos Eccleſiaſticorum mores proſtituerunt, vt hodie quaſi milites Ethnici, & argyraſpides triumphare non militare videantur, ſub crucis Dominicæ clypeo: imo perſonati Chriſtianæ quaſi frugalitatis profeſſores, Euangelicam repudiantes militiam in caſtris Romuli ſtipendia facere iudicentur. Titulus *de Epiſcopis & clericis* non obſeruatur, quoad deciſionem legis primæ, vetantis clericos hoſpitio grauari & onera ſubire extraordinaria: nam ſi princeps cum ſuo comitatu peregrinetur, ſuos regionatim populares viſitandi gratia, citra delectum incolæ vniuerſi, cuiuscunque ſint ordinis, aulicos hoſpitio recipere coguntur. Si Regius præterea tranſeat exercitus, cuilibet cohorti militum aſſignantur hoſpitia, in caſis & ædibus incolarum. Metatores tamen & epidimetrii ſolent abſtinere à curionis hoſpitio, & epiſcopi, niſi neceſſitas vrgeat. Si lex illa exacte ſeruaretur in Gallia, nullus, procul dubio, peregrinus, aut Regius miniſter, hoſpitio reciperetur voluntario; Nam omnes propemodum municipes & incolæ ab ipſo natiuitatis limine muniuntur areola, & fiunt cleri, ſanctitatis Eccleſiaſticæ, & aſyliæ præſidium recipientes, viliſſimo, & quaſi gratuito pretio. Omnes enim mercatores, aduocati, cognitores, pragmatici, tabelliones, ſcribæ, quadrigarii, muliones, agricolæ, caupones, nautæ & mediaſtini, in fraudem Regiæ notionis, Eccleſiaſticum pro quinque ſolidis characterem aſſequuntur. Repudiatur in Gallia

deciſio

deciſio legis, *ſi quis, non dicam rapere, ſed attentare, de Epiſc. & cleric.* vbi conatus citra operis externi progreſſum & executionem, punitur. Nam in Franciæ regno nunquam punitur affectus, ſi deſit effectus, nullo tamen modo remanet impunita temeritas, audacia & voluntas actus, imo caſtigatur, ſi res exemplum requirat, atroci ſupplicio, propter attentati facinoris enormitatem. Repudiatur ſanctio Diocletiani, & Maximini, in titulo *de Sicariis, Cod. l. is qui cum telo ambulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is, qui hominem occiderit, legis Corneliæ de Sicariis pœna coërcetur.* Repudiatur Valentiniani, Valentis & Gratiani, trium Impp. conſtitutio, *l. ſi quis necandi infantis, eod. tit.* vbi aggreſſus infantem, ſtudio perimendi, punitur velut homicida, quamuis nullum fuerit homicidium ſecutum. Ab vſu forenſi diſceſſit lex prima, *de extraordin. crimin.* vbi pernicioſæ libidinis voluntas citra ſceleris effectum punitur. In iudiciis locum non habet, lex, *diuus, ff. de ſicariis.* vbi voluntas ſpectatur, non exitus. (In crimine perduellionis ſola voluntas punitur, licet pœnitentia acceſſerit. Exemplum vide apud Bodinum *de Republ. lib. 4. c. 7. pag. 734.*) Repudiatur lex, *quiſquis, Cod. ad L. Iul. Maieſt.* lex, *ſi quis ſeruo alieno, De Furtis,* lex, *ſi quis in tanta, vnde vi.* lex, *extat, Quod vi metuſque cauſa.* Repudiatur Vlpiani reſponſum, *in tit. de furtis, ff. l. qui ea mente; l. quis ſit fugitiuus, de ædilit. edicto. l. vn. C. ſi quacunque præditus poteſtate.* Abiit in deſuetudinem Authentica, *generaliter, de Epiſc. & cleric.* vbi non auditur litigator offerre libellum paratus, niſi caueat in iudicii limine, de expenſis reſtituendis, ſi contingat, eum condemnatum iri. Nam ſi locum haberet talis authentica, pauperibus denegaretur iuſtitia, propter difficultatem cautionis inueniendæ. In Galliæ liberum eſt cauſis in omnibus libellum offerre iudicibus, ſublata cautionis mentione. A iudiciis & moribus abiit lex 2. *de Epiſcop. audientia l. ſi Clericus,* vbi punitur, in quinquaginta libris argenti, clericus appellans temere ante definitiuam ſententiam. Hodie per ordinationes Regias definitæ ſunt omnes mulctæ ciuiles, recipiuntque mitigationem arbitratu Iudicum, & applicantur fiſco, non pauperibus; Pauperes enim ſuas habent erogationes, eleemoſynas, & Xenodochia, Regiis largitionibus locupletata. Edicto Regio nominatim cautum legimus, ne iudices mulctas addicant egenis, & piis locis, Rex quippe ſuos habet Eleemoſynarios, qui vocantur à Iuſtiniano, Comites largitionum. Omnis temerariæ prouocationis mulcta ſuos habet fines, extra quos progredi non licet in priuatis cauſis: At in publicis ſecus, vt à Claudio, ſcite & breuiter, reſponſum eſt, *in l. aut facta, §. nonnunquam, de pœn.* vbi multis delinquentibus in aliqua ſceleris ſpecie, magiſtratus poteſt transgredi pœnas legum, vt pœna vnius ſit multorum metus: *arg. l. capitalium, §. famoſos & graſſatores, eod. tit. & l. qui cædem, de ſicar. ad legem Corneliam, l. quicunque C. de hæreticis.* Ordinaria temere prouocantium

mulcta dicitur fraus ſexagenaria, quam ſoli Iudices tribunalarii, & Senatores ordinis ampliſſimi ſolent indicere, non alii magiſtratus inferiores. Argenti libræ quinquaginta valent auri quinque pondo, quæ mille libris Turonenſibus æquipollent: Ideo tanquam immodica non eſt in vſu, propter exceſſum & grauitatem eo tempore definitam, quo pecuniæ erant neglectui. Non ſeruatur in Gallia titulus *de iis, qui ad Eccleſias confugiunt, & ne quis ab Eccleſia extrahatur.* Hodie capiuntur omnes maleficiorum rei, debitores priuati, & publici, & ab Eccleſia extrahuntur, ſaluo tamen reſtitutionis iure, poſtquam fuerit cognitum de crimine, aut meritis controuerſiæ. Si talis titulus paſſim obſeruaretur, omnia crimina remanerent impunita, omnes obligationes nexiles ſuſpenſæ prorſus remanerent; Eccleſia cenſeretur, optimo iure, ſpelunca latronum, & aſylum iniquitatis. Nam ius aſyliæ ſublatum eſt in Gallia, quantum ad iuris & cauſæ dictionem, quoad comprehenſionem & defenſionem corporis, & perſonæ, citra fraudem, ac captionem iuris Eccleſiaſtici, quod relinquitur integrum. Non obſeruatur titulus *de precibus Imperatori offerendis*: præſertim Authentica, *quæ ſupplicatio*, vbi ſententia præfectorum prætorio non mandatur executioni, ſi intra decem dies porrigatur ſupplex erroris prouocatio, ſatisdatione præſtita. In Gallia ad ſolum recurritur principem, à quo ſupplex diploma ſolet impetrari, depoſitis apud acta duodecies vicenis libris; articulus Regiarum ordinationum CXXXVI. ita iubet, edicto principali. Non ſeruatur in Gallia titulus, *quando libellus principi datus, facit conteſtationem litis.* Solus enim libellus oblatus principi, non operatur conteſtationem, niſi fuerit agnitus, & inſinuatus Iudici, vt qui poſſit repudiari & abnui, quamuis liliato ſigillo fuerit inſignitus. Ideo ſolet interrogari reus, impetrato veniali diplomate, ſi velit vti, & agnoſcere contenta in eo ſingula capita. Non obſeruatur titulus, *vt lite pendente, vel poſt prouocationem, aut definitiuam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare.* Nimirum principi ſupplicatio porrigitur, & ab eo quotidie preces, decretis munitæ legitimis, obtinentur, vbicunque ſubeſt æquitas, è re nata procedens, modo fiat ſimplex veritatis expreſſio, & iudicialis ſtatus relatio, cum clauſulis aſſuetis, quæ Gallicis verbis in hanc formam concipiuntur: *Non obſtant l'eſtat du procés inſtruit, couché en droit, & conclus, rigueur de droit, vz & couſtume du Pays, que ne voulons nuire, ny preiudicier &c. ains l'auons releué, & releuons de grace ſpeciale, par ces preſentes.* Non obſeruatur titulus; *vt omnes iudices, tam ciuiles quam militares, poſt adminiſtrationem depoſitam quinquaginta dies in ciuitatibus certis locis permaneant.* Nam in Gallia Magiſtratus Regii, & codicillares, ſunt perpetui. Non obſeruatur titulus, *de contractibus iudicum, vel eorum, qui ſunt circa eos &c.* Eadem ratione non obſeruatur lex vnica, *ſi rector prouinciæ &c.* neque lex vnica, *ſi quacunque præditus poteſtate &c.* neque lex, *quicumque.*

C. *ſi*

C. ſi cert. petat. lex, eos, eod. t. lex, principalibus, ff. de reb. credit &c. Eo ſiquidem tempore magiſtratus erant fiduciarii, momentanei, & annui plerumque. Abierunt ab vſu viginti & nouem illi tituli, qui in primo Iuſtinianæi codicis libro reperiuntur, à titulo, *de officio præfecti prætoriorum &c.* vſque ad titulum *de edendo*, in quibus nomina & partes magiſtratuum Romanorum Gothicis verbis explicantur. Liber *ſecundus* codicis obſeruatur in Gallia quoad ſequentes titulos, & eorum deciſiones: titulus *de edendo*, titulus *de pactis*, titulus *de tranſactionibus*, titulus *de errore calculi*, titulus *de poſtulando*, titulus *de aduocatis fiſci*, titulus *de errore aduocatorum*, titulus *vt quæ deſunt aduocatis, &c.* titulus *ex quibus cauſis infamia irrog.* titulus *de procuratoribus*, titulus *ne liceat potentioribus*, titulus *vt nemini liceat ſine iudicis autoritate &c.* titulus *ne fiſcus vel reſpublica procurationem &c.* titulus *de negotiis geſtis*, titulus *de his quæ vi metusque cauſa*, titulus *de dolo malo*, titulus *de in integrum reſtitutione &c.* cum ſuis capitibus triginta tres habentibus titulos, vſque ad rubricam *de alienatione iudicii mutandi cauſa facta*, titulus *de arbitris*. Obſeruatur *tertius* codicis liber in Gallia, quoad hoſce titulos: titulus *de iudiciis*, titulus *de pedaneis iudicibus*, titulus *qui pro ſua iuriſdictione iudices dare &c.* titulus *ne quis in ſua cauſa*, titulus *qui legitimam perſonam ſtandi &c.* titulus *vt nemo inuitus agere &c.* titulus *de dilationibus*, titulus *de feriis*, titulus *de iuriſdictione omnium iudicum*, titulus *quando Imperator inter pupillos*, titulus *vbi de criminibus agi oporteat*, titulus *vbi de poſſeſſione agi oporteat*, titulus *vbi fideicommiſſum peti oporteat*, titulus *vbi conueniatur, qui certo loco, &c.* titulus *vbi in rem actio &c.* titulus *vbi de hereditate agitur*, titulus *vbi de ratiociniis*, titulus *vbi Senatores &c.* titulus *in quibus cauſis militantes &c.* titulus *quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare*, titulus *de inofficioſo teſtamento*, titulus *de inofficioſis donationibus*, titulus *de inofficioſis dotibus*, titulus *de petitione hereditatis*, titulus *de rei vindicatione*, titulus *de vſufructu &c.* titulus *de ſeruitutibus & aqua*, titulus *de lege Aquilia*, titulus *familiæ herciſcundæ*, titulus *communi diuidundo*, titulus *communia vtriusque iudicii*, titulus *finium regundorum*, titulus *de conſortibus eiusdem litis*, titulus *ad exhibendum*. Liber *quartus* codicis obſeruatur in Gallia quoad hoſce titulos:

De rebus creditis & iureiurando.	*De Obligat. & Action.*
Si certum petatur.	*Vt actiones ab herede &c.*
De ſuffragio.	*Ne vxor pro marito &c.*
De prohibita ſequeſtr. pec.	*Ne filius pro patre &c.*
De Condictione indebiti.	*Quando fiſcus vel priuatus &c.*
De Condictione ob cauſam datorum.	*De hereditariis actionibus.*
De Condictione ob turpem cauſam.	*Ex delictis defunctorum &c.*
De Condictione furtiua.	*De conſtituta pecunia.*
De Condictione ex Lege &c.	*De probationibus.*

De

De Teſtibus.
De Fide Inſtrumentorum.
Plus valere quod agitur &c.
De actione pignoratitia.
De exercitoria & Inſtitutor.
Quod cum eo, qui in aliena pot. &c.
Per quas perſonas &c.
Ad SCt. Macedon. quoad rationes.
Ad SCt. Velleian. quoad rationes.
De non num. pecunia.
De Compenſationibus.
Depoſiti.
Mandati.
Pro ſocio.
De contrahenda emptione.

Cum reliquis titulis vſque ad finem libri. *Quintus* liber, codicis raro in ſcholis legitur, neque frequenter obſeruatur, niſi in argumentum; præſertim titulus *de nuptiis*, quia ſeruatur ius Pontificium, & illi decretales tituli *de ſponſalibus & matrimoniis*, titulus *de deſponſatione impuberum*, titulus *de ſecundis nuptiis*. Obſeruatur tamen ad vnguem titulus *de inceſtis nuptiis*, quoad duas authenticas ibi ſitas; authenticam, *inceſtas*, & authenticam, *ex complexu*. Obſeruatur titulus *de interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem*, titulus *de ſecundis nuptiis*, quoad legem, *hac edictali*, titulus *ſi ſecundo nupſerit mulier*, titulus *de iure dotium*, titulus *de tutel. & prædiis minorum*. Repudiatur titulus *de naturalibus liberis*, lex *ſi qua illuſtris*, & titulus *ad Orfitian.* authentica *licet*, *de natur. liber.* In Regno Franciæ ſpurii, & naturales tantum, neque patri neque matri ſuccedunt, vt coërceatur omnis extra matrimonium coitus. *Sextus* Codicis liber non obſeruatur quoad extrinſecas ſolemnitates teſtamentorum. Valet enim teſtamentum coram duobus aut tribus teſtibus factum, ſecundum deciſionem decretal. *cum eſſes X. de Teſtament.* ita ſcriptum reliquit Iohan. Faber *ad l. 1. C. de ſumma Trinit.* Neque vero hereditariæ poſſeſſionis adeptio neceſſaria eſt: Imo filius mortuo ſtatim patre dominus & poſſeſſor efficitur omnium bonorum, quæ pater habuit tempore mortis. Ideo non obſeruantur lex, *cum heredes, de acquirenda poſſeſſ.* neque titulus *de iure deliberandi*, titulus *de edicto D. Hadriani tollendo*, titulus *quorum bonorum*. Pater quippe moriens filium ſuum facit dominum, & poſſeſſorem, quamuis abſentem & ignorantem: vt illi competant interdicta retinendæ. & recuperandæ poſſeſſionis, licet nunquam fuerit præſentem aſſecutus poſſeſſionem. Idem Iohan. Faber, Gallorum ICtus *in §. ſui, Inſtit. de hered. qualit. & diff.* docuit, obſeruari in iudiciis, & ita centies vidimus obſeruari. Liber *Septimus* codicis, quamuis in Gallia repudietur, quoad titulum *de vindicta*, titulum *de teſtam. manum.* titulum *de L. Fuſ. Can.* titulum *de fideicom. libert.* titulum *de deditia libertate toll.* titulum *de libert. Latina toll.* titulum *de communi ſeruo manum.* titulum *de Ingen. & manum.* titulum *de Liberali cauſa*; cum ſimilibus: obſeruantur tamen tituli,

Ne de ſtatu defunct.
De Vſucapione pro empt. vel transact.
De Vſucap. pro donato, & pro herede.
Communia de Vſucap.

De

De Vſucap. transformanda.
De acquirend. & retinend. poſſeſſ.
De præſcript. longi tempor.
In quibus cauſis ceſſet.
De quadriennii præſcript.
De præſcript. 30. vel 40. annorum.
De Alluuion. & palud.
Triginta tituli de materia Iudiciorum, ſententiarum, appellationum & fiſcalium priuilegiorum.

Non obſeruatur lex 2. *de ſent. ex breuic. recitandis*, vbi iubetur, ſententias omnes proferri partibus oraculo iudicis. Hodie in Gallorum prætoriis & forenſibus comitiis, omnes ſententiæ iudiciales per actuarios enunciantur litigatoribus, exceptis maioris exempli paucis, quæ diebus tribunalibus & ſolemnibus in Senatu, præſidis miniſterio proferuntur. *Octauus* liber obſeruatur quoad deciſiones, argumenta & rationes, non quoad ſolemnitates interdictorum. Obſeruatur quoad hypothecas & pignora: quoad exceptiones, contractus ſtipulationum, fideiuſſiones, nouationes, ſolutiones, euictiones, adoptiones, emancipationes, poſtliminia, donationes. Non obſeruantur illa SCta Romanorum, vt Piſonianum, Rubrianum, Daſumianum, Viuianum, Articulianum, Apronianum, Aemilianum, Libonianum, Turpillianum, Largianum, & Sabinianum. Non repudiatur omnino Macedonianum, quoad rationes & argumenta: Velleianum, Plautianum, Silanianum, Claudianum, Trebellianum quoad quartas, Pegaſianum quoad fideicommiſſarias reſtitutiones; Tertullianum & Orficianum, quoad ſucceſſiones. *Nonus* liber Codicis quoad nomina maleficiorum, rationes, exempla, deciſiones, & argumenta, nonnihil obſeruatur in foro Iudicum obnoxiorum, non autem in Senatu legibus Romanis ſuperiore, cuius tanta habetur autoritas, vt quando iudicat contra leges ſcriptas, videatur in ea ſpecie nouam legem condere. Ideo non obſeruantur, quoad priuatos, titulus *de iis qui accuſ. non poſſunt*, titulus *de accuſat. & inſcript.* Solus in Gallia fiſcus habet ius accuſationis inſtituendæ ad vindictam publicam, cæteri vero priuati homines, priuatam perſequuntur iniuriam, actione ciuili, ex delicto publico deriuata, veluti ex crimine falſi duæ prodeunt actiones, altera ciuilis, ad reparationem priuati damni; altera criminalis, ad vindictam publicam, quam fiſcalis magiſtratus exercet publico nomine: vt in ſpecie *leg. damus, & leg. præbemus, C. de falſis. l. fin. ff. de priu. delict.* Obſeruatur in Gallia titulus *quando ciuilis actio præiud. criminali*, titulus *de Ordine Iudic.* Titulus, *ad SCtum Turpillianum*, ſublatus eſt in Gallia, & pœna SCti ceſſat, quæ quondam fuit quinque auri librarum aduerſus deſiſtentes, vltra notam infamiæ. A foro diſceſſit titulus *de adulteriis*; imo prohibetur adulterii delatio, niſi viro aut vxore palam conquerente. gloſſa *in § fin. de concubinis in pragmatica ſanctione*: ne matrimonia patiantur infamiam, caſtigatur tamen adulterium, quando raptus, aut violentia præceſſit. Benedictus Tholoſan. *in c. Raynutius*, vbertim hanc materiam & pluribus ſymbolis aperuit. Non obſerua-

ſeruatur titulus *de exhibendis & tranſmittendis reis*, *quoad legem primam*, vbi miles à præſide captus mittitur ad magiſtrum militum ſub fida cuſtodia. Imo præſes prouinciæ cenſetur vbique iudex iuſtus, omnium in ſua delinquentium prouincia, ſiue ſint milites, ſiue Senatores, niſi militare crimen admiſerint in caſtris. Ita deciſum reperitur Regiis ſanctionibus, quibus congruit titulus *vbi de criminibus agi oporteat*, & authentica, *qua in prouincia*. Obſeruatur titulus, *vbi Senatores, vel Clariſſimi &c.* vbi dignitas, vel priuilegium non impedit quo minus conueniatur reus, vbi deliquit. Obſeruatur titulus *vbi quis de curiali vel cohortali aliaue conditione conueniatur*. Non obſeruatur lex 11. *de exhib. reis*, per quam prohibetur abductio in carceres, & nexus corporis, aduerſus eos, qui non ſunt conuicti de crimine. Prohibetur etiam accuſatio, niſi præcedat inſcriptio ad pœnam talionis. Nam in Gallia ſufficit infamia publici criminis, cum indicio veriſimili, vt quis ſuo periculo recipiatur queribundus accuſator, neque detinetur accuſator, niſi in receſſu litis, quando in lucem emergit euidens calumnia. Nulla ad hæc exigitur inſcriptio, ad pœnam talionis, niſi in ſolo falſi crimine. Non obſeruatur titulus *de cuſtodia reorum*, præſertim quoad authenticam, *hodie nouo iure*, vbi mulier declaratur immunis à carcere, pro cauſa fiſcali, pecuniaria & criminali, imo moribus & legibus forenſibus ſeorſim in cauſa criminis detinetur. Nec obſeruatur titulus, *ſi quis Imperatorii maledix.* quoad remiſſionem delinquentis ad principem. Nullus quippe temerarius oblocutor remittitur ad principem caſtigandus, ſed ſine mora punitur à præſide prouinciæ, in qua deliquit, ſublata fori præſcriptione. Obſeruantur tituli

De priuatis carc. inhib.
Si reus vel accuſ. mortuus.
De raptu virginum.
Ad L. Iul. maieſt.
Si quis eam cuius tutor &c.
De falſa moneta.
De mutat. nominis.
De crimine peculatus.
De ſeditioſis.
De crimine Stellionatus.
De emendat. ſeruor.
De emendat. propinquorum.
De Iniuriis.
De famoſis libellis.
De iis, qui latron. vel aliis crim. reos occultau.
De requirendis reis.
De Malefic.
De bon. cor. qui mortem ſibi conſciu.
De ſentent. paſſ. & reſtitutis.

Non obſeruantur, titulus & l. vnica *de mulier. quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt*, quoad duo capita: ſeruantur tamen quoad filios ſpurios, qui declarantur incapaces ſucceſſionis maternæ: Titulus *ad l. Iul. de vi publ.* maxime quoad legem primam, vbi res vxoris capi non poſſunt ob debitum viri, & capiens vim committit. Imo res mobiles vxoris cenſentur eſſe viri, & citra delictum auferuntur, moribus præfecturæ & municipii Pariſienſis: Titulus *ad L. Cornel. de ſicar.* quo ad ſolos occidendi affectus, qui non puniuntur citra externi

operis

operis executionem, vt ſupra dictum eſt. Titulus *de iis, qui parentes, vel lib. occid.* quoad genus ſupplicii; nam alia pœnæ ſpecies ſolet imponi parricidii reis. Titulus *ad L. Flau. de plagiar.* Titulus *ad L. Viſcell.* Titulus *ad L. Corn. de falſis.* Nullus hodie in Gallia recipitur ad delationem falſi priuatus, niſi ſolemni more ſeſe apud acta protinus inſcripſerit. Excipitur fiſci procurator, qui nullis obnoxius inſcriptionibus, redarguit, & perſequitur reos falſi. Titulus *ad L. Pomp. de parric.* Obſeruantur, titulus *furti aduerſus naut. caup. ſtabul.* titulus *ſi familia furtum fec. dicat.* titulus *de incendio, ruina, nauf.* titulus *de concuſſ.* titulus *de receptat.* titulus *de collegiis illicitis.* Hucusque Taboetius. (*Quant aux riuieres & riuages d'icelles, combien qu'en droit elles fuſſent toutes publiques, & la peſcherie en icelles, permiſe à vn chacun:* §. flumina, Inſtit. de R. D. *ſi eſt-ce qu'en France on diſtingue les nauigables d'auec les non-nauigables: & pour le regard de non-nauigables, elles ſont dominii priuati, & appartiennent aux particuliers, & par conſequent au haut iuſticier, à faute d'autre maiſtre. Mais les nauigables, eſtans publiques, ainſi que les grands chemins, le Roy s'en eſt attribué la Seigneurie, & par conſequent des isles, & atterriſſements, eſtans dedans icelles: de ſorte que le* §. inſula t. de rer. diuiſ. *& toute la matiere des alluuions du droict Romain, n'eſt prattiquée en France, & auſſi la peſcherie n'eſt point permiſe à vn chacun, comme au droit Romain:* Loyſeau *des Seigneuries chap. 12. n. 120. pag. 192.* Bacquet *au traitté des droits de Iuſtice chap. 30. n. 5. & 6.*) Licet littora & flumina de iure Romano fuerint publica, & piſcatio in iiſdem vnicuique permiſſa: §. *flumina, Inſtit, de rer. diuiſ.* in Francia tamen diſtinguitur inter nauigabilia & non nauigabilia. Non nauigabilia ſunt dominii priuati, & certarum perſonarum, ac per conſequentiam eius, qui ibi faſces habet, quem altum Iuſtitiarium nuncupant, ſi ſcilicet nullus ſuperſit priuatus dominus. Nauigabilia vero, cum publica ſint, æque vt viæ publicæ Regis ſunt, vna cum inſulis, quæ in iiſdem reperiuntur. Sic itaque tota alluuionis materia, prout in iure Romano declaratur, in Francia nullum habet locum, & ita quoque piſcatio ibi omnibus permiſſa non eſt, ſecus ac ius Romanum conſtituit. *En l'an M DCVI. par l'edict du Roy, verifié au Parlement le XXII. Maii M DCVII. fut abrogé SCtum Velleianum, vna cum authentica, ſi qua mulier:* le Mercure François *tom. 1. pag. 342.* Eſtienne Paſquier *és recherches de la France liu. 9. chap. 41.* (*En France nul n'eſt infame* ipſo facto, *ains c'eſt vne regle generale, que tout ce qu'auoit lieu* ipſo iure, vel ipſo facto, *au droit Romain, requiert à nous ſentence declaratiue.*) In Gallia nemo ipſo facto infamis eſt, ſed inibi generalis viget regula, omne quod in legibus Romanis ipſo iure, vel ipſo facto locum habuit, requirit ſententiam declaratoriam: Loyſeau *des offices liu. 1. chap. 13. n. 50. pag. 212.* (*L'eſtat & condition des tauerniers eſtoit vile, & abiecte en l'Empire Romain, & encores auiourd'huy eſt en Italie:* l. humilem, C. de inceſt. nupt. *& eſt remarquée*

leur improbité l. 1. & 2. ff. nautæ, caupones &c. *Mais en France eſt autrement, parce que les hoſtelliers pour la pluſpart, meſmes ſur les grands chemins, & és bonnes villes, ſont honneſtes, & és hoſtelleries la reception y eſt auec beaucoup de ciuilité: Pourquoy n'en faut iuger ſelon le droit Romain*: Coquille *ſur les couſtumes de Niuernois tilt. des hoſtelliers & tauerniers, artic.* 1. *pag.* 687.) Conditio cauponum apud Romanos vilis erat, & abiecta, & eſt adhuc in Italia: *l. humilem, C. de inceſt. nupt.* improbitatis eorum fit mentio *in l.* 1. *&* 2. *verſ. miratur, ff. naut. caupon. &c.* in Gallia vero aliud obtinet. Ibi enim caupones, vt plurimum, ad vias Regias, & in ciuitatibus maioribus, ſunt honeſti & recipiunt hoſpites ſatis ciuiliter: itaq; de illis non iudicatur ſecundum ius ciuile. (*Il eſt dit par toutes les couſtumes de France, que l'inſtitution d'heritier n'a point de lieu, c'eſt à dire, qu'elle n'eſt neceſſaire pour la validité d'vn teſtament* (ſine qua apud Romanos corruebat teſtamentum) *& qu'elle vaut ſeulement par forme de legs. Arreſts colligés par* Bouguier *lit. S. n.* 11. *pag.* 377.) Conſuetudines Franciæ dicunt, inſtitutionem heredis non habere locum, id eſt, eam non eſſe neceſſariam ad ſubſiſtentiam teſtamenti, (ſine qua apud Romanos corruebat teſtamentum) & quod valida ſit etiam ſola ſub forma legati. In Gallia heredes omnes ſunt ſui heredes; (*y ayant non ſeulement vne continuation de Seigneurie, comme au droit Romain; mais encor vne continuation de poſſeſſion, & ſaiſie du defunct à l'heritier, par la couſtume generale; Le mort ſaiſit le vif. Et de faict, nous prattiquons indiſtinctement, en conſequence de ceſte regle (meſmement à l'esgard des heritiers collateraux) qu'il n'eſt beſoing d'adition, pour transferer l'heredité, à eux eſcheuë, à leurs heritiers, contre la maxime du droit Romain*, quod hereditas ab extraneo non adita non tranſmittatur.) quippe ibidem non ſolum eſt dominii continuatio, vt in iure Romano, ſed etiam continuatio poſſeſſionis à defuncto ad heredem, ob conſuetudinem. Sane, ex conſequentia eiuſdem regulæ, dicimus (etiam reſpectu heredum collateralium) non opus eſſe aditione ad transferendam hereditatem (quæ illis obuenit) in heredes ſuos: quod eſt contra regulam iuris Romani, cuius vi, hereditas non adita, ab extraneo, non tranſmittitur: Loyſeau *des Offices liu.* 2. *chap.* 4. *n.* 60. *pag.* 289. De conſuetudine Galliæ, *le mort ſaiſit le vif*, quæ eſt contraria *legi* 23. *in pr. ff. de adquirenda vel amitt. poſſeſ.* videri poteſt (præter Tiraquellum, qui de ea ſingularem ſcripſit tractatum) *le traicte des ſucceſſions teſtamentaires & ab inteſtat.* de Charles Bouques & Antoine Deſpeiſſes *part.* 3. *Sect.* 1. *n.* 1. *pag.* 600. nec non Egidius Bardin. *in compendioſa iuris ciuilis methodo parte* 2. *pag.* 28. vbi docet, interdicto, *quorum bonorum*, in Gallia locum non dari. Titulus *vnde vir & vxor*, item lex 2. *de petit. bonorum ſublata*, C. *lib.* 10. quæ dicit quod vir, vel mulier præferatur fiſco, *n'ont lieu au pays couſtumier de France. Car en France, meſmes en la Preuoſté, & Vicomté de Paris, la femme n'eſt iamais heritiere de ſon mary, ni le mary de ſa*

de ſa femme; mulier non excludit fiſcum, imo fiſcus excludit & maritum & mulierem. Bacquet *part.* 4. *du droict d'aubeine chap.* 33. *pag.* 77. Contrarium tamen ſtatuit Loyſeau *des ſeigneuries chap.* 12. *n.* 105. *p.* 189. Authentica *præterea*, C. *vnde vir & vxor*, in Francia non obſeruatur. Bacquet *d. pag.* 77. In Gallia non obſeruatur lex *cum multa*, C. *de bon. quæ liberis*: Bacquet *des droits de iuſtice chap.* 21. *n.* 56. *& ſeq. & les donations faites par les Roys & Roynes, à l'vn des conioincts entrent auſſi bien en la communauté, que les autres*, niſi contrarium cautum ſit in donatione ipſa: Brodeau *ad n.* 23. *lit.* C. *arreſtorum notabilium* Georgii Louet. In Gallia non obſeruatur lex, *Seia*, §. *fin. ff. de mortis cauſa donat.* Bacquet *du droit d'aubeine part.* 2. *chap.* 19. *pag.* 59. Nec ibidem in vſu eſt §. 6. *Inſtit. de SCto Tertull. Car la negligence de la mere en ce cas n'eſt pas autrement punie, que par quelque amende*: Bouques & Deſpeiſſes, *d. tr. des ſucceſſions teſtamentaires & ab inteſtat, part.* 2. *n.* 128. Lex *nulli*, §. *quod ſi teſtator, verſ. barbara*, C. *de Epiſc. & cler.* & authentica, *omnes peregrini* C. *de ſucceſſ.* non obſeruantur in Francia: Eguinarius Baro *ad l. fin. ff. de ſtatu hominum*. Lex, *à Diuo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re iudic.* in Francia non obſeruatur: Maiſtre *au traicte des criees chap.* 27. *pag.* 65. *b.* Quibus in prouinciis lege municipali vtimur, inquit Bodinus *lib.* 1. *de republ. c.* 4. *pag.* 39. etiam patriæ poteſtatis vmbra eximuntur, qui vxorem duxerunt, & qui decennium paterna domo abfuerunt. Inde illud ab interpretibus ICtorum vſurpatum: Francos patriæ poteſtatis ſubditos non eſſe. Accurſ. *in tit. de patr. poteſt.* §. *vlt. in Inſtit.* Quod quidem Accurſii ætate fuiſſe, & his quoque temporibus verum eſſe conſtat; nec aliud reſtare quam patris autoritatem ad obeundos legitimos actus, & prædiorum gentilium, quæ pater ipſe vendiderit, redemptionem, aut hereditatis adeundæ, aut mercaturæ exercendæ cauſa: tum enim iudices rogante patre filios emancipare conſueuerunt. Sed fruſtra Philippus Valeſius, Rex Francorum, Ioannem filium emancipauit, vt ei Normanniæ prouinciam dono daret: ac inutiles ſunt apud nos ob eam cauſam factæ emancipationes; cum neque is, qui donat; neque is, cui quid dono datur, iure ciuili Romanorum teneantur. Lex, *congruit*, *de locat. prædior. ciuil.* C. *lib.* 11. & aliæ, quæ dicunt, veteres colonos nouis præferendos, non obſeruatur in Gallia (exceptis duobus caſibus: Bordeau *ad arreſta à Louetto collecta lit.* E. *arreſto* 9.) *comme eſtant plus de conſeil, & d'honneſteté, que de neceſſité*: Bacquet *des droits de iuſtice chap.* 30. *num.* 9. Saluianum interdictum per Galliæ conſuetudinem, *bien meuble n'a point de ſuitte*, in exilium miſſum. Bardin. *in compendioſa iur. ciuilis methodo part.* 2. *pag.* 28. Seruitutis hodie in Gallia nullus eſt vſus, quæ ſeruos non agnoſcit, ſed ingenuos, (Gallice, *Françou*) ſecundum opinionem quorundam: Bardin. *d. part.* 2. *p.* 31. L. 2. C. *de iure emphyteutico*, pœna commiſſi deſiit in Gallia obſeruari, ex Imberto *in* C. *pœna, in enchirid. iuris Gallici*, Bardin. *d. tr. part.* 3. *pag.* 71.

Authentica, *æqualitas*, C. *de pact. conuentis, tam ſuper dote &c.* non obſeruatur. Bardin. *d. part. 3. pag. 75.* In Gallia contra legem, *ſi cum nulla, ff. de re iudic.* vbicunque inſtrumentum confectum eſt ſub ſigillo Regis, hoc eſt, vbi quis ſe obligauit ſigillo minori, aut Montiſpeſſulani, aut alii cuilibet priuilegiario, permiſſum eſt creditoribus, via executionis, omiſſa via ordinaria actionis experiri, vt apparet ex Regni conſtitutionibus: Imo & frequenter incipimus iudicium ab apprehenſione, & carcere, (gallice, *par prinſe de corps, & empriſonnement*) nimirum quoties quis ſe ſubiecit rigoribus alicuius ſigilli Regii. Bardin. *d. tr. parte 4. pag. 128.* Quamdiu peti poſſit reſtitutio in integrum, extant diuerſa tempora: olim anno utili, hodie quatuor: *l. fin. & toto tit. C. de tempor. in integr. reſtitut.* Idque iure ciuili: Nam iure conſtitutionum Regni, reſtitutio, quæ dolo, aut deceptione, vltra dimidium iuſti pretii, nititur, intra decem annos continuos peti poteſt; ſecundum Ludouici XII. conſtitutiones. At vero, reſtitutio, quæ petitur prætextu ætatis, eiuſdem Regni conſtitutionibus, vſque ad XXXV. annum porrigitur: Bardin. *d. t. part. 5. pag. 155.* (*La procedure criminelle de France eſt plus rude aux accuſés, que celle des Romains. Premierement, pour vn coup de poing, nous vſons de la meſme procedure ſecrette, dont les Romains vſoient au crime de leze maieſté, comme le docte Iuge criminel Airaut a bien prouué en ſa Prattique. Secondement, nous cumulons plusieurs accuſations enſemble, ce qui n'auoit lieu au droit Romain: l. 4. & ibi Dd. ff. de publ. iudic. Tiercement, nous permettons à l'accuſateur, d'auoir du conſeil, & non à l'accuſé, qui en auoit à Rome, comme les oraiſons de Ciceron nous teſmoignent. Quartement, nous ne permettons regulierement, qu'à l'accuſateur de faire preuue de ſon accuſation, & non à l'accuſé de ſon innocence, comme il luy eſtoit permis à Rome, ainſi que les meſmes oraiſons nous apprennent. En cinquieſme lieu, à Rome il y auoit touſiours vn accuſateur:* l. quamuis, C. de adult. l. vltim. ff. de priu. delict. *au lieu qu'en France l'accuſé n'a d'ordinaire qu'vn Procureur du Roy en teſte, qui apres l'abſolution s'excuſe, bien ſouuent, ſur la neceſſité de ſa charge, ou nomme, en tous cas, quelque homme de paille pour denunciateur. Pour ſixieſme difference, il faut quotter la rigueur de l'ordonnance MDXXXIX. que les teſmoins des faits iuſtificatifs, & de reproche, ſoient nommés promptement par l'accuſé, dont l'autheur s'en trouua luy-meſme embouclé, En ſeptieſme lieu, au droit Romain le procés criminel, ne pouuoit durer qu'vn an:* tit. vt intra annum crim. quæſtio terminetur, C. Theodoſ. *que Iuſtinian eſtendit à deux ans, leſquels expirés, l'accuſé eſtoit enuoyé abſous, ſans autre connoiſſance de cauſe, & l'accuſateur puny comme calumniateur:* tit. intra quæ tempora crim. quæſtio terminetur, C. Iuſtin. *& en France les procés criminels durent plus que les hommes. En huictieſme lieu, ſelon le droit on prononçoit touſiours l'abſolution, quand l'accuſation n'eſtoit confirmée de preuues concluantes; icy on abſout rarement, ains permettant au Procureur du Roy d'informer*

mer plus amplement, on laiſſe l'accuſé trainer eternellement ſon lien. Finalement, en droit le calomniateur n'eſchappoit iamais le talion: Et en France, és accuſations capitales, il en eſt, pour le plus, quitte pour vne amende honorable: Loyſeau *liu 1. des offices chap. 14. n. 28. pag. 229.)* Proceſſus criminalis in Francia ſeuerior eſt, reſpectu accuſati, quam fuit apud Romanos. Primo, ſi pugno quis percuſſus ſit, ſimili inquiſitione ſecreta vtimur, quali Romani vtebantur in crimine læſæ maieſtatis, vt ſatis oſtendit doctus iudex criminalis Aerodius, *in ſua practica.* Deinde, multas ſimul cumulamus actiones, quod non licebat apud Romanos: *l. 4. & ibi Dd. ff. de publ. Iudic.* Tertio, accuſatori permittimus, vt vtatur conſilio, idem vero denegamus accuſato, quod Romæ permittebatur, vt *ex Orationibus* Ciceronis diſcimus. Quarto, regulariter non niſi accuſatori concedimus, vt probet accuſationem; accuſato vero non permittimus vt probet innocentiam ſuam; quod tamen ei permittebatur Romæ, vt *ex prædictis orationibus* patet. Quinto, apud Romanos ſemper accuſator erat certus: *l. quamuis, C. de adult. l. vlt. ff. de priuat. delict.* In Francia vt plurimum accuſatus aduerſus ſe habet procuratorem aliquem Regis, qui, vbi accuſatum abſolui videt, ſæpiſſime ſe excuſat officii ſui neceſſitate, aut denominat pro denunciatore hominem vilem & nihili. Sexto, hoc etiam rigorem ſapit, quod edicto anno M D XXXIX. ſancitum, vt teſtes prompte ab accuſato nominentur, quod autori ipſi poſtea moleſtum fuit. Septimo, iure Romano proceſſus criminalis terminus erat annus, *tit. vt intra annum crim. quæſt. terminetur, C. Theodoſ.* qui à Iuſtiniano extenſus eſt ad biennium; quo elapſo abſoluebatur accuſatus, ſine alia cauſæ cognitione, & puniebatur accuſator tanquam calumniator: *tit. intra quæ tempora crim. quæſtio terminetur, C. Iuſtin.* In Francia autem proceſſus criminales hominis ætatem excedunt. Octauo, ſecundum ius Romanum ſententia abſolutória ſemper ferebatur, quando accuſator probationibus euidentibus deſtituebatur; in Francia raro abſoluitur reus, ſed permittitur procuratori Regis, vt ſe plenius informari faciat, & ſic accuſatus non abſoluitur in æternum. Denique, apud Romanos calumniator non poterat euitare talionem. In Francia autem, vbi quis de crimine capitali accuſatus fuit, accuſator vt plurimum honorariam pœnam tantum ſubit.

l) Coquille *ſur les Couſtumes du Niuernois pag. 8. I'eſtime,* ait, *que nous François ferions mieux de n'encombrer nos cerueaux, ny nos eſcrits, ny nos propos, ny toutes nos autres actions de plaidoyries, ou de conſeil, de ceſte confuſion d'eſcrits des Docteurs vltramontains, ny de ceux de deça les monts, qui les ont imités; ains nous contenter, quand aucune queſtion ſe preſente, qui ſe doiue iuger par raiſon, ſelon le droit Romain, d'examiner, chacun à part ſoy ſelon le ſens, & ſçauoir que Dieu luy a donné, la vraye & fonciere raiſon des textes, & nous aider auec diſcretion, non pas de tous Docteurs, mais de ceux, qui, ſelon les communes opinions,*

opinions, ont eu la lumiere d'entendement plus nette, & meilleures ames, tant en fait de conſcience, que d'honneur: & qui n'ont pas fait ſi fort grand eſtat de la gloire, des dignités, & des biens de ce monde; comme Bartole, Paul de Caſtro, Iean Fabre, l'Autheur du ſpecule, M. Guillaume Durand, Eueſque de Mende, Pierre Iacobi, & Maſuer, M. Charles de Molin. Ia dés long temps en ce Royaume nous auons reietté aucunes opinions des Docteurs d'Italie, comme, que le ſerment ait force de valider vn contract nul, ou ſubiect à reſciſion, ou d'adiouſter à vn contract outre ce qui eſt de ſon naturel: Que le faict des vſures ſoit de la cognoiſſance des iuges Eccleſiaſtiques: Que le ſeul iuge d'Egliſe puiſſe cognoiſtre des actions reelles, & autres, concernans le domaine, ou droit de l'Egliſe: Que l'eſtat, & ordre Eccleſiaſtique ne ſoit ſubiect aux loix politiques de Royaumes, & dominations temporelles: Que les prelats, & Iuges d'Egliſe, ayent pouuoir de contraindre par excommunications & cenſures, les Seigneurs, & Iuges temporels, d'obeir, ou s'accommoder aux entrepriſes qu'ils font ſur les iuridictions, & droits des Seigneurs temporels: Et pluſieurs autres opinions, que leſdits Docteurs, Regens à Bologne & Perouſe, terres d'Egliſe, ont eſcrit, ou pource qu'ils eſperoient eſtre aduancés aux dignités d'Egliſe, comme pluſieurs ont eſté, ou, pource qu'ils craignoient ſe perdre, & leurs maiſons, à cauſe que les cenſures Eccleſiaſtiques audit temps eſtoient redoutées extremement.) Meo iudicio nos Franci melius nobis conſuleremus, ſi nec cerebrum noſtrum, nec ſcripta, ſermones, nec omnes reliquos actus iudiciarios, & conſilii, oneraremus confuſis illis traditionibus Doctorum vltramontanorum, & ciſmontanorum quoque, qui illos imitati ſunt. Satius eſſet, vbi quæſtio ex iure Romano decidenda proponitur, eam examinare ſuo iudicio, quod quiſque à diuino obtinuit numine, & expendere veram & genuinam rationem legis; atque vti non omnibus Doctorum opinionibus, ſed illorum, qui ſecundum communem opinionem iudicio abundarunt, & conſcientiam bonam pluris fecerunt quam honorem, gloriam, dignitates & diuitias mundi; inter quos recenſeo Bartolum, Paulum de Caſtro, Iohannem Fabrum, autorem ſpeculi Guilielmum Durandum Epiſcopum Mendenſem, Petrum Iacobi, Maſuerium, & Carolum Molinæum. Ab antiquo in hoc Regno damnauimus nonnullas opiniones Doctorum Italorum; exempli cauſa: iuramentum firmare contractum, qui iure nullus, aut reſciſſioni ſubiectus, aut addere contractui aliquid vltra ipſius naturam: Eccleſiam debere iudicare de litibus vſurariis: ſolum Iudicem eccleſiaſticum iudicare de actionibus realibus, aliiſque concernentibus bona & ius Eccleſiæ: Eccleſiaſticas perſonas non eſſe ſubiectas legibus politicis Regni, & temporali poteſtati: Prælatos, & Iudices eccleſiaſticos, poſſe excommunicatione & cenſuris cogere Dominos, & Iudices ſeculares, vt obediant, & iurisdictione ſua cedant: & alia ſimilia, qualia ſcripſerunt Doctores in Academiis Eccleſiæ, Bononiæ ac Peruſii, vel, quod ſperarent conſe-

conſequi dignitates eccleſiaſticas, vt plurimis contigit; vel quod timerent cenſuras eccleſiaſticas, quæ tunc temporis maximi erant effectus.

m) Duarenus dubitat, an ius feudale in Gallia obſeruetur? Molinæus id diſerte negat: ſed Cuiacius *in Comment. de feud. in pr.* affirmat: ſcilicet eatenus, quatenus cum moribus Regni non pugnet: Vulteius *de Feudis lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 6.

n) Sextum Decretalium in Galliis nunquam fuiſſe receptum, propter capitales inimicitias, quæ inter Reges Galliarum, & Bonifacium VIII. autorem dicti libri, intercesſerunt, tradit Cuiac. *ad c.* 4 *x. de ſponſal.* Mornacius quoque indicat, *ad l.* 8. *ff. de iuſt. & iure*, de iure canonico non admittendo vetus Senatusconſultum Curiæ eſſe: viciſſe tamen ætatem vſque forenſem, vt & Canonicum habeatur huc vſque ad terminandos lites ſubſidium. Quod tamen vniuerſale non eſt. Nam multa iuris Canonici decreta in Gallia reiiciuntur, vt capitulum, *Romana*, §. *debet autem, de appell. in* 6. licet ad Epiſcopum Rhemenſem, Gallum, directum. *Car les appellations de iuſtices temporelles connexees aux benefices appartenantes à l'Egliſe, vont deuant les Iuges Royaux, & non deuant les ſuperieurs Eccleſiaſtiques*: c. quod Clericus x. de foro compet. *car nous obſeruons notoirement le contraire, que les Iuges temporels des Eccleſiaſtiques, doiuent iuger ſuiuans les ordonnances du Roy, & la couſtume du lieu. Meſme auiourd'huy on aſtrainct à cela les officiaux, & autres Iuges de Cour d'Egliſe; autrement on appelle d'eux comme d'abus*: Loyſeau *des Seigneuries chap.* 15. *n.* 27. *&* 28. *pag.* 234. Non admittuntur quoque capitula 1. & penult. *de pecul. clericor.* cap. 1. cap. *cum in officiis, iunctis duobus ſeqq.* cap. *relatum* 12. *x. de teſtamentis*, cap. 1. & 2. *x. de Succeſſ. ab inteſt.* can. *de Syracuſana, diſt.* 28. *&c.* Brodeau *ad arreſta quæ collegit Louet lit. E.*

o) De Codice Henrici III. notandum, quod in eodem nonnulla reperiantur, quæ nunquam ſancita fuerunt. Hoc nos docet Loyſeau *des offices liu.* 1. *chap.* 8. *n.* 52. *pag.* 137. quando ait: (*Combien que dans le Code Henry, liure* 5. *titre dernier, ſe trouue vne ordonnance, que les eſpices doiuent eſtre payées, non obſtant l'appel, ſauf au condamné de ſe plaindre de l'excés, par deuant le Iuge ſuperieur; ſi eſt-ce qu'il faut noter, que ce n'eſt pas vne vraye ordonnance, ains vne addition de M. Briſſon, qui eſperoit faire confirmer, & homologuer ſon Code par lettres du Roy, & verification du Parlement, ce qui n'a eſté fait. Et ſous cette eſperance il s'eſt aduantagé d'y mettre plusieurs additions, à la façon de Tribonian, qui ſe diſcernent par l'intitulation de l'article, où il met touſiours ces mots, quand il y a quelque deciſion nouuelle: Henry III. M D LXXXV. qui eſtoit l'année, en laquelle il eſperoit obtenir ceſte homologation.*) Licet in Codice Henrici *lib.* 5. *cap. vltimo* reperiatur conſtitutio, qua iubetur, ſportulas iudicibus ſolui, non attenta appellatione, licere tamen condemnato coram ſuperiore iudice conqueri de exceſſu; tamen ſciendum eſt, quod hæc non ſit

vera conſtitutio, ſed additio Briſſonii, qui ſperabat, illum, quem ediderat, codicem confirmatum iri Regiis literis & aſſenſu Parlamenti, quod factum non eſt. Hac ſpe inductus multa addidit, ad exemplum Triboniani, quarum additionum nota eſt, quando nouis conſtitutionibus adiecta leguntur iſthæc verba: Henricus III, MDLXXXV, qui numerus innuit annum, quo approbationem expectabat.

p) Bodinus *de Republ. lib.* 1. *cap.* 2. *p.* 20. de familiarum nonnullarum iure mentionem faciens, ait: Iura familiaria Lauallæ gentis, Regali diplomate, ac Senatus Gallici autoritate comprobata videmus, legibus municipalibus, ac inſtitutis plane contraria. Nam eo iure primogenitos vniuerſam hereditatem cernere licet, ea conditione, vt pecunia coheredibus ſatisfiat; ac Vidi gentile nomen, ſtemmataque pura præ ſe ferre teneatur. Quo de Coquille (*en l'hiſtoire du pays & Duché de Niuernois pag.* 185.) ita habet: *Nul ne peut eſtre Comte de la Val, ſans auoir le nom, & ſurnom, Guy de la Val: & eſtant decedé Guy, Comte de la Val, en l'an MDXLV. ſa niepce, fille de ſa ſœur aiſnée, Marquiſe de Neſle, nommée Ieanne de Rieux, print le nom, & ſurnom de Guyonne de la Val, en ceſte ſorte; Ieanne de Rieux, dicte Guyonne de la Val.* Si credimus Bret *de la ſouueraineté du Roy liu.* 1. *chap.* 9. *p.* 73. (*l'on a aboli toutes les loix particulieres, que quelques grandes maiſons du Royaume de France s'eſtoient données d'elles meſmes dans leurs familles, pour l'ordre de leurs ſucceſſions, contre la diſpoſition des couſtumes des lieux, où leurs biens eſtoient ſitués.*) abolitæ fuerunt omnes leges particulares, quas nonnulli dynaſtæ ſuis dederant familiis, diſponentes de ordine ſucceſſionis, contra conſuetudines, legesue locorum, vbi eorum bona erant ſita.

q) (*Les couſtumes anciennes de France n'eſtoient eſcrites, pour la plus part, & ce qui ſe trouuoit eſcrit, n'eſtoit authentique, pource qu'il n'eſtoit fait par perſonnes ayant authorité publique. Pourquoy, pour la preuue d'icelles, il conuenoit faire examiner teſmoings en turbes, ou turmes, chaſcune turbe de dix perſonnes, au moins, & chacune turbe n'eſtoit comptée que pour vn teſmoing. Le Roy Charles VII. ſe trouuant paiſible en ce Royaume, apres en auoir chaſſé les Anglois, ordonna, que par toutes les prouinces couſtumieres, les couſtumes fuſſent arreſtées, & redigées par eſcrit, par l'aduis des Eſtats & peuple de trois ordres de chaſcune prouince, & que par cet eſcrit ſeroit la preuue des couſtumes, auec defenſes de ne plus receuoir la preuue par teſmoings en turbes, ny autrement, que par ledit eſcrit.*) Magna pars conſuetudinũ Franciæ non erat redacta in ſcripturam, & quæ erant redactæ, non habebantur pro authenticis, quoniam illa ſcriptura facta erat à perſonis priuatis, ſine autoritate publica. Hinc vt probarentur neceſſe erat, teſtimonia per turmas exquirere: turma vero conſtabat decem perſonis, ad minimum, & habebatur tantum vnici teſtis loco. Carolus VII. Rex, cum Anglis Gallia eiectis quiete frueretur, iuſſit, vt in omnibus

bus prouinciis conſuetudinum, conſuetudines colligerentur, & redigerentur in ſcripturam, conſilio trium cuiusque prouinciæ ordinum, ſicque probarentur conſuetudines, prohibens ne amplius probatio fieret per turmas, aut alio, quam dicto modo: Coquille *ſur les Couſtumes de Niuernois pag. 6.* Et iterum; (*en l'hiſtoire de Niuernois pag. 388.*) *Par le teſmoignage, aduis, & volonté deſdits Eſtats, les anciennes couſtumes ſont rapportées, & prouuees: & ſi elles ſemblent bonnes, ſont confirmees; ſi non, ſont reformées, ou autres nouuelles faites. Qui fait cognoiſtre, que la puiſſance de faire ces loix, eſt originellement és mains du peuple. Car les lettres patentes du Roy, ne ſont que pour permettre, & autoriſer cette aſſemblée; & les Conſeillers du Roy commiſſaires, pour regler ceſte aſſemblée, & pour faire regiſtrer ce, qui y eſt aueré. Apres les couſtumes ainſi arreſtees, on n'eſt plus receu à prouuer autres couſtumes de nouuel acquiſes, par temps ſuffiſant à introduire couſtume depuis la reduction. Et s'il y a quelque doubte ſur la maniere d'vſer des couſtumes redigées par eſcrit, il appartient à la ſeule Cour de Parlement de l'ordonner, & non à aucun iuge inferieur.*) Teſtimonio, conſilio & voluntate dictorum ordinum veteres conſuetudines ſunt collectæ & probatæ: ſi pro bonis habitæ, confirmatæ; ſi non pro bonis, reformatæ, aut nouæ ſubſtitutæ. Quod indicat, poteſtatem faciendi iſtas leges non ſcriptas, originem ſuam habere à populo. Literæ enim Regis non aliud operantur, quam vt permittant eiusmodi conuentus fieri, & eſſe legitimos: Et quod conſiliarii Regis ſint Commiſſarii, qui normam præſcribant conuentui, atque faciant annotari ea, quæ ibi peraguntur. Poſtquam autem hoc modo conſuetudines ſemel firmatæ, non admittuntur probationes aliarum conſuetudinum, per turmas, niſi dicatur eſſe nouam conſuetudinem introductam tempore legitimo, poſt illam reductionem in ſcripturam. Quod ſi vero dubium incidat ſuper vſu iſtarum conſuetudinum, redactarum in ſcripturam, deciſio à ſola Curia Parlamentari dependet, excluſis iudicibus inferioribus.

r) *Il y a en France 70. couſtumes eſcrites, de 70. diuers pays de ce Royaume:* Marechal *des droits honorifiques des Seigneurs és Egliſes. tit. de titres & ceintures funebres pag. 147.*

s) Æque, ac apud Romanos illud dicebatur publicum ius, quod ad ſtatum rei (hoc eſt, reipublicæ Romanæ) ſpectabat. *l. 1. §. 2. ff. de I. & I. & §. 4. Inſtit. eod. tit.*

t) Lex Salica à Baldo (*in l. ſi plures, C. de condit. inſert.* appellatur, ius gentium Gallorum: à Bodino (*lib. 1. de repub. c. 8.*) firmiſſimum regni Gallici fundamentum: à Vigniero (*de l'ancien eſtat de la petite Bretagne pag. 380. le principal lien & fondement de l'Eſtat*: à Villeroy (*és Memoires d'Eſtat p. 474.*) *tellement attachée au Royaume & incorporée, que l'vn ne peut patir ſans l'autre:* ab Arnaldo, (*in Oratione contra Ieſuitas, quæ exhibetur tom. 4. des Memoires*

de la ligue, pag. 157.) le vray Palladion de la France, & ſans laquelle iamais les fleurs de Lys ne fuſſent montées en ce haut degré d'honneur & de gloire, qui les fait encores auiourd'huy reluire malgré toutes les pratiques, toutes les trahiſons, toutes les menées d'Eſpagne, par deſſus tout ce, qu'il y a de plus ſuperbe & de plus orgueilleux au monde: hoc eſt, interprete Thuano *hiſtor. libro* 110. certiſſimum Franciæ Palladium, ſine quo lilia nunquam ad illud ſupremum decus, & veræ gloriæ faſtigium excreuiſſent, & contra Hiſpaniæ aſtus, ac fraudem, etiamnum hodie vigerent. Vel, vt apud le Mercure François, *tom. 5. p.* 261. legimus, *l'vſage de la loy Salique a tiré la couronne de France de la mort à la vie des Eſtats, & à l'eternité temporelle des Monarchies.*

u) Omnia, & Salicæ legis, & Francicæ, capita, non de publico regni, & imperii iure, ſed de priuatorum conſtituta fuerunt: Hottomannus *in Francogallia c.* 10. *pag.* 78. Lex Salica, inquit Maſſonius *annal. lib.* 1. *p.* 44. apud maiores noſtros erat ius ciuile, quo Franci vtebantur, nec vllam de regno, deque regni ſucceſſione capita illius mentionem faciunt, niſi ſexageſimum Sibyllæ foliis obſcurius, ad id pertinere dixeris, qui autem dixeris? *C'eſt vne erreur populaire, de rapporter à la loy Salique la preference des masles aux femelles, en la ſucceſſion du Royaume, ſi ce n'eſt par conſequence de raiſon*: Scipion du Pleix *tom.* 1. *de l'hiſtoire generale de France, au cinquieſme auantpropos p.* 18. *Il appert, que la loy Salique ne parle point expreſſement de deferer la couronne aux masles, à l'excluſion des femelles, ains en general des alleuz. Mais elle a eſté ſpecialement appliquée, & accommodée, à la ſucceſſion du Royaume, dés le temps de Pharemond, non certes par paroles expreſſes, ains mentalement, c'eſt à dire, par intelligence d'eſprit, & taiſible conſentement du peuple*: Claude du Pré *en l'abregé de la vraye origine des François, liu.* 5. *chap.* 2. *p.* 89. Mirum autem videtur Cabotio *lib.* 1. *Diſp. c.* 16. *p.* 63. quoſdam Francos, qui legem Salicam impugnare auſi fuerunt, dixiſſe, tantum abeſſe, vt de Regni hereditate aliquid ſanciat, vt ne quidem de feudis, ſed de ſucceſſione in alodiis ſolum loquatur. At certe (reponit hæc illis Cabotius) non potuit de feudorum ſucceſſione aliquid ſtatuere, nondum enim origo feudorum promanarat. De alodiis non tantum dixit, ſed generaliter ita concepta eſt; *de terra Salica in mulierem &c.* Denique etſi de alodiis tantum locutam fateremur, cum nihil de ſucceſſione Regni, legibus publicis Regni cautum alibi reperiamus, controuerſia de Regno ſecundum ius priuatum Regni, non ſecundum ius aliorum populorum dirimendum eſſet, & ius ſucceſſionis in Regno conſtituendum.

x) Conati ſunt Angli impugnare legem Salicam, vt & nouiſſimis temporibus (verba ſunt Tholoſani *de Republ. lib.* 7. *c.* 11. *n.* 97.) quidam ſub pelle hiſtoriographi Galliæ, in gratiam aliquorum, vel certe ob ignorantiam craſsiſſimam, vel malitioſe negarunt, vllam vnquam fuiſſe in Gallia, ſeu

Franciæ

Francia, in Regni iure legem Salicam; & tam audacter ita affirmarunt, vt mihi videre videar, cœlum, inter videntes, aſſerere nec vnquam fuiſſe, nec nunc eſſe lucem, aut Solem. Et refert Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de France, durant les années de la paix liu. 6. narrat. 2. p. 505.* diſcurſum Galli & Angli, ac quam ingenioſe hic ad tabulas legis Salicæ prouocauerit: (*Vn François, diſnant en la maiſon d'vn Seigneur du pays d'Angleterre, ſe ietta ſur les pretenſions des princes à la couronne d'Angleterre, & dit, qu'vne princeſſe en eſtoit l'heritiere preſomptiue, ſi non qu'elle en fuſt excluſe, comme née hors le pays, par vne loy, dont il n'auoit iamais ſçeu l'autheur, ny l'origine, & n'auoit peu apprendere où elle ſe trouuoit. Vous la trouuerés, reſpond le Seigneur Anglois, au dos de la loy Salique.*) Gallofrancus quidam cœnans in domo dynaſtæ Angli, mentionem fecit principum, qui ſucceſſionem in Regnum Angliæ ſibi deberi contenderent; dixitque fœminæ cuidam illuſtriſſimæ familiæ eam competere, niſi forſan excluderetur, quod extra Angliam nata eſſet, vi legis, cuius tamen ipſe nunquam potuiſſet inuenire autorem, & originem, nec percipere vbi illa extaret. Huic Anglus reſpondit, eam reperiri in altera paginæ facie, cui lex Salica inſcripta. Cum Galli, quando ob Burgundiæ principatum contentio orta eſſet, legem Salicam, qua nitebantur, edere ac repræſentare non poſſent, irritus fuit eorum conatus, ait Hadr. Iunius *in Batauia hiſtor. c. 9. pag. 104.* Hæc ſecum perpendens Iacques le Chaſſier *du droit de nature, tit. de la loy Salique pag.* 102. eam non ſcriptam ſed natam, & vſu continuatam aſſeuerat. (*Quand nos voiſins*, inquit, *autres fois les Anglois, & puis les Eſpagnols, demandent aux François la preuue, & le fondement de la loy Salique, c'eſt à eux meſmes à monſtrer l'origine, & le commencement du droit de leurs couronnes feminines, puiſque la France a gardé, & continué l'vſage de l'antiquité, & qu'ils ont fait chés eux le changement. Ils ont raiſon de dire, que l'on ne trouue ny commencement, ny eſcriture de ceſte loy Salique, ou Françoiſe; Car la loy de nature eſt née auec les hommes, & eſt vn droit non eſcrit &c.* (ita etiam Bignon *de l'excellence des Roys & du Royaume de France liu. 3. p. 298.*) *partant, ce droit, que l'on a appellé communement en France la loy Salique, meſmes depuis les guerres, qui furent du temps de Philippe le Valois, pour la ſucceſſion de la couronne, n'eſt autre que la loy de nature, gardée en la maiſon de France.*) Vicini noſtri, olim Angli, & poſtea Hiſpani, à nobis requirentes probationem & fundamentum legis Salicæ, debent ipſimet probare originem iuris fœmininæ ſucceſſionis, quæ illorum in Regnis viget. Etenim, Francia obſeruauit antiquiſſimum morem, quem iſti in ſuis Regnis abrogauerunt. Vera loquuntur, quando dicunt, legis Salicæ, vel Francicæ, originem, atque ſcripturam deſiderari: ius nempe naturale cum hominibus natum fuit, & eſt lex non ſcripta, ſicque lex quæ communiter in Francia appellatur Salica, etiam poſt bella, quæ tempore Philippi Valeſii geſta fuerunt, propter ſucceſſionem in Re-

Regnum, haud alia eſt, quam lex naturæ, obſeruata in familia Regum Franciæ.

y) Pharamundum legis Salicæ autorem fuiſſe communis fere opinio eſt. *La legge Salica è fatta l' anno di noſtro Signor CCCCXII. de Faremondo:* Giuſeppe Mattheacci *ragion. polit. pag.* 10. Idem ſentit Gaguinus, referente Hottomanno, *in Francogallia d. c.* 10. *p.* 76. Et Paponius *lib.* 4. *arreſtor. tit.* 1. *n.* 2. eam factam, & publicatam tradit, anno CDXXIV. à Faramundo, primo Rege Franciæ, quinto ipſius regni anno, ex conſilio quatuor dictatorum ſuorum, & trium Regni ſtatuum; tempore Papæ Bonifacii, huius nominis primi. Hadrianus Iunius (*in Batauiæ hiſtoria cap.* 9. *pag.* 101.) ait: Salicas leges Varamundus (qui primus Francorum in gente titulum Regium ſumpſit, circiter decimum principatus Honorii annum, tuliſſe perhibetur, & ope quatuor Regni procerum ſanxiſſe, quorum nomina Sigeberdus, Cuſpinianus, & alii, iſta produnt: Wiſogaſtum, Loſogaſtum, Huſogaſtum & Salogagaſtum; quos ego philoſophos, & ſapientes, à ſcientia rerum dictos exiſtimo, quaſi Catones quosdam, & excellentis ſpiritus viros, qui è ſingulis forte ordinibus ab ipſo Varamundo delecti fuere, vt in commune toti Francorum Reipublicæ ſalubriter conſulerent. Videtur autem recte, & ſapienter princeps ille inſtituiſſe gubernandi regni officinam, quamuis barbarus, non infelicius fortaſſe, quam perſonatus ille Xenophonticus, per quaterna conſultorum genera, in quibus Wiſogaſtus prudentis & cordati conſultoris, Loſogaſtus cati, & aſtuti, ſignificationem præferunt, & Huſogaſtus non tam œconomi, quam eius qui vſum domeſticum, & conſuetudinem percalleat, ac priuatorum hominum rationibus conſulere poſſit: Denique Sologaſtus, aut potius Slogaſtus, (ſic enim in vetuſtis codicibus manuſcriptis exaratum nomen reperi) rerum proletariarum, & ad infimæ etiam ſortis plebeculam pertinentium, curioſum notare videtur.

z) Tempus latæ legis incidit in ætatem Pharamundi, cum nondum Chriſtianæ religioni nomen Franci dediſſent, circa annum CDXII. vt paulo ante retulimus, vel CDXXIV. vt Iean du Tillet *en la Chronique abregée des faits, & geſtes politiques & militaires des Roys de France in pr.* (latina eiusdem Chronici editio ponit annum CDXXII.) vel CDLXXXV. vt refert Bucholcerus *in indice Chronol, pag.* 227. aut CDXC. vt Alſtedius *in theſauro Chronol. cap.* 38. *pag.* 282. qui ad Clodouei ætatem reſpiciunt. In eo plerique conueniunt, quatuor ex omni populo electos, cum iuris dicendi poteſtate; & vero ſimile eſt, apud Iuonem Carnutenſem, & Othonem Friſingenſem, nomen vnius & alterius excidiſſe, corruptumque eſſe. Hos vero ex principum ordine fuiſſe, qui ex Reipubl. Germaniæ more iura per pagos & vicos dixere, & poſt comites ſunt dicti, haud eſt forte cur dubitemus; præſertim quia Rectores nuncupantur, & primores.

aa) Vi-

aa) Videmus conſtanter à pleriſque loca nuncupata, vbi lex ſit lata; & quidem in Germania, aut trans Rhenum id factum dici. Quod tamen merito quis miretur, cum ea ætate iam Galliam inſidere Franci cœpiſſent. Verum indubie aliquid hac in re datum antiquis penatibus (*vt conicit* Hermannus Conringius *de Origine iuris Germanici, cap. 7. pag. 15.*) ſed & maior populi vis ac multitudo hæſit etiamnum trans Rhenum priſtinis ſedibus, hactenus in Gallia tantum vicinis, circa Moſellam locis, occupatis.

bb) Verba, ad rem noſtram facientia, leguntur *artic. 62. Legum Salicarum Faramundi* §. 6. (apud Goldaſt. *tom. 3. conſtitut. Imperial. pag. 16.*) DE TERRA SALICA NVLLA PORTIO HEREDITATIS MVLIERI VENIAT: SED AD VIRILEM SEXVM TOTA TERRÆ HEREDITAS PERVENIAT. Si quis miretur, legis Francorum, hoc eſt, populi Germaniæ, latinam ſanctionem adduci, is ſciat, Clodoueum, primum Regem Chriſtianum, ex lingua Germanica leges Salicas in latinam transferri iuſſiſſe: Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 6. pag. 181.*

cc) Alii ex Galliæ ICtis (teſte Gaguino, apud Hottomannum *in Francogallia d. c. 10. p. 76.*) terram Salicam eam eſſe dicunt, quæ ſolius Regis eſt, & à lege alodii diſtat, quæ ſubditos comprehendit, quibus, beneficio iſtius legis, datur liberum rei alicuius dominium, non excluſa principis maieſtate. Cum quo ſentire etiam Carolum Molinæum, tradit Iunius *in Batauia c. 9. p. 103.* Salicam terram interpretantem fiſcalem, & Regiam, hoc eſt, dominium coronæ, & maieſtatis Regiæ Francorum. Aliud videtur Scipioni du Pleix, *en l'inuentaire des erreurs, fables & desguiſements remarquables de l'inuentaire general de l'hiſtoire de France de Iean de Serres pag. 24.* qui per terram Salicam *d. tit. 62.* intelligi vult (*la terre de conqueſte; à cauſe que les Saliens faiſoient la plus grande partie des trouppes Françoiſes:* (vel, vt habet Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 6. pag. 174. qu'ils eſtoient les plus adroits aux armes, & les plus prompts au ſeruice de leurs Roys.*) *Et d'autant que c'eſtoient les masles, qui faiſoient les conqueſtes au prix de leur ſang, il eſtoit iuſte, qu'ils les poſſedaſſent auſſi, a l'excluſion des femelles; lesquelles eſtoient appellées par egales portions à la ſucceſſion de tous les meubles, auec leurs freres. Que ſi les premiers Roys trouuerent ceſte loy iuſte pour leurs ſubiects, c'eſt ſans doubte, qu'ils voulurent auſſi qu'elle eut lieu en la famille Royale*) terram conquiſitam, vel occupatam bello Francici enim exercitus maior pars Salii erant. Quoniam autem maſculi cum periculo vitæ ſuæ nouas conquirebant ſedes terrasque, iuſtum erat illas ad eosdem pertinere excluſis fœminis: quæ ſuccedebant vna cum fratribus æqualiter in omnibus bonis mobilibus. Antiqui Reges, qui hanc legem in ſucceſſione priuata ſubditorum iuſtam eſſe cenſebant, ſine dubio etiam eam voluerunt obſeruari in familia Regia.

dd) Sunt *primo* qui hanc legem dictam eſſe credunt, à Sale, ſiue, quia

quia leges Salicæ primæ fuerint Francorum leges; ſal autem ante reliquas dapes primum ad menſam apponatur: Siue, quod primæ illæ leges, ad conglutinandos Francorum animos ſint inſtitutæ, haud ſecus atque ex liquidis & fluentibus aquis, ſal in ſolidum quiddam coaleſcit: Vel quia ipſarum conditores, perpetuas eas, firmaſque eſſe voluerint; ſalis enim proprium incorruptionem eſſe. Aut quia ſal prudentiæ, & ſapientiæ ſymbolum: Nempe, qui leges Salicas tulerint, eas id temporis voluiſſe eſſe prudentiæ, politiæque Gallicæ fundamenta: Ioh. Hordalius *in hiſtoria Heroinæ nobiliſſ. Iohannæ d'Arc, p. 225.* Vel, quemadmodum ſal condimentum cibi ſit, atque à putrefactione conſeruet; ita hanc legem inſtar condimenti eſſe, quo Regnum Franciæ non ſolum melius ſapiat, ſed & à corruptione immune ſiſtatur. Sed hanc denominationem, vt defectuoſam, reiicit Bernard de Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France (liu. 3. pag. 324. edit. Lugdunenſis de anno M D XCVI. & in editione, cuius ſupra mentionem feci, fol. 192. b.)* ſine ſale, hoc eſt, nullius guſtus, & condimenti, ideoq; inſipidam auerſatur. Omnium autem riſum meretur, quod apud Claude de Seyſel *de la loy Salique pag. 85.* legitur, eam à *Sale* dici, & *licitum*; ſalem autem eſſe condimentum, indeque dici quaſi condimentum licitum, vel lex licite condita. *Deinde*, nonnulli eam dictam arbitrantur à Saliis, quod lex propria ſit Francorum, qui appellati fuerint Salii. Salici, Salingi, à Sala Germaniæ flumine: Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag. 652.)* Molin. *in conſuetud. Paris. tit. 1. pag. 6.* Connan. *lib. 1. commentar. iuris c. 8. n. 5.* Alciatus *lib. 2. diſput. c. 22.* Couaruui. *practic. quæſt. c. 1. 3. 8.* Eſtienne Paſquier *és recherches de la France liure 2 chap. 14.* Paradinus *de antiquo Burgundiæ ſtatu c. 10. p. 75.* Arniſ. *lib. 2. relect. politicar. c. 2. ſect. 12. n. 53. pag. 376.* Cui opinioni ego etiam faueo. Francorum genus geminum apud ſcriptores reperitur, Anſuariorum & Saliorum. Iunius *in hiſt. Batauia d. c. 9. pag. 98. & 99.* vbi, poſtquam de illis nonnihil dixiſſet, hos docet, non à ſalis riuo Sala, qui Turingos à Sorabis dirimit, in Albim ſe effundens, quod quidam exiſtimarunt, ſed, vel à Sala, altero Rheni brachio, quam Iſalam nunc nominant, cuius accolæ fuere; vel à ſaltu, & agilitate pedum, nomen ſortitos arbitratur. Hos ille ad Suollos, ciuitatem Transiſalanam, ſedes habuiſſe autumat, nominis memoriam conſeruante, ac poſteritatis auribus commendante ditione Salandia, pabuli læta, ſolique herbidi laude famoſa. Non ſonare autem Salandiam aliud, quam Saliorum regionem, quæ vrbi circumiecta, peculiarem habens quæſtorem, tribunumue ærarium. Tueri nominis ius etiam Salicum pagum, qui fluminis diuiſione, vna cum Camporum vrbe ripã mutauit, è Transiſalano Ciſiſalanus factus. Proinde iſtos, qui à Turingico Sala, cuius in ripis conſederint Salii, appellationem traxiſſe dicunt, Luciani veris narrationibus non abſona narrare. At vero ſi quis varias opiniones conciliare ſtudeat, dicere poterit, Salios populos

pulos variis in locis conſediſſe, nec illos ab his, ſed hos ab illa gente nomen traxiſſe. Fuerit ergo illis nomen à ſaltu, & ſubiendo, vel ab agilitate pedum, vt ex Sidonio colligunt, vel à voce priſca Germanica libertatem notante, quorſum inclinat Conringius *de Orig. Iur. German. d. c. p.* 15. & longe ante eum ſenſit Paulus Volzius, qui legem Salicam liberam, terramque Salicam, & Comitem Salicum, id eſt, liberum, qui vulgo Freyherr dicitur, nominauit: (vide Iunium *d. l. p.* 103.) vel à Marte, quem Salium nuncupabant, eiusque veſtigiis inhærebant, vel quod ſaltu facto extra propriam regionem Romanos bello infeſtarent; vel quod in prælium ituri, tanquam ad choreas, alacres ſaltando comparerent. Quoniam vero Salii illi in Turingia, in Franconia, alibique diuerſis atque diſtinctis temporibus conſederint, potiſſimum vero vbique fluuiorum commoditate electa, ſuum nomen variis locis, maxime vero fluuiis, communicaſſe vel impoſuiſſe. Hos tamen excipere debebimus, qui quod ſalſi ſunt, à ſale nomen obtinuerunt, vt de Salia Mediomatricum fluuio, qui apud Metim in Moſellam labitur, Fortunatus Pictauienſis retulit. Maſſonius *annal. lib.* 1. *p.* 43. *Tertio*, Iohannes Ferrarius Montanus *ad l.* 2. *ff. de R. I.* à Pharamundi Salici, qui autor legis fuerit, nomine, quem maiores Salicum cognomine dixerant, appellatam putat: quod manifeſtis erroribus accenſet Iunius *d. l. pag.* 102. Hoc vero notum, Conradum Cæſarem Salicum dictum fuiſſe, quod ad Francos veteres originem referret. *Quarta* opinio eſt eorum, qui eam à Salogaſto, præcipuo inter Conſiliarios Pharamundi, denominatam putant, referente Eſtienne Paſquier *d. loc.* *Quinto*, alii à Saliis ſacerdotibus, qui legis conditores fuerint, vt ex Pyrrho, quem allegat Iunius *d. p.* 102. patet. *Sexto*, forte Salicam dictam eſſe ſcribit Conringius *d. lib. pag.* 15. quod in villis Salicæ gentis ſit conſcripta. *Septimo*, alius à ciuitate Salicham, quæ vltra Rhenum ſita ſit, quod in ea primum confecta fuerit: vide Malingré *de la loy Salique chap.* 10. *pag.* 27. *Octauo*, Iohannes Cenalius Epiſcopus Auraſianenſis, qui in requirendis antiquitatibus Gallicis, & Francicis, laborioſus fuit, à Gallica voce *Sale*, quod aulam notat, deduxit: Paſquier *d. l.* quaſi dicas, legem palatii, vel aulæ Regiæ, Saalrecht: aulicum nempe ius ab hereditate Salicæ terræ fœminas excludens: Cui contrarium Landrecht/ fœminas in terra, quæ non eſt Salica, ad ſucceſſionem admittens: Beſoldus *in diſcurſu, de natura populor. & linguarum ortu n.* 19. *ver. ſale.* Quo ſenſu Saalgut idem eſt ac Hoffgut/ Cammergut &c. Beſold. *lib.* 1. *differt. nomicopol. diff.* 11. *n.* 8. Salaſtatt/ (quæ corrupte Seligenſtatt) ciuitas vbi aula, vel palatium eſt, da die Hoffhaltung/ oder ein Palatium iſt/ ſo zur Hoffhaltung erbauet. Saalbücher/ in quo prædia aulica (vide Wehnerum *in obſeruat. practicis, verbo* Saalbuch) vel quæ ad principem pertinent, deſcripta ſunt. quo ſenſu legitur im Abſchied der Kaiſerlichē vnd der Reichs Creiſen Verordneter zu Erfurt auffge-

 richt

richt *anno* 1567. §. Damit aber / & §. Wann dann / *pag.* 598. Iohannes Goropius Becanus (quæ *nona* eſt opinio) *lib.* 2. *Francicor. pag.* 51. putat, Salicam à Saal / quod ſellam denotet, vel ephippium (contractum vocabulo Sadel / quod inferiorum Germanorum eſt, vt Sattel ſuperiorum, & Saddle Anglorum) deſcendere, & legem Salicam eam dici, quæ ea ſancit, ac iubet, quorum obſeruatio maxime pertinet ad ſellæ equeſtris dignitatem tuendam. Mos enim noſtratium, ait, antiquis inſtrumentis ea adſcribere, quæ ſpectant ad eum, qui vtitur inſtrumento. Vt, verbi gratia, cum dicimus Heuſchend hort dan Bog zu / id eſt, ſedati mores, & modeſta humanitas decet arcum. Eadem loquendi formula, etiamnum hodie tela ſe acquiſiuiſſe dicunt, quæ quauis ratione equo ſunt conſecuti. Vernaculo igitur ſellæ nomine equeſtris dignitas, eiusque officia capiuntur, quæ quod primas inter Francos teneret Magiſtratus, omnesque leges dedit, quoniam ad ſupremi ordinis dignitatem ſartam tectamque omni ex parte etiam minima ſeruandam pertinerent, eaque Salicæ ſunt vocatæ. Harum primaria fuit, in qua & columen equeſtris ordinis, vt ad fœminas, bona equitibus alendis augendisque deſtinata, non tranſirent; ne quod ſellæ proprium eſt atque ſuum, ad ſexum veniret ſellis ineptum. Nec miretur quiſpiam hac lege Regalia etiam iura fuiſſe comprehenſa, cum apud Francos equeſtris dignitas tanti ſemper fuerit, vt ipſi etiam Regum & Ducum filii, non antea inſignibus eius donarentur, aut ad hunc honoris gradum aſcenderent, quam illuſtri aliquo documento dignos ſe monſtraſſent. Videntur autem Franci hanc equeſtris diſciplinæ laudem à vicinis ſuis Tencteris didiciſſe, quibus Bructerorum ſedes, quas occuparant, cenſores erant. Quando igitur optime Franci ſciebant, ob muliebris imperii impotentiam, Bructerorum ſe victores, fauentibus vicinis, fuiſſe, hoc inprimis ſanciendum putarunt, quo fœmineum regnum à gente ſua in perpetuum excluderetur. Hactenus Goropius de legis Salicæ etymo, ingenioſe tamen magis, quam vere. *Decimo*, nonnemo Salicam à Salicibus, quaſi ſalictam arbitratur dictam, quod ruri inter ſalices promulgata ſit. Hordalius *ſupra citato loco*. *Vndecimo*, putant alii, cum in legibus Salicis initialia verba vtplurimum ita concepta legantur, *Si aliquis, ſi aliqua*, factum, vt lex Salica per abbreuiationem verborum nomen inde acceperit. Eſtienne Paſquier *d. l.* *Duodecimo*, Guilelmus Poſtel, & qui eum ſequitur Malingré *de la loy Salique chap.* 14. *pag.* 38. putant, vocem *Salica* idem ſignificare quod auita, & antiqua, idque probari vetuſtiſſimorum Inſtrumentorum autoritatibus, in quibus pro lege Salica, lex antiqua, auita, &c. poſita, & terra Salica dicta terra auita. Eſſe quoque hanc ipſam legem, corrupto vocabulo, propter ſimilitudinem characteris S & G. in antiqua ſcriptura, dictam ab ignorantibus Salicam, quæ Gallica dicenda. vide Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.* 91. *pag.* 558. & 559.

ee) Varie hoc exprimitur: *Gallorum Imperii ſucceſſor maſculus eſto.*

Martia non trahitur muliebri Gallia filo,

Digna viro Rege eſt, vel mage digna Deo.

Balthaſar de las Vias *in Sylua Regia pag. 35.* Regnum Franciæ nunquam tranſit de lancea ad fuſum: Charron *p.* 1028. Gallorum imperium non cadit in colum & fuſum, *la couronne de France ne tombe pas en quenouille:* Ragueau *des droits Royaux pag.* 382. *Les lys de France ne ſçauent point filer:* Pierre Matthieu *liu.* 2. *de l'hiſtoire de France durant le temps de la paix, narrat.* 1. *tom.* 1. *p.* 266. quæ ad inſignia Gallica pertinens alluſio eſt. Quorſum iam olim Philippus Valeſius detorſit dictum *apud Matthaeum c.6. verſ.* 28. *Conſiderate lilia agri, non laborant neque nent.* Et cauſæ ſuæ inſeruiens ſtudioſius Fauyn *au theatre d'honneur liu.* 2. *chap.* 6. *pag.* 176. idem dictum ita accommodat: *Les lys de champ François ne peuuent eſtre cueillis d' vne main eſtrangere, il n'y a que les princes du ſang, qui en ayent la puiſſance. La loy Salique, fondement du Royaume, en exclud les filles, conſequemment les princes eſtrangers, qui les peuuent eſpouſer, & ainſi* lilia non laborant externorum principum dominatione. *Ils ne filent point; ils ne tombent iamais en quenouilles, les filles n'y ont que voir, & les enfants, & deſcendants d'icelles n'y peuuent rien pretendre.* Vel, vt Aduocatus Regius Generalis (apud le Mercure François *tom.* 16. *pag.* 587.) explicat, *qu' en France les Roys naiſſent, & viennent par ſucceſſion, & par le droit du ſang plus prochain du dernier Roy decedé, ſans qu'il ſoit beſoing s'expoſer aux peines & hazards de la guerre, pour paruenir à la Royauté:* (hoc ille intelligi tradit per verba; lilia non laborant) *Et comme les lys, qui ſont les armoires, & marques de la France, ne filent pas, ce qui ſignifie, que pour eſtre Roy il faut eſtre masle.*

ff) Duas legis Salicæ ferendæ rationes præcipuas agnoſcit Cabotius *Diſput. lib.* 1. *c.* 16. *Vnam*, ne in aliam familiam Regnum transferatur, in quo ex certa progenie, & ſtirpe Reges aſſumuntur. *Alteram*, ne aliquando contingat extraneo principi populum ſubiici. Quam rationem etiam magni fac t Fauchet *des Origines des dignités de France liu.* 1. *chap.* 2. *p.* 473. & Philippe de Comines *liu.* 6. *chap.* 3. dum ait: *Auec ſage, & grand conſeil, & encores y aidant la grace de Dieu, fut faite ceſte loy, & ordonnance en France, que les filles ne heriteroient point audit Royaume, pour euiter qu'il ne fuſt en la main de prince de nation eſtrange, & d'eſtrangers: Car à grand peine les François l'euſſent à la longue peu ſouffrir, & auſſi ne font point les autres nations. Car ſi les femmes y ſuccedoient* (ita ſcribit Bernard de Girard, *de l'Eſtat & ſuccés des affaires de France liu.* 3. *pag.* 325) *elles eſpouſeroient des eſtrangers, qui és charges, honneurs, & maniements des affaires, prefereroient ceux de leur nation, d'où naiſtroient infinies diuiſions, diſſenſions, & meſcontentements, comme eſt aduenu en pluſieurs autres Royaumes.* Hæc illi. At ſi mihi liberum eſt arbitrium dicendi, quod ſentio, hæ rationes tanti non videntur, vt fœminam à ſucceſſione in re-

regnum excludere penitus debeant. Quod de aliena familia dicitur, id ita præcaueri potuiſſet, vt ſuccedens in regnum fœmina lege prohiberetur alii nubere, quam prognato ex ſanguine Regio. Et exteri imperium euitari alia lege potuiſſet, ne fœmina, in regnum ſuccedens, nuberet extraneo; aut generaliter, ne fœmina Regii ſanguinis alii nuberet quam regnicolæ, & ex ſanguine regio prognato. Potiſſimam autem huius legis, vel conſuetudinis rationem eam eſſe iudico (quam etiam apud Thuanum annotatam obſeruaui *lib. hiſt.* 102.) ne Franci, ſupra alias vniuerſi orbis nationes generoſi, ac bellicoſi (prout ſibi videntur) muliebri imperio ſubderentur, & per fœminarum dominationem à maſcula virtute degenerantes, tandem & ipſi effœminarentur. Nulla vnquam Iuno (ait Balthaſar de Vias *in Sylua Regia p.* 33.) habuit in cœlis fulgura, nec in Francia ſceptrum fœmina: inter calathos & colos titubat maieſtas, quam bella tubæque, & viriles erigunt conatus. Hinc lex Salica digna maſcula Francorum virtute, quæ ſolis maribus, fœminis excluſis, ſceptrum & diadema defert. At vero de maſcula hac reſolutione nonnihil aliquoties Galli remiſerunt, quando reginas ad regimen publicum, nomine rectricis, vel tutricis, admiſerunt: quod contra legis Salicæ, ſi non verba, ſenſum tamen eſſe viſum fuit ipſis Galliæ ordinibus, vt ex relatione de Caſtelnau *en ſes Memoires liu* 3. *pag.* 132. cognoſcitur. *La Royne (Catherine de Medicis) demanda aux deputés des Eſtats,* (ait ille) *eſtans à Pontoiſe, le gouuerment, qui luy eſtoit laiſſé par le conſentement meſme du Roy de Nauarre, & de tous les Princes, & Seigneurs du Conſeil, fuſt emologué par les Eſtats. Il fut reſpondu, que c'eſtoit contre la loy Saleque, & ancienne couſtume du Royaume: toutesfois puisque c'eſtoit par le conſentement du Roy de Nauarre, des Princes du ſang, & du conſeil, il fut emologué.* Cæterum, in eo laudandi Galli, dum muliebre imperium auerſantur, quod & politici communiter contra naturam eſſe docent, ac illimetipſi qui illud admittere coguntur, ægre ferunt, & poſtquam fœminam in virum mutare nequeunt, regulis Priſciani vim inferre non erubeſcunt. Factum id ab Hungaris, cum mortuo Ludouico Rege, filiam eius vnicam, non Reginam ſed Regem Mariam, populari ſermone, appellarent: Eſtienne Paſquier *és recherches de la France, liure* 5. *chap.* 25. *pag.* 647. *edit. aucta.* quod adeo Reginæ ipſi placuit, vt in aurea moneta, quam cudi curauit, Regis Hungariæ titulo vſa fuerit. Zigler *in illuſt. Caſtr. lib.* 3. *de princip. Germ. virtute c.* 8.

gg) Ferunt Childericum, Regem Occidentalis Franciæ, quem filium Clodouei I. nominant, deceſſiſſe ſine maſcula prole, relictis tantum filiabus: his autem excluſis, Clotarium I. fratrem Childerici in regnum ſucceſſiſſe. Deinde Chereberto, Clotarii filio, mortuo, relictis tantum tribus filiabus, fratrem ſuum Sigisbertum ſucceſſiſſe, filiabus inſuper habitis. Eodem modo Gontramo, Regi Burgundiæ, & Aurelianenſi, non filiam Clotildem,

ſed

ſed Childebertum, Gontrami ex fratre Sigisberto nepotem, ſucceſſiſſe. Atque ita, quod in prima Regum Franciæ familia obſeruatum, in cæteris duabus ſubſequentibus continuatum fuiſſe. Sic poſt Ludouicum Hutinum, non Iohannam filiam, quicquid etiam pro ea ſuſceperit Dux Burgundiæ, ſed Philippum fratrem, Longum dictum, ſucceſſionem regni habuiſſe. Porro, fratrem Philippi, Carolum Pulchrum, excluſis quatuor Philippi filiabus, ad regni habenas perueniſſe. Vide Charron *en l' hiſtoire vniuerſ. chap.* 138. *pag.* 1027. Fauyn *au theatre d'honneur, liu.* 2. *chap.* 6. *pag.* 177. *& ſeqq.* vbi docet, legem Salicam in tribus Regum Franciæ familiis in vſu fuiſſe.

bb) Magna fuit & notabilis contentio inter Philippum Valeſium Gallum, & Eduardum III. Angliæ Regem, de ſuccedendi iure in Regnum Galliæ, quod vterque ſibi, poſt mortem Caroli Pulchri Regis Franciæ, vindicabat, anno M CCC XXVII. Mortuus fuerat Carolus Pulcher absque liberis, relicta vxore, Iohanna Burgundiaca, prægnante, vnde primæ quæſtionis origo de cura ventris, cui deberetur. Eduardus gradu proximior erat, Philippus autem remotior. Pendente hac lite peperit filiam, cui nomen Blanchæ inditum; Eius natiuitas cauſam præbuit controuerſiæ, vtri prædictorum Regni ſucceſſio delata eſſet? Status generales Regni Franciæ, itemque notabiles Clerici, Doctores & principales Iuſtitiarii, conuocati conuenerunt; Ibi Philippus Valeſius dixit, ſeſe filium eſſe & heredem Caroli Comitis Valeſii. Hunc fratrem fuiſſe germanum Regis Philippi Pulchri: Pulchrum autem tres habuiſſe filios: Ludouicum Hutinum, Philippum Longum, Carolumque Pulchrum, qui omnes ſucceſſiue regnum tenuerint: vtpote vno poſt alterum decedente ſine prole maſcula. Vltimum in ordine fuiſſe Carolum Pulchrum, itidem nullo filio relicto. Se vero (Philippum Valeſium) prædicti demortui Caroli proximum eſſe agnatum & patruelem, in ſecundo gradu collaterali conſtitutum. Hinc ſibi regni ſucceſſionem deferri. Rex Angliæ, Eduardus III. dicebat, ſe filium eſſe Eduardi II. ex matre Iſabella, filia Regis Franciæ Philippi Pulchri, ſorore Ludouici Hutini, Philippi Longi, & Caroli Pulchri; atque ita iure materni ſanguinis ſe ſolum maſculum ſupereſſe in linea directa deſcendente, aui ſui Philippi Pulchri. Cæterum, heredes eiusmodi lineæ præferendos eſſe collateralibus, idque patere ex conſtitutione Iuſtiniani *in Nouella* 118. *capite* 1 *&* 3. E contrario Philippus Valeſius legem vrgebat Salicam, quam dicebat excludere à ſucceſſione fœminas, ac proinde etiam ex fœmina natos. Status autem decreuerunt, Regem Franciæ, cum nec Imperatorem, nec alium, vt ſuperiorem recognoſceret, non ſubiacere legi Imperiali: dictumque fuit partibus, in hac re nullam prædictæ legis rationem habitum iri, verum legis Salicæ, atque ideo partes id agere debere, vt ſinguli verba & mentem eiusdem legis in ſuam ſententiam vrgerent: Bodin. *de Republ. lib.* 6. *c.* 5. *p.* 1166.

in quod ambo Principes conſenſere. Rex Angliæ dicebat: prædictam legem, bene intellectam, pro ſe facere, quandoquidem ea non niſi filiæ ſimpliciter excluſæ eſſent, nulla facta liberorum maſculorum ex iis deſcendentium mentione, ſed è contrario omnes maſculos ſine diſcrimine vocari. Philippus Valeſius dicebat: Eduardum non poſſe aliquid iuris prætendere, niſi per matrem ſuam: eam autem diſertis verbis excluſam eſſe, pariter & vniuerſam lineam fœmineam, à fœmina deſcendentem, ſolamque lineam maſculinam vocari. Tandem, partibus auditis, à prædictis Statibus pronunciatum fuit arreſtum, de ſententia omnium Principum, Prælatorum, Nobilium, inſigniorum vrbium, Iuſtitiariorum, & notabilium, in quos partes conſenſerant, quo Philippo Valeſio adiudicatum fuit Regnum Franciæ, declaratusque ipſorum Rex genuinus. Ita iuridice magis, quam ad hiſtoricum morem, Paponius *lib. 4. arreſtor. tit. 1. n. 2.* ea latinitate, qua à Galliæ quodam ICto translatus ex vernacula ſua. Cæterum, cum Eduardus inſignia Regni Galliæ inſigniis Regni Angliæ iunxiſſet, rationem rhythmicis verſiculis ita expreſſit, vel ipſe, vel alius pro illo:

Rex ſum regnorum bina ratione duorum:
Anglorum regno ſum Rex ego iure paterno;
Matris iure quidem Francorum nuncupor idem,
Hinc eſt armorum variatio facta meorum.

Quibus à parte Philippi Valeſii ita reſponſum:

Prædo regnorum qui diceris eſſe duorum,
Francorum regno priuaberis, atque paterno.
Matris vbi nullum ius, proles non habet vllum:
Iure mariti carens, alia eſt mulier prior illa:
Hinc eſt armorum variatio ſtulta tuorum.

Sanſouino *del gouerno & amminiſtratione di diuerſi Regni lib. 3. pag. 26. b.*

ii) Hiſpanus poſt necem Henrici III. totus in eo fuit, vt legem Salicam euerteret, ſed laborauit incaſſum. Thuanus *lib. hiſtor. 102. ad annum MDXCI.*

kk) In prima Regum Franciæ familia, ac aliquandiu etiam in ſecunda, omnes filii Regis patri ſuccedebant, & vnicuique ſua portio cum titulo Regio obueniebat. *Chacun d'eux auoit ſon partage en parfaite ſouueraineté, & tiltre de Royaume; & partant tous les enfans des Roys eſtoient deſia comme Roys, par eſperance certaine, dés le viuant de leur pere:* Loyſeau *des ordres chap. 7. n. 15.* Bodinus *de republ. lib. 2. cap. 2. p. 303.* De tempore, quo hoc immutatum, autores non conueniunt. Petr. Gregor. Tholoſanus *de republ. lib. 7. c. 8. n. 14.* id factum docet ſub Capetorum progenie, non expreſſo, ſub quo eiusdem familiæ id contigerit. Idem facit Bodinus *lib. 6. de republ. c. 3. pag. 1148.* vbi à gentilibus Capeti latenter hoc factum eſſe ſcribit. Diſtinctius

vero

vero Loyſeau *d.ch.7. des ordres n.18. & ſeq.* (*Sur la fin* (inquiens) *de la ſeconde race, Charles, fils puiné de Louys d'Outremer* (*ſurnommé le Ieune, a cauſe qu'il auoit vn autre frere plus aagé, nommé Caroloman*) *n'ayant peu auoir part au Royaume, par l'intelligence qu'auoit la femme de Lothaire, ſon frere aiſné, auec Hue Capet, maire du palais, ſe refugia par deuers Othon, Empereur d'Allemagne, ſon couſin germain, qui luy donna le Duché de Lorraine, ce qui fut cauſe de l'exclurre par apres tout à faict de la couronne, & de la faire transferer à la troiſieſme race. Race plus accorte & prudente que les deux precedentes: qui dés ſon commencement obſerua de maintenir le Royaume en ſon entier; en excluant les puinés de la ſucceſſion d'iceluy, ſuiuant ceſte derniere prattique de la precedente race, dont eſtoit venu ſon aduancement, & donnant ſeulement aux puinés des appanages, c'eſt à dire, aliments & entretenemens. A quoy deux choſes l'aiderent grandement; l'vne, que les premiers Roys de ceſte race, ne manquerent point à faire, dés leur viuant, ſacrer & recognoiſtre pour Roy auec eux leur fils aiſné, qui partant lors du decés du pere, ſe trouuoit tout eſtabli, & recognu par tout le Royaume, ainſi que Lothaire Roy dernier de la ſeconde race auoit fait à l'endroit de ſon fils Louys, à meſme intention, à ſçauoir, de peur que Charles le Ieune ſon oncle le troublaſt. L'autre, qu'au moyen de l'vſurpation des Ducs & Comtes, le Royaume n'auoit quaſi plus de domaine, où les puinés peuſſent mettre le pied, ains conſiſtoit en vn droit incorporel de ſuperiorité & authorité, & presque comme vn ſimple baiſemain des Ducs & Comtes. Droict qui n'eſtoit pas ſi aiſé à partager, ny a enuahir, comme vn domaine ſolide. Car ces Ducs & Comtes, eſtant ligués eſtroictement enſemble, pour maintenir leur vſurpation, ſe portoient tous d'vn bransle à recognoiſtre pour vnique Roy le fils auné du Roy decedé, auquel dés le viuant du pere ils eſtoient obligés, par foy & hommage, de ſorte qu'il eſt vray de dire, que ceſte vſurpation, & cantonnement des Ducs, & des Comtes, ſauua la France d'vne diuiſion & demembrement beaucoup plus dangereux, & duquel ineuitablement ſa ruine entiere fuſt aduenuë.*) Sub finem ſecundæ familiæ, Carolus, filius minor natu Ludouici Vltramarini, (cognominatus Iunior, quia fratrem habebat natu maiorem, cui nomen Carolomanni) cum nullam partem regni conſequi poſſet, ob commercium quod vxor Lotharii, fratris ſenioris, habebat cum Hugone Capetio, Præfecto Palatii, confugit ad Othonem Imperatorem Germanorum, cognatum ſuum, à quo obtinuit Ducatum Lotharingiæ; ſed propterea poſtea omnino à regni ſucceſſione excluſus fuit, & tertiæ familiæ locus datus. Hæc maiori ſapientia & prouidentia prædita, quam duæ priores; ſtatim ab initio ſtudioſa erat, quo Regnum in integritate ſua conſeruaretur, excludendo minores natu à ſucceſſione, (inſiſtens obſeruationi vltimæ præcedentis familiæ, vnde ſua conditio pinguior facta) illis tantum apanagia, hoc eſt, alimenta conceſſit. Id vero duæ res promouebant maxime: vna quod primi ex hac familia reges, primogenitos ſuos,

ſeſe adhuc viuentibus, coronandos curarent; & ſic illi poſt patrum obitus ſine obſtaculo agnoſcerentur pro regibus per totum Regnum: id quod etiam obſeruatum fuerat à Lothario, vltimo ex ſecunda familia Rege, quando Ludouicum filium propterea inaugurari fecerat, ne à patruo Carolo iuniore impediretur, turbareturue. Altera res, quæ propoſitum adiuuabat, erat, quod poſtquam Duces & Comites Regni ſibi adſcripſerant Ducatus atque Comitatus Regni, fere nihil ſupererat amplius, vbi pedem figerent Regum filii minores natu, ſed id, quod Regi reliquum erat in iſtos Ducatus, atque Comitatus, conſiſtebat in iure quodam ſuperioritatis & autoritatis, & quaſi in honoraria aliqua recognitione: Quod, tanquam incorporale, non tam facile diuidi, aut apprehendi poterat, ac res corporalis, & latifundia. Duces quoque & Comites iſti, quo ſemel vſurpatis liberius fruerentur, arcto fœdere connexi, vnanimiter pro vnico Rege agnoſcebant filium natu maiorem Regis mortui, cui viuo adhuc patre iuramentum fidelitatis præſtiterant, ita, vt vere dici poſſit, illam vſurpationem, & amicum conſenſum Ducum & Comitum Franciæ, ad hoc profuiſſe, ne diuiſioni expoſita fuerit, qua ſine vllo remedio ruinam integram paſſa fuiſſet. Fauyn (*au theatre d'honneur liure 3. pag.533.*) hoc expreſſe adſcribit Hugoni Capeto, quod facit etiam Charron *en l'hiſt. vniuerſ. chap. 125. pag. 898.* Sed Scipion du Pleix, *en l' inuentaire des erreurs de l' inuentaire de Iean de Serres. pag. 134.* in contrarium abit, tum, quod nemo veterum hiſtoricorum, aut ſcriptorum, reperiatur, qui ſanctionis adeo inſignis mentionem vllam fecerit: tum, quod Hugo Capetus, cui tantum vnicus fuit filius, quem iam viuus in ſocietatem regni adſciuerat, nihil habuerit, quod eum mouere potuerit ad legem illam primogenituræ introducendam.

ll) Caſu, quo Rex Franciæ decedit nullo relicto filio, vel nepote ex eodem, &c. deficiente linea deſcendentium, ſuccedit collateralium proximus, etiamſi in milleſimo gradu conſtitutus eſſet: ex Baldo, Bret *liu. 1. de la ſouuer. du Roy chap. 4. pag. 35.* Atque hoc in caſu deficientium liberorum maſculorum, aliquando Reges ſoliti ſunt (*tant pour obuier aux dangereux differens, qui pourroient naiſtre apres leur mort, touchant la ſucceßion du Royaume, que pour gratifier, & esleuer en honneur dés leur viuant, le preſomptif ſucceſſeur de la couronne, de luy bailler lettres de premier prince du ſang, ou, comme dit du Tillet, ſeconde perſonne de France, dont il rapporte pluſieurs exemples, qui nous apprennent, que nos Roys* (ita Loyſeau *d. chap. 7. n. 54.*) *ont telle confiance, tant en la pieté des princes du ſang, qu'en la fidelité de leurs ſubiects, qu'ils n'entrent point aux doutes, qui retiennent les princes eſtrangers de deſigner leur ſucceßeur, ce que la feu Roine d'Angleterre appelloit, mettre vn bandeau funeral deuant ſes yeux. Deſignation, que meſmement les petits officiers, & beneficiers, ont en horreur; & que les Romains craignoient tellement aux ſucceßions priuées, que*

pour

pour en oſter l' aſſeurance, meſme à ceux qui y eſtoient appellés par nature, ils mirent en vſage ordinaire les teſtamens,leſquels encor ils cachetoient de telle ſorte, que les teſmoins ne ſçauoient rien du contenu en iceux, afin que leurs propres enfans fuſſent en doute s'ils ſeroient leurs heritiers) non ſolum vt præcaueant periculoſos motus, qui poſt mortem illorum poſſunt accidere, propter ſucceſſionem in Regnum, ſed etiam, vt adhuc in vita exiſtentes, honore extollant eum, qui ſecundum rerum apparentiam in coronam ſucceſſurus eſt, diplomate declarare primum inter ſanguinis Regii Principem, aut, vt Tilletus loquitur, ſecundam perſonam Franciæ; cuius rei idem plura recenſet exempla, quibus docemur, Reges noſtros, tam fiduciæ pietatis ſanguinis principum, quam fidelitatis ſubditorum ſuorum innitentes, non curare morem principum aliorum, qui nolunt ſucceſſorem ſuum denominare; quod Angliæ Regina Eliſabetha dicebat idem eſſe, ac funebri velo proprios oculos operire. Quam deſignationem ſucceſſoris, etiam minorum gentium officiarii & beneficiarii horrent, ac Romani in ſucceſſionibus priuatorum in tantum metuebant, vt ne illos quidem, quos natura ad ſucceſſionem vocabat, de illa certos eſſe vellent, in eamque rem teſtamentorum vſum inducerent, tanta eadem obſignantes cura, vt teſtibus de tenore voluntatis nihil conſtare potuerit, liberique in ambiguo verſarentur, an heredes inſtituti eſſent.

mm) Filios naturales Galliæ Regum admiſſos olim fuiſſe cum legitime natis, extra controuerſiam eſt: *quo de agit* Tilletus, *au recueil des Roys de France, au tiltre, de Meſſeigneurs fils de France, pag. mihi* 206. *&* Tholoſanus *de Republ. d. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 14. Immutatum hoc poſtea fuiſſe, omnes agnoſcimus; quando autem, non vna omnium eſt opinio: illa tamen communior, quæ ad tertiam Regum familiam refert. Tholoſanus, *dicto loco,* ſumma cum vtilitate Reipublicæ Gallicæ veterem morem reformatum ſub Capetorum progenie ſcribit. Et Fauyn *d. liu.* 3. *du theatre d'honneur, pag.* 536. ait; (*Capet, ayant remarqué les fautes en l' eſtat des Roys ſes deuanciers, que l' aduancement de leurs baſtards auoit touſiours cauſé les troubles de la France, ayant eſté partagés eſgalement auec les legitimes, & meſmes esleués ſur le throſne Royal, comme Louys, & Carloman, baſtards du Begue, il ordonna, que d' ores enauant tout baſtard ſeroit non ſeulement reietté de la couronne, mais auſſi de l' adueu, & du ſurnom de France.*) Capetus errores anteceſſorum ſuorum expendens, & inter illos, quod filiorum naturalium admiſſio ad ſucceſſionem æqualem, cum liberis legitimis (exemplo Ludouici & Carolomanni, naturalium Ludouici Balbi) ſemper turbaſſet quietem Franciæ, conſtituit, vt naturales impoſterum non ſolum non admitterentur ad coronam ſuſcipiendam, ſed etiam non vterentur cognomine Franciæ, neque reciperentur in numerum liberorum. *adde* Charron *en l' hiſt. vniu. ch.* 125. *p.* 898. Bodinus *de Republ. lib.* 6.

 cap.

cap. 5. p. 1148. Hugonis Capeti ſucceſſoribus id adſcribit. Loyſeau *d. ch. 7. n.* 87. eadem de re tractans *n.* 88. addit: (*La troiſieſme lignée a touſiours obſerué tres-iuſtement, d'exclurre les baſtards de la ſucceſſion du Royaume, ſelon le droit commun, eſtabli de preſent, comme ie croy, en tous les Eſtats de la Chreſtienté, où la polygamie, & le concubinage ſont defendus, (combien qu'anciennement les baſtards ſuccedaſſent auec les legitimes) meſme parmy le peuple de Dieu, où ces prohibitions n'eſtoient pas. Encor trouuons-nous, au commencement de ceſte troiſieſme lignée, la maiſon illuſtre de Montfort, deſcenduë, d'Amaury fils naturel du bon Roy Robert, auquel il donna le Comté de Montfort, pres Paris &c. Du depuis, à la verité, nos Roys, craignans que les naturels fiſſent teſte aux legitimes, quoy que ce ſoit, qu'ils pretendiſſent quelque iour la ſucceſſion du Royaume, ſelon l'obſeruance iniuſte des deux precedentes races, ont pris couſtume, ie ne ſçay, ſi ie doy dire auec du Tillet, de ne les aduouër, mais bien de les ranger & dedier à l'Egliſe, ainſi qu'en ces races precedentes on faiſoit moines ceux, qu'on vouloit exclurre du Royaume; ou bien, pour autant que c'eſtoit vn moyen plus commode, & plus aiſé de les aduancer, & enſemble pour leur oſter l'eſperance de lignée. Mais à preſent, que ceſte reigle, de les exclurre de la couronne, eſt eſtablie par tant de ſiecles, & par vne ſi longue ſuitte des Roys paiſibles, que celuy qui la voudroit violer, n'y gaigneroit autre choſe, ſinon de ſe rendre ridicule; nos Roys ne font plus de doute, n'y d'aduouër leurs enfans naturels, ny de les laiſſer marier; voire meſme, ils les legitiment en tout, & par tout, fors pour la ſucceſſion du Royaume, & ce par lettres expreſſes, qui portent clauſe, qu'ils marcheront immediatement aprés les Princes du ſang; lettres qu'ils font verifier au Parlement.*) Tertia familia ſemper à ſucceſſione in regnum excluſit liberos naturales, ſecuta normam iuris communis, recepti, vt opinor, ab omnibus Chriſtianorum principatibus, in quibus polygamia, & concubinatus reprobatur, (licet antiquitus naturales ſucceſſerint vna cum legitimis) etiam apud populum Dei, vbi iſtæ prohibitiones nondum fuerunt in vſu. Sola illuſtris domus Montis fortis excipienda venit, (in principio tertiæ familiæ Regum) quæ originem traxit ab Amari, filio naturali Regis Roberti, cui hic contulit Comitatum Montisfortis, non procul Lutetia ſitum. Certe, inſequenti tempore noſtri reges, ne forte naturales ſe opponerent legitimis, & aliquando ſucceſſionem in Regnum ſibi deberi contenderent, ſecundum conſuetudinem iniuſtam duarum præcedentium familiarum, conſueuerunt, neſcio an cum Tilletus aſſerere debeam, eos non agnoſcere pro filiis, ſed Eccleſiæ addicere, quemadmodum in præcedentibus familiis moris fuit, illos monaſticis votis conſtringere, quos à ſucceſſione in Regnum remotos volebant: vel, quod hoc modo eos ad dignitates promouere volebant, & ſpe ſobolis priuare. Cum vero regula, quæ illos à ſucceſſione in Regnum remouet, per tot ſecula, totque Reges, qui in quiete vixerunt, huc uſque continuata fuerit, ut qui eam infringere

Digitized by Google

gere tentaret, nihil proficeret, ſed ſe irridendum proſtitueret, noſtri Reges, citra ſcrupulum, naturales ſuos pro liberis agnoſcunt, illisque permittunt contrahere matrimonium. Imo vero legitimant eosdem in omnibus & per omnia, excepta ſola ſucceſſione in Regnum, hocque, diplomate peculiari, in Parlamento approbata confirmant, cui hæc additur clauſula, quod debeant ſequi immediate poſt principes ſanguinis. Cæterum, contra communiorem opinionem legimus apud Azorium, *part. 2. inſtitut. moral. lib. 11. cap. 2. pag.* 1074. tempore Caroli Magni, inter alias leges vnam eſſe conſtitutam, ne impoſterum in Regno Galliarum ſpurii filii, etiamſi eos pater vt filios agnouerit, ſuccederent. Scipion du Pleix *in d. inuentario p.* 135. & ipſe communiorem opinionem reiiciens, ſcribit, quod illa inſtitutio à Capeto facta ſit, à nullo antiquorum autorum annotatum reperiri; præterea inutilem fuiſſe, cum in ſecunda Regum Franciæ claſſe (*les baſtards ne ſuccedoient point à la couronne, & n' entroient point en partage auec les legitimes. Les exemples en ſont aſſés manifeſts aux baſtards de Pepin, & de Charlemaigne. Vray eſt, qu' Arnoul fut promeu aux ordres ſacrés: Et ceux, qui ont tenu, que Louys, & Caroloman, fils de Louys le Begue, eſtoient baſtards, & ſeulement Regents, ſe ſont trompés.*) naturales non ſucceſſerint in Regnum, nec cum legitimis partem tulerint. Exempla manifeſta extare naturalium Pipini & Caroli Magni. Arnoldum ſacro ordini fuiſſe addictum. illos vero, qui ſcripſerint, Ludouicum & Carolomannum, filios Ludouici Balbi, fuiſſe naturales, ſolumque Regentes regni, aberraſſe à vero.

nn) Carolus V. Galliæ Rex anno M CCC LXXIV. conſtituit, vt Rex Galliæ ætatis ſuæ anno decimo quarto ſit & habeatur maiorennis: quæ lex poſtea anno M CCC LXXV. die XXI. Maii publicata fuit in Parlamento Pariſienſi: Tillet *au recueil des rangs des grands de France, tiltre, des gouuerneurs pag. m.* 388. Tenor legis hic eſt: CAROLVS, Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Filios Regum per parentes educari, & erudiri debere, vt Deum timeant, virtutum & virium profectum celeriter attingant, ſincere diligi, & primogenitos maxime magnis donis, & altis honoribus decorari, Reipublicæ commodum, ſtatus Regnorum & ſubditorum concernentibus, & tranquillitatis augmentandæ prædeceſſorum illuſtrium ſectando veſtigia, clare liquet. Bona enim terra diligenter colitur, vt fructus optimus reportetur, multo magis ſunt filii Regum per patres ſtudioſius nutriendi, & docendi, vt virtutibus imbuantur, fortificentur, & creſcant, & cum in adultam ætatem peruenerint pueritiæ redoleant bonos mores, qui ad maioris honoris culmen ſunt in populis erigendi. Altius nempe præcepta ſumunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus. Illa vero vtilis cenſetur doctrina, ac prudentia, quæ ab ætatis initiis, atque ab infantiæ ipſius exordiis inchoatur. Vnde ſapiens, fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & ad

canos inuenies ſapientiam. Cæterum, æquum cenſetur, Reges, filios ſuos, vt ſe ipſos diligere, tanquam ſenectutis ſuæ paſtores & cuſtodes domus ſuæ; cum natura eadem perſona reputentur cum ipſis, & filii, ſi non bene viuant, ad interitum patris eſſent. Sane filios Regum generaliter magnificandos, & honorandos plus quam alios, iura clamant, in quibus parentes cæteris munificentiores eſſe debent. Nam ipſis ſolis remanentibus poſt mortem, memoria & ſpe ducti, quodammodo immortalitatem participant; vnde non magnificando, vel honorando eoſdem, donum Dei, ſibi in filiis præſtitum, negligere viderentur. Rurſus, quod in honoribus ſint aliis fratribus primogeniti præferendi, paterna benedictione pinguiori, ſatis patet ex benedictione, quam dedit Iſaac ipſe Iacobo, ſic inquiens: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & olei; ſeruiant tibi populi, & adorent tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. Porro, ſumme debent Reges attendere, quod beneficia filiis ſuis, præcipue primogenitis, impenſa, cum publica vtilitate concurrant, cum hæc duo, poſt Deum ſibi debeant exiſtere chariora, confidentes in filiis rempublicam poſt ipſorum obitum feliciter conſeruari, in ipſius negotiis peragendis, ſic intendentes ſolerter ea, quæ periculoſiora ſunt, nequaquam ſine remedio reformationis accommodari, relinquant, ſed ſic reſpiciant oculate, quod populus ab opprimentium protectus incurſibus, exuberantia virtutum quieſcat in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & regina temporalium opulentiæ, res quoque publica ſit ſuis temporibus in bona proſperitate. Poſtremo, ſuper regimine Regni debemus prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere, & inter bonos meliores, & inter meliores optimi ſunt ſectandi. Hinc eſt, quod nos conſiderantes attente, ætatem quatuordecim annorum, ſeu & minorem, nullatenus repugnare Regiæ dignitati, vel adminiſtrationi nanciſcendæ vel ſuſcipiendæ Regnorum. Ioas enim vnctus fuit, & regnauit ætatis ſuæ anno ſeptimo; Ioſias annorum octo erat, quando regnare cœpit; Dauid paruulus in Regem vnctus eſt: & Salomonem elegit Deus adhuc puerum, & tenellum: & iſti Reges fecerunt placitum coram Domino: Hieremias puer ſuper gentes conſtitutus eſt. Conſiderantes, quod annus decimus quartus diſcretionis exiſtit, & in ipſo ad plures actus legitimos exercendi, & aſſueſcendi ſint nobiles, ad labores militares & opera bellicoſa; Et quod nonnulli Reges, tam prædeceſſores noſtri, quam alii, hac ætate, ſeu paulo ante, vel poſt, regnorum gubernacula aſſecuti, magnifice & vtiliter regnauerunt; quod filii Regum Franciæ ſolent cura peruigili inſtrui, & educari in bonis moribus, virtutibus & honore. Quapropter ipſos veriſimiliter traditur plus illo tempore profeciſſe, quam alios minoris ſtatus, ætate longe maiori, iuxta illud quod ſcribitur, Cæſaribus virtus contigit ante dies. Atque in corde noſtro indelebiliter eſt

ſcriptum,

ſcriptum, qualiter ſanctiſſimus atauus, & prædeceſſor noſter, patronus, defenſor & Dominus ſingularis, Beatus Ludouicus, flos, decus, lumen & ſpeculum, nedum regalis proſapiæ, ſed omnium Gallicorum, cuius memoria in benedictione eſt, & non relinquetur in ſecula, ac diuina protegente gratia nullius mortalis criminis ſenſiſſe contagium perhibetur. Regnumque & Rempublicam, ſic laudabiliter gubernauit, quod geſta ipſius præclara (quæ mundus mirabitur quamdiu Sol permicabit) per nos, ac ſucceſſores noſtros merito ad conſequentiam trahi debent, ſic quod ſua actio noſtra inſtructio videatur. De ipſo enim legitur, quod Regni, maximi & potentes inimici, agente Deo, ipſius pueri Regis viribus ſunt repulſi, ætatis ſuæ quartodecimo anno Regni regimen aſſumpſit, recepit homagia, ſeu fidelitatis iuramenta, prælatorum, parium, & aliorum vaſallorum; fuitque ſacri Regali vnctione inunctus, & coronatus. Videntes, & dierum creſcente malitia mundum iugiter in deteriora prolabi, & non ex diuinæ prouidentiæ defectu, ſeu debiti rerum ordinis, ſed ex propriis demeritis hominum mentes aſſueta deprauante nequitia, in illis malorum paſſim cumulum ſuperaddi, atque quaſi infinita per adminiſtratores alienos minoribus illata, & irrogata fuerunt, temporibus retroactis. Nec ceſſant, proh dolor, inceſſanter inferri, exactique temporis conſideratio edocet, & penſata euidenter diſcrimina manifeſtant, quot & quantos, aliena longæua, & peregrina regimina, plena periculis exciterunt. Quibus de cauſis, & aliis, vt minorum indemnitatibus ſuccurratur, & ipſi frequentem veniam ætatis impetrant, & nos & prædeceſſores noſtri in concedendo eandem, conſueuimus nos exhibere petentibus liberales. Quodque Rex, & Dominus naturalis, ac legitimus plus diligitur à ſubditis quam eum quicunque regens pro eo videtur, libentius & ſibi ab eiſdem obeditum, retrahunturque à facinoribus, & delictis ſolum dominum videndo frequenter, etſi puerum, iuuenem, vel infantem, ad bonum obedientiæ & ſeruitiorum promptitudinem excitantur, audaces & magnanimi fiunt, magis in omnibus virtuoſi. Macedones enim, pulſi Rege ſuo, Regis defuncti filio exiſtente in cunis, pæne in aciem poſito, acrius recepere certamen, & victores fuerunt, propter præſentiam eiuſdem, oſtendentes priori bello Regem, non virtutem Macedonibus defuiſſe. Et Gallici, Chilpericum Regem Franciæ, cuius autoritate, & nomine ætatis quatuor menſium exiſtentis, Regnum regi voluerunt, intuentes per Reginam, matrem ſuam, ad exercitum inter brachia portari, ita ſtrenue bellauerunt, quod dictus Chilpericus glorioſiſſimum habuit, & obtinuit triumphum. Pacifico ſtatui Regni noſtri, nedum pro noſtris, ſed perpetuis temporibus, cupientes ſinceris affectibus prouidere, ad vitandas diſcordias, remouenda ſcandala, & alia inconuenientia, & detrimenta maxima, quæ niſi prouideretur, timerentur veriſimiliter euenire. Præmiſſis omnibus & ſingulis,

 quan-

quantum nobis ex alto permittitur, meditatis prudenter, & agere conſideratè poſſimus, ad omnem dubitationis materiam ſubmouendam, habita ſuper hoc deliberatione matura, & conſilio pleniori, Prælatis, perſoniſque notabilibus, clericis & laicis, declaramus, decernimus, ordinamus, & hac edictali lege noſtra irrefragabili, & in perpetuum valitura, definimus, conſtituimus, & ſancimus, de noſtra certa ſcientia, ac Regiæ plenitudine poteſtatis, vt ſi nos, vel ſucceſſores noſtros, diuino nutu decedere, vel ab hac luce migrare cõtigerit, filio noſtro maſculo primogenito, ſeu primogenitis Regni ſucceſſorum noſtrorum, pro tunc exiſtentibus minoribus quatuordecim annis, eo ipſo quod dictus primogenitus noſter, ſeu primogeniti prædictorum ſucceſſorum noſtrorum quartum decimum annum ſuæ ætatis attigerint, vel eiſdem deſcendentibus, ſiue filiis maſculi fratris ſui ab eodem patre procreati, naturales & legitimi, ſecundum debitum ordinem originis eorundem, dictum annum decimum quartum attingentes, quos ex nunc, prout ex tunc, quod ad infra ſcripta, puberes ſtatuimus, & decernimus reputari, habeant & habere debeant regimen, & adminiſtrationem Regni, homagia, & iuramenta fidelitatis, per Prælatos, fratres, pares, principes ſeu quaſcunque perſonas alias eccleſiaſticas, vel ſeculares, præſtanda & facienda, etiam ſi Archiepiſcopali, Epiſcopali, Regia vel alia quacunque præfulgeant dignitate, recipiant & admittant. Illi vero, qui ad eadem præſtanda, vel facienda, erunt quomodolibet adſtricti, illa dicto tempore ſibi facere, & præſtare neceſſario teneantur: donum munificũ ſacræ vnctionis Regalis, ſceptrum, coronam, diadema, veſtimenta, & alia inſignia Regalia, vniuerſa & ſingula recipere valeant, pro ſuo lubitu voluntatis, teneant, ac plenum ſortiantur effectum; iuramenta, tam in ſacræ vnctione vel coronatione, quam alias, tunc per eoſdem præſtita, nec non gratiæ, pacta, conuentiones & promiſſiones, factæ ſuis ſubditis & Vaſallis, ſeu aliis perſonis, eccleſiaſticis, vel ſecularibus, quibuſcunque, ac ſi eſſent maiores XXV. annis, faciantque & diſponant in omnibus & per omnia, prout bonus Rex Francorum facere poteſt, & eidem competit, ratione ſui præcelſi culminis, & dignitatis ſupremæ ſuæ Regiæ maieſtatis, conſuetudinibus non obſtantibus quibuſcunque, quæ nunc ſint, ac fuerint ab antiquo: pro Domanio Regni regendo, & conſeruando, actibus bellicis ad laudem bonorum, & vindictam malorum, ſi opus fuerit, exercendis, & ad prouinciarum regimen, ac pro debita iuſtitia, quæ hucuſque, laus Deo, in Regno noſtro dicitur floruiſſe, abſque acceptione perſonarum, omnibus, & ſingulis miniſtranda officia ordinata, origine ſpectabiles, illuſtres & ſuperilluſtres, literati, prudentes, & ſcientifici, quorum opinionibus & operationibus floret orbis, commiſſi, & deputati ad huiuſmodi officia gubernanda, impendenda obſequia, ac adminiſtranda conſilia maieſtatis Regiæ, in omnibus quæ ius publicum concernunt; &

ſuper adeptione, vel adminiſtratione Regni, non reperiatur certa ætas conſtituta vel præfinita à iure, in Rege, qui ſolutus eſt legibus, cum iura, dicentia ætatem exigi in minoribus, loquantur in iuriſdictioni ſubiectis, dignum prorſus, & congruum arbitramur, tam ex his, quam ex ſupra dictis, in dicto anno quartodecimo ſuprascripto, filios noſtros, vel ſucceſſorum noſtrorum, in caſibus ſuperius declaratis, regimen & adminiſtrationem Regni nanciſci, ſuſcipere & habere, ac omnia facere, quæ ad verum Regem pertinent, vt ſuperius eſt permiſſum. Si quis autem in tantam proruperit temerariæ præſumptionis audaciam, quod præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, per ſe, vel per alium, publice, vel occulte, nixus fuerit impedire, ſeu ſuper eisdem ſe inobedientem reddiderit, vel rebellem, omni iure ſucceſſionis, & regni regiminis, vel adminiſtrationis eiuſdem, quod pro tunc, & futuro tempore ſibi competere poſſet, nec non dignitatibus, terris, feudis, & domaniis, quæ in Regno noſtro tenebit, & etiam mandantes, conſulentes, agentes, & conſentientes ſeu ratum habentes, eo ipſo nouerint ſe priuatos. Ne autem noſtra præſens lex, vel conſtitutio, deinceps in diſputationis materiam deducatur, ſed ſi quæ ſuper ipſa prætenderetur ignorantia, craſſa dici debeat, & ſupina, volumus & decernimus, eandem ſolemniter publicandam, & in archiuo chartarum noſtrarum, ad perpetuam memoriam, redigendam. Datum in Caſtro noſtri nemoris Vincenarum, menſe Auguſto, anno Domini milleſimo trecenteſimo, ſeptuageſimo quarto: regni vero noſtri vndecimo. Hanc conſtitutionem, quæ ex parte diſcurſum ſapit, ita extraxi, ni memoria fallor, ex Antonii Fontanon *collectione edictor. & ordinationum Regum Franciæ.* de eadem videri etiam poſſunt, *Codex Ludouici XIII. lib. 1. tom. 1. tit. 3. pag. 9. & ſeqq.* à Corbino *editus*; Bret *de la ſouueraineté du Roy liu. 1. c. 5. per totum*: Mornacius, *in obſeruat. ad l. 3. ff. de legibus*: Eſtienne Paſquier, *liu. 5. des recherch. de la France chap. 5. pag. 256. (edit. aucta.)* vbi hanc legem exigui effectus eſſe agnoſcit, cum lex ciuilis naturalem mutare nequeat, minimeque id operari, vt infans non ſit infans, ſed maioris ætatis & rationis. Carolus, inquit, *penſoit par là aſſeurer l'eſtat aux ſiens à clouds de diamans, ne ſe ſouuenant que les loix de Nature ſont immuables, quelque changement que nous y penſions apporter, par la loy ciuile, & qu'il luy eſtoit impoßible de faire, qu'vn enfant ne fuſt touſiours enfant, quelque ceremonie de Sacre, & couronnement l'on y apportaſt, pour ſuppleer le defaut de ſon aage.* Eadem cenſura eſt Nicolai Paſquieri *literar. lib. 5. pag. 434.*

oo) Caroli V. conſtitutione, quam modo exhibuimus, expreſſum, Regem anno decimoquarto ætatis aptum eſſe ad recipiendam coronam, & vnctionem. Verum, hoc poſtea à Carolo VI. anno MCCCCVII. ita correctum, vt impoſterum primogenitus, ſuccedens in Regnum, etiamſi minor quatuordecim annorum, quacunque ætate coronaretur & ſacraretur,

Regni

Regni interea tutela, & adminiſtratione, aliis concredita. Choppinus *de Domanio Gallico lib. 3. tit. 5. pag. 445. n. 4.* Laurens Bouchel *tom. 1. de la bibliotheque, ou du threſor du droit François, pag. 1. verb. aage des Roys.*

ceret, priué & grand, Parlaments, Chambres des Comtes, & generalités des Charges, ſont ariſtocratiques. Les eſtats, tenus par chacun an aux Prouinces, Maireries des villes, Eſchevinages, Conſulats, Iurades, Capitolats & Marguilleries des villages, ſont democratiques, c'eſt à dire, populaires.

m) Opinio temperati ſtatus ita peruaſit hominum mentes, vt hanc quoque Francorum monarchiam, qua nulla magis regia fingi poteſt, triplici genere confuſam eſſe, nonnulli & ſentiant & ſcribant: Senatui quidem Pariſiorum, ariſtocratiam; comitiis popularem ſtatum tribuant: quæ opinio non tantum abſurda, ſed etiam capitalis videri poſſit. Eſt enim capitale, Regi ſubditos dominatu, ac potentia, æquare, aut imperii ſocios adiungere. Quæ vero popularis apparet potentia, cum ordines coguntur? cum habentur conuentus? aut qua re maieſtas ſummi Principis tum magis illuſtratur, quam cum vniuerſi, ac ſinguli potentes, æque ac tenues, humili habitu, id eſt, genibus flexis & aperto capite Regem adorant? ad eum rogationes ferunt? ab eo, vel admittuntur, vel repulſam patiuntur? An vero princeps vllus gloria maiore, ſi gloriam inanem affectat, cumulari poteſt, quam cum ſubditos omnium ordinum & ætatum, ex alto ac ſublimi ſolio, ſe venerantes, ac humi procumbentes, intuetur? Neque enim illa, quæ dicitur gloria, in ipſius principis ſolitudine, ſed in ſubditorum veneratione, ac obedientia conſiſtit. Si nulla igitur potentiæ popularis imago fingi poteſt, cum habentur populi conuentus, multo minus erit in curia Parium, qui ſic appellantur, quod inter ſe quidem pares ſunt, non autem Principi; vt nimis ruſtice nonnulli opinantur. At ne magiſtratuum quidem omnium totius Regni coacta multitudo, illam quam opinione ſibi finxerunt, optimatum ſpeciem, referre poteſt; cum in vnius Principis præſentis perſona, vbi vbi ſit, omnia omnium imperia, ac poteſtates conquieſcant: Neque enim magiſtratus quiſquam præſente Principe imperare poteſt. Itaq; Rex in principum, ac magiſtratuum cœtu, cum ius dicit, Cancellarium quidem ſingulorum ſententias exquirere iubet, tum ad ſe referre, vt eas arbitrio, ac voluntate ſua, non numerare, vti fit in iudicum decuriis; ſed ponderare poſſit. Ac tametſi ſæpius eam ſententiam probat, quæ ſuffragiorum numero vincit; vt tamen intelligatur, non magiſtratuum, aut iudicum, ſed principis ſolius decretum eſſe, nec cæteros magiſtratus imperium vllum habere, Cancellarius non pronunciat, iudicibus aut curiæ hoc vel illud videri, ſed clara voce his verbis vtitur; REX VOBIS DICIT. Curia vero cum ad Regem ſcribit, antiquis verbis ac formula veterum etiamnum vti ſolet. Eſt autem hęc literarum ſuperſcriptio; REGI, DOMINO NOSTRO SVPREMO. (*au Roy noſtre ſouuerain Seigneur*) Principium vero literarum eſt huiuſmodi; SVMME DOMINE NOSTER, QVANTVM HVMILITER POSSVMVS, VESTRAM GRATIAM OPTAMVS. (*noſtre ſouuerain Seigneur, tant & ſi tres-humblement que pouuons à voſtre bonne*

Digitized by Google

grace nous recommandons.) Subſcriptio in vltima charta huiusmodi: VESTRI HVMILIMI AC OBEDIENTISSIMI SVBDITI, SERVIQVE, HOMINES VESTRÆ CVRIÆ PARLAMENTI. Quæ certe formula, non optimatum, aut eorum, qui cum Rege eadem imperii poteſtate conſociantur; ſed eorum, qui ſumma veneratione, fidelitate & obſequio Regem colunt & proſequuntur. Hæc Bodinus *de Republ. lib* 2. *c.* 1. *pag.* 284.

n) Eſt pura Monarchia: Bodinus *d. c.* 1. *pag.* 285. *La France eſt purement monarchique*: Loyſeau *du droit des offices liu.* 1. *chap.* 9. *n.* 22. *Le Royaume de France eſt la mieux eſtablie Monarchie, qui ſoit, voire qui ait iamais eſté au monde; eſtant, en premier lieu, vne Monarchie Royale, & non pas Seigneuriale: vne Souueraineté parfaicte, à laquelle les Eſtats n'ont aucune part: ſucceſſiue non electiue: non hereditaire purement, ni communiquée aux femmes, ains deferée au plus proche maſle, par la loy fondamentale de l'Eſtat*: Loyſeau *au traicté des Seigneuries chap.* 2. *n.* 92. *La plus pure, & la plus parfaicte du monde.* Idem *d. tr. chap.* 3. *n.* 11. *Le Royaume de France a touſiours eſte pleinement Monarchique*, *παντελὴς μοναρχία*: Bret *de la ſouueraineté du Roy liu.* 3. *chap.* 7. *p.* 396. Hinc Francogalli Monarchiæ adeo aſſueti, vt omnem aliam adminiſtrationis formam exoſam habeant: (*Les François ſont tous accouſtumés à la Monarchie, & tous autres gouuernemens leur ſont odieux.*) *Ita legimus és Memoires d'Eſtat* de Villeroy *pag.* 122.

o) Suæ tutelæ fit is, qui deſinit eſſe ſub tutela alterius: *l.* 9. §. 1. *ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.*

p) *Hors de page*, proprie is eſſe dicitur, qui exceſſit ex pediſequis, ex pueris, ex ephebis, ex aſſeclis, qui in virum tranſcriptus eſt. Coquille autem, (*en l'hiſtoire du pays, & Duché de Niuernois p.* 124.) quod de Regibus Franciæ dicitur, eos eſſe *hors de page*, interpretatur, id tum dici cœpiſſe, (*quand il n'y a plus eu perſonne, qui par honneſtes, & humbles aduertiſſements, auec liberté, & ſans paſſion, ait faict ſouuenir les Roys de leur deuoir.*) vbi nemo ſuperfuit, qui honeſtis & humilibus monitis, libere, & citra affectus, Regem officii ſui admoneret. Idem (*pag.* 243.) ait: (*Le Roy François I. diſoit, que le Roy Louys XI. auoit mis les Roys de France hors de page; pource qu'il auoit abaiſſé l'authorité des princes, & aboli le pouuoir des Eſtats, és quels les nouueaux ſubſides deuoient eſtre accordés, & n'auoit le Roy droict de les impoſer autrement.*) Franciſcus I. Rex ſolebat dicere, Reges Franciæ à Ludouico XI. ex ephebis eductos; ſcilicet quod Principum autoritatem depreſſiſſet, & ordinum regni poteſtatem ſuſtuliſſet, in quorum conuentu noua ſubſidia promittebantur; nec enim aliter Rex illa imponere & exigere poterat. Belcarius *rer. Gallicar. comment. lib.* 16. *pag.* 476. *n.* 12. Franciſcum I. ſe Gallos Reges ex ephebis eduxiſſe, atque è tutorum poteſtate exemiſſe, ſæpe iactaſſe referens, addit, pro explicatione dicterii; Galliæ enim Reges antea maiora negotia, & ad rem Gallia-

rum

Digitized by Google

rum publicam ſpectantia, non niſi de principum conſanguineorum, ac duodecim patriciorum, conſilio expedire, nihil à plebe, niſi ex trium ordinum conſenſu exigere ſolebant. Hic (Franciſcus puta) aliam viam ſecutus eſt, quam eius poſteri ingredi potius, quam Regum antiquorum veſtigiis inſiſtere, maluerunt.

q) Communius Ludouico XI. adſcribitur, de quo etiam in prouerbium abiit; *(qu'il eſtoit bon Roy, & mauuais homme. Les autheurs du prouerbe ont entendu, bon Roy eſtre celuy qui à tous ſes commandemens, quels qu'ils ſoient, ſe faict obeir.)* quod fuerit bonus Rex, ſed malus homo. Autores prouerbii bonum Regem eum intellexerunt, qui curat obedientiam præſtari mandatis ſuis, qualiacunque etiam ſint. Coquille *d. tr. pag.* 244.

r) In deciſionibus cauſarum is ſtatus ſemper attendendus, qui nunc eſt, non qui olim fuit, aut futurus eſt: Crauetta *conſil.* 906. *n.* 4.

s) Francogallos olim, in regno ſuo conſtituendo, ſtatum ex tribus permixtis generibus temperatum tenuiſſe, aſſerit Hottomannus *in Francogallia c.* 12. *p.* 91. Monarchiam haud abſolutam ſub Capetiis fuiſſe, ita indicat Coquille *d. tr. pag.* 108. *(Cette monarchie, du temps de la lignée de Hugues Capet, n'eſtoit pas Monarchie intolerable: car ores que le Roy fut reſpecté comme ſouuerain, auec tous honneurs qu'vn Monarque peut deſirer, & meriter; ſi eſt-ce que les ſix Pairs de France laiz, luy eſtoient donnés comme conſeillers naiz, & par vne cabale occulte, non eſcrite, eſtoient comme contrerolleurs de ſes actions, en cas qu'il ſe desbordaſt de la raiſon. Ces Pairies abbatuës, & vnies à la couronne, les Roys ont vſe de puiſſance abſoluë.)* Iſthæc Monarchia, à tempore deſcendentium Hugonis Capeti, non erat intolerabilis. Regi quidem exhibebatur talis honos, quem Monarcha poteſt deſiderare, & mereri: ſex tamen Franciæ Pares laici ipſi adiuncti erant quaſi conſiliarii nati, & vi quadam occulta, nec relata in literas, erant quaſi correctores actionum Regis, quæ à recta ratione deflecterent. Poſtquam vero Pares iſti eſſe deſierunt, atque eorum Pariatus ad coronam acceſſerunt, Reges abſoluta poteſtate vſi ſunt. Et haud parum ariſtocratici imperii Francogalliæ regnum olim admixtum habuiſſe, ad Vincentium Lupanum *lib.* 2. *c.* 1. ac Lehemannum *in Chron. Spirenſi lib.* 2. *c.* 4. nos remittens, docet Beſoldus, *de appellat. cap.* 2. *ſect.* 16. *& ſect.* 2. *ac lib.* 1. *polit. c.* 4. *n.* 16. Sed cum Ducatus, qui ibi erant, libertate & potentia præeminentes, iam pridem coronæ vniti, ac Senatus Francorum, qui Regibus prius adeſſe conſueuerat, & cum iis conſilium de Republica capere, (eadem fortunæ viciſſitudine, qua olim Senatus Romanus) in iudicum tranſmutatus curiam, eique Regum, ac Regni omnis adempta procuratio, & ad Rempublicam propriatim pertinentia negotia, conſilio primum familiari, ſeu priuato, mox ab Henrico III. conſilio *de l'Eſtat* indigitato, delata ſint, abſolutū quin exinde regnum fuerit effectum,

Digitized by Google

minime eſſe dubitandum. Vnde videtur illud; *ab initio non erat ſic*: hic interponi poſſe. Plane ſi credimus Coquille (*és queſtions, & reſponſes ſur les couſtumes de France, chap. 1. pag. 1.*) hodie exigua vmbra antiquæ politiæ ſupereſt in conuentu Statuum, & introductione legum non ſcriptarum. (*Nos predeceſſeurs François*, (ait ibidem) *au premier eſtabliſſement n'ont pas transferé aux Roys indiſtinctement, & incommutablement tout pouuoir, dont nous apperceuons auiourd'huy quelque ombre demeuré de reſte, qui eſt de l'aſſemblée des Eſtats, auec leſquels de tout temps les Roys auoient accouſtumé de deliberer és affaires, eſtans de l'eſſence de la couronne. Autre reſte en eſt demeuré en ce, que le peuple de chacune prouince a droit d'eſtablir loy ſur ſoy, qui ſont les couſtumes, & droit non eſcrit.*) Noſtri anteceſſores Franci, in initio non tranſtulerunt in Reges omnem poteſtatem, indiſtincte ſimpliciter. Cuius rei vmbram quandam adhuc videmus in comitiis Statuum, in quibus Reges ſolebant deliberare de negotiis, coronam concernentibus; nec non in illo reſtare cernimus aliud veſtigium, quod populus, cuiusque prouinciæ, ius habet ſibi ferendi leges, quæ dicuntur conſuetudines, & ius non ſcriptum. Et de Statuum conuocatione iterum idem (*en l'hiſtoire du Niuernois p. 384.*) (*La conuocation des Eſtats, tant generaux de France, que particuliers és prouinces, remarque l'ancienne honneſte liberté du peuple aupres de ſon Roy: non pour inferer, que ce fuſt vne eſpece de Democratie; car ceſte Republique Françoiſe eſt vraye Monarchie, mais pour recognoiſtre que les Roys ne ſouloient, & ne deuoient vſer de puiſſance ſouueraine autre qu'ordinaire, & reglée par raiſon, & non abſoluë: Et qu'és affaires de tres-grande importance, comme ſont les affaires, pour leſquels on aſſemble les Eſtats generaux, ils ne peuuent prendre meilleur, ne plus aſſeuré conſeil, que de leurs ſubiects & en leur choix: ils peuuent eſtre ſouuent trompés, pource que ſouuent s'approchent d'eux pluieurs flateurs, qui ſont autant d'ennemis couuerts.*) Convocatio Statuum, tam generalis totius Franciæ, quam ſpecialis ſingularum prouinciarum, indicat, antiquam honeſtam libertatem populi, ſub Rege ſuo, non quod inde liceat inferre, ſtatum fuiſſe democraticum; eſt enim vere monarchicus: Sed colligere Reges non fuiſſe ſolitos, nec potuiſſe, vti poteſtate ſumma alia, quam illa quæ rationi conueniens, nec prorſus abſoluta: ac in negotiis maximi momenti, qualia ſunt illa, propter quæ conuocantur Status generales, non poſſe Reges melius audire conſilium ſecuriusq;, quam ab eorum ſubditis. Alias ſæpius decipiuntur ab adulatoribus, quos ad latus habent, qui ſunt occulti quidam inimici. Nolim ego quidem in corpus, quod olim fuit, inquirere; at ſi tale omnino fuit, vt fuiſſe præſupponitur, dicam audacter eius exiguam vmbram ſupereſſe, quæ non niſi lynceis oculis agnoſci queat. Sleidanus, in illuſtratione rerum, & Galliæ deſcriptione, quam Cominæi commentariis, à ſe latinitate donatis, addidit, negotia regni, olim ad publicos conuentus ordinum referri

Digitized by Google

ferri ſolita, dicit; hi vero quoniam aboliti ſint, aliquod adhuc eius rei veſtigium manere, dum ad Senatum Curiæ Parlamenti Pariſienſis itur, quod tamen rariſſime nunc fieri ſoleat, cum ſolus Rex pro ſuo iudicio quiduis decernat. Porro, quod alteram vmbræ partem, quam Coquille ſupereſſe arbitratus fuit, attinet, quantilla ſit ante nos obſeruauit, & manifeſtauit Loyſeau, *au traitté des Seigneuries chap. 3. n.* 11. totidem verbis: (*Il n'y a* (*en la Monarchie de France*) *que le Roy ſeul qui puiſſe faire des loix. Et combien que ſa bonté permette au peuple des prouinces couſtumieres, de choiſir certaines couſtumes, ſelon leſquelles il deſire viure, ſi eſt-ce qu'il faut touiours, que ces couſtumes ſoyent non ſeulement arreſtées, par le mandement du Roy, & par deuant les Commiſſaires, par luy ordonnés; mais encore qu'elles ſoyent approuuées, & verifiées par luy en ſon parlement, ainſi que ces autres loix. Et quant aux arreſts des parlements, & autres Cours ſouueraines, ce ne ſont pas loix, ains pluſtoſt c'eſt l'obſeruation & execution des loix.*) In Monarchia Franciæ ſolius Regis eſt condere leges: Licet enim benigne permittat populis prouinciarum, quæ conſuetudinum dicuntur, certas eligere conſuetudines, quibus pro regula vti velint, nihil ominus tamen ſemper neceſſe eſt, iſtas, mandato Regis, coram commiſſariis, ab ipſo ad hoc deputatis, probari, atque poſtea in parlamento approbari, æque vt leges alias. Quod autem arreſta Parlamentorum attinet, illa leges dici haud poſſunt, ſed potius executiones legum.

t) Iurium maieſtatis, & quæ ſimilitudine quadam talia videntur, ſoli promi & condi ſunt Reges Franciæ. Olim Magnates Regni egregia, & multa exercuerunt huius generis iura, ſua quiſque in prouincia, & ditione: vi conceſſionis Regiæ, an proprio motu id factum, non facile affirmauerim. Scio, in hoc non conuenire ipſos Galliæ doctiores, *Outre le droit Royal*, (ait Coquille, *en l'hiſtoire du pays & Duche de Niuernois, pag.* 121.) *qui eſt d'exercer iuſtice par droit patrimonial, furent concedés, & accordés, aux Ducs, Comtes, & plusieurs autres, grands & amples pouuoirs; Comme de faire monnoye, dreſſer armées, & faire guerres, les vns aux autres, pour la deffenſe de leur honneur, & de leurs droits: admortir heritages, au profit des Egliſes, & lieux pitoyables: permettre aux non nobles de tenir fiefs nobles: donner graces, & remiſſions; donner priuileges, & faire ſtatuts aux villes, communautés & meſtiers: le droit de leuer peages par eaue, & par terre, ſur les marchandiſes paſſantes par leurs deſtroits, à la charge toutesfois de faire garder lesdits deſtroits à l'honneur du Seigneur ſuperieur, & indemnité des paſſans: oſtroy, & droit de foires, & marchés; auoir les gardes des Egliſes, donner permiſſion de faire fortereſſes, & clorre villes.* Cæterum Loyſeau (*dict. tract. des Seigneuries chap.* 5.) poſtquam (*n.* 37.) declarauit; Hugonis Capeti tempore, Ducatus & Comitatus factos eſſe hereditarios, fidelitatis iuramento Regi præſtito, ſubnectit: (*n.* 38.) Quemadmodum, vbi vſurpatio radices egit, ſemper creſcit, & ambitio, quando in prin-

cipio fortunæ fauorem ſenſit, immoderata euadit, nec terminum habet; ita quoque Duces, & Comites iſti, poſtquam hereditarii & quaſi proprietarii terrarum & ciuitatum facti, omnem mouerunt lapidem, quo ſummum imperium, ſummaque iura ſibi pararent. Certe eo ventum, vt in prouinciis ſuis legum & conſtitutionum ferendarum, conſtituendorum officiariorum, (etiam nonnulli maiorum, vt Comitis ſtabuli, Cancellarii &c.) creandorum Equitum, & nobilium dynaſtiarum erigendarum, concedendi ius emortuæ manus, exercendi iuſtitiam excluſo appellationis ad ſuperiorem remedio, veniamque criminis impertiendi poteſtate vſi fuerint: Bella propria autoritate ſuſceperint, in vicinos, & exteros, milites conſcripſerint, prælia commiſerint, inducias pacemue fecerint, absque conſenſu Regis, monetam cuderint; collectas & tributa indixerint, &, vt breuibus dicam, omnia iura & ſigna ſuperioritatis ſibi arrogarint, adeo quidem, vt coronam quoque gerere auſi fuerint. Verum enim vero, ſiue Coquille, ſiue Loyſeau placuerit, aut intermedia diſtinctione vterque in concordiam reuocetur, nempe, nonnullos Regis conceſſione his iuribus vſos, nonnullos proprio auſu, certum tamen eſt. & ad propoſitum noſtrum, quod Reges Franciæ pleraque ex his, quæ modo audiuimus, ad ſe reuocarint, variis mediis, quibus impediuerunt, quo minus iſti Duces, Comites &c. ex ſubditis abſoluti euaderent principes, imo hoc effecerunt, vt qualitate principis nudarentur primum, deinde, maioris ſecuritatis cauſa, totos iſtos Ducatus, Comicatus &c. cum corona vniuerunt, & vtile dominium cum directo conſolidauerunt. Cum enim adhuc in illos Duces, Comitesque &c. iurisdictionem exercerent, temporis tractu ad ſe prouocandi ius ſtabiliuerunt, poſtquam Parlamentum ſedentarium Lutetiæ feciſſent, querelas, quæ de alibi latis ſententiis interponebantur, in appellationes verterunt, cumque Parlamentum in cauſarum diiudicationibus, neque approbaret, neque ſequeretur alias, quam Regis ordinationes, legesue, per indirectum conuulſa fuit illa, quam circa hanc rem ſibi ſumpſerant, licentia. Illorum quoque officiarii à Parlamento non agnoſcebantur, exceptis tantum iis, qui in exercitio iuſtitiæ occupati. Qui bellum ſuſcipiebant, aut fœdus inibant, contra Regis prohibitionem, ſtatim in Parlamento accuſabantur, & puniebantur. Idem Parlamentum prohibebat curſum monetæ, quæ ab illis cuſa, & Ludouicus Rex, Hutinus dictus, iam antea à nonnullis Ducibus, atque Comitibus, numerato pretio hoc ius ad ſe reduxerat: Loyſeau *d. ch. 5. n.* 44. quod etiam à ſucceſſoribus factum, tandemque Franciſcus I. edicto generali iſtas vſurpationes, & ſiquæ erant data à Regibus monetandi priuilegia, ſuſtulit & abrogauit. Idem *d. tr. chap.* 5. *n.* 41. Interdicto quoque vetitum, collectas & tributa imponere ſubditis ſuis, niſi quatuor ob cauſas, nempe, (*de voyage d'outremer, de priſon, de Cheualerie, & mariage de fille*) ob profectio-

fectio-

Digitized by Google

fectionem vltra mare contra infideles, & caſu quo Dominus captiuus detinebatur, ob equeſtrem ordinem conſequendum, & vbi filia elocanda in matrimonium: *d. chap. 5. n. 45.* Cum vero difficile eſſet, omnia illa iura ſimul, & ex aſſe iiſdem auferre, quibus illi longo tempore vſi fuerant, neceſſe fuit partem vſurpantibus relinquere. At ne aliquando rurſus totum ſibi vindicarent, Reges tertiæ familiæ accuratam adhibuerunt diligentiam, quo omnes eiuſmodi antiquos Ducatus, & Comitatus cum corona reunirent; occaſione oblata: quales fuerunt, matrimonia; quando ſucceſſores Regni duxerunt in vxores eas, ad quas ſucceſſio in Ducatus & Comitatus illos pertinebat: reuocationes, ob defectum maſculorum regnicolarum, deſcendentium à primo acquirente: feloniæ commiſſæ punitio, & confiſcatio. Quibus tanta cura & induſtria vſi ſunt, vt tandem, per varia temporum interualla, ad finem ſibi propoſitum peruenerint, hoc eſt, omnes antiquos Ducatus & Comitatus cum Corona conſolidauerint, exceptis ſolis Comitatibus Flandriæ ac Burgundiæ, quos infelix prælium ad Papiam, in quo Rex, Franciſcus I. captiuus factus, à corpore Regni Franciæ auulſit, & Carolo V. Imperatori, ac Hiſpaniæ Regi, addixit. Atque hoc eſt, quod inter alia Moguntinus, quibus Franciſcum eligi in Regem Romanorum diſſuadebat, propoſuit: Multi, inquiens, fuerunt olim in Gallia viri principes, nunc autem in anguſtum redactus eſt eorum numerus: Nam Rex prope ſolus omnia tenet. Quanquam vero iterum nouos Ducatus atque Comitatus in Gallia Regum beneficentia erexit, adeo reſtricta tamen fuit & eſt eorum collatio, vt ſemper excipiatur ſuperioritas (*la ſouueraineté*) & prouocatio à ſententiis latis, vbique tamen fidelitatis iuramentum exigatur. In apanagiis, quæ filiis Regiis conferuntur, etiam hoc adiicitur, quod, deficiente legitima prole maſcula, reuerti debeant ad coronam. In cæteris aliud fuit in vſu, vſque ad Carolum IX. Hic enim, ne nimium excreſceret numerus, anno MDLXVI. conſtituit, vt Ducatus & Comitatus, qui nouiter erigerentur, æque ac in apanagiis, deficiente prole maſcula, coronæ accreſcerent. Quam conſtitutionem vtilem Regno fore prædicat Loyſeau (*d. chap. 5. n. 68.*) ſi ſtricte obſeruaretur: tandemque concludit, (*n. 69.*) modernos Ducatus, & Comitatus in Regno Franciæ omnino differre ab antiquis, qui cum corona reuniti fuerunt: Nec conuenire quoque cum illis qui hodie in Italia reperiuntur, ac in Germania, vnde ab his ad illos argumentum duci haud poſſe. Vno verbo: hodiernos Franciæ Duces, atque Comites, *n'auoir plus autre remarque, ou participation de ſouueraineté, fors qu'ils ont retenu la couronne au timbre de leurs armoiries.* Sed nec hac quidem aliter vti poſſunt, quam in pictura, & effigie.

u) *Libr. 2. cap. 7.*

x) *(On a accouſtumé de mettre ſur la fin de chaque Edit, & ordonnances*

ces

Digitized by Google

ces mots; pour faire entendre, que les loix du ſouuerain, ores qu'elles fuſſent fondées en bonnes, & viues raiſons, ne dependent neantmoins que de ſa pure & franche volonté.) Moris eſt, addere ſingulis edictis & conſtitutionibus hæc verba, vt intelligamus, leges eius, qui ſuperiorem non agnoſcit, licet optima ratione nitantur, non tamen aliunde, quam ab ipſius libera voluntate dependere. Pierre de Lancre *au liure des Princes, liure 2. diſc. 1. pag. 430.* Vel, vt ſcribit Loyſeau (*du droit des offices liu. 5. chap. 4. n. 66.*) *A l' esgard du Roy, ce terme de plaiſir ſignifie ſa puiſſance abſoluë, comme on void qu'à la fin de toutes lettres du Roy ceſte clauſe eſt appoſée;* Car tel eſt noſtre plaiſir; *qui eſt ce, que dict le Poëte:*

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Et Bodinus (*lib. 1. de Republ. cap. 8. pag. 134.*) clauſulam, *quia ſic nobis placuit*, in fine legum, & edictorum ſubiici, vt ab omnibus intelligatur, leges, tametſi iuſtas, ab vnius iubentis voluntate pendere.

y) (*Comme il n'y a que Dieu, qui ſoit toutpuiſſant, & la puiſſance des hommes ne peut eſtre abſoluë tout à faict, il y a trois ſortes de loix, qui bornent la puiſſance du ſouuerain, ſans intereſſer la ſouueraineté; à ſçauoir, les loix de Dieu; pource que le Prince n'eſt pas moins ſouuerain, pour eſtre ſubiect à Dieu: les Regles de iuſtice naturelles, & non poſitiues; pource que c'eſt le propre de la Seigneurie publique d' eſtre exercée par iuſtice, & non pas à diſcretion. Et finalement les loix fondamentales de l'Eſtat; pource que le Prince doit vſer de ſa ſouueraineté ſelon la propre nature, & en la forme, & aux conditions, qu' elle eſt eſtablie.*) Quemadmodum nemo præter Deum eſt omnipotens, neque hominum poteſtas omnino abſoluta eſſe poteſt: ſic triplices ſunt leges, quæ limitant ſummi principis poteſtatem, ſuperioritati tamen nihil derogantes: Nempe, leges Dei; quoniam non minus ſummus eſt, quod Deo ſubiectus: regulæ iuſtitiæ naturalis, non poſitiuæ; eſt enim proprium imperii iſtius ſummi, vt exerceatur ſecundum iuſtitiam, non vero ſecundum arbitrium: ac denique leges fundamentales Status; Princeps quippe poteſtate ſumma vti debet, prout natura, forma, & conditiones, quibus conſtituta fuit, admittunt. Loyſeau *des Seigneuries chap. 2. n. 9.*

z) Si princeps priuati cuiuſquam debitor ſit, iudicium accipit, condemnatur ſæpiſſime, damnatus iudicatum ſoluit. Sed vt exteri æque ac ciues, poſteritaſque ipſa intelligat, qua integritate noſtri Reges fuerint (verba ſunt Bodini *d. lib. 1. de Republ. cap. 8. pag. 163.*) quaque moderatione animi erga ſubditos ſeſe geſſerint; exemplo ſit illud, quod ex hortis deliciarum, Princeps ipſe Curioni decimam exoluere, damnatus ſit, iudicio Curiæ Pariſiorum anno MCCLXVI. Cum vero Rex alius, negligentia procuratoris, vadimonium deſeruiſſet, petiit ordinario diplomate, vt in integrum reſtitueretur. Curia Pariſiorum Regem de rogatione propoſita depulit,

anno

d by Google

anno MCCCCXIX. Non tanta iudiciorum acerbitate cum priuatis agitur, qui fere ſemper ex ea cauſa in integrum reſtituuntur: ac tametſi minores XXV. annorum, ætatis indulgentia, in omnibus fere priuatis iudiciis, reſtitui ſolent, Reges tamen noſtri, etiam infantes, nunquam ætatis beneficio reſtituuntur, ſed in omnibus iudiciis maiores eſſe iudicantur; contra quam in Republica fieri ſolet, cum qua ſemper agitur, quaſi minor eſſet: Nam reipublicæ beneficio Romani principes in integrum reſtitui conſueuerunt. (*l. 3. C. de iure Reipubl. lib. 11.*) Nos alio iure vtimur, ac Principis agros ab agris publicis, & eius cauſam à cauſa Reipublicæ diuidere ſolemus, contra quam plerique ſtatuunt, qui Rempublicam in integrum reſtitui debere negant, (ſic Bartol. & Dd. *in l. nam poſtea, §. ſi minor, de iureiur. Bald. in l. vlt. quor. appellat. non reip. &c.*) confuſa Principis ac Reipublicæ cauſa, quæ in ſtatu populari ſemper eodem iure cenſetur, in cæteris non item. Hac igitur animi magnitudine magiſtratus erga Reges noſtros ſeſe geſſerunt: hac item moderatione Reges iuſtitiam coluerunt, vt maior priuatorum, quam Principis; & Reipublicæ, quam priuatorum ratio, in cauſis diſceptandis haberetur. Exſtat etiam in actis Curiæ Pariſiorum ſententia aduerſus Carolum VII. Regem lata, qua damnatur ſyluam vrbi proximam, in Pariſiorum vſum cedere, pretio conſtituto; quam quidem ad rem vix vnquam priuati adigerentur. Eadem exempla recenſent P. de Lancre, (*liu. 2. des princes diſc. 1. n. 8. pag. 415.*) & Bouchel (*au threſor du droit François, tom. 3. p. 410. verb. Roys de France.*) Quibus, propter materiæ conuenientiam, addi debet; Reges olim condemnatos aliquoties fuiſſe in expenſas, non ſecus ac priuatos. Inde factum docet Louys d'Orleans, (*és ouuertures des Parlemens chap. 4. p. 52.*) vt Carolus VII. conſtituerit, *que les deſpens, és quels il ſeroit condamné, deſormais ne fuſſent payés, s'ils n'eſtoient ſignés.* Attamen hæc omnia, vt & ſimilia, Regię maieſtati nihil detraxerunt, nec detrahere poſſunt. Dum enim deuitat tyrannidem, & iniuſtitiam, quam incurreret, ſi vnicuique ſuum tribuere recuſaret, nihil de monarchica poteſtate legitima remittit: ſed ea, hoc cum temperamento, vtitur, ne alteri damnum inferat. In Parlamento, aliis, & ſibi & in ſe ius dicit; illis, vt ſubditis; ſibi, vt principi, & quidem in propria cauſa. Nam Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, in propria cauſa iudicare poſſe, dubitandum non eſt: *arg. l. 41. ff. de hered. inſtitut.* nec enim ei *lex vn. C. ne quis in ſua cauſa iudicet*, ſed iudicibus, qui ab eo conſtituti ſunt, applicari debet. In ſupremo illo faſtigio imperii, ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio, quaſi quis ſui ipſius amore, ſtudioque corruptus, iniquam velit ferre ſententiam: Rittershuſ. *in expoſit. Nouellarum, parte 9. cap. 6. n. 82.* Ac ne vlla iniquitatis præſumptio ſuperſit, ſibi immediate ius non dicit, ne forte affectu in vtilitatem ſuam aliquando trahi videatur, ſed mediate per illos, quos iudicio præfecit, qui & ipſius autoritate, & conceſ-

ſione nixi, non proprio, & ſuperioritatis quodam iure, ſententiam ferre debent, citra affectum in Dominum. Atque ne Regium nomen, ac principis ſplendor, eorum perſtringat oculos, receptum eſt, vt regium nomen reticeatur, ac procuratorio agatur nomine. Ferunt ergo illi ſententiam in Domini procuratorem, vi officii, quod à Domino acceperunt, quandó ad Parlamentum euecti; ſed non ferunt ſententiam vt domini in ſuæ iuriſdictioni ſubiectum principem. Iuriſdictio illa Regis eſt, non Parlamenti, originem ſi ſpectes, & cauſam efficientem, hanc in ſe ipſe per intermedias perſonas exercet, atque ſecundum iuſtitiæ normam vnicuique ſuum tribuit, ſiue vincat in lite, ſiue ſuccumbat. Vnde & hoc naſcitur, quod Rex ipſe ſententiæ ſuæ, in ſe quoque latæ, executor ſit, opera aliorum vtens. *Il s'eſt trouué,* (ſcribit Louys d'Orleans, *és ouuertures des Parlemens chap. 4. pag. 53.*) *que les huiſſiers, n'oſants executer les arreſts donnés contre le Roy, le Procureur general abſent, c'eſtoit le Roy meſme, qui leur donnoit permiſſion de le faire, & qui s'executoit luy-meſme.* Atque hæc mihi videntur veritati rei magis conuenire, quam Bodini dogma, quod inculcat *lib. 3. de Republ. c. 6. pag. 491.* Fit interdum, inquit, vt Rex ipſe, depoſita quodammodo maieſtate, de ſua cauſa magiſtratus iudicare iubeat: quia iure ipſo (*l. eſt receptum 14. ff. de iuriſdict. l. ſi quis in conſcribendo 29. C. de pactis*) receptum eſt, vt par maiorue poteſtas iudicium accipiat, ſi ſe alterius imperio, ac iuriſdictioni ſubmiſit; quod non modo in priuatis, ac magiſtratibus, ſed etiam in ipſis principibus locum habet, ſiue aliorum principum, ſiue ſuorum iudicia ſubire malint. Equidem, non nego, in ſummi Principis poteſtate, alterius arbitrio cauſam ſuam ſubmittere; at hoc nego fieri in facti noſtri ſpecie, quando Rex Galliæ ſibi ipſi ius dicit per Parlamentum ſuum. Porro, allegatas à Bodino leges quod attinet, aut ponderamus ipſorum verba, & diſpoſitionem, aut rationem. Diſpoſitio *legis* XIV. illos attingit, qui ſuperiorem recognoſcunt, à quo iuriſdictionem habent, vel dignitatem: Ita, qui maioris dignitatis eſt, poteſt iuriſdictioni illius ſe ſubmittere, quem dignitate inferiorem habet, aut quem parem, vel æqualem habet: licet regulariter coram ſuo ſuperiori conueniri deberet. Lex autem XXIX. loquitur etiam de aliis, qui iuriſdictionem nullam habent, & generaliter de omnibus, qui imperio Cæſaris ſubiecti ſunt: quod ſi pacto iuriſdictioni alterius, quam iudicis ſui ordinarii, ſe ſubiecerint, illis aduerſus pactum ſuum venire non liceat: Neutra autem lex de Cæſare diſponit. Rationem tamen ſi ſpectemus, ea & Cæſarem, & quemlibet alium, qui ſuperiorem non recognoſcit, conſtringit; vt ſi pacto, ſubdito ſuo, vel non ſubdito, promiſerit, ſe alterius ſententiæ cauſam ſubmiſſurum, pacto ſtare debeat. At, quando Rex Galliæ, nullo intercedente pacto, coram Parlamento ſuo conuenitur, ipſeque ibidem reſpondet, caſus à prædictarum legum diſpoſitione, & ratione, diuerſiſſimus eſt, indeque alterius iuris-

iuriſdictioni ſe ſubmiſiſſe dici nequit: Parlamenti enim iuriſdictio, Regis iuriſdictio eſt, non alterius.

aa) Cum inter capita accuſationis, qua Guilhel. Poyetius, Franciæ Cancellarius, dignitate ſua ignominioſe remotus, atque exilio, & grauiſſimis mulctarum irrogationibus mulctatus, vnum eſſet, de quo ſolus Franciſcus I. Rex Galliarum, ſponte teſtatus fuerat, blande ac obſequioſe inſuper habitum eſt illud teſtimonium, quia ſingulare eſſet. Duobus enim ad minimum teſtibus opus eſt, vniusque vox, quantuſcunque ille ſit, quaſi nullius eſt, *ὡς μηδείς*, cum lis in teſtimoniis tota eſt: Mornacius *ad l. 2. ff. de teſtibus.* Sic cum Henricus II. Italum ſeruum in carcerem duci iuſſiſſet, atque affirmaret, in turpiſſimo ſcelere hominem à ſe deprehenſum, quod euulgari nollet, Iudices nihilo minus reum liberauerunt: Lanſius *de princip. inter prouinc. Europæ, in Orat. contra Galliam, pag. 338.*

bb) Anciennement les Roys de France iuroient de calumnia. Car l'ordonnance de Philippe le Bel porte, l'an MCCCXX. Volumus, quod Procuratores noſtri, in cauſis, quas noſtro nomine duxerint ordinandas, contra quaſcunque perſonas, iurent de calumnia. (*Cela a depuis eſté ſans obſeruation, pource que le Roy de France, patron de ſaincteté & de iuſtice, n'eſt preſumé d'intenter vn procés calomnieuſement. Et les ſubiects meſmes ſont exempts de ce ſerment; Car on ne iure point de Calumnia, & les François ne ſont iamais reputés calomniateurs.*) hoc poſtea obſeruari deſiit: quoniam Rex Franciæ, patronus iuſtitiæ & ſanctitatis, non præſumitur proceſſu calumnioſo alium pulſare: Imo & ipſi ſubditi exempti ſunt ab hoc iuramento; non enim iurant de calumnia; ac Franci nunquam habentur pro calumniatoribus: Louys d'Orleans *d. chap. 4. pag. 57.* Ego, conſtitutionem Philippi Pulchri, (niſi aliud dicat, quam quod allegatum) accipio, non de iuramento calumniæ, quod procurator in animam domini præſtare debuit, ſed in animam ſuam.

cc) Si Bodino credimus, (*de Republ. lib. 6. c. 6. p.* 1186.) Henricus II. Rex Galliæ in grauiſſima cauſa, qua Georgii Ambaſiani hereditas agebatur, priuati modo, & quidem iuratus, coram iudicibus teſtimonium tulit. Verum hoc non conuenit, cum illo, quod tradit Mornacius: (*ad l. 2. §. vlt. C. de reb. credit.*) Si incidat teſtari Regem oportere, ad ingens arduumque aliquod negotium, ſimplex ab eo, & ab iniurato dici teſtimonium.

dd) (*La Cour tient pour vne loy inesbranlable, que le Roy ne peut donner grace, ny abolition en crime de leze maieſté, touchant vn attentat ſur ſa perſonne, ou celle du Dauphin, d'autant que tel crime regarde le repos de l'Eſtat, & de tout le peuple.*) Curia pro firma lege tenet, Regem non poſſe crimen læſæ maieſtatis condonare, vbi de ipſius, vel Delphini nece actum: quod eiuſcemodi crimen quietem ſtatus, & totius populi conuellat. Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire de Henry le Grand, pag. 463. num.* 18. Itaque vtilitas publica ſuadet,

Digitized by Google

ſuadet, ne Rex hoc in caſu maieſtatis iure vtatur, in necem maieſtatis.

ee) (*Le Roy n'a pas accouſtumé de donner diſpenſe des quarante iours, és offices du Domaine alienè; comme auſsi il ſemble, qu'il ne ſeroit pas de iuſtice, qu'il le fiſt au preiudice des Seigneurs, car ce ſeroit les fruſtrer de leur droit par vne voye oblique. Dont reſulte, à plus forte raiſon, que l'Edict moderne de la Paulette, contenant la diſpenſe generale des quarante iours, en payant annuellement le ſoixantieſme denier de prix de l'office, ne peut auoir lieu contre le gré, & volonté des Seigneurs, és offices du domaine alienè, qui auſsi ſont par exprés exceptés en iceluy, attendu, quele Roy, ayant alienè la diſpoſition de ces Offices, il n'y a nulle apparence, qu'il peuſt prendre vne rente annuelle ſur iceux, pour les rendre hereditaires, au dommage des Seigneurs*: Loyſeau *du droict des offices liure 4. chap. 9. n. 65.*) Rex non ſolet impertire diſpenſationem quadraginta dierum, in officiis domanii alienati; nec videtur iuſte id fieri poſſe, in præiudicium dominorum, qui ita per indirectum priuarentur iure ſuo. Hinc multo magis dicendum, edictum modernum, *Paulettam* concernens, hoc eſt, diſpenſationem generalem quadraginta dierum, indulgens illis, qui annuatim ſoluunt ſexageſimam partem pretii, quo emerunt officium ſuum, non habere locum contra voluntatem dominorum in officiis domanii alienati, vt etiam expreſſe excepta ſunt in edicto. Quoniam enim Rex diſpoſitionem de eiuſmodi officiis in alium transtulit, non poteſt accipere quotannis certam pecuniam, atque ſic illa facere hereditaria in damnum dominorum.

ff) Noſtris moribus (ſcribit Bodinus *lib. 1. de Republ. c. 8. pag. 149.*) edicta regia non ante vim habere videntur, quam in curia maiore cuiusque prouinciæ, patentibus portis promulgata, idque rogatione Procuratoris fiſci, deinde curiarum conſenſione fuerint comprobata. Idem teſtatur Annæus Robertus *lib. 2. rer. iudicatar. cap. 11. fol.* 448. Licet in hoc Franciæ Regno, inquiens, omnia Regiæ autoritati, & ſupremi principis potentiæ ſubiiciantur, hæc tamen ſemper fuit Regum Franciæ benigna moderatio, (poſſet enim, ſi vellet, abſoluta poteſtate vti; Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 62. pag. 418.*) vt non prius reſcripta ſua vim legis habere voluerint, aut obſequii neceſſitatem requirere, quam à Senatu, æqua ſint, an iniqua, cognitum fuerit, accedente poſtea ſolemni Senatus approbatione. Nos per ſingulos ibimus actus, gradusque, qui in eiusmodi re obſeruari ſolent, quo eo clarius effulgeat, nihil hic interuenire, quod Regis autoritatem, iusq; monarchicum, conuellat. Voluntas prima, & principalis, Regis eſt, quæ vult hoc fieri, vel obſeruari, illaque refertur in literas, deinde ad Curiam Parlamenti mittitur. Parlamentum, ne temere videatur agere, ante promulgationem examinat edictum Regis, an Regno conducat, iuſtitiæque, ac rationi conueniens ſit, nec ne. Hoc examen, ſiue conſultatio, ab illis fit, non tanquam ephoris, aut ſuperioribus, ſed tanquam à conſiliariis, & miniſtris Regis,

vel

Digitized by

vel à membris iſtius corporis, cuius Rex caput eſt, & anima. (*Le Roy eſt le vray chef du Parlement, c'eſt pourquoy on laiſſe touſiours en la grande Chambre d'iceluy, la premier place vuide, comme eſtant la place du Roy, appellee le lict de iuſtice, où ſa Maieſté ſe ſied, quand il luy plaiſt, & lors-meſme, qu'elle en eſt abſente, les arreſts du parlement ne laiſſent pas d'eſtre expediés ſous ſon nom,* (*Les arreſts en forme commencent touſiours par la perſonne, & qualité du Roy:* Louys d'Orleans, *aux ouuert. des Parlem. chap. 22. pag. 280.*) *comme n'eſtant les officiers du Parlement que ſes Conſeillers, & Aſſeſſeurs, qui en la France, purement Monarchique, ne pourroient pas exercer la iuſtice ſouueraine autrement, que ſoubs le nom de ſa Maieſté, dont elle eſt inſeparable.* Loyſeau *des Offices, liu. 1. chap. 9. n. 22.*) Rex verum Parlamenti caput eſt, & proinde in maiori eiusdem camera ſedem primariam nemo intrat, ſed ea, tanquam Regi competens, relinquitur vacua, diciturque lectiſternium iuſtitiæ. hanc autem Rex ipſe præſens occupat; & vbi abſens eſt, nihilo minus arreſta Parlamenti ipſius nomine expediuntur, Officiarii enim Parlamenti, ſunt Regis conſiliarii, & adſeſſores, qui in Francia, cuius ſtatus pure eſt monarchicus, non poſſunt iuſtitiam ſupremam aliter exercere, quam ſub nomine Regiæ maieſtatis, à qua ſeparari nequit. Dicto in examine ſi Parlamento videtur, Regis voluntatem, vel edictum, iuſtitiæ, vel etiam vtilitati publicæ, non ſatis conuenire, debet & poteſt de eo Regem certiorem facere & admonere; nam & hoc Conſiliariorum munus eſt. Eum enim in finem Rex examen fieri permittit, vt conſtet de iuſtitia, & vtilitate edicti. Atque ſic, qui alterius placitum examinat, non autoritate & potentia maior eſt, ſed iudicii excellentia maior eſſe poteſt. In re autem magni momenti, etiam ſecunda, vel ſolemnis admonitio, ſi Rex in opinione ſua perſiſtat, fieri poterit. Ludouicus XI. Rex, edicta quædam iniqua in Curia Pariſiorum publicari iuſſerat: Curia recuſauit, propterea quod iniqua vnicuique viderentur: Rex ſua iuſſa ingeminans minas adiecit, capitis etiam indicta pœna, niſi Curia paruiſſet. Lanacrius Præſes, re intellecta, Regem adiit, corona iudicum purpuratorum ſtipatus non vt culpam deprecaretur, ſed vt mortem precaretur; cum diceret, ſe ſuosque collegas mortem malle, quam legis propoſitæ promulgationem pati. Rex incredibili magiſtratuum fortitudine, & conſtantia perterritus, legem abrogari, ac reſcriptum præſentibus Iudicibus lacerari iuſſit; teſtatus, ſe nulla deinceps edicta laturum, quæ Curia improbaret: precatus etiam eſt à Iudicibus, vt ea qua propoſuerant fide, & æquitate, ſemper iudicarent. Bodinus *de Repub. lib. 3. cap. 4. pag. 354.* Etſi vero hæc Præſidis Parlamenti actio, non omnino placeat Pierre Matthieu, *en la vie de Louys XI. liu. 11. p. 668.* incredibile tamen dictu eſt, ait Bodinus *d. loc.* quanti fuerit ea res ponderis, ac momenti, ad Regem in officio retinendum, qui ſemper antea ſuo arbitrio, ac nimia imperandi licentia abuti conſueſſet. (*Henry III. en l'annee MDLXXXVI.*

fit vn Edict, par lequel il voulut rendre tous les offices de finance hereditaires; Edict qu'il verifia luy-meſme au parlement, lequel l'auoit plusieurs fois refuſé. Mais l'ayant par apres enuoyé publier en la Chambre des Comptes, par vn Prince de ſang, & ce Prince n'ayant voulu permettre à Meßieurs de la Chambre, d'opiner, touchant ceſte verification, diſant, auoir charge expreße de ſa Maieſté de la faire ſans cognoiſſance de cauſe, ils luy dirent vertueuſement; que puis qu'on ne vouloit receuoir leurs opinions, il n'eſtoit point beſoing de leur preſence; & par tant ſe retirerent: à raiſon de quoy ils furent interdits de leurs offices. Mais peu apres, ayans fait cognoiſtre à ce bon prince la dangereuſe conſequence de ceſt edict, non ſeulement il leua ceſte interdiction, mais il reuoqua l'Edict, le changeant en vn Edict de ſuruiuance, tel que ſon predeceſſeur auoit faict, és annees MDLXVIII & MDLXXIV. Encor ne fuſt ce que pour la forme ſeulement, & afin de ne ſembler vaincu: car la ſuruiuance n'eut non plus de lieu, que l'heredité. Loyſeau *des offices, liu. 2. chap. 8. n. 6.*) Henricus III. anno MDLXXXVI. fecit edictum, quo omnia officia quæſtoria voluit reddere hereditaria, illudque ipſe in Parlamento approbauit, quoniam hoc illud admittere ſæpius recuſarat. Verum, cum poſtea idem in Camera computorum, per Principem ſanguinis Regii publicari iuſſiſſet, isque officiariis dictæ cameræ, vt conſultarent de publicatione, & ſuffragia ſua ferrent, permittere noluiſſet, dicendo, mandato Regis ſibi expreſſe iniunctum publicare edictum ſine cauſæ cognitione, & examine; maſcule reſpõderunt, quoniam ipſis denegaretur exprimere mentem, præſentiam nullius rei eſſe, atque ita diſceſſerunt; quam ob cauſam ſuſpenſi fuerunt ab officio. Verum paulo poſt, cum Regi demonſtratum dediſſent, edicti peſſima fore conſectaria, non ſolum ſuſpenſionem reuocauit, ſed etiam ipſum edictum, commutando illud in edictum (*de ſuruiuance,*) deſignatum in demortui locum ſucceſſurum (*ſuruiuances ſont ainſi appellees, pource qu'elles ſont comme ſuruiure l'office apres la mort de l'officier*: Loyſeau *du droict des offices liu. 2. chap. 10. n. 5.*) quale factum fuerat ab eius anteceſſore, anno MDLXVIII. & MDLXXIV. Fuit tamen & hoc dicis cauſa, nam *la ſuruiuance* non magis locum inuenit quam hereditarium ius in officiis. Non omnes tamen Reges admonitiones Parlamenti vel Cameræ Computorum Regiorum, præſertim reiteratas, æquo animo tulerunt, aut mutarunt ſententiam. Carolo IX. Rege, cum Senatusconſultum illud, quo Rex, in curia Rothomagenſi, principum ſuffragiis, imperio extra curatorem moderando idoneus, ex lege Caroli V. renunciatus eſt, curia Pariſiorum minime probaret; Rex adhuc impubes curiam admonuit, vt litibus iudicandis ſolum intenderet, teſtatus Pariſiorum Curiam à maioribus ſuis ad id ſolum conſtitutam fuiſſe, non autem ad Regum, aut Regni procurationem: leges autem ac edicta, quæ iuſſiſſet vt in curia promulgarentur, ea publicari mandauit; Quod ſi quid minus æquum videretur, ſe admoneri quidem velle; ſi

tamen

tamen re intellecta legem promulgari placuiſſet, eodem momento parere iuſſit. Curia Regis edicto vehementer perturbata eſt; & quoniam iudicum duæ erant ſententiæ æquales, vna, quæ edictum publicari vellet, altera quæ recuſaret; curia rurſus Regem admonendum putauit, ne ad ea, quæ iniqua viderentur, probanda ac publicanda, curia cogeretur. Rex iratus, Senatum, quem familiare conſilium, ſeu priuatum, appellari diximus, vocari iuſſit, eiusque autoritate ſenatusconſultum factum eſt, quo quidem Curia Pariſiorum prohibetur, edicta, quæ deinceps à principe publicanda mitterentur, in dubium reuocare. Id etiam antea Franciſco Rege cautum erat, anno MDXXVIII. Sed Carolus IX. vt curiæ autoritatem ac dignitatem minueret, acta curiæ poſtrema ad ſe deferri, ac circumduci, ſe præſente, mandauit: Bodinus *d. lib. 3. c. 1. p. 389.* Referunt alii, Carolum IX. deputatis Parlamenti, ad ſe miſſis, dixiſſe: (*Ie ne veux plus que vous vous meslies d'autre choſe, que de faire bonne, & briefue iuſtice: Car les Roys, mes predeceſſeurs, ne vous ont mis au lieu où vous eſtes, que pour cet effect, & non pour vous faire ny mes tuteurs, ny protecteurs du Royaume.*) Nolo vt impoſterum peragatis alia, quam illa, quæ iuſtitiam promouent. Etenim Reges, anteceſſores mei, hunc locum, vbi eſtis, hanc ob cauſam vobis conceſſerunt, non vero, vt tutores Regis eſſetis & protectores Regni: Le Mercure François *tom. 17. pag. 285.* Et ante hunc Ludouicus XI. (*ſur l'enregiſtrement du don, qu'il auoit faict au Comte de Charolois, & les difficultés, que le parlement y faiſoit, paſſa outre, non obſtant icelles, & fit dire au parlement, par l'Eueſque d'Eureux, qu'il voyoit plus clair qu'eux en ſes affaires, & les entendoit mieux que perſonne.*) quando donum, quo affecerat Comitem de Charolois, in tabulas publicas referendum erat, Parlamentum vero reſiſtebat, rem nihilo minus perfecit, & Parlamento, per Epiſcopum Ebroicenſem, annunciari fecit, ſe negotia ſua magis trutinare quam illos, atque ea melius intelligere quam quemquam alium: le Mercure François *tom. 15. p. 18.* Henricus IV. vt in Gallia mihi relatum, quando Parlamenti Præſes, cum collegis ſuis, ſolemni habitu induti in Lupara coram ipſo comparerent, & paratos ſe dicerent, in ipſius præſentia habitum cum officio potius deponere, quam conſentire, vt Edictum Regium, de quo tunc quæſtio erat, in Parlamento promulgaretur, reſpondit; agite, deponite veſtes, ornamenta & officia, ſi id fieri è re veſtra eſſe cenſetis, cras alios videbitis illa ſumpſiſſe, & veſtras occupaſſe ſedes; nec enim inopia veſtræ conditionis hominum laboramus. Scitote autem, anteceſſores meos Parlamenti Senatum metuiſſe, non amaſſe; me plane aliud agere, amare illum, ſed non metuere. Idem Henricus (referente P. Matthieu, *en l'hiſtoire de Henry IV. liu. 2. narrat. 1. n. 7. pag. 210.*) cum anno MDXCIX. curia recuſaret decreto ſuo corroborare Edictum Nannetenſe, factum in ſecuritatem Hugonotarum; accerſitis primæ claſſis iudicibus, hæc ad eos fecit verba: (*Vous me voyés en mon cabinet,*

où ie

Digitized by Google

où ie viens parler à vous, non point en habit Royal, ny auec l'eſpeé & la cappe, comme mes predeceſſeurs, ny comme vn Prince qui vient receuoir des Ambaſſadeurs mais veſtu comme vn pere de famille en pourpoint, pour parler familiairement à ſes enfans. Ce que i'ay à vous dire, eſt, que ie vous prie de verifier l'Edict, que i'ay accordé à ceux de la Religion. Ce que i'en ay fait, eſt pour le bien de la paix; ie l'ay faite au dehors, ie la veux faire au dedans de mon Royaume: Vous me deués obeir, quand il n'y auroit autre conſideration que de ma qualité, & l'obligation que m'ont tous mes ſubiects, & particulierement vous de mon Parlement. I'ay remis les vns, en leurs maiſons, dont ils eſtoient esloignes; & les autres, en la foy, qu'ils n'auoient plus. Si l'obeiſſance eſtoit deuë à mes predeceſſeurs, il eſt deu autant, ou plus de deuotion, à moy, qui ay reſtabli l'Eſtat. Dieu m'a choiſi pour me mettre au Royaume, qui eſt mien, par ſucceſſion, & acquiſition. Les gens de mon Parlement ne ſeroient en leurs ſieges ſans moy &c. La maieſté des Roys eſt touiours offenſée au meſpris de leurs ordonnances: mais l'offenſe eſt bien plus grande, quand elle vient de ceux qui les doiuent faire obſeruer. Ceux qui empeſchent que mon Edict ne paſſe, veulent la guerre. Ie la declareray demain à ceux de la Religion, mais ie ne la feray pas, ie les y enuoyeray. I'ay faict l'Edict, ie veux qu'il s'obſerue: ma volonté deuroit ſeruir de raiſon: on ne la demande iamais au Prince en vn Eſtat obeiſſant. Les volontés doiuent eſtre executées, non interpretees: Et neantmoins ie vous dis, que la neceſſité, & l'vtilité, m'y a porté &c. Ie ſuis Roy maintenant, & parle en Roy: Ie veux eſtre obey. Il n'y a pas vn de vous, qui ne me trouue bon, quand il a affaire de moy, & n'y en a point, qui n'en ait beſoing vne fois l'an; & toutesfois à moy, qui ſuis ſi bon, vous eſtes ſi mauuais &c. donnés à mes prieres ce que ne voudriés donner aux menaces. Vous n'en aurés point de moy, faites ce que ie vous commande, ou pluſtoſt, dont ie vous prie, vous ne le ferés ſeulement pour moy, mais auſſi pour vous, & pour le bien de la paix.) Videtis me in ſecretiori meo cubiculo, vbi ad vos verba facio, non Regio indutus ornatu, nec enſe cinctus, aut chlamydatus, (quod in vſu habuerunt anteceſſores mei) nec vt princeps qui legatos excipit, verum vt paterfamilias veſte domeſtica tectus, dum cum liberis ſuis familiare colloquium inire in animo habet. Quod vobis ſignificandum duxi, eſt; quod peto, vt ratum habeatis edictum, factum à me in gratiam eorum, qui Reformatæ religioni addicti ſunt. Feci hoc omnino amore pacis, quam vt extra Regnum conſtitui, ſic & in illo conſtitutam volo. Debetis mihi obedientiam, etiamſi nihil aliud expendatis, quam perſonæ meæ conditionem & fidelitatem, quam mihi debent omnes mei ſubditi, vos præſertim, qui Parlamenti mei membra eſtis. Mea opera nonnulli bonis ſuis fruuntur quiete, à quibus exulabant; nonnullis religionem reſtitui, & ſacra. Si obedientia debita fuit anteceſſoribus meis, mihi eadem, aut maior debetur, qui Rempublicam ſeruaui. A Deo electus ſum, vt regnum teneam ſucceſſionis & acquiſitionis iure. Nemo veſtrum iuſtitiæ ſedem in Parla-

Parlamento tenet, niſi meo beneficio &c. Maieſtas Regum ſemper læditur, quando eorum mandata vilipenduntur: læſio vero tunc maior eſt, quando procedit ab illis, quibus curæ eſſe debet, vt illa obſeruentur. Qui Edictum meum remorantur, bellum amant; ego illud craſtino die religioni Reformatæ addictis indicam, ſed non geram; iſtos illuc mittam. Feci hoc edictum, volo vt obſeruetur, voluntas mea pro ratione deberet eſſe, quam nemo vnquam expoſcit à principe, in Regno ad obedientiam compoſito. Voluntas principis impleri debet, non interpretatione ſubditorum reſtringi; & dico tamen vtilitatem & neceſſitatem mihi eam impoſuiſſe. Rex nunc ſum, & Regia autoritate loquor; volo obedientia mihi præſtetur. Nemo veſtrum eſt, qui non experiatur bonitatem meam, quando ea opus habet; quis autem veſtrum eſt, qui non intra anni ſpatium ſaltem ſemel opus habeat? & tamen me erga vos tam benignum, vos ſequiori affectu proſequimini. Deferte precibus meis id, quod minis denegaretis: Eas non addam, perficite modo quod iubeo, imo quod peto; erit illud non mihi modo ſalutare, ſed & vobis, ac Regno cedet in quietem. Hoc caſu, quo Rex in ſententia ſua perſiſtit, Parlamenti partes ſunt obedire, & iuſſu exequi, quod & hactenus factum. Ne tamen id videatur ſponte feciſſe, ſolet actis Curiæ, ipſiſque edictis annectere, de expreſſo mandato, vel, de expreſſiſſimo mandato, vel etiam, multis vicibus reiterato, id factum fuiſſe: Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de la vie de Louys XI. liu. 11. pag. 667.* Quæ verba etiam eam vim habent, vt cæteri magiſtratus, ac priuati, nullam aut non magnam earum legum rationem habituri, eadem diſſimulatione facilius antiquari patiantur: Bodinus *d. lib. 3. de Republ. c. 4. p. 465.* aut, ſi alii actus ſint, pro ſuſpectis habeantur. Id cum Ludouicus XI. ſecum expendiſſet, priusquam Regnum eſſet adeptus, curiæ præſides acciri iuſſit, vt verba *de expreſſo mandato*, quæ in actis Curiæ extabant, quæque Curia ſubſcribi iuſſerat beneficio Comiti Cenomanorum indulto, delerent: teſtatus, ſe, ni prius id fieret, vrbe non exceſſurum, nec mandatum ſibi à Rege imperium ſubſcripturum. Curia quidem illa verba cancellari iuſſit, ſed vt litura extaret, acta ſeruari mandauit: Bodinus *d. p. 465.* Hæc tamen omnia non ideo facta ſunt, quod Parlamentum poteſtati Regiæ limites præſcribere voluerit, aut potuerit; ſed, quod teſtaretur, Regem poteſtate ſua vſum, nec admonitionibus locum conceſſiſſe. Nec vero neceſſario ſequitur, quod Parlamento vtilitati contrarium viſum, id tale eſſe, licet vt plurimum opinione non fallatur. Exempli locum ſupplet Ludouici XII. lex, ſi tres pluresue fuerint in collegio, decuriaue iudicum dictæ ſententiæ, pauciores ſententiam mutare cogendos, vt plurium iudicia ſequantur. Curia enim Pariſiorum diu dubitauit an promulganda eſſet; ſed cum promulgaſſet, temporis decurſu vtiliſſimam deprehendit: Bodinus *d. l. pag. 466.* Fit autem à Curia promulgatio,

non vi imperii ſui, ſed iuſſus à Rege accepti, eum in finem, vt omnibus notum fiat quid Regi placeat. Relatio autem in acta poſteritati inſeruit,& generaliter vbi opus, ſuppeditat cognitionem & probationem rei actæ. *Les parlements ont ſoing de l'execution des Edicts du Roy, ils les publient, & les font obſeruer, ils en tiennent les Regiſtres, a fin qu'au beſoing on y ait recours:* Ita Pierre Matthieu *d. lib. 11. pag. 671.* Copioſiore autem apparatu verborum Marillac, Sigilli Regii cuſtos, ad parlamenti Lutetiani Patres: (apud le Mercure François *tom. 15. pag. 15.*) (*Le parlement eſtant rendu ſedentaire à Paris, nos Roys, eſtimans, que leurs ordonnances ſeroient mieux renduës publiques, eſtans leuës & publiées en ceſte compagnie,& enregiſtrées au depoſt public d'icelle, commencerent à les y enuoyer par ceſt effect, & pour les faire obſeruer par leur ſoing, & leur authorité, comme nous voyons par la forme du mandement, qui a touiours eſté conſeruée iuſques à preſent, pour faire lire, publier, enregiſtrer, & faire obſeruer, horſmis aux ordonnances generales, faites à la poſtulation des Eſtats, auxquelles le mandement eſt different, portant en teſte l'iniõction de l'obſeruance, auant celle de la publication. Mais comme ceſte compagnie a touiours eſte remplie de grands perſonnages, pleins de ſuffiſance,& de capacité, il eſt arriué, qu'en liſant les Edicts, & ordonnances des Roys, ils y ont par fois remarqué quelques articles, qui leur ont ſemblé auoir beſoing d'interpretation, ou modification. Pour raiſon de quoy ils en ont bien receuës: Car leur bonté ne ferme iamais l'oreille aux prieres, & remonſtrances de leurs officiers, ny du moindre de leurs ſubiects. Quelques fois les Roys ont eu esgard à ces remonſtrances, & ont changé d'aduis, ſur ce qui leur a eſté repreſenté: Souuent auſſi ils ont perſeueré en leurs premieres reſolutions. Mais, quoy que les Roys ayent ordonné ſur les remonſtrances, le parlement, ayant ſceu leur volonté, a regiſtré leur ordonnance ſans difficulté; pource qu'ils faiſoient ces remonſtrances par offices,& correſpondantes aux bonnes intentions du Roy, & non pas par opinion d'authorité, ny par creance d'attribution. Sçachans bien, que tant que les Roys ont vſé d'vne autre maniere pour publier leurs loix, comme il s'eſt prattiqué depuis la naiſſance de la Monarchie, iuſques alors ils ne les ont iamais enuoyé en leurs parlements, & n'ont pas laiſſé d'eſtre tenuës pour loix, & obſeruées par leurs ſubiects. Ioinct, que ceſte compagnie, touiours portée à la dignité, & à la grandeur des Roys, a plus qu'autre recognu, & ſouſtenu la puiſſance, & l'authorité de leurs maieſtés, & principalement que l'authorité des Roys de France eſt independante de toute autre puiſſance,& qu'ils ne rendent compte qu'à Dieu, de l'adminiſtration du temporel de leur Eſtat.*) Poſtquam Parlamentum ſedentarium factum eſt Lutetiæ, Reges noſtri, exiſtimantes ipſorum edicta magis publica fieri, ſi in hac Curia legerentur, & proclamarentur, ac in acta eiuſdem conſignarentur, cœperunt illa eo tranſmittere, dictum in finem, ac quo eiuſdem cura & autoritate melius obſeruarentur, ſicut patet ex tenore mandati, qui hucuſque obſeruatus fuit, vt

legan-

Digitized by Google

legantur, publicentur, in acta referantur, & in vigore conſeruentur, exceptis conſtitutionibus generalibus, latis ad inſtantiam ordinum Regni; has enim quod attinet, mandati tenor eſt, vt ſtatim in initio iubeat illas obſeruari, deinde eas publicari. Verum cum hoc Collegium ſemper abundarit viris egregiis, doctis & ſapientibus, euenit quandoque, vt legentes edicta Regia obſeruauerint nonnullos articulos, quos arbitrarentur indigere interpretatione, vel moderatione, proinde id Regibus indicauerint, quibus hoc non diſplicuit. Etenim bonitas eorum nunquam non præbet aures precibus & admonitionibus miniſtrorum ſuorum, imo etiam minimi ſubditorum. Reges aliquando permoti illis admonitionibus, mutauerunt ſententiam: Sæpius quoque in ſemel concepta opinione perſtiterunt. Quicquid vero illis tandem placuit, Parlamentum Regis voluntati ſuam ſubmiſit, atque Edicta in acta publica retulit, citra vllam difficultatem. Quod enim admonebat Regem, faciebat officii cauſa, & quod bonam Regis intentionem promotam vellet, non autem, quod vllam ſibi autoritatem ſupra placitum Regis arrogaret. Scilicet, non ignorabat, cum Reges olim alio modo publicandi conſtitutiones vtebantur, vt factum poſt conſtitutam Monarchiam, eo vſque illas nunquam Parlamentis ad promulgandum oblatas, nihilo minus habitas fuiſſe pro legibus & obſeruatas à ſubditis. Accedit, quod hoc collegium ſemper autoritatis & maieſtatis Regiæ obſeruans, præ omnibus eam recognouit, & defendit, haud immemor, poteſtatem Regum Franciæ à nulla alia dependere, nec vlli rationem reddere, temporalia quod attinet, quam ſoli Deo. Ex iis quæ hactenus annotauimus, apparet, falſo perſuaſum fuiſſe Eliæ Reuſnero (*in hortulo hiſtoric. polit. corona 1. flore 16. in f.*) Regem Galliæ nihil audere facere ſine iudicio Parlamenti. Cæterum de vtilitate *de la verification des Edicts, vide les antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France liu. 1. diſc. 6. pag. 264.*

gg) *C'eſt la couſtume de France de publier tous accords en la cour de Parlement, ou autrement ſeroient de nulle valeur: toutesfois les Roys y peuuent tousiours beaucoup*: Philippe de Comines *liu. 2. chap. 14.* quod Sleidanus, qui huius autoris commentarios latinitate donauit, *lib. 3. non longe ante finem* ita exprimit; (vbi retulit Carolum Burgundiæ Ducem à Ludouico XI. de ſua profectione ſollicitatum, quo in ſenatu Lutetiæ curaret pactiones, quæ inter illos initæ fuerant, recitari) Sic enim fert Galliæ conſuetudo, & alioqui non ſint ratæ futuræ: tametſi Regum poteſtas in iis rebus omnibus eſt ſingularis, & eximia. *(Et de faict, l'Empereur Charles V. ne voulut iamais és accords de paix, faits és années MDXXVI. & MDLVII. auec les Roys, François premier, & Henry II. conſentir, & accorder la reſolution d'iceux que premierement ils n'euſſent eſté veus & rapportés au Parlement de Paris, pour y eſtre approuués & authoriſés.* Pierre de Miraulmont *en ſes memoires, tilt. parlement, fol. 22.*)

Certe Carolus V. Imp. noluit in articulos pacis anno MDXXVI. & MDLVII. factos cum Regibus, Franciſco I. & Henrico II. prius conſentire, quam ad Parlamentum Lutetianum relati, & ab eo approbati fuiſſent.

bb) (*Les Roys n'entreprennent vne guerre ſans l'aduis de la Cour de Parlement, ou pour le moins, pour la forme le luy demandent, apres que les choſes ſont arreſtées, & concluës. Nous parlons du temps paſſé, car cela eſt changé.*) Reges non mouent bellum ſine conſilio Curiæ Parlamenti, ad minimum dicis cauſa illud exquirunt, poſtquam res iam eſt concluſa. Loquimur de tempore præterito, hodie enim aliud obtinet; inquit Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France pag.* 182. Et Sleidanus, *in illuſtratione rerum & Galliæ deſcriptione, quam Commentariis Cominæi adiunxit*, ſcribit; In Senatum Parlamenti Pariſienſis aliquando venire ſolent ipſi Reges, quoties aliquid magni decernere volunt, quemadmodum ante annos octo, menſe Ianuario, Franciſcus I. bellum illaturus Carolo Cæſari, venit eo, & per aduocatum ſuum expoſitis, quas ab illo ſibi factas dicebat, iniuriis, demonſtrabat, bellum ſibi neceſſario ſuſcipiendum eſſe, vt Flandriam & Arteſiam, quæ nunc illius vitio, & culpa ad ſe pertineant, recuperaret, & Galliæ rurſus, è qua prodiiſſent aliquando, coniungeret. Olim iſta referebantur ad publicos conuentus ordinum: Ii quoniam aboliti ſunt, aliquod adhuc eius rei veſtigium manet, dum ad eum Senatum itur, quod tamen rariſſime nunc fieri conſueuit: quando ſolus Rex pro ſuo iudicio quiduis decernit. Recte vero, meo iudicio, docet Bodinus *de Republ. lib.* 3. *c.* 1. *pag.* 371. optimis conſiliis non ſolum in rebus grauiſſimis, ſed etiam in mediocribus ac minimis (quanquam nil minimum debet videri, quod ad Rempublicam ſpectet) principem vti oportere: quia nihil tanti ponderis eſt, ac momenti, ad res agendas, in omni Rerumpublicarum genere, quam Senatus autoritate & conſilio decerni; eoque magis ſi dubitetur, vtile ſit, nec ne, id quod Princeps fieri velit. Id quidem omnium optime Carolus V. Rex Francorum, is qui *Sapientis* cognomentum adeptus eſt, facere ſolebat. Cum enim Anglos, qui Aquitaniæ arces, & oppida omnia fiduciæ titulo tenebant, regni finibus expellere vellet, rebus omnibus ad ea quæ geri cupiebat ante comparatis, ſuſcepit Aquitanorum querelas aduerſus prætores Anglorum, qui prouocantes ad Regem, vt Britiniaco fœdere exceptum erat, male mulctauerant. Rex, ſiue conſulto quæſitam, ſiue temere oblatam, arripuit occaſionem: ſed optimatum ac populi, quorum opibus vtendum erat, autoritate & conſilio bellum geri placuit. Itaque Princeps vniuerſos in Curiam Pariſiorum conuocari iuſſit, teſtatus ſe eorum conſiliis ac ſapientia opus habere, vt quæ à ſe minus ſapienter geſta fuiſſent, eorum animaduerſione caſtigarentur. Bellum illud eo conſilio decretum, felici exitu confectum eſt. At cum ſubditi, vel ſine conſilio, vel contra Senatus decreta res geri perſpiciunt, tunc ea aſpernantur,

nantur, ac pro nihilo ducunt, aut timide, ac molliter, imperatorum & magiſtratuum iuſſa exequuntur.

ii) Facit interdum importunitas efflagitantium, vt etiam non concedenda concedantur: *l.* 1. C. *de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. itaque principes, vt per tam inuerecundam importunitatem elaboratis reſcriptis non pareatur, legibus ſuis præoccupare ſolent. Rebuff. *tr. de ſupplic.* perinde vt teſtatoris voluntas facit, vt prior ſcriptura poſteriore ſit potior, ſi ſcilicet clauſulam appoſuerit ſequentium derogatoriam, hoc modo: Si quid Titio infra legauero, id neque do neque lego: *l. ſi mihi* 12. §. 3. *de legat.* 1. Iohan. Andr. *in gloſſ. ad c. licet, in verb. reuocare, de conſtit. in* 6. Ita princeps ipſe per ſubreptionem extorſa reſcripta irrita facit; & quicquid cancellando magiſtratus facit, principis iuſſu facit, quia ita fieri voluit: & ſi admonitus fuiſſet, ipſe feciſſet: *tit. C. ſi contra ius, vel vtil.* Ex quo obiter poſſumus condemnare (verba ſunt Arniſæi, *de iure maieſtat, lib.* 1. *c.* 5. *n.* 8. *pag.* 46.) opinionem eorum, qui in Galliis curiam Pariſienſem Regi præponunt, quia multa Regis edicta in illa prius examinantur, nonnulla etiam ad Regem remittuntur. Pari enim ratione Theſaurarium Regis poteſtati anteponere coguntur; quippe cum donationes ſuas Reges non prius valere voluerint, quam is literis ſubſcripſerit. *lib.* 1. *corp. Gallic. tit.* 9. *lib.* 10. *tit.* 6. & Caroli VI. donationes plurimas præfecti ærarii induxerunt, ſubſcriptis his verbis; *Immodice datum, & Repetatur:* Aemil. *lib.* 9. *Trop donné, ſoit repeté.* Girard *de l'eſtat & ſuccés &c. liu.* 2 *pag.* 129. Carolum VIII. Regem ſanxiſſe annotauit Bodinus, (*de Republ. lib.* 6. *c.* 2. *pag.* 1054.) ne largitio vlla vim haberet à principe facta, quæ vel duo ſeſtertia ſuperaret, niſi apud acta rationalis Curiæ inſinuaretur. Et à Franciſco I. cautum vt ærarii ſanctioris quatuor claues fabricarentur, vt vnam penes ſe Rex haberet, cæteras ii quos ærario præfeciſſet. At quis inde inferet, Regem ærarii non manſiſſe dominum? aut cum Carolus VII. pecuniarum ſummam, qua Regibus vti, & abuti arbitratu ſuo liceret, lege definierat, arbitrabimur eum boni patrisfamilias nomen Monarchæ titulo prætuliſſe? quaſi vtrumque ſimul ſtare nequeat? *Nos Roys ont remis la cognoiſſance de leurs dons, à la diſcuſſion de leur Cours, & par vne police generale ont voulu auoir en leur Monarchie gens propres, & deputés, comme eſt vne Chambre des Comptes, pour auoir cognoiſſance de leurs oĉtrois, & enſemble de toutes autres choſes, qui pourroient contreuenir au public. Les antiquités, & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France liu.* 1. *diſc.* 6. *pag.* 267.

kk) Iudices Curiæ libellorum, ne ab ipſo quidem Rege reuocari nunc poſſunt, niſi iudicio capitali damnati fuerint, aut ſponte abdicarint: id enim Ludouici XI. lege cauetur: Bodinus *d. lib.* 3. *de Republ. c.* 2. *pag.* 421. Quod Bodinus hic, propoſito ſuo inhærens, de ſpecie docet, id generaliter de omnibus officiariis Regni conſtituit Ludouicus XI, anno MCDLXVII.

nempe (*que deſormais les officiers de France ne pourroyent eſtre deſtitués ſans forfaiture iugée. Meſme cognoiſſant par eſpreuue la grande vtilité de cette ſienne ordonnance, & craignant qu'apres ſon decés elle ne fuſt non plus obſeruée, que celle de Philippe le Bel, il s'aduiſa, quinze ans apres icelle faicte, & eſtant au lict de la mort, de la faire iurer par Charles VIII. ſon fils & ſucceſſeur, luy remonſtrant (dit l'hiſtoire) que l'obſeruation d'icelle ſeroit vne des grandes aſſeurances de ſon Eſtat: Et non content de la luy auoir faict iurer, il enuoya tout à l'inſtant au Parlement l'acte de ce ſerment, pour y eſtre publié, & enregiſtré. Et par ainſi Charles VIII. ne pouuant honneſtement rompre tout à faict ceſte ordonnance, y fit vne grande limitation. Car par ſon edict de l'an MCCCCXCIII. il voulut que les offices de finance fuſſent tous conferés, non plus en tiltre d'office, ainſi par commiſſion, à fin qu'ils peuſſent eſtre reuoqués, comme auparauant.*) vt impoſterum officiarii Franciæ non poſſent remoueri à munere ſuo, niſi ob delictum condemnati ſententia. Facto autem ipſo certior factus, de maxima vtilitate huius ſanctionis, atque metuens, ne eandem ſubiret fortunam, quam paſſa fuerat conſtitutio Philippi Pulchri, quindecim poſt annos, lethali morbo decumbens, ad eius obſeruantiam iuramento adſtrinxit filium & ſucceſſorem, Carolum VIII. quod ad vtilitatem & ſtabilimentum Regni maxime, vt dicebat, conduceret. Nec vero ſolo hoc iuramento contentus, ſtatim Parlamento quid actum fuiſſet annunciari fecit, vt ibidem publicaretur & annotaretur. Hinc, cum Carolus VIII. honeſte non poſſet abolere hanc conſtitutionem, eam limitauit, iuſſitque edicto, anno MCCCCXCIII. officia quæſtoria non amplius conferri ſub titulo officii, ſed commiſſionis nomine, vt poſſent reuocari vt antea factum. Loyſeau *du droict des Offices liu.* 1. *chap.* 3. *n.* 99. *& ſeqq.* Quod tamen iterum immutatum, quando venalia facta: Idem *d. tr. liu.* 4. *chap.* 5. *n.* 15. *& ſeq. ac n.* 18. Vt vero cognoſcamus, hoc Regis poteſtatem non imminuere, præſtat audire eundem Autorem, *d. tr. liu.* 5. *chap.* 4. *n.* 57. ita diſſerentem: (*Tout ainſi que le Monarque ne doit changer les loix de ſon Royaume ſans grande cauſe; auſsi ne doit-il non plus deſtituer les officiers, principalement ceux de la iuſtice, qui doit eſtre conſtante & immuable. Neantmoins il peut, & meſme il doit faire l'vn, & l'autre, quand il y a iuſte cauſe: voire il le peut ſans cauſe, par puiſſance abſoluë, autrement il ne ſeroit pas ſouuerain. Mais il faut prendre garde, que la puiſſance abſoluë eſt vne voye extraordinaire, dont le Prince doit vſer bien rarement, tout ainſi que Dieu, qui eſt le ſouuerain des ſouuerains, fait rarement des miracles, combien qu'à toute heure il en puiſſe faire.*) Quemadmodum Monarcha non debet immutare leges Regni ſui, niſi maximam ob rationem; ita non facile debet deponere officiarios, præſertim iuſtitiæ, quæ debet eſſe conſtans & immutabilis. Nihilo minus tamen poteſt, ac debet vtrumque facere, ſi vrgens adſit ratio; imo poteſt etiam tunc, vbi nulla ſubeſt ratio, nempe ſi velit vti poteſtate abſoluta,

quam

Digitized by Google

quam habet vt ſummus princeps. Perpendere tamen ſecum debet, vſum poteſtatis abſolutæ eſſe extraordinarium, ideoque ratum eſſe debere, non ſecus ac videmus Deum, qui ſupremus omnium eſt, raro facere miracula, licet ſemper facere poſſit.

ll) Non licet Regi, per leges Regni Galliarum, resque iudicatas (ita iudicatum anno MDXXXIII. d. XV. Maii, in Curia Pariſienſi) gentilitia prædia, oblato emptoribus pretio, recuperare, ne priuatorum omnium agros iſta ratione emptionibus ſuos efficere poſſit: Bodinus *lib. 5. de Republ. cap. 3. pag. 846.*

mm) Iura maieſtatis rex à ſe abalienare nullo modo poteſt, ne Curia quidem Pariſiorum aſſentiente: Bodinus *d. lib. 1. de republ. cap. 10. pag. 255.* fieret enim parricida maieſtatis ſuæ, & pro ſubdito nanciſceretur imperii collegam. Poteſt tamen ea iura alteri precario concedere, quanquam id non fit ſine periculo: hinc enim haud raro ſenſim ad ſummum imperium perueniri ſolet: Bodin. *d. pag. 255.* Cum Franciſcus I. Rex, matri poteſtatem feciſſet damnatos reſtituendi; Curia Pariſiorum eum admonendum decreuit, illud cum ſubditis, ſine maieſtatis deminutione, communicari non poſſe: quo Senatusconſulto mater admonita, iure ſibi conceſſo vti nolle Senatui declarauit: Bodinus *d. c. 10. pag. 258.*

nn) Philippo Valeſio conuentus Gallicos habente, an. MCCCXXXVIII populi rogatione decretum eſt, ne vllum tributi, aut vectigalis genus, niſi conſentientibus ordinibus imperaretur. Ac tametſi Ludouicum XI. Regem, grauiſſima, difficillimaque bella eo impuliſſent, vt præter vectigal prædiorum publicorum, ac dominii, fere octingenties LLS (id eſt, tres milliones, & quadringenta millia libellarum Turonenſium) tributi nomine, extremo imperii ſui anno exigeret; nihilo minus tamen Carolo VIII. regnum ineunte, coactis apud Turones populi comitiis, annua illa, quæ ordinaria euaſerant, tributa ſublata ſunt: Bodinus *lib. 6. de republ. c. 2. pag. 1025.* Sed hodie aſſeritur, Regem tributa imponere poſſe citra conſenſum ordinum: *vide* Bret *de la ſouuerain. du Roy liu. 3. chap. 7. p. 396. & ea quæ adduco infra libro 2. cap. 7. lit. ssss.*

CAPVT X.

De Inſigniis Regni Franciæ.

HOnoris illa emblemata, quæ Inſignia dicuntur, non ſolum perſonis, ſed etiam vniuerſitatibus, quæ myſticam perſonam vel corpus intellectuale, repræſentant, attributa

tributa ab antiquo fuerunt. Sic regna quoque, non minus quam Reges, inſignia habent; quæ vel Rex regno, vel hoc illi primum communicauit; & adhuc, vbi electioni locus datur, communicat, quando eum ad gubernacula rerum admouet. Quæ Francorum, eorumuę regni inſignia olim fuerint, adhuc ſub iudice illis eſt; quæ vero hodie Regni, Regiſue ſint, incurrit in oculos. Sunt, qui antiqua Francorum inſignia tres bufones (*a*), vel ranas fuiſſe, eiusque notas adhuc in nonnullis Franciæ ædificiis publicis (*b*) extare, atque à memoria vetuſtatis Flandros Francos appellaſſe *crapaux François* (*c*), bufones Francos, aſſeuerent. Significare autem hæc inſignia, quod Franci antiquiſſimam ſuam ſedem habuerint in paluſtri loco (*d*), qualem bufones amant: vel quod Franci ſint terrigenæ (*e*); bufo enim animal eſt terra maxime gaudens. At hæc opinio multorum contradictionibus (*f*) expoſita. Sunt enim qui tres coronas (*g*) antiqua Francorum inſignia fuiſſe, tempore Pharamundi, dicant, quibus ille exprimere voluerit tria regna tunc ſibi ſubdita, Franconiæ, Weſtphaliæ, & Hollandiæ cisrhenanæ. Sed & hæc quoque ab aliis reiicitur (*h*). Leonem (*i*) in cuius cauda eminebat aquila, nonnullis; aliis tres creſcentis lunæ (*k*) imagines fuiſſe, placuit. Quam diuerſitatem conſiderantes alii (*l*), ne vlli fidem denegarent, credere maluerunt, omnes iſtas imagines in vſu, ſed diuerſis Regibus, atque diuerſis temporibus fuiſſe. Sed nec ſic quoque quicquam certi, totum coniectura nititur: Ita ſcilicet cum antiquitate ludimus. Cæterum, hodierna inſignia in oculos incurrunt, vt de illis non liceat ambigere, qualia ſint, poſtquam lilia eſſe omnibus perſuaſum. Quando autem vſus eorum cœperit, an hominum inuentum, diuumue munus ſint, qui numerus, qui color, quæ ſignificatio? controuertitur. Imo & eo vſque nonnemo perſuaſione abreptus fuit, vt crediderit, lilia illa vix ab vllo quam Francogallo recte pingi (*m*), vel repræſentari poſſe. De tempore, Becani (*n*), & noua, altera communis & antiquior eſt opinio. Ille, tria lilia, quæ in Francorum Regum ſcutis ſpectan-

Digitized by Google

ſpectantur, iam olim Noachi ætate (*n*) in vſu Francis fuiſſe, dicit. Cæteri, Clodoueum; tunc, quando ad religionem Chriſtianorum acceſſit, relictis bufonibus (*o*), vel antiquis inſigniis, lilia aſſumpſiſſe memorant; à quibus vix vnus & alter diſſenſit, qui initia liliatorum inſigniorum ad tertiam Regum claſſem, quæ Capetiorum (*p*) dicitur, retulit. Vt maxime vero maiora pro Clodoueo faciant, in diuerſa tamen vota abeunt, vbi quæſtio mouetur, ab illius beneplacito, an aliunde (*q*) lilia cœperint. Quibus multiplicatio miraculorum placet, liliata inſignia cœlitus (*r*) miſſa, & ab Angelo (*s*) exhibita narrant; ne ſcilicet Deum minus amaſſe Franciam, quam alia regna, quibus inſignia (*t*), aut coronam (*u*) miſit, videri poſſit. Sed his non male opponitur, autores antiquiores (*x*) huius miraculi nullam feciſſe mentionem; recentiores vero non ſatis inter ſe conſentire, nec probare quod dicunt. Videri quoque ab ipſis Regibus, qui numerum liliorum mutauerunt, creditum, rem non cœleſtis, ſed humanæ originis fuiſſe, cui quid addere, vel detrahere, qui ſuperiorem non recognoſcit, pro lubitu poſſit. Abeſſe enim quam maxime à Regum Franciæ pietate, cœleſtia dona truncare aut numero minuere. Suppoſuiſſe autem Clodoueum Eremitam (*y*), qui lilia, quaſi à Deo monitus, afferret, non nemo affirmat; alius Abbatiam, quam in memoriam factæ reuelationis tum conditam, nonnulli aſſeruerunt, tempore longe recentiorem eſſe, monet (*z*). Ego, etiam cum periculo cenſuræ, quam illi, qui hoc miraculum pro figmento habuerunt, paſſi ſunt, malo difficile credere, quam facile decipi. Antiqua hæc eſſe inſignia, & vel cum ipſo regno cœpiſſe (*aa*), non negauerim. De numero liliorum altera diſceptatio eſt. Becanus (*bb*) tria lilia Francis ab initio vſurpata docet. Minos (*cc*) eundem numerum à Clodoueo primum adhibitum, huc vſque continuatum cenſet: Galli, fere communiter, plura, & ſine certo numero (*dd*) fuiſſe, quem Carolus VI. ad ternarium (*ee*) redegerit. Alii Clodoueo tria aſſignant, & poſt varias mutationes ſub diuerſis Regibus, Carolum VI. (*ff*) iterum

ad eundem numerum rediiſſe narrant: auguſtiora tamen fuiſſe inſignia incerti numeri, quam certi (*gg*). Tertium, de quo litigatur, color eſt. Becanus diuerſitatem colorum, non vnum, vel ſimplicem, ſed iridis (*hh*) agnoſcit. Sunt qui lilia aurei (*ii*) coloris, ſunt qui albi (*kk*), ſtatuant. Denique in eruenda ſignificatione quilibet ſuo abundat ſenſu. Becanus aliam numeri (*ll*), aliam coloris (*mm*) ſtatuit. Malingré (*nn*), legem diuinam, vel fidem Chriſtianam, quam debeant defendere ſapientia, & nobilitas, præfigurari putat. Ludouicus Aurelianenſis (*oo*) regni Franciæ eminentiam deſignari tradit. Ludouicus Vinaldus (*pp*) quatuor nobis pandit myſteria, quæ ſub inſigniis Franciæ lateant. Loyſeau (*qq*) triplicia Regni officia repræſentari, Theuetus (*rr*) tres orbis partes, coniicit. I. de Pardieu (*ss*), ex liliis campanas facit, & linguas; quibus Regum Franciæ laudes orbi denuncientur. Fauyn (*tt*), lilium ſymbolum benedictionis, amoris, candoris, caſtitatis variis ornat elogiis. Eo quoque nonnullorum peruenit diligens inueſtigatio, vt hæc inſignia capiti galli gallinacei impreſſa (*uu*), non minori myſterio, quam capiti vltimi Comitis Tholoſani (*xx*), deprehenderint. Porro, nec color ſcuti (*yy*) quoque, cui lilia inhærent myſterio vacat. De inſignits Regni Nauarreni, quæ hodie vno in ſcuto cum Franciæ liliis repræſentantur, minori curioſitate agitur. Duodecim poma aurea (*zz*), monitu angeli, Terſinum aſſumpſiſſe, quidam putant; alii catenas innodatas (*aa*), quas Sancius ruperit, quibus exercitus Miramolini, Regis Arabum cinctus erat, eſſe docent. Varia, & ad beneplacitum Regis mutabilia (*bb*) olim fuiſſe, traditur.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Tabœtius, *in paradoxis Regum, ſect.* 1. *n.* 20. Iean Bouchet, *en ſes Genealogies des Roys*, Hunibaldum ſecutus, tres ranas fuiſſe tradit: Corrozet *liu.* 1. *du threſor des hiſtoires de France, tilt.* 36. *fol.* 91. Hoc credit Chaſſanæus *part.* 5. *Catalog. gloriæ mundi*, eo, quia ſicut de natura bufonis eſt, in quacunque parte terræ ſit, ſemper ſe collocare in meliori & pinguiori loco: ideo cum Rex Franciæ ex vniuerſali mundo meliorem pinguiorem, & vtiliorem,

liorem terram teneat & habeat, ideo in ſequendo naturam bufonis pro armis aſſumpſiſſe Reges Franciæ, ante Chriſtianitatem, tres bufones, habendo reſpectum ad ea, quæ magis naturaliter conformabantur circa eius naturam.

b) *On void contre la muraille de l'hoſtel de la ville de Beauuais, la figure d'vn crapaut, en forme de fleur de lis, que l'on dit eſtre les anciennes armoiries de France; marque de la bonté, graiſſe, & fertilité du pays. Lesquelles armoiries, en forme de trois fleurs de lis, ou pluſtoſt de crapaux, il me ſemble auoir remarqué ſur la porte de la ville de Bayonne, par laquelle on va en Eſpagne: & m'a-on aſſeuré, qu'il y a ainſi deux figures de crapaux ſur le grand portail de l'Egliſe de Mans.* L'Oiſel, *és memoires des pays de Beauuais, chap. 2. n. 11. pag. 47.* Has autem, ſimilesque figuras, quas variis in locis videre licet, Fauyn (*au theatr. d'honn. liu. 2. chap. 6. pag. 185.*) aſſerit, eſſe flores liliorum *mal-faites, par les peintres & ſculpteurs.*

c) Vide Fauchet, *liu. 1. de l'origine des armoiries, chap. 2. pag. 513.*

d) Vide Fauyn *au theatre d'honneur, d. liu. 2. chap. 6. pag. 185.*

e) Quod ſi mihi (verba ſunt Becani *lib. 4. Francicor, p. 91.*) de fabulæ primordiis coniectura permittatur, dicam, quempiam fuiſſe hominem, pietatis, quam Franciçæ antiquitatis ſtudioſiorem, qui, cum vnde Franci genus ducerent, ignoraret, commentus eſt, quod proximum erat, Francos terrigenas eſſe, atque idcirco animal, terra maxime gaudens, eorum clypeis conuenientiſſimum fuiſſe.

f) Quorundam opinio eſt, bufones in militari ſigno Francorum olim viſos, quod illi nullo autore dicunt: Maſſonius *annal. lib. 3. pag. 305. Quant à moy,* (inquit Fauyn *d. pag. 185.*) *i'eſtime que l'opinion moins ſouſtenable eſt celle des Walons, & autres eſtrangers, qui blaſſonnent les anciennes armes de Pharamond, d'or, ou de iaune, à trois crapaux de ſable, ou ſinople, & qui veulent de là tirer leur ſobriquet des crapaux François, pour nous repreſenter la demeure premiere des anciens François aux marais: Car, d'vn nombre innombrable d'autheurs de marque, que i'ay leu en ma vie, ie n'en ay trouué pas vn ſeul, qui m'ait appris, que Pharemond portaſt en armes telle vilaine beſte.*

g) Vide Paſquier *liu. 2. des recherch. de la France chap. 16. pag. 134. editionis auctæ.*

h) Non fuiſſe tria diademata rubra, in alba parma, contra quam ſenſit Paulus Aemilius, tradit Becanus, *lib. 4. Francicor. p. 91.*

i) *Les vns donnent à Pharemond pour armes, couppé de gueules à l'Aigle d'or & d'azur au Lion rempant d'or, deſchirant, de ſes armes de derriere, la teſte de ceſte aigle; qui eſt deuiſe, & non pas armes, pour monſtrer, que les François commencoient à deſplumer ce pauure aigle Romain, par la conqueſte des Gaules:* Fauyn *au theat. d'honn. liu. 2. chap. 6. pag. 184.* Claude du Pré, *en l'abbregé de*

l'ori-

l'origine des François, chap. 14. pag. 57. Au lieu de trois grenouilles, ou crapaux, ils prindrent vn eſcu d'or, à vn lion rampant, d'azur, à gueule ouuerte, la queuë renuerſée, en forme d'vne queuë de ſerpent, à l'extremité de laquelle eſtoit adiouſté le col d'vn Aigle auec les aisles eſtenduës. Par le lion interpretoient, force; par le ſerpent, prudence des François, qui ſurmonteroient l'aigle, ſignifiant l'Empire Romain: Corrozet *liu.* 1. *du threſor des hiſtoires de France, tilt. 36. fol. 91.* Hilderici tempore, cum Franci cœpiſſent bellum gerere in Romanos, conſilio Pontificum, & vatum gentis ſuæ, inſignia, quæ vocamus *armoiries*, noſtra ſumpſerunt; abiectis ranis tribus, quas olim ex Scythia in albo vellere adduxerant, ſcilicet leonem, cum anteriore corporis parte blauii coloris, depinxerunt, pedibus ad capturam, ſeu prædam extenſis, ore rugientis more aperto; cuius inferior pars corporis in caudam ſerpentis deſinebat, cum qua collum aquilæ ſubtus, in vellereque aureo, expanſiſque alis depictæ, fortiter alligatum videbatur comprimere & ſuffocare: Balthaſar de Vias, *in Sylua Regia, pag.* 82. *&* 83. Tholoſan. *in Syntagm. iuris, libro* 45. *cap.* 3. *n.* 9. vbi addit; Et hæc inſignia habuerunt Franci vſque ad Clodoueum Chriſtianum, qui tria lilia habuit pro leone, à cœlo demiſſa. Regno tamen Ludouici I. per filios in duo regna diuiſo, liliorum inſigne Francis Occidentalibus remanſit proprium; leonis vero, atque caudæ ſerpentis inſignia, regnum Francorum Orientale, ſeu Germanicum retinuit. quod, quando Imperio Romano annexum fuit, inſignibus prioribus abolitis, Aquilam retinuit, imperii notam.

k) Paſquier *d. l.*

l) Paſquier *d. l.* ait: *Mon iugement eſt tel, que les anciennes armoiries, tant de nos Roys, que de leurs ſubiects, eſtoient deuiſes, telles qu'il plaiſoit à vn chacun ſe choiſir. Comme de noſtre temps nous auons veu le Roy François premier du nom, auoir pris pour ſa deuiſe la Salamandre, & le Roy Henry, ſon fils, le croiſſant. Car voyant, que tantoſt quelques autheurs diſent, que les armoiries de France eſtoient trois crapaux, tantoſt trois couronnes, tantoſt trois croiſſans, tantoſt vn lion rempant portant à ſa queuë vn aigle; ie ne puis penſer dont procede cette diuerſité d'opinions, ſi non, que les autheurs, qui nous deuancerent, ſur le milieu de nos Roys, trouuerent quelques vns d'entre eux porter en ſes armes, l'vn trois croiſſants, l'autre trois crapaux, & ainſi rapportans ceſte particularité à vne generalité du pays (d'autant, que du temps d'iceux autheurs, les armoiries eſtoient ia faites perpetuelles) ils eſtimerent, chacun en ſon endroit, que les armoiries de France fuſſent, les vns, trois couronnes, les autres trois croiſſants &c.)* Ego ita iudico, inſignia antiqua, tam Regum noſtrorum, quam eorum ſubditorum, fuiſſe talia, qualia quiſque ſibi eſſe volebat. Sicut noſtro tempore vidimus Regem Franciſcum I. pro teſſera vti Salamandra, & eius filium, Henricum Regem, habuiſſe lunam bicornem. Perpendens enim, modo hos autores

aſſere-

Digitized by Google

aſſerere, inſignia Franciæ fuiſſe tres bufones, modo illos dicere, fuiſſe tres coronas, alios tres lunas bicornes, leonem, in cuius cauda ſerpens; non poſſum coniicere aliunde natam hanc opinionum diuerſitatem, quam quod ſcriptores, qui ante nos vixerunt, ſub medio fere noſtrorum Regum numero, cum cognouiſſent, nonnullum eorum pro inſigniis habuiſſe tres lunas bicornes, alium tres bufones, quod particulare fuit vnius vel alterius, feciſſe generale totius Regni; eo tamen tempore quo ſcriptores iſti vixerunt, inſignia iam erant facta perpetua. Claud. Minos *comm. in Alciat. Embl. p. 26. edit. Pariſ. 1608.* ſcribit: Quidam autores ſunt non omnino mali, à quibus accepimus, priorum Galliæ regum, qui à Pharamundo profecti ſunt, inſignia fuiſſe tres Bufones, aut Rubetas, nonnulli tres Coronas malunt: alii Leonem, qui Aquilam ad caudam habeat. In quo illi boni ſcriptores temere interdum & ſine iudicio caligant: quippe qui quod Regum quorundam peculiare ſymbolum fuerit, ad alios etiam tanquam commune referant.

m) (*I'eſtime* (*dit* Fauyn, *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 6. pag. 185.*) *qu'il eſt fort difficile, de bien faire & repreſenter vne fleur de lis mignonnement trouſſée, qui n'eſt peintre excellent, & François de nation, & de courage. Car vn Alleman, vn Anglois, Eſpagnol, & Italien, n'en ſçauroit venir à ſon honneur, pour la bien proportionner. Les Allemands la font double, c'eſt à dire, double fleur en poincte, & en chef: l'Italien y fait des reiettons d'vne façon nouuelle: bref chaque eſtranger la façonne à ſa guiſe.*) Credo perquam difficile eſſe bene pingere, & venuſte repræſentare florem liliorum, niſi hoc fiat à pictore excellente, & qui ſit Francicæ nationis. Germanus, Anglus, Hiſpanus, Italus, non poteſt omni arte ſua illum probe exprimere: Germani eum duplicant, hoc eſt, depingunt duplicem florem, & infra & ſupra. Italus effingit folia emiſſaria, nouo plane modo & ſic quilibet exterus illum pro ſua imaginatione efformat. Ego id inde fieri arbitror, quoniam nondum ſatis conſtat, ne inter Gallos quidem, an lilium illud ſit conuallium, an aliud. Fauchet *liu. 1. de l'Origine des armoiries chap. 2. fol. 513. b.* putat eſſe, *la fleur de Pauillée, qui eſt vn petit lis iaune, lequel vient, pres, & dedans les mareſts, & fleurit au mois de May, & de Iuin.* communiter pro lilio conuallium habetur. Sit autem hoc, vel illud, certe, niſi Gallis, & nobis, ex traditione conſtaret, figuras illas lilia repræſentare, neceſſarium foret illud antiquorum pictorum vulgare præſcribere, hoc debet eſſe bos, hoc equus, hoc lilium. Si pictura Gallorum cum liliis, quæ natura nobis exhibet, conferatur, credo Germanos, alioſque, non ſine ratione ab illa recedere, atque rectius naturalem liliorum faciem exprimere, quam Gallos. At, ſi antiquam figuram, ſiue lilia ficta, non naturalia, ſiue pictorum nondum ſatis polita manu delineata, ſequi voluerimus, Gallis merito cedent reliqui.

n) Becanus *lib. 4. Francicor. pag. 94.*

Certe Carolus V. Imp. noluit in articulos pacis anno MDXXVI. & MDLVII. factos cum Regibus, Franciſco I. & Henrico II. prius conſentire, quam ad Parlamentum Lutetianum relati, & ab eo approbati fuiſſent.

bb) (*Les Roys n'entreprennent vne guerre ſans l'aduis de la Cour de Parlement, ou pour le moins, pour la forme le luy demandent, apres que les choſes ſont arreſtées, & concluës. Nous parlons du temps paſſé, car cela eſt changé.*) Reges non mouent bellum ſine conſilio Curiæ Parlamenti, ad minimum dicis cauſa illud exquirunt, poſtquam res iam eſt concluſa. Loquimur de tempore præterito, hodie enim aliud obtinet; inquit Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France pag.* 182. Et Sleidanus, *in illuſtratione rerum & Galliæ deſcriptione, quam Commentariis Cominæi adiunxit*, ſcribit; In Senatum Parlamenti Pariſienſis aliquando venire ſolent ipſi Reges, quoties aliquid magni decernere volunt, quemadmodum ante annos octo, menſe Ianuario, Franciſcus I. bellum illaturus Carolo Cæſari, venit eo, & per aduocatum ſuum expoſitis, quas ab illo ſibi factas dicebat, iniuriis, demonſtrabat, bellum ſibi neceſſario ſuſcipiendum eſſe, vt Flandriam & Arteſiam, quæ nunc illius vitio, & culpa ad ſe pertineant, recuperaret, & Galliæ rurſus, è qua prodiiſſent aliquando, coniungeret. Olim iſta referebantur ad publicos conuentus ordinum: Ii quoniam aboliti ſunt, aliquod adhuc eius rei veſtigium manet, dum ad eum Senatum itur, quod tamen rariſſime nunc fieri conſueuit: quando ſolus Rex pro ſuo iudicio quiduis decernit. Recte vero, meo iudicio, docet Bodinus *de Republ. lib.* 3. *c.* 1. *pag.* 371. optimis conſiliis non ſolum in rebus grauiſſimis, ſed etiam in mediocribus ac minimis (quanquam nil minimum debet videri, quod ad Rempublicam ſpectet) principem vti oportere: quia nihil tanti ponderis eſt, ac momenti, ad res agendas, in omni Rerumpublicarum genere, quam Senatus autoritate & conſilio decerni; eoque magis ſi dubitetur, vtile ſit, nec ne, id quod Princeps fieri velit. Id quidem omnium optime Carolus V. Rex Francorum, is qui *Sapientis* cognomentum adeptus eſt, facere ſolebat. Cum enim Anglos, qui Aquitaniæ arces, & oppida omnia fiduciæ titulo tenebant, regni finibus expellere vellet, rebus omnibus ad ea quæ geri cupiebat ante comparatis, ſuſcepit Aquitanorum querelas aduerſus prætores Anglorum, qui prouocantes ad Regem, vt Britiniaco fœdere exceptum erat, male mulctauerant. Rex, ſiue conſulto quæſitam, ſiue temere oblatam, arripuit occaſionem: ſed optimatum ac populi, quorum opibus vtendum erat, autoritate & conſilio bellum geri placuit. Itaque Princeps vniuerſos in Curiam Pariſiorum conuocari iuſſit, teſtatus ſe eorum conſiliis ac ſapientia opus habere, vt quæ à ſe minus ſapienter geſta fuiſſent, eorum animaduerſione caſtigarentur. Bellum illud eo conſilio decretum, felici exitu confectum eſt. At cum ſubditi, vel ſine conſilio, vel contra Senatus decreta res geri perſpiciunt, tunc ea aſpernantur,

nantur, ac pro nihilo ducunt, aut timide, ac molliter, imperatorum & magiſtratuum iuſſa exequuntur.

ii) Facit interdum importunitas efflagitantium, vt etiam non concedenda concedantur: *l.* 1. *C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. itaque principes, vt per tam inuerecundam importunitatem elaboratis reſcriptis non pateatur, legibus ſuis præoccupare ſolent. Rebuff. *tr. de ſupplic.* perinde vt teſtatoris voluntas facit, vt prior ſcriptura poſteriore ſit potior, ſi ſcilicet clauſulam appoſuerit ſequentium derogatoriam, hoc modo: Si quid Titio infra legauero, id neque do neque lego: *l. ſi mihi* 12. §. 3. *de legat.* 1. Iohan. Andr. *in gloſſ. ad c. licet, in verb. reuocare, de conſtit. in* 6. Ita princeps ipſe per ſubreptionem extorſa reſcripta irrita facit; & quicquid cancellando magiſtratus facit, principis iuſſu facit, quia ita fieri voluit: & ſi admonitus fuiſſet, ipſe feciſſet: *tit. C. ſi contra ius, vel vtil.* Ex quo obiter poſſumus condemnare (verba ſunt Arniſæi, *de iure maieſtat, lib.* 1. *c.* 3. *n.* 8. *pag.* 46.) opinionem eorum, qui in Galliis curiam Pariſienſem Regi præponunt, quia multa Regis edicta in illa prius examinantur, nonnulla etiam ad Regem remittuntur. Pari enim ratione Theſaurarium Regis poteſtati anteponere coguntur; quippe cum donationes ſuas Reges non prius valere voluerint, quam is literis ſubſcripſerit. *lib.* 1. *corp. Gallic. tit.* 9. *lib.* 10. *tit.* 6. & Caroli VI. donationes plurimas præfecti ærarii induxerunt, ſubſcriptis his verbis; *Immodice datum, & Repetatur*: Aemil. *lib.* 9. *Trop donné, ſoit repeté.* Girard *de l'eſtat & ſuccés &c. liu.* 2 *pag.* 129. Carolum VIII. Regem ſanxiſſe annotauit Bodinus, (*de Republ. lib.* 6. *c.* 2. *pag.* 1054.) ne largitio vlla vim haberet à principe facta, quæ vel duo ſeſtertia ſuperaret, niſi apud acta rationalis Curiæ inſinuaretur. Et à Franciſco I. cautum vt ærarii ſanctioris quatuor claues fabricarentur, vt vnam penes ſe Rex haberet, cæteras ii quos ærario præfeciſſet. At quis inde inferet, Regem ærarii non manſiſſe dominum? aut cum Carolus VII. pecuniarum ſummam, quia Regibus vti, & abuti arbitratu ſuo liceret, lege definierat, arbitrabimur eum boni patrisfamilias nomen Monarchæ titulo prætuliſſe? quaſi vtrumque ſimul ſtare nequeat? *Nos Roys ont remis la cognoiſſance de leurs dons, à la diſcuſſion de leur Cours, & par vne police generale ont voulu auoir en leur Monarchie gens propres, & deputés, comme eſt vne Chambre des Comptes, pour auoir cognoiſſance de leurs octrois, & enſemble de toutes autres choſes, qui pourroient contreuenir au public. Les antiquités, & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France liu.* 1. *diſc.* 6. *pag.* 267.

kk) Iudices Curiæ libellorum, ne ab ipſo quidem Rege reuocari nunc poſſunt, niſi iudicio capitali damnati fuerint, aut ſponte abdicarint: id enim Ludouici XI. lege cauetur: Bodinus *d. lib.* 3. *de Republ. c.* 2. *pag.* 421. Quod Bodinus hic, propoſito ſuo inhærens, de ſpecie docet, id generaliter de omnibus officiariis Regni conſtituit Ludouicus XI, anno MCDLXVII.

 nempe

nempe (*que deſormais les officiers de France ne pourroyent eſtre deſtitués ſans forfaiture iugée. Meſme cognoiſſant par eſpreuue la grande vtilité de cette ſienne ordonnance, & craignant qu'apres ſon decés elle ne fuſt non plus obſeruée, que celle de Philippe le Bel, il s'aduiſa, quinze ans apres icelle faicte, & eſtant au lict de la mort, de la faire iurer par Charles VIII. ſon fils & ſucceſſeur, luy remonſtrant (dit l'hiſtoire) que l'obſeruation d'icelle ſeroit vne des grandes aſſeurances de ſon Eſtat: Et non content de la luy auoir faict iurer, il enuoya tout à l'inſtant au Parlement l'acte de ce ſerment, pour y eſtre publié, & enregiſtré. Et par ainſi Charles VIII. ne pouuant honneſtement rompre tout à faict ceſte ordonnance, y fit vne grande limitation. Car par ſon edict de l'an MCCCCXCIII. il voulut que les offices de finance fuſſent tous conferés, non plus en tiltre d'office, ainſi par commiſſion, à fin qu'ils peuſſent eſtre reuoqués, comme auparauant.*) vt impoſterum officiarii Franciæ non poſſent remoueri à munere ſuo, niſi ob delictum condemnati ſententia, Facto autem ipſo certior factus, de maxima vtilitate huius ſanctionis, atque metuens, ne eandem ſubiret fortunam, quam paſſa fuerat conſtitutio Philippi Pulchri, quindecim poſt annos, lethali morbo decumbens, ad eius obſeruantiam iuramento adſtrinxit filium & ſucceſſorem, Carolum VIII. quod ad vtilitatem & ſtabilimentum Regni maxime, vt dicebat, conduceret. Nec vero ſolo hoc iuramento contentus, ſtatim Parlamento quid actum fuiſſet annunciari fecit, vt ibidem publicaretur & annotaretur. Hinc, cum Carolus VIII. honeſte non poſſet abolere hanc conſtitutionem, eam limitauit, iuſſitque edicto, anno MCCCCXCIII. officia quæſtoria non amplius conferri ſub titulo officii, ſed commiſſionis nomine, vt poſſent reuocari vt antea factum. Loyſeau *du droict des Offices liu. 1. chap. 3. n. 99. & ſeqq.* Quod tamen iterum immutatum, quando venalia facta: Idem *d. tr. liu. 4. chap. 5. n. 15. & ſeq. ac n. 18.* Vt vero cognoſcamus, hoc Regis poteſtatem non imminuere, præſtat audire eundem Autorem, *d. tr. liu. 5. chap. 4. n. 57.* ita diſſerentem: (*Tout ainſi que le Monarque ne doit changer les loix de ſon Royaume ſans grande cauſe; auſſi ne doit-il non plus deſtituer les officiers, principalement ceux de la iuſtice, qui doit eſtre conſtante & immuable. Neantmoins il peut, & meſme il doit faire l'vn, & l'autre, quand il y a iuſte cauſe: voire il le peut ſans cauſe, par puiſſance abſoluë, autrement il ne ſeroit pas ſouuerain. Mais il faut prendre garde, que la puiſſance abſoluë eſt vne voye extraordinaire, dont le Prince doit vſer bien rarement, tout ainſi que Dieu, qui eſt le ſouuerain des ſouuerains, fait rarement des miracles, combien qu'à toute heure il en puiſſe faire.*) Quemadmodum Monarcha non debet immutare leges Regni ſui, niſi maximam ob rationem; ita non facile debet deponere officiarios, præſertim iuſtitiæ, quæ debet eſſe conſtans & immutabilis. Nihilo minus tamen poteſt, ac debet vtrumque facere, ſi vrgens adſit ratio; imo poteſt etiam tunc, vbi nulla ſubeſt ratio, nempe ſi velit vti poteſtate abſoluta,

quam

Digitized by Google

quam habet vt ſummus princeps. Perpendere tamen ſecum debet, vſum poteſtatis abſolutæ eſſe extraordinarium, ideoque ratum eſſe debere, non ſecus ac videmus Deum, qui ſupremus omnium eſt, raro facere miracula, licet ſemper facere poſſit.

ll) Non licet Regi, per leges Regni Galliarum, resque iudicatas (ita iudicatum anno MDXXXIII. d. XV. Maii, in Curia Pariſienſi) gentilitia prædia, oblato emptoribus pretio, recuperare, ne priuatorum omnium agros iſta ratione emptionibus ſuos efficere poſſit: Bodinus *lib. 5. de Republ. cap. 3. pag. 846.*

mm) Iura maieſtatis rex à ſe abalienare nullo modo poteſt, ne Curia quidem Pariſiorum aſſentiente: Bodinus *d. lib. 1. de republ. cap. 10. pag. 255.* fieret enim parricida maieſtatis ſuæ, & pro ſubdito nanciſceretur imperii collegam. Poteſt tamen ea iura alteri precario concedere, quanquam id non fit ſine periculo: hinc enim haud raro ſenſim ad ſummum imperium perueniri ſolet: Bodin. *d. pag. 255.* Cum Franciſcus I. Rex, matri poteſtatem feciſſet damnatos reſtituendi; Curia Pariſiorum eum admonendum decreuit, illud cum ſubditis, ſine maieſtatis deminutione, communicari non poſſe: quo Senatusconſulto mater admonita, iure ſibi conceſſo vti nolle Senatui declarauit: Bodinus *d. c. 10. pag. 258.*

nn) Philippo Valeſio conuentus Gallicos habente, an. MCCCXXXVIII populi rogatione decretum eſt, ne vllum tributi, aut vectigalis genus, niſi conſentientibus ordinibus imperaretur. Ac tametſi Ludouicum XI. Regem, grauiſſima, difficillimaque bella eo impuliſſent, vt præter vectigal prædiorum publicorum, ac dominii, fere octingenties LLS (id eſt, tres milliones, & quadringenta millia libellarum Turonenſium) tributi nomine, extremo imperii ſui anno exigeret; nihilo minus tamen Carolo VIII. regnum ineunte, coactis apud Turones populi comitiis, annua illa, quæ ordinaria euaſerant, tributa ſublata ſunt: Bodinus *lib. 6. de republ. c. 2. pag. 1025.* Sed hodie aſſeritur, Regem tributa imponere poſſe citra conſenſum ordinum: *vide Bret de la ſouuerain. du Roy liu. 3. chap. 7. p. 396. & ea quæ adduco infra libro 2. cap. 7. lit. ssss.*

CAPVT X.

De Inſigniis Regni Franciæ.

HOnoris illa emblemata, quæ Inſignia dicuntur, non ſolum perſonis, ſed etiam vniuerſitatibus, quæ myſticam perſonam vel corpus intellectuale, repræſentant, attributa

tributa ab antiquo fuerunt. Sic regna quoque, non minus quam Reges, inſignia habent; quæ vel Rex regno, vel hoc illi primum communicauit; & adhuc, vbi electioni locus datur, communicat, quando eum ad gubernacula rerum admouet. Quæ Francorum, eorumuę regni inſignia olim fuerint, adhuc ſub iudice illis eſt; quæ vero hodie Regni, Regisue ſint, incurrit in oculos. Sunt, qui antiqua Francorum inſignia tres bufones (*a*), vel ranas fuiſſe, eiusque notas adhuc in nonnullis Franciæ ædificiis publicis (*b*) extare, atque à memoria vetuſtatis Flandros Francos appellaſſe *crapaux François* (*c*), bufones Francos, aſſeuerent. Significare autem hæc inſignia, quod Franci antiquiſſimam ſuam ſedem habuerint in paluſtri loco (*d*), qualem bufones amant: vel quod Franci ſint terrigenæ (*e*); bufo enim animal eſt terra maxime gaudens. At hæc opinio multorum contradictionibus (*f*) expoſita. Sunt enim qui tres coronas (*g*) antiqua Francorum inſignia fuiſſe, tempore Pharamundi, dicant, quibus ille exprimere voluerit tria regna tunc ſibi ſubdita, Franconiæ, Weſtphaliæ, & Hollandiæ cisrhenanæ. Sed & hæc quoque ab aliis reiicitur (*h*). Leonem (*i*) in cuius cauda eminebat aquila, nonnullis; aliis tres creſcentis lunæ (*k*) imagines fuiſſe, placuit. Quam diuerſitatem conſiderantes alii (*l*), ne vlli fidem denegarent, credere maluerunt, omnes iſtas imagines in vſu, ſed diuerſis Regibus, atque diuerſis temporibus fuiſſe. Sed nec ſic quoque quicquam certi, totum coniectura nititur: Ita ſcilicet cum antiquitate ludimus. Cæterum, hodierna inſignia in oculos incurrunt, vt de illis non liceat ambigere, qualia ſint, poſtquam lilia eſſe omnibus perſuaſum. Quando autem vſus eorum cœperit, an hominum inuentum, diuumue munus ſint, qui numerus, qui color, quæ ſignificatio? controuertitur. Imo & eo vſque nonnemo perſuaſione abreptus fuit, vt crediderit, lilia illa vix ab vllo quam Francogallo recte pingi (*m*), vel repræſentari poſſe. De tempore, Becani (*n*), & noua, altera communis & antiquior eſt opinio. Ille, tria lilia, quæ in Francorum Regum ſcutis

ſpectan-

Digitized by Google

ſpectantur, iam olim Noachi ætate (*n*) in vſu Francis fuiſſe, dicit. Cæteri, Clodoueum; tunc, quando ad religionem Chriſtianorum acceſſit, relictis bufonibus (*o*), vel antiquis inſigniis, lilia aſſumpſiſſe memorant; à quibus vix vnus & alter diſſenſit, qui initia liliatorum inſigniorum ad tertiam Regum claſſem, quæ Capetiorum (*p*) dicitur, retulit. Vt maxime vero maiora pro Clodoueo faciant, in diuerſa tamen vota abeunt, vbi quæſtio mouetur, ab illius beneplacito, an aliunde (*q*) lilia cœperint. Quibus multiplicatio miraculorum placet, liliata inſignia cœlitus (*r*) miſſa, & ab Angelo (*s*) exhibita narrant; ne ſcilicet Deum minus amaſſe Franciam, quam alia regna, quibus inſignia (*t*), aut coronam (*u*) miſit, videri poſſit. Sed his non male opponitur, autores antiquiores (*x*) huius miraculi nullam feciſſe mentionem; recentiores vero non ſatis inter ſe conſentire, nec probare quod dicunt. Videri quoque ab ipſis Regibus, qui numerum liliorum mutauerunt, creditum, rem non cœleſtis, ſed humanæ originis fuiſſe, cui quid addere, vel detrahere, qui ſuperiorem non recognoſcit, pro lubitu poſſit. Abeſſe enim quam maxime à Regum Franciæ pietate, cœleſtia dona truncare aut numero minuere. Suppoſuiſſe autem Clodoueum Eremitam (*y*), qui lilia, quaſi à Deo monitus, afferret, non nemo affirmat; alius Abbatiam, quam in memoriam factæ reuelationis tum conditam, nonnulli aſſeruerant, tempore longe recentiorem eſſe, monet (*z*). Ego, etiam cum periculo cenſuræ, quam illi, qui hoc miraculum pro figmento habuerunt, paſſi ſunt, malo difficile credere, quam facile decipi. Antiqua hæc eſſe inſignia, & vel cum ipſo regno cœpiſſe (*aa*), non negauerim. De numero liliorum altera diſceptatio eſt. Becanus (*bb*) tria lilia Francis ab initio vſurpata docet. Minos (*cc*) eundem numerum à Clodoueo primum adhibitum, huc vſque continuatum cenſet: Galli, fere communiter, plura, & ſine certo numero (*dd*) fuiſſe, quem Carolus VI. ad ternarium (*ee*) redegerit. Alii Clodoueo tria aſſignant, & poſt varias mutationes ſub diuerſis Regibus, Carolum VI. (*ff*) iterum

Digitized by Google

ad eundem numerum rediiſſe narrant: auguſtiora tamen fuiſſe inſignia incerti numeri, quam certi (*gg*). Tertium, de quo litigatur, color eſt. Becanus diuerſitatem colorum, non vnum, vel ſimplicem, ſed iridis (*hh*) agnoſcit. Sunt qui lilia aurei (*ii*) coloris, ſunt qui albi (*kk*), ſtatuant. Denique in eruenda ſignificatione quilibet ſuo abundat ſenſu. Becanus aliam numeri (*ll*), aliam coloris (*mm*) ſtatuit. Malingré (*nn*), legem diuinam, vel fidem Chriſtianam, quam debeant defendere ſapientia, & nobilitas, præfigurari putat. Ludouicus Aurelianenſis (*oo*) regni Franciæ eminentiam deſignari tradit. Ludouicus Vinaldus (*pp*) quatuor nobis pandit myſteria, quæ ſub inſigniis Franciæ lateant. Loyſeau (*qq*) triplicia Regni officia repræſentari, Theuetus (*rr*) tres orbis partes, coniicit. I. de Pardieu (*ss*), ex liliis campanas facit, & linguas; quibus Regum Franciæ laudes orbi denuncientur. Fauyn (*tt*), lilium ſymbolum benedictionis, amoris, candoris, caſtitatis variis ornat elogiis. Eo quoque nonnullorum peruenit diligens inueſtigatio, vt hæc inſignia capiti galli gallinacei impreſſa (*uu*), non minori myſterio, quam capiti vltimi Comitis Tholoſani (*xx*), deprehenderint. Porro, nec color ſcuti (*yy*) quoque, cui lilia inhærent myſterio vacat. De inſigniis Regni Nauarreni, quæ hodie vno in ſcuto cum Franciæ liliis repræſentantur, minori curioſitate agitur. Duodecim poma aurea (*zz*), monitu angeli, Terſinum aſſumpſiſſe, quidam putant; alii catenas innodatas (*aa*), quas Sancius ruperit, quibus exercitus Miramolini, Regis Arabum cinctus erat, eſſe docent. Varia, & ad beneplacitum Regis mutabilia (*bb*) olim fuiſſe, traditur.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Tabœtius, *in paradoxis Regum, ſect.* 1. *n.* 20. Iean Bouchet, *en ſes Genealogies des Roys*, Hunibaldum ſecutus, tres ranas fuiſſe tradit: Corrozet *liu.* 1. *du threſor des hiſtoires de France, tilt.* 36. *fol.* 91. Hoc credit Chaſſanæus *part.* 5. *Catalog. gloriæ mundi*, eo, quia ſicut de natura bufonis eſt, in quacunque parte terræ ſit, ſemper ſe collocare in meliori & pinguiori loco: ideo cum Rex Franciæ ex vniuerſali mundo meliorem pinguiorem, & vtiliorem,

liorem terram teneat & habeat, ideo in ſequendo naturam bufonis pro armis aſſumpſiſſe Reges Franciæ, ante Chriſtianitatem, tres bufones, habendo reſpectum ad ea, quæ magis naturaliter conformabantur circa eius naturam.

b) *On void contre la muraille de l'hoſtel de la ville de Beauuais, la figure d'vn crapaut, en forme de fleur de lis, que l'on dit eſtre les anciennes armoiries de France; marque de la bonté, graiſſe, & fertilité du pays. Leſquelles armoiries, en forme de trois fleurs de lis, ou pluſtoſt de crapaux, il me ſemble auoir remarqué ſur la porte de la ville de Bayonne, par laquelle on va en Eſpagne: & m'a-on aſſeuré, qu'il y a ainſi deux figures de crapaux ſur le grand portail de l'Egliſe de Mans.* L'Oiſel, *és memoires des pays de Beauuais, chap. 2. n. 11. pag. 47.* Has autem, ſimileſque figuras, quas variis in locis videre licet, Fauyn (*au theatr. d'honn. liu. 2. chap. 6. pag. 185.*) aſſerit, eſſe flores liliorum *mal-faites, par les peintres & ſculpteurs.*

c) Vide Fauchet, *liu. 1. de l'origine des armoiries, chap. 2. pag. 513.*

d) Vide Fauyn *au theatre d'honneur, d. liu. 2. chap. 6. pag. 185.*

e) Quod ſi mihi (verba ſunt Becani *lib. 4. Francicor. p. 91.*) de fabulæ primordiis coniectura permittatur, dicam, quempiam fuiſſe hominem, pietatis, quam Franciçæ antiquitatis ſtudioſiorem, qui, cum vnde Franci genus ducerent, ignoraret, commentus eſt, quod proximum erat, Francos terrigenas eſſe, atque idcirco animal, terra maxime gaudens, eorum clypeis conuenientiſſimum fuiſſe.

f) Quorundam opinio eſt, bufones in militari ſigno Francorum olim viſos, quod illi nullo autore dicunt: Maſſonius *annal. lib. 3. pag. 305.* *Quant à moy,* (inquit Fauyn *d. pag. 185.*) *i'eſtime que l'opinion moins ſouſtenable eſt celle des Walons, & autres eſtrangers, qui blaſſonnent les anciennes armes de Pharamond, d'or, ou de iaune, à trois crapaux de ſable, ou ſinople, & qui veulent de là tirer leur ſobriquet des crapaux François, pour nous repreſenter la demeure premiere des anciens François aux marais: Car, d'vn nombre innombrable d'autheurs de marque, que i'ay leu en ma vie, ie n'en ay trouué pas vn ſeul, qui m'ait appris, que Pharemond portaſt en armes telle vilaine beſte.*

g) Vide Paſquier *liu. 2. des recherch. de la France chap. 16. pag. 134. editionis auctæ.*

h) Non fuiſſe tria diademata rubra, in alba parma, contra quam ſenſit Paulus Aemilius, tradit Becanus, *lib. 4. Francicor. p. 91.*

i) *Les vns donnent à Pharemond pour armes, couppé de gueules à l'Aigle d'or & d'azur au Lion rempant d'or, deſchirant, de ſes armes de derriere, la teſte de ceſte aigle; qui eſt deuiſe, & non pas armes, pour monſtrer, que les François commencoient à deſplumer ce pauure aigle Romain, par la conqueſte des Gaules:* Fauyn *au theat. d'honn. liu. 2. chap. 6. pag. 184.* Claude du Pré, *en l'abbregé de l'ori-*

Digitized by Google

l'origine des François, chap. 14. pag. 57. Au lieu de trois grenouilles, ou crapaux, ils prindrent vn eſcu d'or, à vn lion rampant, d'azur, à gueule ouuerte, la queuë renuerſée, en forme d'vne queuë de ſerpent, à l'extremité de laquelle eſtoit adiouſté le col d'vn Aigle auec les aisles eſtenduës. Par le lion interpretoient, force; par le ſerpent, prudence des François, qui ſurmonteroient l'aigle, ſignifiant l'Empire Romain: Corrozet *liu. 1. du threſor des hiſtoires de France, tilt. 36. fol. 91.* Hilderici tempore, cum Franci cœpiſſent bellum gerere in Romanos, conſilio Pontificum, & vatum gentis ſuæ, inſignia, quæ vocamus *armoiries*, noſtra ſumpſerunt; abiectis ranis tribus, quas olim ex Scythia in albo vellere adduxerant, ſcilicet leonem, cum anteriore corporis parte blauii coloris, depinxerunt, pedibus ad capturam, ſeu prædam extenſis, ore rugientis more aperto; cuius inferior pars corporis in caudam ſerpentis deſinebat, cum qua collum aquilæ ſubtus, in vellereque aureo, expanſisque alis depictæ, fortiter alligatum videbatur comprimere & ſuffocare: Balthaſar de Vias, *in Sylua Regia, pag. 82. & 83.* Tholoſan. *in Syntagm. iuris, libro 45. cap. 3. n. 9.* vbi addit; Et hæc inſignia habuerunt Franci vſque ad Clodoueum Chriſtianum, qui tria lilia habuit pro leone, à cœlo demiſſa. Regno tamen Ludouici I. per filios in duo regna diuiſo, liliorum inſigne Francis Occidentalibus remanſit proprium; leonis vero, atque caudæ ſerpentis inſignia, regnum Francorum Orientale, ſeu Germanicum retinuit. quod, quando Imperio Romano annexum fuit, inſignibus prioribus abolitis, Aquilam retinuit, imperii notam.

k) Paſquier *d. l.*

l) Paſquier *d. l.* ait: *Mon iugement eſt tel, que les anciennes armoiries, tant de nos Roys, que de leurs ſubiects, eſtoient deuiſes, telles qu'il plaiſoit à vn chacun ſe choiſir. Comme de noſtre temps nous auons veu le Roy François premier du nom, auoir pris pour ſa deuiſe la Salamandre, & le Roy Henry, ſon fils, le croiſſant. Car voyant, que tantoſt quelques autheurs diſent, que les armoiries de France eſtoient trois crapaux, tantoſt trois couronnes, tantoſt trois croiſſans, tantoſt vn lion rempant portant à ſa queuë vn aigle; ie ne puis penſer dont procede cette diuerſité d'opinions, ſi non, que les autheurs, qui nous deuancerent, ſur le milieu de nos Roys, trouuerent quelques vns d'entre eux porter en ſes armes, l'vn trois croiſſants, l'autre trois crapaux, & ainſi rapportans ceſte particularité à vne generalité du pays (d'autant, que du temps d'iceux autheurs, les armoiries eſtoient ia faites perpetuelles) ils eſtimerent, chacun en ſon endroit, que les armoiries de France fuſſent, les vns, trois couronnes, les autres trois croiſſants &c.)* Ego ita iudico, inſignia antiqua, tam Regum noſtrorum, quam eorum ſubditorum, fuiſſe talia, qualia quisque ſibi eſſe volebat. Sicut noſtro tempore vidimus Regem Franciſcum I. pro teſſera vti Salamandra, & eius filium, Henricum Regem, habuiſſe lunam bicornem. Perpendens enim, modo hos autores aſſere-

aſſerere, inſignia Franciæ fuiſſe tres buſones, modo illos dicere, fuiſſe tres coronas, alios tres lunas bicornes, leonem, in cuius cauda ſerpens; non poſſum coniicere aliunde natam hanc opinionum diuerſitatem, quam quod ſcriptores, qui ante nos vixerunt, ſub medio fere noſtrorum Regum numero; cum cognouiſſent, nonnullum eorum pro inſigniis habuiſſe tres lunas bicornes, alium tres buſones, quod particulare fuit vnius vel alterius, feciſſe generale totius Regni; eo tamen tempore quo ſcriptores iſti vixerunt, inſignia iam erant facta perpetua. Claud. Minos *comm. in Alciat. Embl. p. 26. edit. Parı. 1608.* ſcribit: Quidam autores ſunt non omnino mali, à quibus accepimus, priorum Galliæ regum, qui à Pharamundo profecti ſunt, inſignia fuiſſe tres Buſones, aut Rubetas, nonnulli tres Coronas malunt: alii Leonem, qui Aquilam ad caudam habeat. In quo illi boni ſcriptores temere interdum & ſine iudicio caligant: quippe qui quod Regum quorundam peculiare ſymbolum fuerit, ad alios etiam tanquam commune referant.

m) (*I'eſtime (dit* Fauyn, *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 6. pag. 185.) qu'il eſt fort difficile, de bien faire & repreſenter vne fleur de lis mignonnement trouſſee, qui n'eſt peintre excellent, & François de nation, & de courage. Car vn Alleman, vn Anglois, Eſpagnol, & Italien, n'en ſcauroit venir à ſon honneur, pour la bien proportionner. Les Allemands la font double, c'eſt à dire, double fleur en poincte, & en chef: l'Italien y fait des reiettons d'vne façon nouuelle: bref chaque eſtranger la façonne à ſa guiſe.*) Credo perquam difficile eſſe bene pingere, & venuſte repræſentare florem liliorum, niſi hoc fiat à pictore excellente, & qui ſit Francicæ nationis. Germanus, Anglus, Hiſpanus, Italus, non poteſt omni arte ſua illum probe exprimere. Germani eum duplicant, hoc eſt, depingunt duplicem florem, & infra & ſupra. Italus effingit folia emiſſaria, nouo plane modo & ſic quilibet exterus illum pro ſua imaginatione efformat. Ego id inde fieri arbitror, quoniam nondum ſatis conſtat, ne inter Gallos quidem, an lilium illud ſit conuallium, an aliud. Fauchet *liu. 1. de l'Origine des armoiries chap. 2. fol. 513. b.* putat eſſe, *la fleur de Pauillée, qui eſt vn petit lis iaune, lequel vient, pres, & dedans les mareſts, & fleurit au mois de May, & de Iuin*, communiter pro lilio conuallium habetur. Sit autem hoc, vel illud, certe, niſi Gallis, & nobis, ex traditione conſtaret, figuras illas lilia repræſentare, neceſſarium foret illud antiquorum pictorum vulgare præſcribere, hoc debet eſſe bos; hoc equus, hoc lilium. Si pictura Gallorum cum liliis, quæ natura nobis exhibet, conferatur, credo Germanos, alioſque, non ſine ratione ab illa recedere, atque rectius naturalem liliorum faciem exprimere, quam Gallos. At, ſi antiquam figuram, ſiue lilia ficta, non naturalia, ſiue pictorum nondum ſatis polita manu delineata, ſequi voluerimus, Gallis merito cedent reliqui.

n) Becanus *lib. 4. Francicor. pag. 94.*

o) *Clouys apres auoir faict crier par toute l'armée, nous delaiſſons les Dieux mortels, & ſommes preſts de ſuiure le Dieu immortel, changea les crapaux* (vel vt alii, *la fleur de lys iaulne, ſemblable à celles qui croiſſent couſtumierement dans les marais, en celles d'azur à trois fleurs de lys d'or*: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 95. p. 680.*) *en fleur de lys*: Pierre Olhagaray, *liu. 2. de l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn & Nauarre pag. 360. n. 10. apres ſon bapteſme*: Iean du Tillet, *au recueil des Roys de France &c. liu. 2. chap. des eſcus & armoiries des Roys &c. pag. 225.* Clodoueus poſtquam feciſſet proclamari per totum exercitum, quod valediceret Diis mortalibus, & ſequeretur Deum immortalem, mutatis inſigniis pro bufonibus ſubſtituit lilia.

p) (*Les autres* (ſcribit Tillet *d. l.*) *ont mal affirmé, que les fleurs de lys n'eſtoient que l'armoirie de la troiſieme lignee regnante, non des deux premieres. L'effigie ancienne du Roy Clotaire premier enterré à S. Mard de Soiſſon, en a vn ſoulier ſemé. Celle du Roy Chilperic, enterré à S. Germain des pres, lez Paris, en a vne au bout de ſon ſceptre. Celle du Roy Sigebert premier, enterré audit S. Mard, en a ſa tunique ſemée, & l'eſt la tumbe du Roy Charles le Simple, enterré à S. Furſey de Peronne, qui les condamnent.*) Cæteri male affirmarunt, flores liliorum non niſi tertiæ familiæ Regum inſignia fuiſſe, non duarum antecedentium. Imago vetuſta, Regis Clotarii I. quæ addita eius tumulo conſpicitur in Eccleſia Sueſſionenſi, dedicata Sancto Mardo, eos oſtendit in calceo. Alia Regis Chilperici, ſepulti apud S. Germanum prope Lutetiam, vnum habet in vertice ſceptri. Quæ Sigisberti primi Regis eſt, apud eundem S. Mardum tumulati, tunicam iiſdem repletam exhibet; Præterea etiam tumulus Caroli Simplicis, Regis, ſepulti apud S. Furſæum Peronenſem, errorem detegit.

q) *Clouis, par le vouloir & meſſage de Dieu, changea auec la religion, les crapeaux en fleurs de lys*: Claude du Pré, *en l'abregé de la vraye origine des François, liu. 1. chap. 4. pag. 117. b.*

r) *Les lys ſont armoiries de France, & preſent du ciel*: P. de Lancre *liu. 1. des princes, diſc. 2. pag. 81.* inde (Clodoueo die quo vnda ſacri baptiſmatis à Remigio perfuſus) tranſmiſſa, vel delapſa; vtrumque enim ſcribit Louys Vinalde de Montreal, *en ſon œuure Royal*: *apud* Fauyn *au theat. d'honneur liu. 2. chap. 11. pag. 238. Clouis print les trois fleurs de lys, à luy enuoyées du ciel miraculeuſement*: Claude du Pré *chap. 14. pag. 57. b.*

s) Fauchet *liu. 2. des antiquites Françoiſes, chap. 18. fol. 57. b.* de miſſione ſacræ ampullæ verba faciens, addit; *& comme vn miracle vne fois creu donne place à vn autre, on adiouſte qu'vn Ange apporta l'eſcu d'azur, ſemé des fleurs de lis d'or, pour ſeruir à Clouis.* In plurali, nempe miniſterio Angelorum (*par miniſtere des Anges*) id factum, narrat Autor *du Labyrinthe Royal de l'Hercule Gaulois triomphant pag. 99. Clotilde, femme de Clouis, luy enuoya lesdites armoiries, quand il eſtoit en guerre contre le Roy Alaric, & au ſiege de la ville de*

Conſtans

Digitized by Google

Conſlans ſur Oyſe, diſant, qu'vn bon vieil hermite, en la Chaſtelenie de Poiſſy, prés Paris, les luy auoit enuoye, comme les ayant euës par vn Ange, en reuelation diuine: Claude du Pré *d. tr. liu. 5. chap. 7. pag. 115.*

t) *A Don Garcia Ximenes, premier Roy de Sobrarbre, liberateur d'Eſpagne, fut donnée du ciel, pour armoiries, vne croix rouge, ſur vn arbre verd, en champ d'argent. Don Inigo Areſta, vn de ſes ſucceſſeurs, par ſemblable faueur receut vne croix d'argent, en champ d'azur:* ita ex aliis refert Mayerne Turquet *liu. 28. de l'hiſtoire d'Eſpagne pag. 1370.*

u) *(Les Hongres tiennent, qu'vn Ange apporta du ciel la couronne à Ladiſlas, Roy de Hongrie, & leur croyance eſt de tel poids, qu'ils diſent, que ſi ceſte couronne ſe trouuoit entre les mains d'vn payſan, qu'auſſi toſt on le creeroit Roy de Hongrie.)* Hungari aſſeuerant, angelum è cœlo apportaſſe coronam Ladislao Regi Hungariæ; atque hoc adeo tenaciter credunt, vt putent, ſi hæc corona reperiretur in manu ruſtici, hunc ſtatim Regem futurum: Baudier *en l'inuentaire de l'hiſtoire des Turcs liu. 12. chap. 9. pag. 323.*

x) *Iaçoit que les anciens autheurs diſent, que cet eſcu Royal, par vn Ange fut apporté au Roy Clouis, premier Roy François Chreſtien, il ne s'en trouue rien en l'hiſtoire de Gregoire de Tours:* Fauchet *liu. 1. de l'origine des armoiries chap. 2. fol. 513. b.* *Quant à l'eſcu, parſemé de lis, en champ d'azur, ny l'hiſtoire, ny la tradition ne fait pas foy, qu'il ait eſté enuoyé du ciel:* Scipion du Pleix, *tom. 1. de l'hiſtoire generale de France tilt. du bapteſme de Clouis, pag. 99. n. 10.*

y) *(Clouis, pour rendre ſon Royaume plus miraculeux, ſe fit apporter par vn Hermite, comme par aduertiſſement du ciel, les fleurs de lys.)* Clodoueus, quo regnum ſuum miraculis illuſtraret, per Eremitam curauit ſibi apportari flores liliorum, quaſi id fieret iuſſu cœleſti: Paſquier *d. liu. 2. des recherches de la France chap. 16. pag. 134. edit. aucta:* André du Cheſne, *des antiquités des villes, liu. 1. tilt. de la ville de Reims, chap. 1. pag. 374.*

z) *Aucuns penſent, que l'Abbaye de Ioyenual (en la Chaſtellenie de Poiſſy, qui n'eſt, qu'à cinq ou ſix lieuës loing de Paris:* Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 95. pag. 680.) qui eſt en la foreſt de Laye, prés S. Germain Chaſteau Royal, voiſin de Poiſſy, ſoit fondée pour memoire de ce miracle, pource qu'il s'y monſtre vne fontaine, où l'eſcu de fleur de lis fut reuelé à vn Hermite toutesfois ceſte Abbaye n'eſt fondée que de l'an - - - - & ie n'ay point leu en pas vn autheur de marque, ceſte reuelation d'eſcu:* Fauchet *d. liu. 2. des antiquit. Franç. chap. 18. fol. 57. b. La fable, qu'il fut enuoyé du ciel, audit Roy Clouis, en l'abbaye de Ioyenual, a eſté inuentée depuis le Roy Charles ſixieſme:* Du Tillet *d. tilt. de eſcus & armoiries des Roys pag. 226.*

aa) Lilia Regibus Franciæ ab regno condito placuiſſe, Maſſonius docet, *lib. 3. annal. pag. 305.* cum quo conſentit Hiſpanorum ille hiſtoricus, apud Fauyn *au theat. d'honneur liu. 6. pag. 1155.* *la deuiſa de la flor de lys, tan famoſa,*

famoſa, y eſclarecida en la Chriſtiandad, es vna de las mas antiguas deuiſas de que tenemos noticia por hiſtoria, por auer vſado della la caſa Real de Francia desde los primeros Reys Chriſtianos, que en ella vuo. Contra illos, qui vſum liliorum recentiorem eſſe docent, pugnat Charron *d. chap. 95. pag. 681.*

bb) Becanus *d. lib. 4. Francic. pag. 94.* ait; Inprimis itaque lilia tria, quæ hactenus in Francorum Regum ſcutis ſpectantur, iam olim Noachi ætate in vſu Francis fuiſſe dico.

cc) Claudius Minos *d. pag. 26.* Videri autem certius poteſt tribus liliis primum Clodoueum fuiſſe vſum, cum primum ſuadente Clotilde vxore lectiſſima, religioni Chriſtianæ nomen dedit: quod liliorum trium ſtemma poſteri etiam, Reges ad noſtra vſque tempora retinuerunt.

dd) Antiqui Reges lilia in cyaneo campo indefinita habuere: Maſſonius *d. lib. 3. annal. pag. 305. Clouis changea les crapaux en fleur de lys, ſans nombre*: Olhagaray *d. l. p. 360. n. 10. Il eſt certain, que l'eſcu de France eſtoit ſemé de fleurs de lys ſans nombre*: Du Tillet *d. p. 226. Le labyrinthe Royal d. p. 99.*

ee) Charles ſixieſme les reduiſit à trois: Du Tillet *d. p.* Idem *Chron. de regib. Francor. ſub ann. Chr. MCCCLXXXI.* Hic rex (Carolus VI.) tres tantum liliorum flores pro inſigni Regum Franciæ geſtare inſtituit: vel vt ſcribit Autor *du labyrinthe royal d. pag. ordonna, que l'on n'en mit deſormais que trois*: vel vt habet *l'hiſtoire de Berry* de Iean Chaumeau, *liu. 6. chap. 2. pag. 221. le Roy Charles VI. à ſon premier aduenement à la couronne de France, (qui fut en l'an MCCCLXXXI.) ordonna, que dés lors en auant les Roys de France ne porteroient que trois fleurs de lis, en leurs eſcuſſons, & armoiries.*

ff) Clouis portoit d'azur à trois fleurs de lis d'or; Pepin le Bref les portoit ſans nombre, & ſes ſucceſſeurs, iuſques à Charles VI. qui en l'an MCCCLXXXI. reprit les anciennes armes de Clouis, qui ſe voyent encores: Le Blaſon des armoiries d'Hieroſme de Bara *pag. 1.* Chaumeau *d. l.* &, qui cæteris copioſior, Fauyn, *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 11. pag. 239.* ait; *(Depuis que Clouis eut receu du ciel l'eſcu d'azur, à trois fleurs de lys d'or, les Roys, ſes ſucceſſeurs, n'ont plus quitté ces armes. Ceux de la premiere lignee, ne porterent que trois fleurs de lys: Ceux de la ſeconde, deſcenduë de Martel, les porterent ſans nombre, combien qu'auparauant que Pepin le Bref fut esleu Roy de France ſes predeceſſeurs ne portaſſent que de gueules, à trois aigles d'or. Charles Martel en prit ſix, auec le chef de France. Pepin quitta ſes anciennes armes, & prit ſemé de France ſans nombre, ce que les Roys de France, ſes ſucceſſeurs, continuerent iuſques au dernier Roy Louys, qui ne fit rien, parce qu'il ne regna qu'vn an. Hugues Capet, chef de la troiſieſme lignée, & ſes ſucceſſeurs Roys, porterent pareillement ſemé de France ſans nombre, iuſqu'au regne malheureux, & funeſte à la France, de Charles VI. que l'on dit auoir eſté l'auteur qui reduiſit l'eſcu de France à trois fleurs de lys ſeulement, comme ils eſtoient ſoubs la premiere lignée. L'année de ce changement*

Digitized by Google

ment eſt incertaine, quoyque quelques vns la mettent en l'an CCCCXII. *& d'autres* CCCCXIV. *tous deux mal à propos.*) Ab illo tempore quo Clodoueus è cœlo accepit ſcutum laſurium, tribus floribus liliorum exornatum; ſucceſſores eius ſemper poſtea his inſigniis vſi ſunt. Primæ quidem familiæ Reges, tribus; ſecundæ, deſcendentis à Martello, infinitis, nec certo numero diſtinctis, licet antequam Pipinus Breuis ad regium perueniſſet faſtigium, eius anteceſſores vſi fuerint ſcuto rubicundo, cui iunctæ tres aquilæ aureæ. Carolus Martellus habuit ſex: Pipinus, relictis antiquis inſigniis, aſſumpſit Francica, liliis infinitis exornata; hunc imitati ſunt ſucceſſores, vſque ad vltimum Regem Ludouicum, qui rem non geſſit, quoniam tantum per annum vnum regnauit. Hugo Capetus, caput tertiæ familiæ, eiusque ſucceſſores, pro inſigniis vſi ſunt liliis infinitis, vſque ad infelix & funeſtum Francis regnum Caroli VI. quem ferunt inſignia Franciæ ad priorem formam, obſeruatam in prima familia, nempe lilia tria, reduxiſſe. Annus quo mutatio facta, incertus eſt; licet alii ponant CDXII. alii CDXIV. omnes tamen erroneæ.

gg) (*Quant à l'eſcu de France, c'eſt bien ſans doute, qu'il eſtoit plus auguſte, & venerable, ſemé de fleurs de lys ſans nombre, qu'eſtant reduit à trois.*) Quod inſignia Franciæ attinet, extra dubium fuerunt auguſtiora tunc, vbi lilia ſine numero certo plura, quam quando tria tantum: Fauyn *d. c.* 11. *p.* 243. Idem viſum Tilleto *d. p.* 226.

hh) Lilia Francica non ſunt alba, ſed diuerſitatem colorum iridis referunt: Becanus *d. lib.* 4. *Francicor. pag.* 95.

ii) *Le blaſon des armoiries* d'Hieroſme de Bara *pag.* 1. *Puis que l'auriflamme fut enuoyée du ciel à nos Roys, aucuns ont creu, que les armoiries de France eſtoient non trois lys blancs, ains trois lys auriflammes, ou iaunes dorés pour auoir quelque rapport à l'auriflamme. Et c'eſt veritablement la couleur qu'on leur donne és Parlaments, & ſieges de iuſtice, & és parements de leurs habits, & maiſons Royales: nulle autre Nation ne pouuant iouir d'vn pareil benefice, ny poſſeder le vray or, ny l'auriflamme, que la Françoiſe, ſuiuant le traict de celuy, qui a dit gentiment, que l'or, dont iouiſſent les Anglois, eſt ſeulement vne petite roſée d'or, qui leur fut enuoyée des Dieux, dont les Eſpagnols n'en receurent que la fumée; c'eſt pourquoy ils ſont ſi bazannés; mais que les François auoient eu la vraye flamme, qui eſt auriflamme, qui fut enuoyée au Roy Clouis, combattant contre les Sarrazins & les Goths*: Pierre de Lancre *liu.* 1. *des princes, diſcours* 10. *n.* 3. *p.* 362. Cum auriflammula è cœlo Regibus noſtris collata fuerit, crediderunt nonnulli, inſignia Franciæ fuiſſe non tria lilia alba, ſed auriflammea, aut lutea deaurata, propter conuenientiam cum auriflammula. Certe huius coloris conſpiciuntur in Cameris Parlamentorum, & iudiciorum, nec non in ornamentis aliis, atque aulæis domuum Regiarum. Nulla autem

natio præter Francicam eſt, cui hoc beneficium obtigerit, vtendi auro, & auriflammula; Ac, vt lepide dixit ille, aurum quo Angli vtuntur, eſt tantum exiguus auri ros, qui illis à Deo miſſus; Hiſpanis datus fuit fumus, vnde fuſci ſunt vultus; Francis autem vera flamma collata fuit, id eſt, auriflammulæ vexillum, quod Clodoueo, pugnanti contra Saracenos & Gothos, cœlitus miſſum.

kk) *Les lis de la France* de I. de Pardieu, *tilt. que le lis eſt blanc. pag.* 20.

ll) Quemadmodum vno lilio ſpes, ita tribus ſpes omnibus numeris abſoluta denotatur, rectiſſime factum fuit, Francorum ſcutum tribus liliis inſigniretur; quo non minus de hieroglyphico hoc ſigno, quam de nomine Franci, certa futuræ felicitatis fiducia impoſterum animis excitaretur: Becanus *d. lib.* 4. *pag.* 94.

mm) Licet omnes flores ſpei teſſeram gerere videantur, propterea quod è floribus fructus ſint ſperandi, à priſcis tamen hominibus Iris maxime hunc accepit honorem, vt ſpem firmam, & indubitatam deſignaret: Gorop. Becanus *d. l. pag.* 96.

nn) *(On peut voir, qu'en vne fleur de lys il y a trois fleurons, vn grand au milieu, & deux moyens d'vne pareille hauteur, aux deux coſtés, comme vous pouués voir par la fleur entiere; le haut fleuron du milieu ſignifie la ſaincte loy, & foy de Ieſus Chriſt, & les deux de moyenne hauteur, qui ſont, l'vn à dextre & l'autre à feneſtre, ſignifient ſapience, & nobleſſe, leſquelles ſont ordonnées pour ſouſtenir, garder, & defendre le haut fleuron, qui eſt au milieu de deux; ſçauoir la diuine loy. L'vne, c'eſt à ſçauoir ſapience, par arguments, raiſons, & bonne doctrine, enſeignée par les Docteurs, clercs, & vniuerſités, dont le Royaume eſt plus decoré que nul autre: Et l'autre, par force, & puiſſance d'armes; ce ſont les Princes, Barons, Cheualiers, & autres pluſieurs nobles, dont le Royaume eſt rempli:* Malingré *de la loy Salique, chap.* 29. *p.* 77.) In lilio integro viſuntur tres floſculi, maior in medio, & ad vtrumque latus duo minores, æqualis ſtaturæ: Maior ille in medio ſignificat legem ſanctam Ieſu Chriſti, & fidem in eundem; cæteri minores à dextris & ſiniſtris denotant ſapientiam & nobilitatem, quæ ad hoc ordinatæ ſunt, vt defendant illum maiorem, qui eſt in medio; hoc eſt, legem diuinam. Sapientia quidem illam debet defendere argumentis, rationibus, & bona doctrina, quam tradunt Doctores, clerici, & vniuerſitates literariæ, quibus Regnum Franciæ præ cæteris exornatum eſt: Nobilitas autem eam tueri debet, robore & armis: Sub hac continentur Principes, Barones, Equites, & reliqui nobiles quibus regnum abundat.

oo) *On eſcrit du lys qu'entre toutes les plantes, il n'y en a aucune, ny ſi haute, ny ſi belle. Car on diroit, que Nature a formé cette plante, pour monſtrer ce qu'elle pouuoit. Auſſi faut-il confeſſer, qu'entre toutes les couronnes, il n'y en a vne ſeule au monde, qui ait eu la hauteſſe & l'honneur, qu'a la couronne de France.*

Digitized by Google

France. Le lys porte ſon chef ſi haut, ſur toutes les ſimples plantes d'icy bas, qu'il parvient bien ſouuent iuſques à trois coudees: & qui regarde ſon tige haut & droit, & ſans nœud, ſes fueilles ſi vertes, ſi polies & ſi bien liſſees, ſa fleur ſi blanche, ſon fond ſi doré, il confeſſe, que cette fleur eſt inimitable, & ſur toutes fleurs plaiſante & agreable. Ce que ie dis du lys, ſe dit de la couronne de France. Car les Ambaſſadeurs du Roy de Georgie, qui eſt l'Armenie, venus en France, diſoient au Roy de France, auquel ils demandoient ſecours; Que ſon enſeigne veuë par delà, & vn Capitaine, qu'il y enuoyeroit en ſon nom, eſpouuenteroit plus le Turc & toute ſon armée, que ne feroient autres cent mille perſonnes &c. Louys d'Orleans *libro, cui titulum fecit, La plante humaine ſur le treſpas du Roy Henry le Grand, p. 99. b. in fin.*

pp) Loys Vinault: *(Y a quatre choſes à conſiderer, qui ne ſont ſans grand myſtere:* (Iean Chameau *en l'hiſtoire de Berry, liu. chap. 2. pag. 221.) Premierement, tout ainſi que le lis ſouuentesfois croiſt, & demeure entre les eſpines, & tant plus d'icelles eſt picqué, & oppreſſé, tant plus rend le ſentiment de ſon odeur vehement: ainſi faut dire, cõbien que les Roys de France ayent prins leur origine des infideles, iuſques au temps de Clouis, neantmoins, apres que la cognoiſſance de Ieſus Chriſt leur a eſté notoire, ils ont retenu vne ſi grande odeur, & ſplendeur de la foy, qu'il ne leur a eſté rien plus doux, cher, ny plus delectable, que d'extoller, multiplier, & accroiſtre la gloire, & honneur de la Chreſtienté. Pline, en ſon liure de la naturelle hiſtoire, Dioſcoride, & Auicenne, teſmoignent, que le lis de ſa nature eſt tres-noble, & qu'il n'y a fleur plus grande que ceſte-cy, ny qui puiſſe parangonner à ſon excellence: Et ſi a telle vertu, qu'il ſert contre la morſure des ſerpens. Auſſi les Roys de France, tres-Chreſtiens, & preferés à tous autres en dignité, ont touſiours, (quand l'opportunité leur a eſté donnée) à la ſimilitude du lis reſiſté contre la morſure infeſte, & abominable venin de ce ſerpent meſchant, Mahomet, qui de iour en iour, s'efforce d'infecter la Chreſtienté, par ſon peſtifere, & mortel venin. Secondement, audit eſcu les fleurs de lis ſont figurées d'or, & non d'argent, ou autre couleur: Car l'or de ſa nature eſt en couleur tres-haut, & tres-pur, ayant vne grande peſanteur, & ſplendeur par deſſus tous autres metaux, tellement qu'il eſt entre iceux comme le Soleil entre les eſtoiles. Et par ce eſt comparé à ſapience, pour raiſon de la pureté d'icelle, & ſplendeur deuant les yeux de l'eternel iuge (comme teſmoigne Lactance, en ſon liure des diuines inſtitutions.) Auſſi à la ſimilitude de la vertu & proprieté de ceſt or, ſont les Roys prouoqués à acquerir ſapience, plus precieuſe que tout or, laquelle leur eſt entre toutes autres vertus plus neceſſaire. Vegece, en ſon liure premier de l'art militaire, le leur faict bien entendre, en ces mots; Il n'y a dit-il, perſonne, à qui la ſapience ſoit plus decente, & conuenable, qu'au prince, la doctrine duquel doit prouſiter à tous ſes ſubiects. Car la ſapience (ainſi que dit le meſme Lactance) eſt la lumiere du cœur humain, tout ainſi que le Soleil eſt la lumiere des yeux: par icelle les Roys, & princes apprennent*

nent à procurer en toutes choſes le bien public. Tiercement, leſdites fleurs de lis, ſont audit eſcu principalement appoſees au nombre de trois. Car ce nombre ternaire demonſtre vne raiſon de totalité, à ſçauoir le principe, le milieu, & la fin. Quartement, ces trois fleurs de lis d'or ſont aſſiſes ſur couleur ſapphirine, ou azuree, qui eſt ſemblable à la couleur du ciel ſerain. Non ſans cauſe elles ont eſté ainſi peintes, & aſſiſes; Car les Roys de France ont eſté reputés paranimphes de l'egliſe de Ieſus Chriſt, deſquels l'office eſt, & touſiours a eſté depuis le temps de Clouis, d'augmenter le ſeruice diuin, extoller, & magnifier la gloire de la religion Chreſtienne, il a eſté conuenable que les enſeignes de leur maieſté fuſſent au ſerain ciel ſemblables, afin qu'auſſi par la grandeur d'icelles l'on peut entendre & conſiderer, combien eſt grande leur dignité & hauteſſe: Arnauld de Villeneufue, Philoſophe, & Medecin, dit, que le Sapphir eſt vne pierre precieuſe, tres-dure, belle & claire à l'œil, reſſemblant à la couleur du ciel tres-ſerain, laquelle rend l'homme fort, conſtant, chaſte, doux, & humble, & fait par ſa vertu auoir, & obtenir à celuy qui la porte, la grace des hommes, & meſme des Roys, & princes. Auſſi, par ceſte couleur ſapphirine, ou azurée ſont inſtruicts principalement les Roys de France, de garder force, conſtance d'eſprit, chaſteté, & pureté.) Quatuor hic conſiderari debent, quæ non carent myſterio. Primum, quemadmodum lilium ſæpius creſcit, & reperitur inter ſpinas, ac quo magis ab his læditur vel premitur, eo vehementius odorem ſuum ſpargit. Ita dicendum eſt, licet Reges Franciæ originem ſuam traxerint ab Ethnicis, talesque fuerint vſque ad Clodoueum; nihilo minus tamen poſtquam Ieſum Chriſtum cognouerunt, tantum adorem & ſplendorem fidei retinuiſſe, vt nihil illis fuerit dulcius, acceptius, ac delectabilius, quam extollere, & augere gloriam, & honorem Chriſtianæ religionis. Plinius, *in hiſtoria naturali*, Dioſcorides, & Auicenna, teſtantur, quod lilium ſua natura nobiliſſimum, nec maior illo alius inter flores ſit, aut qui excellentiam eius æquet; imo & contra morſus ſerpentum faciat: Sic Reges Franciç, Chriſtianiſſimi, & qui omnes reliquos dignitate antecellunt, ſemper, quoties occaſio tulit, ad ſimilitudinem lilii reſtiterunt morſibus infeſtis, & abominabili veneno peſſimi ſerpentis, Mahometi, qui indies in id incumbit, quo Chriſtianos peſtifero & mortali inficiat veneno. Secundo in inſigniis Franciæ flores liliorum ſunt coloris aurei, non argentei, aut alterius: aurum autem colore ſuo naturali maxime ſplendet præ reliquis metallis, non ſecus ac Sol inter ſtellas. Hinc aurum comparatur ſapientiæ, propter puritatem, & ſplendorem ante oculos æterni iudicis, vt docet Lactantius *in libro diuinar. inſtitut.* Ita ad ſimilitudinem virtutis, & proprietatis auri, Reges incitantur, vt ſapientiam ſibi acquirant, quæ auro pretioſior, illiſque inter omnes virtutes magis eſt neceſſaria. Hoc illos docet Vegetius *lib. 1. de re militari (prolog.)* quando ait; Neque quenquam magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quam principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubie-

ſubiectis. Sapientia enim (teſte eodem Lactantio) eſt lux cordis humani, non ſecus ac Sol eſt lux oculorum. Hac Reges & principes informantur, vt in omni negotio ſint ſolliciti de bono publico. Tertio, dicti liliorum flores in inſigniis Franciæ numero tres ſunt: hic autem numerus innuit totum, conſtans principio, medio & fine. Quarto, flores liliorum aurei non ſine cauſa repræſentantur in campo cœruleo: qui color repræſentat ſerenitatem cœli. Etenim Reges Franciæ habiti ſunt pro paranymphis Eccleſiæ Ieſu Chriſti, quorum officium eſt, & iugiter fuit hucuſque à Clodouei tempore, augere cultum diuinum, extollere & magnifacere gloriam religionis Chriſtianæ; itaque conueniens fuit ipſorum inſignia ſimilia eſſe ſereno cœlo, vt inde intelligamus, quam ſublimis, & magna ſit ipſorum maieſtas. Arnoldus de Villanoua, Philoſophus & Medicus, ſcribit, Sapphirum eſſe lapidem pretioſum, duriſſimum, & ſplendore ſuo oculis placere, vtpote quo repræſentet colorē cœli ſereniſſimi; hominem reddere fortem, conſtantem, caſtum & humilem, virtuteque ſua efficere, vt qui eum gerit acceptus ſit hominibus, ipſis quoque Regibus & principibus. Hoc itaque colore inſignium Reges Franciæ principaliter admonentur, vt conſeruent robur corporis, conſtantiam mentis, nec non caſtitatem, & puritatem.

qq) (*Les Offices de France, ſont diuiſés en offices de gouuernement, de iuſtice, & de finance. Ces trois fonctions, ou puiſſances diuerſes, ſont les trois fleurons de la couronne, ou les trois fleurs de lys des armoiries de France: où les armes, & la iuſtice, comme les deux principales, ſont poſées d'egale hauteur; außi ſont-elles repreſentées par le ſceptre, & la main de iuſtice, que noſtre Roy tient en chaque main, quand il eſt en ſon habit Royal. Et quant aux finances, comme n'eſtants ſi nobles que les deux autres, & pour autant neantmoins que ce ſont les nerfs de l'Eſtat, elles ſont repreſentées par la troiſieſme fleur de lys, qui eſt au bas des deux autres*: Loyſeau *du droit des offices, liu. 1. chap. 1. n. 119.*) Officia Franciæ ſunt vel gubernationum, vel iuſtitiæ, vel quæſturæ. Triplicia hæc munera ſunt tres flores coronæ, aut tria lilia, depicta in inſigniis Franciæ, vbi arma, & iuſtitia, tanquam principaliora, æquali ſtatura repræſentantur, & alias ſceptro, ac manu iuſtitiæ, conſpiciendis in manibus Regis, quando amictu Regali vtitur. Quæſtoria quod concernit, quanquam prioribus præſtantia concedant, tamen quia regni neruos attingunt, præfigurantur tertio liliorum flore, qui infra cæteros collocatus eſt.

rr) Theuet, *és vies des hommes illuſtres liu. 4. chap. 2. pag. 181.* de inſigniis Gallæ ita ludit:

Sire, voſtre lys, qui s'eſpand
En trois parts, le monde comprend,
L'Europe, l'Afrique, & l'Aſie,
Qui ſont peintes en ceſte fleur:

Fleur de lis ſur les fleurs choiſie,
Embraſſant, par voſtre valeur,
Outre les trois, auecques l'onde,
Aux Antipodes vn autre monde.

ss) *Le lis a la forme, & figure de cloche; du fonds de laquelle ſortent quelques petits filets, ayants auſſi figure de petites languettes, prenant leurs racines dans ce fond parſemé d'or. c'eſt là où eſt la merueille du choix de ce lis pour armes de ceſte couronne. Cette forme de cloche, & ces languettes, ſont pour porter és pays eſtrangers, le los, la valeur, & les vertus de nos Roys, par le ſon de cette cloche, par la voix de ces languettes, les trompettes de leurs belles, & genereuſes actions.*) Lilium forma ſua repræſentat campanam, ex cuius fundo ſurgunt exigua fila, inſtar lingularum efformata, radicata in fundo iſto auro cooperto. Hic vero eſt, vbi latet myſterium inſignium Regni. Hæc campana illæque lingulæ, annunciant exteris laudem, præſtantiam atque virtutes noſtrorum Regum, ſonitu, voceque, tanquam tubis, præconium generoſarum actionum canentibus. *Les lis de la France, deſcrite par* I. de Pardieu, *tilt. que le lis eſt en forme de cloche. p. 9. & ſeq.*

tt) Prolixus eſt in laudibus liliorum Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 13. pag. 319. & ſeqq.*

uu) Quoniam in capite galli gallinacei, in cerebro integre ſine fractura exoſſato, reperitur vna facie bufo, quo in dorſum verſo, altera facie exprimitur lilium, inde ſymbolum deſumendum, aſſerit Tholoſanus *in præludiis optimi ICti c. 11. n. 2.* monarchiam vltimam in Regem Galliarum deuolui debere.

xx) (*Le Comté de Thoulouſe a eſté reuni à la couronne de France, en l'an MCCXLVIII. Ceſte vnion ſembloit auoir eſté fatale, d'autant, que Raymond, dernier Comte de Thoulouſe, eſtant decedé, on trouua vne fleur de lys grauée, & empreinte au crane de ſa teſte; marque certaine que ce Comté ſeroit bien toſt vni, & annexé entre les lys de la couronne de France:* Caſſan *liu. 1. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France, chap. 8. pag. 371.*) Comitatus Tholoſanus reunitus fuit cum corona Franciæ, anno MCCXLVIII. quod fato factum videtur. Nam in Ræmondi, qui fuit Tholoſatum Comitum vltimus, morte extincti cranio viſus fuit flos lilii expreſſus, id quod certum ſignum erat Comitatum mox cum liliis coronæ Franciæ coniunctum iri.

yy) Vide *ſupr. lit. pp. circa fin.* *Le champ de ces armes eſt plus toſt d'azur, (qui eſt la vraye couleur du ciel, quand il eſt clair & ſerein) que de gueules, de ſable, ou de ſynople. Car tout ainſi que noſtre redempteur, qui eſt le Roy des Roys, & Seigneur des Seigneurs, a pour armes, en l'Eſcriture ſaincte, & en l'apocalypſe, le ciel luiſant d'azur, & de vray bleu celeſte, parſemé des aſtres rayonnants, & brillants comme l'or, y cloués & fichés à clouds de diamants; ainſi, les Roys de France,*

France, tres-Chreſtiens, pour la gloire de Ieſus Chriſt, portent l'eſcu d'azur à trois fleurs de lys d'or.) Scuto Francorum Regum color ſimilis ſereno cœlo conuenienter datus eſt; quia ſicut cœlum ſituatum eſt in loco eminentiori, atque inter omnia corporalia altius eleuatum; Sic Rex Chriſtianiſſimus inter omnes Reges, & principes Chriſtianæ religionis, dignitate, potentia, nobilitate, & diuitiis eſt ſublimior, atque mirabilior: Fauyn *au theat. d'honn. liu. 2. chap. 13. pag. 322. & ſeq.* Chaſſaneus, *in Catalogo glor. mundi, part. 5. conſider. 31. §. quarto princip.* ait: Lilia aurea ponuntur in ſcuto Regis Chriſtianiſſimi ſapphirino: Decentiſſimum enim fuit inſignia maieſtatis ſuæ ſereno cœlo ſimilia eſſe, vt ſicut Chriſtus, qui eſt Rex Regum, quodammodo pro ſcuto habet cœlum ſidereum, miro ac vario aſtrorum fulgore decoratum, ſic Rex Francorum Chriſtianiſſimus pro gloria Chriſti ſcutum gerat nobiliſſimum, in quo aurea lilia, colore ſapphiri quaſi aſtra in ſereno cœlo affixa, fulgere videntur.

zz) Terſinus, poſtquam Chriſtianam religionem ſuſceperat, à Carolo Magno Comitis Tholoſani titulo ornatus, capta Bayona, Regni Nauarreni bonam partem ſibi ſubiecit, indeque Rex ſalutatus fuit. Poſthæc, cum nocte quadam ab Angelo moneretur, vt inſignia, quibus antea dum Ethnicus vſus, relinqueret (erant autem tres verueces. quod animal Saraceni, tractus Tholoſani poſſeſſores, adorare conſueuerant) atque in eorum vicem ſubſtitueret duodecim poma aurea, paruit, & non ſolum illis ipſe, ſed & eius ſuceſſores quanquam nonnihil immutata forma, vſi fuerunt: Malingré *de la loy Salique, chap. 30. pag. 82.*

aaa) (*Sanche le Fort, XXI. Roy de Nauarre, & le dernier de la ligne maſculine de Garcias, vainquit, en bataille rangée, Miramolin, Roy des Arabes, rompit les chaines, deſquelles il auoit barricadé, & treilliſſé ſon armée; Et pour memoirie de ceſte vaillance, adiouſta aux armes de Nauarre, qui n'eſtoient qu'vn ſimple champ de gueules, des chaines d'or, entrelaſſées, comme nous les voyons.*) Sancius Fortis, vigeſimus primus Rex Nauarræ, & vltimus lineæ maſculinæ Garſianæ, ſignis collatis vicit Miramolinum, Regem Arabum, fregitque catenas, quibus hoſtis exercitum ſuum circumdederat, in cuius rei memoriam inſigniis Nauarrenis, quæ conſtabant ſimplici ſcuto coloris rubri, catenas aureas addidit, coniunctas ea forma, quam oculis percipimus: *Le labyrinthe Royal de l'Hercule Gaulois triomphant, pag. 3. n. 3.* vide Mayerne Turquet *liu. 10. de l'hiſtoire d'Eſpagne, pag. 422.*

bbb) Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 6. pag. 1143. & 1153.*

CAPVT

CAPUT XI.

De vexillo Regni Franciæ, quod Auriflamma appellatur.

PEculiare Francis vexillum fuit, quod auriflamma, *auriflambe, Oriſlamme,* & *orniphla* (*a*), dictum. Non-nemo, hoc nomine appellatum ſcripſit Regium paludamentum, vel chlamydem (*b*): quod alii reprobant. Eſt autem nomen inde, quod hoc vexillum aureis flammis inſignitum fuit (*c*). De origine controuertitur: nam alii è cœlo miſſum Clodoueo (*d*) affirmant, alii negant (*e*), & ſuſceptum poſt vſum trabeæ S. Martini (*f*) ſtatuunt. Non-nemo, ab Epiſcopo Hieroſolymitano ad Carolum Magnum miſſum fuiſſe, tradidit (*g*). Quale fuerit, vbi aſſeruatum, cui commendatum, cuius vſus, & quem locum in exercitu obtinuerit, Armoricanus (*h*), *in deſcriptione Bouinenſis pugnæ*, ita annotauit:

At Regi ſatis eſt tenues criſpare per auras,
Vexillum ſimplex, cendato ſimplice tectum,
Splendoris rubri, quali celebri litania
Vtitur in certis Eccleſia ſancta diebus.
Flammula cui cum ſit, Francis vulgo, aurea, nomen:
Omnibus in bellis habet omnia ſigna præire.
Quod Regi præſtare ſolet Dionyſicus Abbas,
In bellum ſumptis quoties proficiſcitur armis.
Idque gerit, tollens, equitum præfectus, in altum,
Vectus equo, cunctas ſuetus præcedere turmas.

Materia vexilli ſimplex dicitur, quod ex minutiſſimis filis ſericis contexta, ſindoni ſimilis, vel multitiis (*i*), ex auro & purpura (*k*) compoſitum, alii dicunt. color materiæ rubeus, flammæ vero aureus (*l*), forma quadrangularis, aliquando aliis vexillis caudatis ſimilis (*m*). Impoſitum autem altari, in templo S. Dionyſii (*n*) tanquam apud patronum (*o*) Regni, ſuſcipiebatur à Rege; & antequam extra Eccleſiam aſportabatur, Abbas loci

loci benedictione & precibus illud ſacrabat (*p*). Olim Rex illud geſtandum tradebat Comiti Vilcaſſino (*q*), poſteaquam vero Comitatus iſte ad Regem peruenerat, ſtrenuo alicui viro (*r*). Certus enim tunc non erat, cui ea cuſtodia cōpeteret; ſed poſtea à Carolo VI. demum, lege addicta fuit ſacri cubiculi Regis ſummo præfecto (*s*), qui quo aptior huic curæ fieret, peccatorum ſuorum remiſſione impetrata, ſacroſanctoque corpore Chriſti confortatus (*t*), præſtabat iuramentum, de bene cuſtodiendo, atque ſummo ſtudio reducendo vexillo. Creditum à quibusdam, vexilli huius vſum non fuiſſe alium, niſi in infideles, eosque ad primum eius aſpectum occæcatos (*u*). Verum exemplis docemur, etiam contra Chriſtianos (*x*) in aciem ductum aliquoties: contra infideles quidem, & Chriſtianæ religionis hoſtes, nulla diſtinctione; at contra Chriſtianos non ſemper (*y*): cæterum nec leuem ob cauſam (*z*), nec ad velitationes, aut pugnas exiguas (*aa*), ſed vbi exercitus ad præſiū properabat Rege ipſo præſente (*bb*). Primum autem locum ante omnia vexilla, etiam ipſum Regium, tenebat (*cc*). Durauit huius vſus longo tempore; at quando ceſſauerit, non ſatis compertum habemus. Falluntur tamen, qui eius memoriam poſt annum MCCCLXXXII. (*dd*) non extare aſſerunt. Quid cauſæ fuerit, cur rei, tanto in pretio à maioribus habitæ, vſus conciderit? certi nihil hactenus legi, vel aliunde intellexi. Hoc noui, quendam docere, Gothofredo, Lotharingiæ Principi, in ſacræ militiæ vſum (*ee*) vexillum hoc precario commiſſum; ſed cur non repetitum, cur non redditum, non deſignare. alios tradere, abuſum in cauſa fuiſſe, vt quemadmodum miraculoſe traditum; ita & miraculoſe diſparuerit (*ff*). at fabulam hoc redolet, nec illis probatur, qui Francogallos auriflammam in bello contra Flandros (*gg*) amiſiſſe credunt. Sed ne hi quoque mihi omnino ſatisfaciunt, quando nec annum, vel diem, locumue exprimunt, nec talia proferunt, quæ ad circumſtantias, & veritatem rei cognoſcendam faciunt. Amittere vexilla, nec nouum nec inſolitum eſt, ac in locum amiſſi aliud eiuſdem formæ ſubſtitue-

re, vſitatiſſimum. Cur hoc Galli facere neglexerint, (ponamus enim, eos antiquum illud aliquando amiſiſſe) cogitent alii. Fortaſſis vbi credulitas illa ſimplex, & antiqua perſuaſio deſiit, (deſinere autem facile potuit, poſtquã experientia innotuerat, Gallos ſuccubuiſſe etiam præſente auriflamma) ceſſauit etiam cultus, & vſus vexilli, quod antea, quando Reges in bellum ire volebant nouiter conficiebatur (*hh*). Supereſt autem adhuc hodie vexilli Regii (*ii*), vel Regni vſus, quod ex ſerico violaceo, coloris cœrulei factum, liliis aureis, acu pictis, refertum.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Antiquo idiomate Gallorum vocatum fuit orniphla, id eſt, luce admirabilis: poſtea, corrupto à Francis nomine, auriflamma, vel *Oriflambe*, dictum tradit Texera *in libello de Flammula*, *ſeu de vexillo S. Dionyſii*: Nam & hoc nomine inſignitum fuit, quod in fano diui Dionyſii aſſeruaretur, benediceretur, ac traderetur cuſtodi, nomine iſtius Sancti.

b) Ragueau *des droits Royaux pag. 506.* putat, errare Beroaldum, qui *lib. 4. Chron.* ſcripſit, auriflammam Regium fuiſſe paludamentum, chlamydem, inſigne, quod floribus iridis, aut acori, aureis exornatum & depictum.

c) Appellabatur auriflamma, *parce qu'en icelle on voyoit des flammes de feu, de couleur d'or*: Gilles Corrozet, *au threſor des hiſtoires de France liu. 1. tilt. 5. fol. 19. b.* Atque hæc communior eſt opinio. Putant alii, vexillum ita dictum, non quod flammis inſignitum, ſed quia ingenti luce cœlis apertis fuerit delatum ab Angelis in manus Clodouei, Regis Franciæ: Texera *d. tr. in pr.* Inclinat aliorſum Fauchet, *liu. 7. des antiquitez Françoiſes, chap. 8. pag. 254* vbi ait: (*Ie croiray volontiers, que ceſt oriflambe ſoit la baniere, ſemée de fleurs de lys; leſquelles, ainſi figurees que les portent nos Roys, reſſemblent des flambes d'or pluſtoſt qu'à des lys. Il eſt vray, que tout pannonceau, ou eſtendart, ayant la poincte partie en deux, en ondoyant repreſente le mouuement de la flambe, ce qui l'a faict auſſi appeller* auriflammam.) Facile credam, auriflammam fuiſſe vexillum, exornatum floribus liliorum, qui ea forma, qua Reges noſtri in inſigniis vtuntur, flammas aureas potius referunt, quam lilia. Porro, omne quoque vexillum, cuius pars acuminata in duas partes ſciſſa eſt, dum vento agitatur, repræſentat motum flammarum, vnde etiam nomen auriflammæ accepit.

d) Texera *d. l.* P. de Lancre, *liu. 1. des princes, diſc. 10. n. 3. pag. 362.* Addit Tabœtius, *de paradoxis Regum, ſect. 1. p. 20.* huic vexillo cœlitus miſſo inſcriptum fuiſſe latinis characteribus: IN HOC SIGNO VINCES.

Conſi-

Digitized by Google

Conſimile donum in Hiſpania aſſeratur in ciuitate Leonenſi. (*L'on garde en la ville de Leon, vn eſtendart ſacré, apporté du ciel par S. Iſidore, vn des patrons, & protecteurs d'Eſpagne, auquel eſt peint vn Eueſque à cheual, tenant d'vne main vne croix, & de l'autre vne eſpée; ſous lequel les Roys, & princes Catholiques, Eſpagnols, combattans contre les Maures, ont obtenu maintes victoires.* Mayerne Turquet *en l'hiſtoire d'Eſpagne liure 28. pag.* 1320.) In ciuitate Leonenſi cuſtoditur vexillum ſacrum, illuc allatum à S. Iſidoro, qui eſt vnus ex patronis & protectoribus Hiſpaniæ, in quo depictus cernitur Epiſcopus, equo inſidens, vna manu tenens crucem, altera gerens gladium. Hoc vexillo vtentes Hiſpaniæ Reges & Principes Catholici, in præliis contra Mauros, ſæpius victoria potiti ſunt.

e) *Vray eſt, que d'autres, ne voulans pas encore approuuer ce miracle, ſuppoſent, les vns, que le Roy Dagobert, & les autres, que Charlemagne, en furent les premiers inuenteurs: & qu'ils le feirent faire de couleur rouge, afin qu'eſtans en guerre contre les Saxons, & infideles, ils ſe reſouuinſent, par ceſte couleur, du ſang que les ennemis de noſtre religion auoient faict reſpandre à noſtre Sauueur:* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.* 95. *pag.* 679.

f) Du Tillet, *au recueil liu.* 2. *tilt. de l'extraction & remiſe des corps ſaincts, oriſlamme &c. pag.* 234. Scipion du Pleix *tom.* 1. *de l'hiſtoire generale de France, tilt. du bapteſme de Clouis pag.* 99. *n.* 11. Beatus Rhenanus (*ſe dit auoir leu en vn ancien autheur, que la baniere Royale, que les Roys de France faiſoient porter deuant eux en guerre, eſtoient ſeulement la chappe de S. Martin: de laquelle vint, comme il eſtime, le nom des Chappelains, ſous les Roys de la lignée de Charlemagne: iuſques à ce que leurs ſucceſſeurs eurent pris ce, qu'on appelle l'oriſlamme, pour leur baniere Royale.*) aſſerit, ſe legiſſe in antiquo quodam ſcriptore, vexillum Regium, quod ante Reges in bellum euntes portabatur, fuiſſe cappam, ſeu trabeam S. Martini (& hinc deducit nomen Capellani) temporibus Regum familiæ Caroli Magni, horum autem ſucceſſores poſtea auriflamma pro vexillo Regio vſos. Vignier *en la* 2. *partie de la bibliotheque hiſtoriale pag.* 118. & Petr. Pithœus (*liu.* 2. *des Comtes de Champagne, & Brie, pag.* 480.) ait; *Les Roys de France faiſoient porter en guerre auec eux la chappe de S. Martin, comme depuis ils ſe ſont armés de l'oriſlamme, ou oriflambe.*

g) (*Zacharie preſtre, enuoyé en Hieruſalem, amena auec luy en France deux moines &c. que l'Eueſque de Hieruſalem enuoya à Charlemagne, Roy de France, auec les clefs, & la baniere du S. Sepulchre, & de Caluaire.* (*le Gonfanon de Hieruſalem c'eſtoit vne baniere & drappeau, quarre de Sendal, c'eſt à dire, de ſoye blanche, tiſſuë à vne croix pattée, cantonnée de quatre croiſettes, plaines de ſoye rouge, pareillement tiſſuë, repreſentans les cinq playes du Sauueur du monde:* Fanyn *au theat. d'honneur, liu.* 8. *pag.* 1527.) *I'ay veu vne Chronique François, qui dit, que ceſte baniere a eſté depuis appellée Oriflambe, le plus renommé*

Digitized by Google

nommé eſtendart que nos Roys ayent porté, iuſques à Charles VII. de ce nom: Fauchet *d. liu. 7. des antiquités Françoiſes chap. 8. pag. 254.*) Zacharias Presbyter, miſſus Hieroſolymam duos inde ſecum adduxit monachos in Franciam, quos Epiſcopus Hieroſolymitanus ablegabat ad Carolum Magnum, Regem Franciæ, vna cum clauibus atque vexillo ſancti ſepulcri, & Caluariæ. Vidi Chronicon, lingua Francica ſcriptum, quod tradit, vexillum hoc poſtea fuiſſe appellatum auriflammam, inter omnia vexilla, quorum vſus fuit in Francia, celeberrimum, vſque ad Caroli VII. regnum.

h) Apud Maſſonium, *lib. 3. annal. pag. 304.*

i) *Du tafetas, ou tiſſu de ſoye rouge*: Fauyn *au theat. d'honneur liu. 2. chap. 11. pag. 244.*

k) Iohannes Villaneus (apud Maſſon. *d. loc.*) tradit, hoc vexillum fuiſſe compoſitum ex auro & purpura. Cedrenus quoque flammulam interpretatur vexillum, ex auro & purpura contextum: Ragueau *des droits Royaux pag. 506.*

l) Pithœus (*liu. 1. des Comtes de Champagne, & Brie, pag. 480.*) dicit, auriflammam fuiſſe *vne hante, ou glaiue dorée, auec vne baniere vermeille au bout.*

m) (*Les grands annales de S. Denys, deſcriuans la bataille de Caſſel en Flandres, gaignée par le Roy Philippe de Valois, ſixieſme du nom, nous enſeignent, que deuant iceluy eſtoit portee l'oriſlambe, attachee au bout d'vne lance, de vermeil, en guiſe de Gonfanon, à deux queuës, ayant à l'entour des houpes de ſoye verde. Et par là nous iugeons, que ceſte Baniere S. Denys, eſtoit de diuerſes façons; ſçauoir eſt, aucunesfois quarrée, comme ſont les banieres de nos Egliſes parochiales; & puis, comme nos eſtendarts, à deux poinctes & queuës*: Fauyn *d. liu. 2. chap. 11. pag. 244.*) Magni annales S. Dionyſii, deſcribentes prælium Caſſelenſe in Flandria, quo victor hoſtium factus eſt Rex Philippus VI. Valeſius, nos docent, ante Regem portatam fuiſſe auriflammam, alligatam cuſpidi lanceæ, colore rubicundam, forma æqualem vexillo ſciſſo in duos apices, circumcirca exornatam floccis, ex ſerico viridi. Hinc colligimus, vexillum S. Dionyſii non fuiſſe vnius formæ, ſed aliquando quadratum, vt ſunt vexilla Eccleſiarum parochialium; aliquando, vt vexilla noſtra, in duas cuſpides, vel caudas deſinentia.

n) Vnde etiam à nonnullis traditum, antiquo tempore Francogallos imaginem S. Dionyſii, patroni ſui, in vexillo primario, vel generali, habuiſſe: Coquille *en l'hiſtoire du pays, & duché de Niuernois pag. 193.*

o) Sugerius, qui Ludouici Craſſi tempore vixit, de eodem ita refert: Quoniam beatum Dionyſium, ſpecialem patronum, & ſingularem, poſt Dominum, Regni protectorem, & multorum relatione, & crebro cognouerat experimento, ad eum feſtinans, tam precibus, quam beneficiis pulſat, vt

Regnum

Digitized by Google

Regnum defendat, perſonam conſeruet, hoſtibus, more ſolito, reſiſtat. Et quoniam hanc ab eo habent prærogatiuam, vt ſi Regnum aliud, Regnum Francorum inuadere audeat, ipſe beatus, & admirabilis defenſor, cum ſociis ſuis, tanquam ad defendendum, altari ſuo ſuperponatur, eo præſente fit, tam glorioſe, quam devote. Rex autem (Ludouicus Craſſus) vexillum ab altari ſuſcipiens, quod de Comitatu Vilcaſſino, qui ad Eccleſiam feodatus ſpectat, votiue, tanquam à Domino ſuo, ſuſcipiens, pauca manu contra hoſtes, vt ſibi prouideat, euolat, vt eum tota Francia ſequatur, potenter inuitat.

p) Quando extra Eccleſiam S. Dionyſii aſportanda erat auriflamma, eam Abbas loci benedicebat, hac oratione: *Inclina Domine aures tuas precibus humilitatis noſtræ, & interceßione Sancti Michaëlis benedicti Archangeli tui, & omnium virtutum cæleſtium, da nobis dexteræ tuæ auxilium; vt quemadmodum benedixiſti Abrahæ, triumphanti aduerſus quinque Reges, & Dauidi Regi, cum progreſſus triumphales ageret, & exerceret, in laudem tui nominis, ſic tibi placeat benedicere, & ſanctificare iſtud vexillum, quod iam pro ſanctæ Eccleſiæ defenſione geſtatur contra rabiem inimicorum, adeo vt in nomine tuo fideles, & defenſores populi Dei, quicunque ipſum ſequentur, gaudeant ſe acquiſiuiſſe triumphum & victoriam ab aduerſariis, per virtutem ſanctæ crucis; ac illius, qui regnat cum Patre & Filio & ſancto Spiritu paracleto, Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.* Abſoluta hac benedictione, Abbas tradens vexillum Regi, dicebat: *Deus per ſuam gratiam, ac precibus veſtri glorioſi patroni, Domini Sancti Dionyſii, ſociorumque eius, Ruſtici, & Eleutherii, vobis concedat præclaram ab omnibus veſtris inimicis obtinere victoriam:* Cui chorus accinebat, *Amen.* Texera *d. tr.* Du Tillet *audit recueil pag.* 234.

q) Du Tillet *p.* 235. Habebat autem Comes Vilcaſſinus (Comitatus *Vexin* ſitus eſt in prouincia, quæ ſpeciali nomine Francia dicitur, *vt dixi ſupra cap. 4. lit. pp.*) ius geſtandi hoc vexillum, tanquam vnus ex præcipuis S. Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii martyrum, vaſallis & clientibus. Texera *d. tr.* Du Tillet *d. p.*

r) Philippus Auguſtus auriflammam concredidit Aegidio de Montigni, Equiti aurato, anno MCCXI. Rex Philippus Valeſius, illam commiſit fidei Millonis Noterii, anno MCCCXXVIII. qui ſex militum cohortibus imperabat. Idem Philippus, anno MCCCXLVII. hoc vexillum commendauit curæ Gothofredi de Charny, Equitis aurati, qui idem etiam geſtauit in pugna Pictauienſi, anno MCCCLVI. in qua occubuit. Carolus V. auriflammæ curam commiſit Reginaldo Dandrehan, ſiue Deuchan, ad tempus vitæ, poſtquam, propter ſenectutem, Mareſchalli Franciæ munus reſignauerat. Anno MCCCLXXXII. Carolus VI. exercitum in Flandros ducens, auriflammam tradidit Petro Villario Seniori, Equiti meritiſſimo: Et in bello contra

 Anglos,

Digitized by Google

Anglos, Guilhelmo de Bordes, & paucos poſt dies, Guidoni Trimollio: Texera *d. tr.* Du Tillet *d. pag.*

s) *Le premier Chambellan du Roy a la garde de l'oriflamme, és ordonnances du Roy Charles VI. de l'an MCCCCXIII. artic.* 39 Ragueau *des droit Royaux p.* 506. & annotauit Fauyn *au theat. d'hon. liu.* 2. *p.* 249. *que la charge de porter la baniere de S. Denys a eſté erigée en tiltre d'office de la couronne de France.*

t) Texera *d. tr.* du Tillet *d. pag.* 235. ibi: *Le Roy commiſt pour porter en ſon lieu l'oriflamme à quelque cheualier de grand renom & eſtimé de preud'hommie, & vaillance, lequel, auant la receuoir, ſe mettoit en bon eſtat de ſa conſcience, receuoit ſon createur, & faiſoit les ſerments accouſtumés.*

u) *(On a creu autresfois, que l'Oriflamme ne deuoit eſtre deſployée que contre les infideles. pource, diſent les Romans, que, ſi toſt que les meſcreans l'auoyent apperceu, ils aueugloient: C'eſt à dire (ainſi qu'il faut croire) qu'ils auoient ſi grande frayeur (car aux batailles les yeux ſont les premiers vaincus) des gendarmes François, conduits ſous tel eſtendart, qu'ils s'enfuyoient.)* Creditum olim fuit, auriflammæ vſum tantum eſſe contra ethnicos, quoniam, vt heroicarum fabularum ſcriptores, tradunt, illi, vt primum aſpiciebant auriflammam, occæcabantur; hoc eſt, vt puto, tanto occupabantur terrore (in prælio enim oculi primum vincuntur) conſpiciendo milites Francos, qui vexillum hoc ſequebantur, vt ſtatim in fugam ſe darent: Fauchet *liu.* 2. *de la milice chap.* 1. *fol.* 525. *b.*

x) Ludouicus Craſſus in bello, quod contra Henricum V. Imp. parabatur, circiter annum MCXX. auriflamma vti conſtituit. Philippus Auguſtus, circa annum MCCX. eadem contra Flandros, in prælio ad Bouinas, vſus eſt. Idem fecit Philippus Valeſius, anno MCCCXXVIII. exercitum ducens in Flandros; & altera vice, ſuis ſuppetias laturus, Caletum iter conſtituens. Carolus VI. aliquoties ea vſus, tam in Flandros quam Anglos: Texera *d. tr.*

y) *(L'an MCCCLXXXVI. que le Roy Charles VI. entreprit la conqueſte du Royaume d'Angleterre, au partir de Paris, vint à S. Denys en France, où il fit ſes prieres, & offrandes; il fut mis en deliberation s'il prendroit l'oriflambe, & arreſté que non, & qu'elle ne ſe deuoit prendre, ſi ce n'eſtoit pour la deffence du Royaume, & non pas quand on veut conqueſter de nouuelles prouinces.)* Anno MCCCLXXXVI. cum Carolus VI. Franciæ Rex expeditionem in Angliæ Regnum ſuſcepiſſet, Lutetia profectus ſe contulit ad S. Dionyſii fanum, ibique ſuas preces peregit, & ſacra dona obtulit. Deliberatum fuit, an auriflammam acciperet, & placuit negatiua, quoniam non niſi ad defenſionem Regni faceret, non autem ad occupandas nouas prouincias: Fauyn *au theat. d'honneur liu.* 2. *chap* 11. *pag.* 249.

z) Iohannes Villaneus: Vexillum illud educi non ſolet, niſi pro ſummis Regis, Regnique neceſſitatibus.

aa) Et

Digitized by Google

aa) Et vt ait Collector *des remarques du droit François, lit a. verb. appel comme d'abus, n.* 1. non in velitationibus, aut exiguis pugnis, ſed magnis in prœliis, laborante & periclitante exercitu.

bb) Abſente Rege, *ſi la guerre ſe faiſoit par lieutenants, on n'y portoit point l'oriſlambe*: Fauyn *d. pag.* 249.

cc) Sugerius *in vita Ludouici*: Faciebat antegardiam illa die Gaufridus de Ranconio, vnus de nobilioribus Baronibus prouinciæ Pictauienſis, qui regebat Regis banneriam, quam præcedebat, prout moris, vexillum B. Dionyſii, quod Gallice dicitur *Oriſlambe*.

dd) Videtur etiam ita ſentire Texera *d. tr.* ſed contrarium exoirdinatione Caroli VI. de anno MCDXIII. & Fauyn *pag* 248. patet.

ee) Tabœtius *de paradoxis Regum ſect.* 1. *pag.* 20.

ff) (*Telle enſeigne n'eſtoit portee en bataille, ſi non que contre les infidelles; mais depuis que les Roys en ont abuſe contre les Chreſtiens, elle s'eſt euanouye, eſtant retournee, comme elle eſtoit venuë, par miracle.*) Hoc vexillum non educebatur in prælium niſi contra Chriſtianæ religionis hoſtes: verum poſtquam Reges eo abuti cœperunt contra Chriſtianos, diſparuit miraculoſe, ſicut & venerat: Gilles Corrozet, *au threſor des hiſtoires de France, liu.* 1. *tilt.* 5. *fol.* 19. *b. Il s'eſuanouit enuiron le temps du Roy Charles VI. en vne bataille contre les Flamans, s'en retournant par miracle, tout ainſi qu'il eſtoit venu, ſans qu'on peut ſçauoir ce qu'il deuint*: Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap.* 95. *pag.* 679.

gg) (*La France a faict perte de cet ancien eſtendart, en vne guerre, qu'elle eut contre les Flamans, & ne luy en eſt reſté aucune memoire*: André du Cheſne *des antiquités des villes liu.* 1. *part.* 2. *chap.* 9. *pag.* 211.) Francia amiſit hoc antiquum vexillum, in bello quodam, quod geſſit contra Flandros, ita vt nulla eius ſuperſit memoria.

hh) (*Il faut remarquer, que les Roys en faiſoient benir de nouuelles, lors qu'ils marchoient en perſonne contre leurs ennemis*: Fauyn *d. pag.* 249.) Sciendum eſt Reges noua vexilla conſecrari curaſſe, quando ipſimet contra hoſtes in bellum proficiſcebantur.

ii) (*Il faut remarquer la difference, qu'il y auoit entre la baniere de France, & celle de S. Denys, bien ſouuent confonduës enſemble, & l'vne priſe pour l'autre, par les ignorants noſtre hiſtoire, & ſon antiquité. La baniere de France, telle que nos Monarques la portent, iuſques à ce iourd'huy, eſt de veloux violet bleu celeſte, à deux endroits, ſemé de fleurs de lys d'or en broderie, plus plein que vuide*: Fauyn *d. l. p.* 242.) Notari debet diſcrimen, quod fuit inter vexillum Franciæ, & vexillum S. Dionyſii; quæ ſæpe hiſtoriæ noſtræ & eius antiquitatis ignari confuderunt, & vnum pro altero habuerunt. Vexillum Franciæ, prout Regibus noſtris hunc vſque in diem ſeruit, compoſitum eſt ex panno ſerico, coloris violacei cœrulei, vtroque à latere, exornatum floribus liliorum

rum

rum aureis, acu pictis, magno numero, vt quaſi illis omnino repletum videatur.

CAPVT XII.

De ſacris Ampullis Franciæ.

DVæ in Francia ampullæ ſunt, quæ cum oleo, quod in vtraque eſt, pro ſacris habentur, & coluntur. Vna Rhemenſis, vel S. Rhemigii, dicitur; altera, S. Martini. Rhemenſis eſt ſatis parua, ex vitro valde ſpiſſo, continens oleum, vel balſamum odoriferum, coloris rubicundi (*a*). Cœlitus hanc S. Rhemigio miſſam tunc fuiſſe dicunt, quando Clodoueus baptiſaretur (*b*). Cum enim clericus, chriſma ferens, (cuius ſecundum inſtituta Eccleſiæ Catholicæ-Romanæ, in baptiſmate vſus peculiaris eſt) à perquam magna populi multitudine impediretur, quo minus ad fontem pertingere poſſet, S. Rhemigius precibus à ſuperis impetrauit, vt defectum hunc ſuppleret Angelus (*c*), vel, vt alii tradunt, columba alba (*d*), roſtro ferens ampullam, qua accepta, chriſmate frontem Clodouei conſperſit, deinde domum hoc cœleſte reuerenter aſſeruari curauit. Cœleſtem hanc miſſionem communis fama approbat (*e*); ſed eam alii pro ſuſpecta habent, cum re geſta multum ſit recentior, atque à Gregorio Turonenſi (*f*), qui in recenſendis aliis miraculis ſatis largus, eius nulla facta ſit mentio, vt nec à quoquam eius temporis ſcriptore alio. Vt maxime autem poſtea in veneratione fuerit, non memini tamen apud vllum me legiſſe, eam alicuius vſus fuiſſe, vſque ad ſecundam Regum familiam: Cuius demum tempore, in coronatione Regum, ad inungendos eoſdem, vſurpari cœpit (*g*), id quod deinceps ſolemne factum, & iugiter hucusq; obſeruatum, vnica Henrici IV. vnctione excepta (*h*). Hodie adhuc aſſeruatur in monaſterio S. Rhemigii, à cuius Abbate ad coronationis Regiæ actum tranſmitti ſolet (*i*). Hinc magnam Regi Franciæ, præ cæteris Regibus, excellentiam adſcribunt, quod ſolus inter illos cœlitus

ſitus miſſo oleo inungatur (*k*). At ſi vera ſunt, quæ de cœleſti oleo Angliæ (*l*) perhibent, dicendum eſt, à ſola voluntate Regum Angliæ dependere, an in hoc Galliæ Regibus pares eſſe velint. Cæterum, cum non magna Rhemenſis illa ampulla ſit, & ad cuiusque Regis vnctionem tantum ex ea balſami, vel olei, quantum piſi magnitudinem (*m*) æquat, ſumatur, videri poterat, eam iamdudum exhauſtam fuiſſe, vel impoſterum exhauſtum iri: ſed ne hoc fieret, fiatque, cœleſti benignitate prouiſum creditur. Ferunt enim ampullam, vbi Rex inungendus, ſemper oleo abundare, poſtea paulatim oleum decreſcere, prout Rex morti appropinquet, moriente eo omnino vacuam eſſe; at mox vbi ſucceſſor inungendus, iterum miraculoſe plenam reperiri (*n*); hunc ordinem incrementi, & decrementi, ſub vnoquoque Rege, atque adeo perpetuum eſſe. Ita plurimi. Chaſſanæus (*o*) autem tradit, oleum in ampulla, ſolum eo tempore apparere, quo coronantur Reges Franciæ, non alio. Verum, licet hoc in tota Gallia notorium eſſe ſcribat, contraria tamen opinio inualuit (*p*); qua Ludouicus XI. (*q*) ductus, cum morbis nimium infeſtaretur, mandauit, ampullam illam ad ſe Pleſſiacum, quod prope ciuitatem Turonam eſt, apportari, vt de termino vitæ ſuæ inde teſtimonium haberet; vel, vt eius contactu reconualeſceret; plura enim extraordinaria remedia producendi vitam (*r*), vir mortem maxime extimeſcens (*s*), quæſiuit, & quod magno ſtipendio, in Medicum (*t*) collato, obtineri non poſſe perſentiſceret, aliunde petere voluit, ſed mortem oppetiit antequam ampulla adueniſſet. Altera ampulla, quam S. Martini nominauimus, & ipſa quidem in cultu eſt, ſed non tam magno, atque Rhemenſis (*u*). Cuſtoditur autem in choro Eccleſiæ monaſterii, quod ciuitati Turonenſi propinquum, vulgo audit *Marmonſtier* (*x*). Sancti Martini, cuius nomen in Francia vario afficitur cultu (*y*), ampulla ideo dicitur, quod cum ille diaboli fraude per gradus deturbatus (*z*), non leui ſe affeciſſet damno, ab angelo prius oleo perunctus, mox quod reliquum erat, in hac concluſum, ac-

ceperit. Hæc longum per tempus paucis nota fuit, præterquam illis, qui in hoc monaſterio vixerunt; demum, quando Henricus IV. *(aa)* in Regem Franciæ coronandus, & vngendus fuit, illuſtrior facta eſt. Cum enim, nec Rhemis coronari, nec inde ſacram ampullam obtinere poſſet, hoſtium armata vi impeditus, ampullæ S. Martini oleo inunctus, ac coronatus Carnuti fuit. Cuius in memoriam, ianuæ, quæ ante repoſitorium ampullæ, in Choro Eccleſiæ monaſterii Marmonſterienſis, eſt, inſcriptum legitur (*bb*):

Angelus ampulla Martini ſaucia membra
Vnxit: id Henricus maximus omen habet.

Teſtes & Teſtimonia.

a) *C'eſt vne petite fiole de verre, fort eſpaix, pleine d'vn bauſme odoriferant, d'vne couleur rougeaſtre:* Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 2. ch. 11. p. 236.*

b) Ex Hincmaro, & Floardo Fauyn *d. l.* Girard *de l'Eſtat, & ſuccés des affaires de France, liu. 3. p. 352. La multitude du peuple, qui y vint, fut ſi grande, tāt de ceux, qui ſe faiſoient baptiſer, que des autres, qui vouloient veoir cette ſaincte ceremonie, que le chreſme ne pouuant eſtre apporté par ceux qui en auoient la charge, les Payens commencerent à crier, que cela ſe faiſoit par miracle de leurs dieux, diſant, qu'ils auoient fait perdre & eſuanouir celuy, qui auoit eſté preparé pour ce bapteſme, à fin de faire paroiſtre à Clouis, qu'il ne deuoit changer ſon ancienne religion payenne. Quoy voyant S. Remy, ioignant les mains au ciel, & priant Dieu, le vouloir aſſiſter en telle affaire, vn pigeon blanc (ou pluſtoſt le ſainct Eſprit, en ceſte forme) deſcendant du ciel, apporta entre ſes mains vne phiole (qu'on appelle communement la ſaincte Ampoulle) pleine d'vne huyle de liqueur ſacrée, fort odorante, de laquelle Clouis fut oingt au grand eſtonnement des payens, leſquels ayans veu ce miracle, tout au contraire de leur premiere intention, ſe conuertirent la pluſpart à la foy Chreſtienne.* Ita rem peractam fuiſſe tradit Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 95. pag. 678.*

c) *Le ſaint chreſme fut apporté par vn ange du ciel: La legende des Flamans, pag. 18.*

d) Scacc. *quæſt. 16. limitat. 5. n. 4. in fin. S. Remy à peine auoit commencé le Sacre de Clouis, que d'en haut luy fut apporté, par vn pigeon blanc, vne ampoulle, pleine de liqueur, fort precieuſe, & tres-odoriferante, dont ce bon Roy fut oinct:* Thenet *és vies des hommes illuſtres liu. 4. chap. 2. fol. 181. b. Pigeon,* ſcribit Fauchet *liu. 2. des antiquités de France chap. 18. ou le ſainct Eſprit en ceſte forme.* Du Cheſne *des antiquités de France, tit. des pays de Champagne chap. 11. pag.*

Digitized by Google

pag. 376. ſcribit; *Vn ange du ciel, en forme de colombe*: & ita etiam Fauyn, *au theat. d'honneur liu. 2. chap. 11. pag. 236. Dieu voulut qu'on reconnuſt ſon premier-né par la deſcente d'vne colombe ſur le Iordain, il voulut qu'vn pareil miracle declaraſt le fils aiſné de ſon Egliſe*: Le Sieur de Ceriziers, *en ſon Tacite François pag. 24.*

e) Vide Fauyn *d. l. pag. 237.* Huius rei fidem faciunt, præter Aimonium, illius temporis autographa, (verba ſunt Balthaſaris de Vias, *in Sylua Regia pag. 67.*) quæ in Rhemenſi leguntur Eccleſia, nec non titulus ſepulcralis in templo D. Genoueſę Clodoueo inſcriptus: Hic eſt ille Illuſtriſſimus Rex Ludouicus, qui & Clodoueus ante baptiſmum eſt dictus, Francorum Rex V. ſed verus Chriſtianus, qui ab Anaſtaſio Imper. Conſul & Auguſtus eſt creatus: hunc Sanctus Rhemigius baptizauit, & in baptiſmate eius Angelus ampullam ſacri chriſmatis detulit. At quis Clodoueum hoc eſſet auſus donare tumulo? quis Angelum ſacram ampullam detuliſſe voluiſſet aſſerere, niſi tunctemporis auribus illius rei veritas innotuiſſet? Innumeros pæne habemus huius miraculi teſtes domeſticos, Hormiſdam Papam Rhemigio coætaneum, Hincmarum, in Caroli Calui inauguratione de ſacroſacri chriſmatis prodigio orantem, Flodoardum, qui à quingentis annis hiſtoriam Rhemenſem ſcribebat. Vincentium Bellouacum, Gaguinum, Guilhelmum poëtam Britonem, Nicolaum Aegidium, Trithemium, S. Benedictum, Froiſſardum, & alios: omneſque præter impios, aut fortunæ Gallicæ æmulos, huic ſubſcripſere veritati. Sed erunt ſuſpecti forſan teſtes domeſtici, proferam ergo longam exterorum ſeriem, qui tam ſingulare, tamque apertum miraculum, aut noluerunt diſſimulare, aut non potuerunt. Nauclerus Germanus, Petrarcha & D. Antonius Archiep. Tuſci ambo, Raphaël Volaterranus Bergamus; Faſciculus temporum, Gerſonius, & Iacobus Valdeſius, Hiſpani, Baldus Italus, Clemens Pontifex maximus, Polydorus Virgilius Anglus, multique alii qui communi conſenſu hanc ſacri chriſmatis Gallorum Regibus cœlitus per columbam demiſſi non diffitentur veritatem. Sed D. Thomas, altiſſimæ Theologiæ culmen, mihi omnium inſtar eſt, qui diuinam Regibus Francorum ſanandi ſtrumas virtutem, non ex alio fonte, quam ex oleo ſancto manare arbitratur: Sanitatis ſacræ vnctionis argumentum, inquit, aſſumimus ex geſtis Francorum, & B. Rhemigii ſuper Clodoueum Regem, ex delatione olei deſuper per columbam, qua Rex præfatus fuit inunctus, & inunguntur poſteri, ſignis, portentis, & variis curis apparentibus in eis ex vnctione prædicta.

f) *Gregoire de Tours, qui eſtoit enuiron de ce temps-là, ne parle aucunement de ladite ampoulle, ni de ce miracle, bien qu'il parle aſſés d'autres miracles:* Girard *d. pag. 352. Gregoire de Tours, qui naquit ſoubs les enfans de Clouis, (quoy qu'il ait farci ſon hiſtoire d'vne infinité d'autres miracles, hors de propos) ne dit rien*

Digitized by Google

vien de celuy-ci, en vne occaſion ſi importante. Mais, ſoit que ne l'ayant pas creu, il l'ait voulu taire, ou, que d'autres l'ayent inuenté depuis, pour rendre l'action plus venerable, ſi eſt-ce que Hincmar, auſſi Archeueſque de Reims, qui viuoit ſous Charles le Chauue teſmoigne, en la vie de S. Remy, extraite, dit-il, d'vn vieil liure, que ce miracle eſt veritable, & apres luy Aimonius, & les autres ont confirmé ceſte tradition: Scipion du Pleix, *tom. 1. de l'hiſtoire gener. de France tiltre du bapteſme de Clouis, pag. 98. n.* 8. cui adde Fauyn, *au theatre d'honneur liu. 2. chap. dernier, pag. 501 & eodem libro chap. 11. pag. 235.* vbi poſt alia, ſubnectit; *Pour demonſtrer que S. Gregoire de Tours n'a paſſé ſous ſilence le miracle de la ſaincte ampoulle, nous apporterons icy le teſmoignage des Centuriateurs d'Allemagne, appellés de Magdebourg, leſquels ont ceſt autheur plus entier que nous ne l'auons en France. Voicy donc ce qu'ils diſent du Sacre & bapteſme de Clouis, au commencement du cinquieſme ſiecle, c'eſt à dire, de l'an de grace 500. au chap. 6. de leur centurie 6.* Vbi Rhemigius Clodoueum baptizaſſet, non adfuit chriſma; ſed ait Gregorius Turonenſis, & Henricus Erfurdienſis, columbam ore attuliſſe vas chriſmate plenum. Adde præterea, quæ Balthaſar de Vias, *in verbis quæ præced. lit. e. ex eius ſylva Regia adduximus*, annexit: Quidam tamen, vel increduli, vel Regiæ ſanctitatis inuidi, huic luci tenebras afferre conantur, quod, vt aiunt, D. Gregorius Turonenſis, D. Rhemigii fere coætaneus, rerum in tota Gallia mirabilium ſcriptor accuratus, nihil de ſacræ ampullæ miraculo dixerit. At non vident illi, argumentum ab autoritate negatiua nihil in dialectica concludere; non poteſt enim omnis ſcriptor omnia dicere. Adde, quod Hiſtorici ſuos ſæpe ſequuntur affectus, ſuaq; omiſſis aliis, fere promouent, aut interdum modeſtiores, quod apud aliquos controuerſum eſt, intactum relinquunt, ne dum his fauent, illorum ſibi conflent inuidiam. Quod D. Gregorio contigiſſe crediderim. Cum enim Eccleſia Turonenſis de vngendis inaugurandiſque Regibus cum Rhemenſi contenderet, noluit hunc nodum ſoluere Gregorius, vt hoc ſilentio neque ſuis, neque veritati officeret. Quamuis non dubitem, Gregorium fuſe hoc miraculum ſcriptis tradidiſſe; ſed aliquorum malitia in Turonenſis Eccleſiæ fauorem ex autographo, quod nondum in manus publicas deuenerat, ampullæ miraculoſæ deleuit hiſtoriam. Nam in centuriis Parthenopolis (*in centur. Magdeburg. cent. 6. cap. 6. ſub anno D.*) legitur, quod vbi Rhemigius Clodoueum Regem baptizaſſet, non affuit chriſma, ſed ait Gregorius Turonenſis, & Henricus Erfurdenſis, columbam attuliſſe ore vas chriſmate plenum.

g) *La ſaincte ampoulle depuis a eſté employée pour le ſacre des Roys des ſeconde, & tierce lignée, qui ont eſté oincts & couronnés en l'Egliſe de Rheims*: Du Tillet *en ſon recueil des Roys de France &c. liu. 1. tilt. des ſacres & couronnemens des Roys, & Roynes pag. 181.* Si Hincmaro credimus, Papa Zacharias oleo ſacræ ampullæ primum vſus fuit, tunc, quando vnxit, & coronauit Ludo-

uicum

nicum Pium; quem poſteritas voluit imitari, atque ita oleum quod ad vſum baptiſmi miſſum credebatur, tranſlatum fuit ad vſum conſecrationis Regiæ, tempore coronationis (*Si nos Chreſtiens* (inquit Fauchet *d. liu. 2. chap. 18. non procul à fine*) *n'auoyent ſuiuy beaucoup de ceremonies de la religion de Iuifs, prinſes du vieil teſtament, ie penſeroy, que ceſte onction faite au bapteſme de Clouis, eut donné occaſion aux Roys, (qui en ont depuis vſé) de l'imiter en leur couronnement: ne regardant pas, que ce Roy fut oinct, pource qu'il eſtoit baptiſé par vn Eueſque Catholique; lequel, ſuiuant la diſcipline de longue main gardée en ladite Egliſe, vſa de chreſme, dont les Ariens ne tenoient compte: Ce nous fait croire Gregoire, qui ne dit point, que Clouis fuſt lors couronné. Et auſſi, ie ne trouue, que les ſiens fuſſent oincts, à la declaration de leur Royauté: ce qui me fait penſer, que l'onction des Roys, (telle qu'elle ſe trouue dans le liure intitulé, Pontifical Romain) ſoit plus nouuelle, que ceſte-cy de Clouis. Et neantmoins l'ampoulle eſt demeurée en ſi grande reuerence, qu'aucuns de nos Roys derniers, ne s'eſtimerent pas vrays Roys, & Seigneurs de France, iuſques à ce qu'ils euſſent eſté oincts de l'huile qui eſt dedans; la faiſant à ceſte fin garder, en grande reuerence, dans l'Abbaye de S. Remy, qui eſt en la ville de Reims.*) Niſi Chriſtiani noſtri multas ceremonias ſuſcepiſſent à religione Iudaica, veteris teſtamenti, coniicerem, vnctionem Clodouei, quando baptizatus fuit, præbuiſſe Regibus noſtris (qui poſtea vncti) occaſionem, vt tempore quo coronantur, voluerint quoque inungi, non attendentes quod Clodoueus vnctus fuerit dum baptizaretur ab Epiſcopo Catholico, qui inſiſtens diſciplinæ, longum per tempus in Eccleſia vſitatæ, vſus fuit chriſmate, quod apud Arianos nihili æſtimabatur. Hoc nos docet Gregorius, qui non dicit, Clodoueum tunc fuiſſe coronatum. Nec etiam legimus ipſius poſteros fuiſſe vnctos, quando Reges facti ſunt. Hoc eſt quod mihi perſuadet, vnctionem Regum, (talem, qualis deſcribitur in libro, qui dicitur, *Pontificale Romanum*) non eſſe referendam ad tempus Clodouei. Nihilo minus tamen ampulla in ſumma permanſit veneratione, adeo, vt nonnulli poſteriorum Regum noſtrorum, non crediderint ſe veros Reges, & Dominos Franciæ eſſe, niſi poſtquam oleo ampullæ iſtius inuncti fuerunt; curantes eam magna reuerentia cuſtodiri, hunc in finem, in Abbatia S. Rhemigii, quæ Rhemis eſt.

h) Vide *lib. 2. cap. 4. lit. cc.*

i) Du Tillet *d. tr. des ſacres, & couronnemens des Roys, & Roynes p. 187.* Mittuntur quatuor Barones ad fanum Rhemigianum, vt inde petant, afferantque ſanctam ampullam. (*de ceremoniis vide* Fauyn *au theat. d'honneur pag. 504.*) *Le Cheſne Pouilleux, village en Rhetelois appartient à l'Abbaye S. Remy, de tout temps on en tiroit dix, ou douze habitans, pour accompagner ladite ſaincte Ampoulle, portée par le Gra͂d-Prieur dudit S. Remy. Au lieu de douze, tous les Ruſtres de ce village ont pris d'eux-meſmes la licence de ſe trouuer aux Sacres de*

nos Roys, & venir à Reims, tous, tant qu'ils ſont capables de porter armes, & y viennent tambour battant, & enſeigne deſployée, auec leurs beaux habillements, chacun portant vne fueille de cheſne au chapeau: ils ſont nourris trois iours durant à Reims, & ont en outre, pour butin, la hacquenée blanche, que le Roy donne pour apporter ladite ſaincte Ampoulle. Et en le ſacre de Louys XIII. ils ſe licentierent d'arracher meſmes le poisle & daiz, de toile d'argent, que l'on porte ſur icelle; & pour ceſte entrepriſe, & autres inſolences, commiſes par ces Ruſtres (où l'Eſpagnol, Grand-Prieur de S. Remy, penſa demeurer) y a eu procés au Conſeil du Roy. Ces compagnons font accroire, qu'ils ont ces priuileges, pour auoir du temps de Charles VII. regaigné la ſaincte Ampoulle, que les Bourgongnons auoient enleuée de S. Remy; ce qui eſt du tout fabuleux & contre la verité: Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. dern. p. 499.* Centum hi ſtipatores (*ita viſum* Balthaſari de Vias, *in Sylua Regia, pag. 75.*) antiquo more & priuilegio ſunt incolæ Rhemenſes, quod patria lingua vocant Quercum pediculoſam. Hi enim omnes, ob rem egregie geſtam, recuperatumque ſacrum Rhemenſe ſimpulum, ab externis hoſtibus, Regum noſtrorum indulgentia obtinuere in Regia inauguratione, vt ex ſuis primi adſtent in armis centum lecti homines, in rei geſtæ memoriam, & in ſignum, vt à reliqua ſatellitum, & miniſtrorum turba eximii ſint, folium quernum in capite gerunt. Porro, quatuor dantur obſides, qui ſpondent ſacram ampullam redditum iri Eccleſiæ, S. Rhemigii, qui ibidem commorari debent donec reddatur, niſi Magnus Prior illis faciat gratiam redeundi, vbi iuramentum præſtiterint, ad coronationem Regis: vide Fauyn *d. chap. dernier pag. 508. & ſeq. & eundem de ordine Equitum S. Ampullæ pag. 501. & ſeq.*

k) *Le Roy de France ſeul, entre tous les Roys de la terre, reſplendit de ce glorieux priuilege, qu'il eſt ſingulierement oinct de l'huyle enuoyé du ciel:* Du Tillet *d. tilt. pag. 189. Les antiquités, & recherches de la grandeur, & maieſté des Roys de France, liu. 2. traité 2. pag. 189.* Gallorum Rex (verba ſunt Symphoriani Campegii, *cap. 6. lib. 2. de triplici Monarchia*) non chriſmate vngitur, ſed vnctione ex cœlo demiſſa; non re humana & naturali, ſed diuina, & à Chriſto tranſmiſſa; & hoc ea ratione fit, vt in Regem Gallorum, per impoſitionem diuini olei, per manus Rhemenſis Pontificis, Spiritus ſanctus infundatur vberius, quod ab Apoſtolis fieri cœptum, non vno in loco *in Actis* teſtatur Lucas. Quapropter dicere poſſumus, Regem Gallorum, propter dona à Deo anteceſſoribus ſuis data, omnibus Imperatoribus, ac Regibus eſſe præferendum, eo etiam, quia Galliæ Regnum vna eſt vinea, Eccleſiæ digna, de qua vaticinatum eſt per Iſaiam *cap. 5.* dicentem: *Vnica facta eſt dilectio mea, in cornu filio olei, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea; & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea.* Per quam vineam, vt Nicolaus Lyranus ſcripſit, Regnum Galliæ intelligitur: Charron *en l'hiſt. vniu. ch. 91. p. 646.*

l) Ex

Digitized by Google

l) Ex Walſingamo refert André du Cheſne, *liu.* 17. *de l'hiſtoire generale d'Angleterre, pag.* 973. *(que Henry IV. Roy d'Angleterre, fut oinct d'vn huyle, ou onguent celeſte, que la S. Vierge, mere de Ieſus Chriſt, auoit apporté iadis à S. Thomas, Archeueſque de Cantorbery, lors qu'il eſtoit en exil, & luy auoit predit, que les Roys d'Angleterre, leſquels en ſeroient oincts, & ſacrés, ſeroient clemens, & debonnaires, & conſerueroient vertueuſement les droits, & libertés de l'Egliſe. Que cet onguent eſtoit demeure caché dedans vne ampoulle, ou fiole d'or, enchaſſée de pierre, iuſques au temps que Henry premier, Duc de Lancaſtre, qui fiſt la guerre deça la mer, pour le Roy ſon pere, la receut des mains d'vn ſainct perſonnage, auquel elle auoit eſté deſcouuerte, & manifeſtée, par diuine reuelation, & en fit don, & preſent, au prince Edouard, fils aiſné de l'illuſtre Edouard Roy d'Angleterre, troiſieſme du nom, afin qu' apres la mort de ſon pere, il en peuſt eſtre ſacré Roy. Qu' Edouard la ſerra dedans la tour de Londres, en vne petite boite, fermée de pluſieurs ſerrures: & que par oubliance, ou bien, par negligence, elle y demeura, iuſques au regne de Richard premier, ſon fils, lequel fouillant, & cherchant les menus, & precieux meubles, que ſes anceſtres y auoient laiſſés, la trouua ſans y penſer, auec l'eſcriture, & prophetie de S. Thomas, martyr. Et ſçachant la vertu d'vn tel onguent, pria l'Archeueſque de Cantorbery, de l'en oindre derechef; ce que l'Archeueſque refuſa de faire, & dit, que c'eſtoit aſſés qu'il euſt vne fois eſté ſacré, lors que ſolennellement il priſt la couronne. Que ce Richard la porta touſiours, & rapporta quant & ſoy, durant ſon voyage d'Irlande, & finalement la bailla dedans Ceſtre à l'Archeueſque de Cantorbery, qui la garda reueremment depuis, & iuſques au temps du couronnement, & Sacre, de cet Henry, Duc de Lancaſtre, qui le premier des Roys d'Angleterre, fut oinct d'vne ſi precieuſe liqueur.)* Henricum IV. Regem Angliæ inunctum fuiſſe oleo, vel vnguento cœleſti, quod B. Virgo, mater Ieſu Chriſti, iam olim tradiderat S. Thomæ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, in exitium miſſo, ipſique prædixerat, Reges Angliæ, qui hoc oleo inungerentur, clementes miteſque futuros, nec non ſtrenuos protectores iuris, & libertatis Eccleſiæ. Hoc vero delituiſſe, incluſum ampullæ aureæ, lapidibus pretioſis exornatæ, vſque ad tempus, quo Henricus I. Dux Lancaſtriæ, qui bellum ciſmarinum nomine Regis, patris ſui geſſit, illam accepit à ſancto quodam homine, cui diuinitus reuelata fuerat; & dehinc eandem dono dedit Principi Eduardo, filio primogenito Illuſtriſſimi Eduardi Regis Angliæ, tertii illo nomine, vt hoc vnguento, poſt mortem patris, rex inungi poſſet. Eduardum hanc ampullam repoſuiſſe in turrim Londinenſem, incluſam ciſtulæ, multis ſeris munitæ, vbi, ſiue negligentia, ſiue obliuione, remanſit incognita, vſque ad regnum Richardi I. qui fuit filius Eduardi. Richardum autem perquirendo pretioſa mobilia maiorum ſuorum, quæ ibi cuſtodiebantur, illam forte fortuna reperiiſſe, vna cum ſcriptura, & prophetia S. Thomæ, martyris. Sicque intellecta

tellecta virtute vnguenti, rogaſſe Archiepiſcopum Cantuarienſem, vt reiteraret vnctionem, & adhiberet hoc vnguentum. Archiepiſcopum id recuſaſſe, prætendendo, ſemel iam peractam vnctionem, quando ſolemni pompa coronatus fuiſſet, ſufficere. Richardum poſtea eandem ampullam aſſidue ſecum habuiſſe in itinere Irlandico, & inde retuliſſe; tandem vero Ceſtris tradidiſſe Archiepiſcopo Cantuarienſi; hunc eam deinceps religioſe cuſtodiuiſſe, vſque ad tempus coronationis dicti Henrici, Ducis Lancaſtriæ, qui primus Regum Angliæ hoc pretioſo liquore perunctus fuit.

m) *Le ceremonial de France* de Theodore Godefroy, *pag.* 320.

n) Sancta ampulla, cœlo demiſſa Regibus Franciæ, id peculiare & miraculi habet, in ipſorum Regum fauorem, quod, quo tempore conſecrandi, ſeu inaugurandi ſunt Reges, plena ſemper reperitur: vice verſa, prout iidem deficiunt, aut ad mortem accedunt, & ipſa pariter vacuatur, & deficit: Paponius *lib.* 1. *arreſt. Quand le Roy eſt mort, la ſaincte ampoulle eſt vuide, & ſe remplit miraculeuſement pour le Sacre du nouueau*: Pierre Matthieu *liu.* 10. *de l'hiſtoire de Louys XI. pag.* 596. Sacra ampulla, quam cœlo delapſam volunt, & moriente Rege exinaniri; reuiuiſcente repleri, aiunt; inquit Iul. Cæſar Bulenger, *hiſtor. lib.* 13. *p.* 401. Bouchel *au threſor du droit François, tom.* 1. *pag.* 201. *verſ. la ſaincte ampoulle*; poſtquam idem retulit, addit: Simile quiddam apud Suetonium *in Galba* (*à pr.*) Progenies Cæſarum in Nerone defecit, quod futurum compluribus quidem ſignis, ſed euidentiſſimis duobus, apparuit. Liuiæ olim, poſt Auguſti ſtatim nuptias, Veientanum ſuum reuiſenti, præteruolans aquila gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem, ita vt rapuerat, dimiſit in gremium: cumque nutriri alitem, pangique ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoque ea villa *ad gallinas* vocetur; tale vero lauretum, vt triumphaturi Cæſares inde laureas decerperent: fuitque mos triumphantibus, alias confeſtim eodem loco pangere. Et obſeruatum eſt ſub cuiusque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam elanguiſſe. Ergo nouiſſimo Neronis anno, & ſylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarum erat, interiit. Verum hoc exemplo docemur, multa quandoque ſimilia ab aliis dici, quæ claudicant, nec currunt quatuor pedibus.

o) Chaſſanæus *parte* 1. *Catalogi glor. mundi, conſiderat.* 31. *fol.* 151. In ſacra ampulla ſolum apparet oleum tempore quo ſunt coronandi Reges Franciæ: quo tempore oleum, & non alio, apparet, vt eſt notorium in tota Gallia.

p) *Nos hiſtoriens François*, (ait Pierre de Lancre, *au tableau de l'inconſtance, liu.* 4. *diſcours* 1. *n.* 2. *fol.* 385.) *aſſeurent, que la ſaincte ampoulle ſe trouue pleine, ou vuide, à meſure que nos Roys ſont au commencement de leur Sacre, ou qu'ils vieilliſſent, & vont en declinant vers la mort.*

q)Rex

q) Rex Ludouicus XI. grauibus morbis oppreſſus, & viuendi percupidus, ſanitati recuperandæ, vel ad certum vitæ, aut mortis præſagium captandum, ſanctam ampullam ſibi in eum locum, quo conſiſtebat, adferri curauit, & vt erat in religione tenax, ita ſibi perſuaſerat, malo ſuo, ſeu morbo excludendo, eam rem fore ſeu valituram: Papon. *d. lib.* 1. *arreſtor. tit.*1.*n.*7. *Le Roy Louys XI. attaint d'vne griefue, & forte maladie, ſe fit apporter la ſaincte Ampoullé, pour voir en quel eſtat elle eſtoit, tenant ce preſage, comme venant de Dieu, le plus certain de ſa vie, ou de ſa mort*: P. de Lancre *d. l. fol.* 385.

r) In Eremita quodam ſummam perpetuo ſpem habebat, ac ſubinde miſſis nunciis interpellabat eum, vt vitam ſibi produceret: Cominæus *commentar. lib.* 10. *in pr.* Virgines Deo ſacras, ſpectatæ probitatis, homines ſanctitate celebres, Turones conuocauit, quorum ſacroſanctis precibus vitam longius aliquanto duceret. Cumque illi, animo eius perpetuam beatitatem, corpori proſperam valetudinem precari, & à Deo optimo maximo, diuisque depoſcere dicerentur, de corpore duntaxat ſollicitos eſſe iuſſit, Deum diuosque multis poſtulatis non eſſe obruendos: Belcarius *commentarior. rer. Gallicar. lib.* 4. *p.* 96. *n.* 15. *Claude Seiſſel eſcrit, que comme on euſt dreßé vne oraiſon expreße a S. Eutrope, pour luy recommander le corps & l'ame de Louys XI. il fit oſter ce mot de l'ame, diſant que c'eſtoit aßés, que le Sainct luy fit recouurer la ſanté du corps, ſans l'importuner de tant de choſes*: Nicolas Paſquier *au liu.* 10. *de ſes lettres, pag.* 881. Pierre Matthieu, *en l'hiſtoire de Louys XI. liu.*10. *p.*593. Ludouicus, inquit Mutius *lib.*29. *Chronic. Germ. p.*304. pugnabat variis artibus cum morbo: cum enim vinceret morbus omnem naturalium remediorum potentiam, confugit ad res non naturales. Virgam Aaronis à Romano Pontifice petiit ſibi mitti, nam Romæ habebatur ea virga; quamquam quidam dubitant an Aaronis virga ſit. Hæc virga allata nihil potuit in morbo Regis efficere. Iuſſit etiam Rex ſibi afferri crucem victoriæ, quam ferunt Carolo Magno è cœlo miſſam, quæ quoque inefficax fuit in morbo Regis. Quædam hoc genus alia iuſſit ad ſe portari, ſed fatorum neceſſitas ineuitabilis alio vocabat Regem Ludouicum.

ſ) Mortem nullus vnquam vehementius exhorruit, nemo etiam maiori ſtudio, & ratione, de remediis vnquam cogitauit, quam ipſe. Familiaribus ſuis, per omnem vitam, & mihi quoque (verba ſunt Cominæi *d. lib.* 10. *non procul à pr.*) ſæpenumero mandauerat, ſi quando ipſum in ea neceſſitate poſitum eſſe conſpiceremus, vt nulla prorſus facta mentione mortis, ad peccatorum expiationem ſolummodo adhortaremur.

t) Medico, Iacobo Cocterio, menſtruum dabat ſtipendium, decem aureorum millia: Cominæus *d. lib. in pr.*

u) Curia Parlamenti, vbi ampulla Pariſios appropinquauit, (eo tempore quo Ludouicus XI. eam ad ſe perferri iuſſerat) de honore illi exhi-

bendo deliberauit: Et vero ſolita pompa illi occurrere, & quo huiuſmodi ſanctuario, atque oleo cœleſti, Reges validanti, & cuius myſterio poteſtatem & imperium à Deo ſortirentur, non minus honoris, quam Regibus ipſis exhiberetur, decreuit: Papon. *d. lib. 1. arreſt. tit. 1. n. 7.*

x) *Mouſtier*, vel *montier*, idem eſt quod monaſterium: Eſtienne Paſquier, *liu. 6. des recherches de la France chap. 12. mar* autem, quod præponitur, Martinum notare credo, quaſi dicas, Martini monaſterium.

y) *Nos anciens François recognoiſſoient, combien ils eſtoient obligés à S. Martin, d'auoir apres S. Denys d'Ariopage prouigné en France la religion Catholique, & les bonnes mœurs. Ils ſe ſont efforcés d'en honorer la memoire, & apres ſa mort le tenir comme viuant, en leurs eſprits. Car premierement en leurs neceſſités ils recouroient à luy, & frequentoient ſon ſepulchre, auec vne deuotion ſinguliere, autant les princes que les petits:* (Louys d'Orleans *aux ouuertures des Parlements chap. 9. pag. 138.*) *& tous les Eueſques de Tours, apres S. Martin, voulurent eſtre enterrés auec luy, dit Sainct* Gregoire de Tours. *Encore portoient ils cet honneur à S. Martin, qu'ils comptoient les ans par ſon decés:* Rigardus *in geſtis Ludouici VIII.* A natiuitate Domini ad tranſitum B. Martini, ſunt anni CDXLV. A tranſitu B. Martini ad tranſitum Clodouei, anni CXII. *Et encores auiourd'huy les fermiers payent leurs maiſtres à la S. Martin; auec leſquels anciennement ils venoient ouyr la meſſe S. Martin, & puis ſe reſiouir: comme les vaſſaux du Roy luy venoient faire leurs hommages, & payer les redeuances. Meſmes ils perçoyent les vins nouueaux, & les gouſtoient. (Les payens appelloient ce iour* vinalia, quo vinum nouum Ioui offerebant.) *Il y a plus, c'eſt que s'ils eſtoient en procés & differents, ils vuidoient par le ferment, qu'ils faiſoient ſur les reliques de ce ſainct perſonnage: Car ſon corps eſtoit fort reueré, pour les miracles ordinaires, qu'ils faiſoit, & qui eſtoit le ſubiect, que chacun frequentoit ſon tombeau. Comme auſſi ils comptoient les ieunes qu'il falloit obſeruer depuis ſon trespas, par les Religieux:* A depoſitione D. Martini, vſque ad natalem Domini terna in ſeptimana ieiunia: Gregor. Turonenſ. *lib. 10. cap. 32. &c.* Louys d'Orleans *d. ch. pag. 142. & ſeq.*

z) Ita mihi narrarunt eius monaſterii ſodales. Autor tractatus *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 2. traitté 2. p. 392.* ita habet: *S. Martin, ſecond Apoſtre de la France, & l'inſtrument de la ſaluation des François, eſtant vn iour reduit aux termes de rendre les derniers abois, par la douleur des playes, que luy auoit cauſées vne violente cheute, Sulpicius Seuerus, diſciple de ce S. Eueſque, recite au 1. liure de ſa vie, eſcrite l'an CCCC. apres la natiuité de noſtre Seigneur, qu'vn Ange fut veu de nuict luy eſſuyer les playes & oindre d'vn ſalutaire onguent les greueures de ſon corps, ſi bien, que le lendemain il parut auſſi ſain & entier, comme s'il n'euſt ſouffert aucune incommodité.* Sulpicii narratio, cuius hic Autor meminit, hæc eſt: *cap. 29.* Martinus

cum

Digitized by Google

cum caſu quodam eſſet de cœnaculo deuolutus, & per confragoſos ſcalæ gradus decidens, multis vulneribus eſſet affectus, cum exanimis iaceret in cellula, & immodicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus viſus eſt eluere vulnera, & ſalubri vnguento contuſi corporis membra contingere, atque ita poſtero die reſtitutus eſt ſanitati, vt nihil vnquam pertuliſſe incommodi putaretur.

aa) D'Aubigné, *tom. 3. de ſes hiſtoires, liu. 4. chap. 2.*

bb) Intolerabilis plane error eſt Iohannis Wilhelmi Neumaieri, qui in der Beſchreibung der Fürſtlichen Sächſiſchen Reiß in Franckreich *p. 83.* ita ſcribit: In der Kirchen des Cloſters Marmonſtier, nahe bey Tours, auff der rechten Hand des Altars/ iſt ein Schranck/ darinn wird la ſaincte Ampoulle, oder die heilige Ampel/ mit dem Oel/ ſo bey der Tauff Königs Clodouei vom Himmel herab kommen/ verwahrlichen gehalten. Mit welchem Oel werden alle Könige vom Biſchoff zu Reims geſalbet; derſelbe läßt allezeit das Gefäß mit dem Oel/ mit ſonderlichen Ceremonien/ nach Reims holen / vnd wider dahin bringen. Nec fere minorem errat Gœlnizius *in Vlyſſe Belgico pag. 268.* quando narrat, præcipuum, quod in templo monaſterii iſtius cernitur, ampullam ſanctam eſſe, continentem oleum, quod ab Angelo è cœlo apportatum dicitur, cum Clodoueus, primus Chriſtianorum Rex, à S. Rhemigio, more Saulis inungi deberet. Falſum certe hanc ampullam ad baptiſmum Clodouei miſſam dici; falſum, hoc oleo omnes Reges ab Epiſcopo Rhemenſi inungi; falſum, Epiſcopum Rhemenſem curare hanc ampullam Rhemos transferri; falſum, eam inde poſtea remittere: Falſum Clodoueum à S. Rhemigio, more Saulis inungi debuiſſe; non enim vt Rex, ſed vt Chriſtianus baptizatus, tunc, ex more Catholicæ-Romanæ Eccleſiæ, inungendus erat.

CAPVT XIIII.

De Angelo tutore, nec non de Patrono, Regni Franciæ.

QVemadmodum hominibus angelos tutelares datos eſſe creditur, ita etiam principatibus, regnis, atque Rebuspublicis *(a)*; quorum muneris ſit, ope & miniſterio ſuæ tutelæ commiſſos protegere & conſeruare *(b)*. Rem, quæ meam excedit profeſſionem, ſtrictius examinare haud placet; vereor tamen, ne credulitas & imaginatio hic vtramque faciat

paginam. Quantum autem reuelationi tribuendum ſit, norunt illi, quibus religio eſt quemlibet album lapidem adorare, & relationi aliorum fidem ſuam mancipio dare. Per me quidem licet vnicuique angelo, quem ſibi datum quiſque credit, nomen imponere quod velit, non credo tamen cuilibet angelorum proprium vnquam nomen fuiſſe; Certe pauca illorum in ſcriptura ſacra, & tantum nonnullorum, ex præcipuis, annotata legimus. Regno Franciæ protectorem archangelum Michaëlem (*c*), à Deo, poſt ruinam populi Iſraëlitici, datum, Galli docent; ego vero in id inclino, vt eos illum ſibimetipſis elegiſſe putem, donec contrarium, argumentis firmis, docuerint. Quod S. Michaëlis ipſam confeſſionem allegant, quam Hiſpani ab eo (*d*), coniurationibus, & incantationibus, ſiue exorciſmis, extorſerint; factum narrant, & præſupponunt verum eſſe, quod nondum probauerunt. Quanquam, ſi maxime verum, Hiſpanos angelum coniuraſſe: nulla tamen inde certitudo eſt, eum, quem coniurare auſi ſunt, reſpondiſſe, aut reſpondiſſe id quod fertur. Eodem vitio laborat, quod Iohanna d'Arc (*e*), vulgo Virgo Aurelianenſis, *La Pucelle d'Orleans*, dicta, affirmaſſe dicitur, ſe ſingulis noctibus à S. Michaële conſiliis inſtructam fuiſſe, quomodo Anglis, hoſtibus Franciæ, reſiſtendum foret (*f*). Sit vero eam hoc dixiſſe, at qualis illa fidei (*g*) fuerit adhuc ſub iudice lis eſt. Ponatur quoq;, Ludouicum XI. putaſſe, Anglos infeſtiorem hoſtem non habuiſſe hoc angelo, atque in eius honorem ordinem Equeſtrem S. Michaëlis inſtituiſſe (*h*); hinc vero nondum probatur, quod probari debuit. Verum enimuero, vt angelos tutores regnis atque rebuspublicis datos, vel ab his electos diximus, ita etiam in adſignandis patronis (*i*) factum deprehendimus. Non autem timidis ſufficere viſum, angelum tutorem habere contra hoſtes, ſed & è re ſua futurum, ſi ex ſanctorum quoque numero certum ſibi patronum eligerent. Atque eo vſque, inter Catholicos-Romanos, peruentum eſt, vt vrbibus, ac ſocietatibus, imo & infimi ſubſellii collegiis (*k*), ex Sanctis patroni aſſignati fuerint; bene

an

Digitized by Google

an male, ipſi viderint, mea non intereſt. Regnum Franciæ ab antiquo pro patrono agnoſcit ſanctum Dionyſium (*l*), apoſtolum ſuum, quem olim in vexillo primario depictum geſſit, & pro clamore bellico audiuit à Clodoueo, & aliis, ***mon ioue Sainct Denys*** (*m*), vel, ***mon ioye S. Denys*** (*n*); vtrumque enim legitur: quanquam poſterius contra Priſcianum Gallicum (*o*) eſſe videatur; ſed vſus hic vicit regulas. Hodie ille clamor apud Francos quidem deſiit (*p*), ſed non cecidit veneratio ſancti Dionyſii, cuius memoriæ templum (*q*) conſecratum, in quo ipſius membra adhuc requieſcere (*r*), Galli affirmant, quibus ſancti Emerani cœnobitæ Ratisponenſes in Germania, contradicunt (*s*), & pro ſe à Pontifice latam ſententiam vrgent. Hoc in oculos incurrit, in dicto S. Dionyſii templo, multos Francogallorum Reges ſepulturæ traditos (*t*), magnumque ibi rerum pretioſarum theſaurum, atque ornatus Regii non exiguam partem, cuſtodiri (*u*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 3. pag. 608. S'il y a des anges, & intelligences celeſtes, gouuerneurs, moderateurs, princes, tuteurs, patrons, ou deffenſeurs, des Monarchies, Empires, Royaumes, & Republiques? & ſi icelles Monarchies &c. ne peuuent prendre, & receuoir decadences, mutations, changemens, conuerſions & ruines, ſi non apres qu'iceux anges, & intelligences celeſtes les ont laiſſées, & abandonnées?* examinat Claude Duret, *au diſcours de la verité des cauſes, & effects, des decadences, mutations, changements, conuerſions, & ruines des Monarchies, Empires, Royaumes, & Republiques, chap. 21. pag. 397. & ſeqq.*

b) Tholoſan. *lib. 21. de republ. c. 3. n. 43. pag. 769.*

c) Vnde etiam princeps Imperii Francorum dicitur: Fauyn *dict. tr. pag. 609. & pag. 611. ac* P. de Lancre, *au tableau de l'inconſtance liu. 4. diſc. 2. n. 3. fol. 395. b. S. Michel eſt protecteur de l'Egliſe Catholique & de la France ſa fille aiſnée, comme autresfois de la ſynagogue & des Iuifs ce glorieux Archange ayant executé les plus remarquables exploits en l'ancienne loy. C'eſt luy, comme ſçauent les doctes, qui retint le glaiue d'Abraham, à ce qu'il ne miſt à mort ſon fils Iſaac: qui prononça l'arreſt de benediction ſur luy & ſur ſa ſemence: qui corrigea Balaam, faux Prophete, voulant maudire les Hebrieux: qui terraſſa en vne nuict l'armée de Sennacherib, compoſée de cent & quatre vingts mille Aſſyriens, preſſans par vn puiſſant ſiege la cité de Hieruſalem: qui ferma en Babylone la gueule*

des lions burlans dans le parc, pour empeſcher qu'ils ne deuoraſſent le Prophete Daniel: C'eſt luy qui s'eſt troué apres la venuë du Sauueur aux plus grandes affaires, aux plus grandes guerres, & perſecutions de ſon Egliſe (ainſi que nous apprenons des Eſcriuains de l'hiſtoire Eccleſiaſtique) combattant contre ſes ennemis viſibles & inuiſibles; c'eſt luy (ſelon nos annaliſtes) qui a apporté l'eſcu d'azur ſemé de fleurs de Lys d'or à nos Roys, par le ſecours & aſſiſtance duquel ils ont chaßé les Anglois de ce Royaume. Hilarion de Coſte *tom. 1. part. 3. des vies & eloges des Dames Illuſtres, pag. 453.*

d) *I'ay ouy aſſeurer de bonne part* (ait Duret *d. chap. 21. pag. 409.*) *que les Eſpagnols, du iourd'huy ennemis coniurés de ceſt eſtat, & couronne de France, ayans aſſeurance certaine, & indubitable de long temps, que S. Michel l'Archange, celuy qui autrefois auoit eſté le gouuerneur, moderateur, prince, tuteur, patron & deffenſeur de l'eſtat du peuple de Dieu, auoit eſte depuis la conuerſion & ruine dudit Eſtat dudit peuple de Dieu, & commencement de l'origine & principe de noſtre eſtat François, commis, & propoſé de Dieu, pour eſtre le gouuerneur, moderateur, prince, tuteur, patron, ou deffenſeur d'iceluy eſtat noſtre, qu'il auoit gardé & conſerué ſi long temps, & qu'il gardoit, & conſeruoit touſiours tres-ſoigneuſement & diligemment, contre les autres anges, & intelligences des autres monarchies, empires, royaumes, & republiques de l'vniuers, ſe ſont voulu eſuertuer, & eſforcer, y a quelques mois, en vne ville d'Eſpagne, d'auoir, & tirer reſponſe de ceſt Archange, appellé, & coniuré par eux auec certaines maudites, & impies oraiſons, ou pluſtoſt incantations, & coniurations, touchant l'eſtat futur d'iceluy noſtre eſtat, & de l'induire, & perſuader, à le delaiſſer, & abandonner, à fin de l'vſurper, & empieter incontinent. Mais ceſt archange leur a faict reſponſe telle; Qu'il eſt à luy impoßible de delaiſſer, & abandonner le gouuernement, & conduite d'iceluy eſtat, auquel il a eſté commis, & propoſé par le Dieu viuant, depuis la conuerſion, & ruine de l'eſtat du peuple Iſraelitique, iusques à la fin des ſiecles.* A fide dignis habeo, Hiſpanos, (qui nunc iurati hoſtes ſunt Regni, & coronæ Franciæ, ſcientes S. Michaëlem Archangelum poſt excidium populi Iſraelitici, cuius olim fuerat gubernator, moderator, princeps, tutor, patronus atque defenſor, regnum noſtrum Gallicum, mox ab eius primordio gubernandum, regendum & protegendum à Deo accepiſſe, tot ſeculis cuſtodiuiſſe & conſeruaſſe, atque etiamnum hodie contra reliquarum Monarchiarum, Imperiorum, Regnorum, ac Rerumpublicarum cuſtodes angelos, & intelligentias, ſumma cura & diligentia cuſtodire, & conſeruare,) auſos eſſe ante aliquot menſes in quadam Hiſpaniæ ciuitate eundem Archangelum exectandis atque impiis precationibus, ſiue potius incantationibus, vocare, de futuro regni noſtri ſtatu interrogare, adhibitisque perſuaſionibus inducere, vt depoſito & relicto patrocinio, id ipſis ocyus inuadendum, atque occupandum permittere vellet. Verum Archangelum, ſibi poſt

poſt euerſionem rei Iudaicæ regni Galliæ gubernationem, & adminiſtrationem à Deo ad finem vſque mundi demandatam, eadem ſe abdicare non ſuo in arbitrio & poteſtate ſitum eſſe, reſpondiſſe. (*adde* Lancre *d. fol.* 395.) Aſt ſi hæc relatio iuſte trutinatur, incerta, impia, & abſurda continere deprehenditur. Vnde quæſo Hiſpani adeo certi facti ſunt, S. Michaëlem Regno Franciæ protectorem à Deo datum, cum ne Franci quidem ipſi de hoc certi vnquam fuerint? Demus *ex c.* 10. §. 21. *prophetiæ Danielis* probari, S. Michaëlem fuiſſe principem, & protectorem populi Iudaici: at vnde cognoſcere licet, illum Franciæ ſtatim initio Regni præpoſitum fuiſſe? Concidit Iudæorum regnum circa annum natiuitatis Chriſti LXXI. Non quæramus hic, quid interea, vſque ad annum CCCCXCIX. tunc enim Franciæ regnum religionem Chriſtianam ſuſcepit, S. Michaël egerit, & an nullius Regni protector interea factus ſit? hoc tamen ſcire expedit, vnde pateat eum protectorem Galliæ datum? Henricus Spondanus *in Epitome annal. Eccleſ. Baron. in anno Chriſti 60. n. 9.* nos docet, S. Michaëlem eſſe patronum & protectorem Eccleſiæ Catholicæ: Quod ſi ita eſt, duplicis patrocinii onus ſuſtinet, & diuerſorum ſtatuum, quorum concordia, Pontificem ſi ſpectemus, & Regem Galliæ, vtriusque capita, non ſemper inconcuſſa manſit, vbi vtrumque protegere haud potuit. Protexit tamen, & tutatus eſt Franciam, contra aliarum monarchiarum, Imperiorum, Regnorum, & Rerumpublicarum angelos, ſi Dureti relationem admittimus. At vero ſcire velim, an angeli illi, contra quos Franciam adiuuerit, boni ſint, an vero mali? Si boni; nihil iniuſti contra Franciam moliti ſunt: ergo Franciam contra hos defendere non debuit. Vbi enim offenſio iuſta, ibi defenſio iniuſta eſt. Si mali; haud mirum eos contra S. Michaëlem in terris nihil profeciſſe, qui illos in cœlo iam olim deuicit, & proſtrauit. Et vt denique ad Hiſpanorum conatum nos conuertamus, ſatis non eſt, eos impiæ incantationis inſimulare, ſed conuincere oportebat, atque deſignare locum, & circumſtantias enunciare, quibus de delicto luce meridiana clarius conſtare poſſit. Non Hiſpanorum tutelam ſuſcipio, impium tamen mihi videtur aſſerere, impiis impiorum orationibus & incantationibus ſanctos adigi Angelos poſſe, vt ad quæſita reſpondeant, & arcana Dei reuelent: Id nihil aliud ſecum fert, quam Diabolo in ſanctos Angelos imperium attribuere. Porro videruntne Hiſpani S. Michaëlem, an audiuerunt loquentem? Si viderunt; quibus indiciis certi facti ſunt, eum, quem videbant, S. Michaëlem eſſe? Non enim certa ipſi facies, vt homini eſt, aut ſi eſt, quæ ſunt illa lineamenta, quibus à S. Gabriele, aliisque archangelis, vel angelis diſtingui poſſit? Dixit fortaſſe ille ſpiritus, ſe eſſe S. Michaëlem; & potuit eſſe angelus tenebrarum qui ſe angelum lucis diceret. Hominem, qui coniuratione & incantatione vtitur, angelum ſuas in partes trahere velle, illique perſuadere, vt hoc vel illud

agat,

agat, vel non agat, ſumma eſt ſtultitia: angelum ad impiam eiuſmodi prouocationem & ſollicitationem tam placide reſpondere, nec commiſſum increpare peccatum, credat Iudæus apella, non ego. *Hu iunge quæ ſcripſi in addit. ad lib. 1. iuris publ. c. 14. pag. 179.*

e) Eſt hæc illa (virginem credat qui volet, ita tamen appellatur) quæ tempore Caroli VII. res Galliæ ab Anglis mire afflictas, præſentia & ope ſua reſtituere annixa eſt, & reſtituit etiam. Legi poſſunt, Eſtienne Paſquier *ès recherches de la France, liu. 5. chap. 3.* Ioh. Hordalius *in hiſtoria Heroinæ nobiliſſimæ Iohannæ d'Arc:* Charron *en l'hiſt. vniuerſ. chap. 143. pag. 191. & ſeq.*

f) *Ieanne la pucelle (du pretexte de laquelle s'eſtoit grandement aidé le Roy Charles VII. pour le recouurement des ſes terres) publioit en tous lieux, qu'elle auoit propos, & communication de conſeil, toutes les nuicts, auec S. Michel:* Eſtienne Paſquier, *és recherches de la France liu. 2. chap. 13.*

g) Illa ſe à Deo miſſam dixit; quod nonnullis verum videtur, aliis id negantibus: *vide* Eſtienne Paſquier *d. tr. liu. 5. chap. 4* Bernard d'Argentré *en l'hiſtoire de Bretaigne, liu. 18. pag. 1068.* Pontum Heuterum *rer. Burgundicar. lib. 4. pag. 107.* P. de Lancre *de l'incredulité & meſcreance du ſortilege, traicté 3. n. 13. p. 165. &* me *infra lib. 5. c. 22. in deſcript. ciuit. Aurelian. lit. s. & ſeqq.* nonnulli ſuum ſuſpendunt iudicium, & liberum id cuique relinquunt, credere hic quid velit. Bernard de Girard, *de l'eſtat & ſucces des affaires de France liu. 2. pag. 138.* ait: *Ceux qui croyent que c'eſtoit vne pucelle, enuoyée de Dieu, ne ſont pas damnés, ne ſont pas ceux qui ne le croyent point.*

h) *Louys XI, eſtimant, que le plus grand ennemy qu'euſſent eu les Anglois, c'eſtoit S. Michel, lequel meſmement n'auoit laiſſé venir en leur ſubiection le lieu, où de tout temps, & ancienneté on luy a dedié vn temple, qui eſt le mont S. Michel, vouluſt dreſſer la confrerie de l'ordre de Cheualiers de S. Michel, quaſi pour eternel trophée, & commemoration des victoires, que ſon pere auoit obtenuës ſur les anciens ennemis de la France:* Eſtienne Paſquier *d. tr. liu. 2. chap. 13.*

i) Hiſpanorum patronus eſt Iacobus Apoſtolus: Spondanus *in Epitome annal. Baron. in anno DCCCXLIV. num. 5.* Polonorum, S. Stanislaus: Thuan. *lib. 57. hiſt. in anno MDLXXIV.* Venetorum, S. Marcus; Genuenſium, S. Georgius: Coquille *en l'hiſtoire du pays & Duche de Niuernois pag. 193.*

k) Coquille *d. pag. 193.*

l) *Les François de grande ancienneté auoient en l'enſeigne generale l'image de S. Denys, comme patron des Gaules, auec le cry, monioye Sainct Denys:* Coquille *d. pag. 193.*

m) Ferunt, Clodoueum, cum contra Alemannos præliaretur, & fere ſuccumberet, Ieſum Chriſtum in auxilium vocaſſe, & inter alia dixiſſe, quoniam Dii mei, (erat enim Ethnicus) me non exaudiunt, nec adiuuant, ſi tu mihi auxiliator nunc fueris, impoſterum tu ſeras *mon Ioue.*

(L'on

(L'on dit, que ceſte priere de Clouis ayant eu ſi bonne iſſue, depuis a ſerui à nos Roys de cri guerrier, & de mot pour raſſembler les gendarmes, quand ils ſe ſont trouués aux batailles, mais auec peu de changement, car ils s'eſcrient mon ioye S. Denys, comme s'ils vouloient dire en brief; Chriſt, que S. Denys a preſché en Gaule, eſt mon Ioue, c'eſt à dire, mon Iupiter. Et comme tout ſe change auec le temps, ce mon Ioue s'eſt tourné en mon ioye, par corruption de l'V de ioue, en l'Y Grec, de ioye, ainſi que pluſieurs eſcriuent; ſi ce n'eſt qu'on vueille dire, Chriſt eſt ma ioye: d'autant que la raiſon de Grammaire veut, que ioye ſoit nom feminin, & non pas maſculin, comme il faudroit, ſi mon ioye eſtoit bon langage. Quant à moy, ie n'ay point trouué cecy parmi les Chroniques bien anciennes, & ne me ſouuient de l'auoir veu en autheurs precedents le regne de Louys le Gros: Et toutesfois il faut, qu'il ſoit plus antien, puis que le Roman de la conqueſte de Bretagne la petite, (eſcrit auant l'an MCC) en fait mention, ainſi que d'vn cry ia familier aux Roys François. Il eſt vray, que les Romans, & principalement les autheurs de la conqueſte de Ieruſalem, le donnent auſſi aux princes François croiſés: Ita Fauchet *liu. 2. des antiquités Gauloiſes, & Françoiſes chap. 17. in fine.)* Fama eſt, cum oratio hæc Clodoueo ſalutaris fuiſſet, illa verba poſtea à Regibus Franciæ vſurpata pro clamore bellico, & teſſera ad conglobandos milites in prœliis; vſurpata, inquam, ſed paululum mutata in *mon ioye S. Denys*; quaſi breuiter dicere vellent, Chriſtus, quem S. Dionyſius annunciauit in Gallia, eſt meus Iupiter. Quemadmodum autem omnia mutantur tempore, ita & verba, *mon Ioue* verſa ſunt in *mon ioye*, litera V in Y commutata, vt plurimi annotarunt: niſi velimus dicere, Chriſtus eſt meum gaudium. Ratio enim Grammatica requirit, vt *ioye* (latinis ſignificat gaudium) ſit generis fœminini, non autem maſculini, cuius tamen eſſet, ſi recte diceretur *mon ioye*. Ego quidem in ſatis antiquis Chronicis hac de re nihil legi, nec memini me id obſeruare in ſcriptoribus, qui vixerunt ante regnum Ludouici Craſſi, cum tamen neceſſe ſit præſupponere tempus longe antiquius, quoniam fabuloſus hiſtoricus, *de occupatione minoris Britanniæ* (qui ſcripſit anno MCC.) huius rei mentionem facit, tanquam clamoris iam tunc vſitati, & recepti, à Regibus Franciæ. Eiuſdem farinæ hiſtorici, præcipue illi, qui de bello Hieroſolymitano ſcripſerunt, etiam huius clamoris vſum Principibus Francis, in crucigerorum ſacra militia occupatis, adſcribunt.

n) Eiuſdem cum Faucheto opinionis fuit Robertus Cenalis, vt refert Eſtienne Paſquier, *des recherches de la France liu. 6. chap. 19. circa fin.* vbi poſtea annectit; *(Si en cecy la diuination eſt excuſable, ie croirois, (ſi tant eſt toutesfois, que Clouis ait eſté le premier autheur de ceſte parole) que ſi lors de ceſte neceſſité (qui fut certes l'vne de plus grandes, que courut iamais ce braue Roy) il inuoqua l'aide de S. Denys, il vſa du mot de mon ioye, ſans aucun changement, comme s'il euſt voulu dire, que S. Denys eſtoit ſa ioye, ſon eſpoir, & conſolation, &*

Digitized by Google

auquel il auoit toute ſa fiance, vſant toutesfois d'vn article impropre, de Mon pour Ma, ainſi que nous voyons les Allemans, Anglois, & Eſcoſſois, pratiquer aſſes ſouuent, lors qu'ils n'ont parfaite information de noſtre langue, comme il eſt a preſumer qu'eſtoit Clouis, qui iamais n'auoit fait eſtat que des armes, entre ſes gendarmes François, la plus part deſquels eſtoient extraicts du pays de la Germanie. Ainſi, ayant eſte mis ce mot en auant par Clouis, par le moyen duquel il penſa que ſes affaires à demy deſeſperees, luy reuſciroient a bon effect; les Roys, qui de luy furent ſucceſſeurs, s'attachans eſtroitement à ceſte parole, comme ſacree, & pleine de grand myſtere, la mirent ſemblablement en œuure, lors qu'ils ſe trouuerent preſſés en quelque rencontre de guerre, ſans iuger s'il falloit dire ma ioye pluſtoſt, que mon ioye.) Si hic coniecturis indulgere licet, crediderim, (modo Clodoueus primum hac loquendi formula vſus ſit) eum in iſto periculo, (quod certe inter maxima computari debet eorum quæ vnquam ſubiit Regum ille eximius) implorando auxilium S. Dionyſii, vſum fuiſſe verbis *mon ioye*, quaſi voluerit dicere; ſanctum Dionyſium ſuum eſſe gaudium, ſuam ſpem, conſolationem, illique omnem ſuam fiduciam inniti, loco tamen articuli *ma*, qui fœmininus, & vocabulo *ioye* conueniens eſt, vſum fuiſſe maſculino *mon*; quemadmodum ſæpe fieri videmus à Germanis, Anglis & Scotis, vbi nondum in lingua noſtra ſatis eruditi ſunt, cuius exactam cognitionem neque Clodoueum habuiſſe (vtpote qui armis ſolum vacauerat inter commilitones ſuos Francos, quorum maxima pars ex Germania oriundi erant) probabile eſt. Poſtquam vero hæc vox ita à Clodoueo prolata fuiſſet, ſpe melioris ſucceſſus rerum ſuarum, quæ tunc male ſe habebant; Reges, qui eum in regno ſecuti ſunt, iiſdem verbis, quaſi aliquid ſacri, & myſterii illis ineſſet, vti amauerunt tunc, quando prælïantes in diſcrimine verſabantur, haud perpendentes an rectius diceretur *ma ioye*, quam *mon ioye*.

o) Occurrunt etiam alia exempla in lingua Gallica, quæ nos docent, vſum à regulis Priſciani receſſiſſe, vel ad euitandam cacophoniam, vel aliam imaginariam ob cauſam. Ita dicunt, *mon ame*, cum tamen, quoniam *ame* fœminini eſt generis, dicendum eſſet, *ma ame*, & per apoſtrophum, ne litera A reduplicetur, *m'ame*, quemadmodum fit in *m'amie*. Dicunt quoque *lettres Royaux*, in vicem *lettres Royales*, quaſi hoc lex Salica non admittat, ſed velit, vt, quod regium eſt, maſculinum ſit: quanquam hic in omnibus vſus non eſt vniformis.

p) Olim populorum, vt & Rerumpublicarum certi erant, & ſolemnes clamores bellici, (Florentinis quando ſui iuris erant, *Marzocco*: Coquille *d. p.* 195.) qui poſtea in deſuetudinem abierunt. Imo in pleriſque, vt etiam in ipſa bellica diſciplina, mutatio facta fuit fere apud omnes. Germani prælium inituri, procumbentes oſculabantur terram, (*les Lanſquenets baiſent la terre, quand ils marchent au combat*: Bellay *en ſes memoires*

liu.

liu. 1. *fol.* 34. *le meſme font les Suiſſes*: Idem *liu.* 3. *fol.* 111.) alii aliud agebant.

q) Eſt hoc templum in oppido, quod eiuſdem Sancti nomen præfert, vernacule dicitur *Sainct Denys en France*, (rationem huius appellationis ſuppeditat Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.* 101. *pag.* 718.) Lutetia paucis leucis diſtans, in regione illa ſitum, quæ ſpecialiter Francia audit. Eſt quoque & aliud S. Dionyſii templum in vrbe Lutetia.

r) Seruari hic memorantur diuerſa corpora Sanctorum; Dionyſii Francorum apoſtoli, Eleutherii, & Ruſtici; item Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, Hippolyti & aliorum: Merula *parte* 2. *Coſmograph. lib* 3. *cap.* 21. *pag.* 241. Sunt tamen, qui Lutetiæ S. Dionyſii ſacra pignora cuſtodiri tradant: Raderus *in Bauaria ſancta, pag.* 119. Verum cum inter Capitulum B. Virginis Pariſienſis, & inter Abbatem, religioſos, & conuentum S. Dionyſii præteritis ſeculis contentio eſſet de reliquiis S. Dionyſii Areopagitæ, Capitulo contendente, penes ſe eſſe caput S. Dionyſii; Conuentu vero aſſeuerante corpus totum ſibi eſſe, arreſto lis deciſa anno MCCCCX. d. XIX. April. dictumque, reliquias dicti Capituli eſſe caput Dionyſii Corinthii, at non Athenienſis, ſeu Areopagitæ: Paponius *lib.* 5. *arreſtor. tit.* 1. *n.* 5. Rouſſel *in hiſtoria iuridict. Pontif. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 18. *pag.* 453.

s) Sancti Dionyſii oſſa in Francia fuiſſe non ambigitur, at num adhuc hodie ibi ſint, controuerſia non caret. Licet enim hæc contentio, quæ inter monachos S. Dionyſii in Francia, & B. Emerani cœnobitas Ratisponenſes, in Germania, quæ iam tunc CLX. annos durauerat, (Vignier *parte* 2. *de la bibliotheque hiſtoriale pag.* 718.) à Pontifice Leone, huius nominis nono, anno MLII. deciſa ita fuerit, apud B. Emerani cœnobium S. Dionyſii oſſa integraliter, excepta particula vnica, & minima manus dextræ, contineri, vt apud Baronium *annal. Eccleſiaſt. tom.* 11. *ad annum MLII.* § *hoc eodem, p.* 192. legimus: Monachi tamen S. Dionyſii in Gallia, in hac ſententia acquieſcere noluerunt. Qui pro Emeranis, & cum illis ſentiunt, tradunt, Arnolphum Imp. oſſa S. Dionyſii, à Gallis ad monaſterium S. Emerani tranſtuliſſe: Raderus *d. p.* 119. quod Otho Friſingenſis *lib.* 6. *Chron. c.* 11. quoque refert, ſed ipſam veritatem rei in medio relinquit. Bzouius *tom.* 1. *hiſtor. Eccleſ. lib.* 10. *pag.* 120. *num.* 2. memorat, Carolum Simplicem, brachium S. Dionyſii Areopagitæ Henrico Regi Saxoniæ miſiſſe, certiſſimo argumento omnis iuris imperii à Gallis in Saxones, vna cum ſacris pignoribus tranſlati.

t) Sunt illic, præter Dagobertum, cœnobii conditorem, in choro verſus Meridiem, vt nomina loquuntur, Ludouicus Rex, filius Dagoberti; Karolus Martellus, Rex; Pipinus Rex, pater Caroli Magni; Karlomanus rex, filius Ludouici Balbi; Ludouicus rex, filius Ludouici Balbi. Viſuntur ibidem paulo inferiore loco, effigies ex alabaſtrite lapide, cippis nigri marmoris impoſitæ, quæ perhibentur (nam carent inſcriptionibus) Philippi Regis,

S. Ludouici filii; & Philippi Pulchri. In Choro, verſus Septentrionem, leguntur, Kallomanus rex, filius Pipini; Odo rex; Hugo Capet rex; Robertus rex. Henricus rex, filius Roberti; Ludouicus Groſſus rex; Philippus Rex, filius Ludouici Groſſi. Ad latus ſummi altaris ſeptentrionale ſitos teſtantur effigies tituliq; Philippum Longum & Karolum Franciæ, Nauarræq; reges, Philippi Pulchri filios; Philippum Valeſium, Ioannemque eius filium. Ad latus vero matutini, vt vocant, altaris, ſeptemtrionale, ſepulcrum eſt & effigies marmorea, Ludouici Hutini. Haud procul inde ſtatua eſt Karoli VIII. in genua procumbentis, cum Epitaphio. In medio choro, vbi monachi cantare ſoliti, ſepulcrum ſpectatur Caroli Calui. Poſt altare matutinum ſepulcra ſunt, Philippi Auguſti, qui Conquæſtor cognominatus, Ludouici VIII. Ludouici Sancti. In choro qui conditi, non ſatis conſtat, indicia enim deſunt. Extra chorum autem ſitos didici, verſus meridiem in ſacello, Karolum V. Ioannis filium, Karolum VI. Karolum VII. Viſitur haud procul inde magnificum Franciſci I. mauſoleum. In ipſo templo, qua ſeptentrio eſt, viſitur monumentum ex alabaſtrite, Ludouici XII. In nouo ſacello, quod rotunda forma ſe extendit ad ſeptentrionem in cœmiterium, magnifice poſiti leguntur, Henricus II. eiusque filii, Franciſcus II. Karolusque IX. Merula *d. cap. 21. pag. 242.* Porro in hoc templo ſepulti quoque ſunt, Henricus III. Henricus IV. eiusdemque filius, Ludouicus XIII.

u) (*Nos Roys*, (ait Coquille *d. tr. pag. 56.*) *outre les couronnes, dont eux & les Roynes, ſont couronnés, qu'ils ont laiſſées en garde au threſor de S. Denys en France, ont donné pluſieurs autres ioyaux d'or & d'argent, enrichis de pierreries, & autres choſes precieuſes, à ladite Egliſe S. Denys. La couronne, de laquelle les Roys ſont couronnés, en or & pierreries, eſt eſtimée à cent onze mil, huict cents quarante eſcus. Celle de la Royne, à trente cinq mille, huict cents, ſoixante eſcus. La croix d'or, donnée par le Roy Philippe Auguſte, eſt eſtimée à douze mil, ſix cents, quarante ſept eſcus. Le reliquaire du bras de S. Thomas, eſtimé dix mille, trente huict eſcus; vn calice d'agathe, taillé à perſonnages, beſtes, & oiſeaux, eſtimé dix mil eſcus; le reliquaire d'vn des ſaincts cloux, dont noſtre Seigneur fut attaché à la croix, eſtimé trois mil, ſept cents, trente eſcus: lingots d'or, dixhuict mil quatre cents eſcus: vn balay, ſans pareil, eſtimé vingt mil eſcus: vne eſmeraude eſtimé cinq mil eſcus: vne corne de Licorne, entiere, longue de ſix pieds & demy, peſant trente cinq marcs, trois onces, eſtimée onze mil, trois cents, vingt eſcus; les deux tables du grand autel, eſtimées ſeize mil, trois cent ſeize eſcus. La croix, qu'on dit auoir eſté forgée, & ouurée de la main de S. Eloy, qui eſtoit orfeure, eſtimée neuf mil, quatre vingts, ſeize eſcus; vn crucefix d'or, auec les pierreries, eſtimé dixhuict mil, ſoixante eſcus; les cercueils des corps Saincts, qui ſont, S. Denys, Ruſtique, & Eleuthere, & ſont d'argent blanc, auec les enrichiſſemens de l'armoire, où ils ſont, eſtimés quinze mil,*

Digitized by Google

mil, cent, quinze eſcus; le reliquaire du chef de S. Denys, eſtimé ſeize mil, ſept cents eſcus: Et pluſieurs autres ioyaux: & l'appretiation de tous monte à quatre cent, trente quatre mil, deux cents, quatre vingt douze eſcus) Reges noſtri, coronas, quibus ipſi, & Reginæ coronantur, in theſaurario S. Dionyſii Gallici cuſtodiæ tradiderunt, atque præterea huic Eccleſiæ plurima fecerunt dona aurea & argentea, gemmis, aliiſque rebus pretioſis exornata. Corona, qua Reges coronantur, aurea & gemmea eſt, & æſtimatur valere centies vndecies mille, octingentos ac quadraginta aureos coronatos; altera, qua Regina coronatur, valere creditur tricies quinquies mille, octingentos & ſexaginta coronatos: Crux aurea, quam Philippus Auguſtus Rex huic loco dedicauit, duodecies mille, ſexcentos quadraginta ſeptem coronatos: toreuma, quo reliquiæ brachii S. Thomæ continentur, decies mille, triginta octo coronatos. Calix ex achate factus, cui inſculpta animalia, aues, homines, decies mille coronatos: toreuma quod tenet vnum ex ſanctis clauis, quibus Saluator noſter cruci affixus, ter mille, ſeptingētos coronatos: maſſæ auri, octiesdecies mille quadringentos coronatos: carbunculus incomparabilis, vicies mille coronatos: Smaragdus, quinquies mille coronatos: cornu monocerotis integrum, ſex pedes longum, pondere triginta quinq; marcarum, & trium vnciarum, vndecies mille, trecentos & viginti coronatos: tabulæ duæ primarii altaris, ſedecies mille, trecentos & ſedecim coronatos: Crux, cuius fabricator S. Eloius dicitur, qui fuit aurifaber, nonies mille, nonaginta ſex coronatos: Imago Chriſti crucifixi, ex auro & margaritis, octiesdecies mille ſexaginta coronatos: feretra corporum ſanctorum, S. Dionyſii ſcilicet, S. Ruſtici & S. Eleutherii, argentea cum ornamentis capſularum, quibus continentur, quinquies decies mille, & quindecim coronatos: toreuma, vbi caput S. Dionyſii repoſitum, ſexies decies mille, ſeptingentos coronatos; & alia plura egregia, quorum totum pretium dicitur contingere, quadringenties tricies quater mille, ducentos nonaginta duos coronatos.

CAPUT XIV.
De Æternitate Regni Galliæ.

PRincipes mortales, Rempublicam æternam eſſe, Tiberius olim edicto monuit (*a*). Multi autem Francorum, non ſolum Monarchiam Imperii ſui æternam faciunt, ſed & Reges quoque ſuos non mori (*b*), nouo paradoxo mundo perſuadere conantur. Sic autem iſtam æternam (*c*) iactant, vt ad vltimum rerum finem (*d*), perpetuoque imperio duratura,

Digitized by Google

ra (*e*), cæteraſque in terra Monarchias ſibi ſubiectura (*f*) ab ipſis dicatur: quod pluſquam paradoxum eſt. At ſic miraculis certum (*g*), ſic à Deo decretum (*h*), ſic vaticiniis prædictum (*i*), memorant, quorum vnum nec ipſos Turcas lateat (*k*). Ita quidem illi, ſed citra aliorum aſſenſum, illorum maxime, qui imperium Romanum (*l*) æternum fore, ex prophetia Danielis colligunt. Non negauerim ego, poſt tot à mundo condito exortarum, (non quatuor ſolum (*m*), vt multis viſum, ſed plurium) monarchiarum fata, nonnullas, Dei beneficio, quæ vel hodie exiſtunt, vel futuræ ſunt, intra terminum ætatis mundo præſtitutum eſſe duraturas ad finem vniuerſi; de nomine vero, & numero illarum, ſoli Deo conſtare pie mihi perſuaſum habeo. A Deo imperia, & monarchiæ, non ſecus atque homines, vitam, vitæque terminum habent, quod ſi ex his vllam, vllumve remanere velit, donec veniat, quid ad nos (*n*)? Votis multi ſe eo vſque manſuros fruſtra laborant, ſemetque ipſos tandem decipiunt, à Deo ſolo hoc eſt, vel in præmium, vel in pœnam. Sane, præter vnicum Iudæum (*o*), qui Chriſto quietem ante fores domus ſuæ negauerat, non alium legimus mandatum accepiſſe, vt ambularet vſque ad finem mundi: Et hunc eiuſmodi mandatum accepiſſe, fabulam potius quam hiſtoriam olet. Cæterum diutius Francorum imperium ſtetiſſe (*p*), quàm multorum aliorum, non eſt quod dubitemus, poſtquam per mille & ducentos (*q*) & quod excurrit annos, continuaſſe dicitur, variis tamen agitatum procellis, adeo vt non procul abfuerit à ruina (*r*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Vide Cornelium Tacitum *lib. 3. annal. c. 6. f.* & Imp. Iuſtiniani *Nouellam 6. in fine*: ibi: *Imperium quod ſemper eſt.*

b) De quo infra *lib. 2. cap. 17. lit a.*

c) Balthaſar de Vias *in Sylua Regia pag. 384.*

d) *Le Royaume de France eſt le plus excellent de tous ceux qui ſont ſur la terre, & doit durer iuſques à la conſommation du monde, comme a bien remarqué Chaſſaneus, diſant: (en la partie 12. de ſon Cataloge de la gloire du monde.)*

Quic-

Digitized by Google

Quicquid ſit, hodie inter omnia regna mundi regnum Franciæ eſt excellentius alijs; nec poteſt ſane dici aliud fuiſſe præfiguratum, quam illud, de quo Daniel *in cap.* 2. vbi dicit: In diebus autem regnorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Non enim eſt regnum Romanorum, quia Romani non tenent illud, ſed Alemanni, gens à Romanis aliena: Ideo iſtud eſt regnum Chriſtianiſſimum, cum Rex noſter Chriſtianiſſimus dicatur: Iacques de Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap.* 153. *pag.* 1349.

e) *Guillaume Poſtel tient & aſſeure, pour pluſieurs raiſons, par luy alleguées, que la France, & le Royaume d'icelle, ne ſeront ruinés, & renuerſes par aucuns royaumes, qu'a la fin du monde, & que ce Royaume ſera, & eſtablira vne pure & entiere monarchie, auant que finir & terminer; & que tant qu'il ſera & durera, il ſera la loy à toutes les monarchies, Empires, Royaumes, & Republiques de la terre. ſoit qu'on vueille iuger & decider de ces choſes, par les conſtellations & influences celeſtes, ou par la deſtinée, ou fatalité d'iceluy royaume; ce qu'il confirme en ſon diſcours des lettres Phœniciennes,, & en ſon diſcours des origines des Gaules, & en ſon liure de l'interpretation du chandelier du Tabernacle, & hiſtoire de l'origine, loy & couſtume des Tartares, Perſiens, Arabes, Turcs & autres, Iſmaëlites, & Muhamediques:* Claude Duret *en ſes diſcours de la verité des cauſes & effects des decadences, mutations, changemens, conuerſions & ruines des Monarchies, Empires, Royaumes, & Republiques, chap.* 20, *pag.* 390. De Regni Hiſpaniæ acceſſione ad Regnum Franciæ, *vide ſupra cap.* 9. *lit. t.*

f) *Ceſt eſtat (de France) n'eſt pas à ſon dernier ſouſpir, & au dernier de ſes iours; mais il eſt preſt de raieunir, ſe reparer, & renouueller en ſes meſmes parties, & formes integrantes & integrales, que dient les Philoſophes, pour ſe conſeruer iuſqu' au dernier aduenement de Ieſus Chriſt, dernier aage du monde, & conſommation du ſiecle; auquel il ſe repreſentera ſeul & vnique, & fera comparoir tous les autres empires reduits en prouinces ſous lui, & comme reunu en ſon bercail, & pourpris, puis qu'il eſt predict, que le fils de Dieu venant, il ne ſe trouuera qu' vne monarchie, comme preſque à ſa premiere deſcente, il n'y en auoit autre, que celle des Romains:* Hugues de l'Eſtre, *en ſa remonſtrance, qua extat entre les memoires de la Ligue, au cinquieſme recueil, pag.* 18.

g) Semel iuraui in Sancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo; *Pſalmo* 88. Non alius Dauid ille, quam regius Gallorum ſanguis, nec thronus ille alius quam Gallicus; & Pſalmus ille, in quo tale vaticinium, ab Hebræis liliorum dicitur, in quo futura Francorum Regum dominationis æternitas in Dauide enarratur. Cumque ſacro chriſmate, diuinitus lato, Clodoueus vngeretur, vox illa quoque è cœlis intonuit; Nolite timere, manete in dilectione mea, quoniam quod timeat, non habebit Gallica potentia, ipſa toti orbi timenda,

menda, nec erit quod deficiat, in fide Chriſtianiſſima æternum manſura. Prædixerat etiam hoc D. Rhemigius regiæ Clodouei poſteritati, vltimisque tabulis æternum imperium Francorum Regibus pollicetur. Atque inter cæteras *θεωρίας*, pio cuidam Eremitæ, ſanctiſſima Virgo Deipara, pro Clodoueo iſtam obtulit. Hic eſt ille, cui regum Francorum Ieſus Chriſtus perpetuitatem conceſſit. Et quis nunc dubitet de æternitate Imperii Gallici, à tanta vate prædicta? Rex Salomon (*lib. 3. Regum c. 7.*) ſic templi ſui portam columnis diſtinxerat, vt duabus præcipuis hoc magnum opus fulciretur, vni Iachin, alteri Boos nomen erat, quarum in epiſtyliis varia liliorum ſerta eminebant. Iachin firmitatem perpetuam, Boos fortitudinem ſignificat, vt futuris ſapientiſſimus ille Rex Eccleſiam ſub firmitate liliorum perpetua, & fortitudine fultum iri oſtenderet. Agathias, Græcus autor, ſcribit: Francos inter omnes Chriſtianos rectiſſimæ eſſe fidei, ideoque fore putat, vt imperium habituri ſint maximum, firmiſſimum, diutiſſime duraturum, & perpetuum. Addamus iſtis, quod de quodam Hildegaſto philoſopho Hunibaldus refert vaticinium, ſine lege carminis, ſed furore entheato prolatum:

Veniet ab Oceano Francis victoria Deo,
Quicquid habet Latium, quicquid Germania tota,
Iuri cedet omne tuo bellicoſe Sicamber.
Hunc tibi cum dederit primum de nomine Regem,
Quem ſtatuent principes, iam ſine Rege Duces,
Tunc, illo vincente, Francus ſine fine regnabit.

Hildegaſtus ille ſub primis Francorum ducibus philoſophabatur, anno poſt Chriſtum natum CCL. audiebatque pro bellicoſo Sicambro Clodoueum, quem ita quoque D. Rhemigius cognominauit, dum baptiſaretur, mitis depone colla Sicamber. Verum quid vana tripodum deliria quærimus, vbi in religione orthodoxa certiſſima de Imperii Gallici æternitate ſufficient argumenta? Balthaſar de Vias, *in d. Sylua Regia, p. 384. & ſeq.*

b) Rabanus Maurus, *in tractatu de Antichriſto (qui relatus fuit in tom. 9. operum D. Auguſtini)* ſcribit; Dicit Apoſtolus Paulus 2. *ad Theſſalonicenſes*, Antichriſtum non antea in mundum eſſe venturum, niſi venerit prima diſceſſio, hoc eſt, niſi diſceſſerint omnia regna à Romano imperio, quæ prius illi ſubdita erant. Hoc autem tempus nondum aduenit: quia, licet videamus Romanum Imperium ex maxima parte deſtructum, tamen quamdiu Reges Francorum durauerint, qui Romanum Imperium integrum tenere debent, Imperii Romani dignitas non ex toto peribit, quia ſtabit in Regibus ſuis. Quidam vero doctores noſtri dicunt, quod vnus ex Regibus Francorum Romanum Imperium ex integro tenebit, qui in nouiſſimo tempore maximus, & omnium Regum vltimus erit. Hic poſtquam regnum ſuum feliciter adminiſtrauerit, ad vltimum Hieroſolymam veniet,

& in

Digitized by Google

&c in monte Oliueti ſceptrum & coronam ſuam deponet; & hic erit finis & conſummatio Romanorum Imperii, & Chriſtianorum, ſtatimque ſecundum prædictam ſententiam Apoſtoli Pauli, Antichriſtum dicunt futurum: Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 13. pag. 465.* Deponet coronam, vt tradit Balthaſar de Vias, *d. tr. pag. 393.* aut, vt ſummo Deo humanitate litet, aut, vt in ſummo pereuntis naturæ luctu, ipſe quoque ſuum, poſito diademate, teſtetur.

i) Alii alias reuelationes & prophetias, ſed conditionatas, referunt. *La race de Clouys a duré en longs ſiecles, & regnera, ſi elle n'eſt empeſchée, tant par multitude de factions, que guerres domeſtiques, corrumpuë d'ailleurs, & abaſtardie par la pareſſe & contentement des choſes proſperes; pourueu auſſi, que elle ſe conſerue en la religion Chreſtienne, ſuiuant vne ancienne prophetie, que i'ay ouy eſtre aux archiues de Rome*: Ita ſcribit Claude du Pré, *en l'abbregé de la vraye origine & genealogie des François, liu. 5. chap. 7. fol. 118.* Et Petrus Gregor. Tholoſanus *lib. 21. de republ. cap. 3. n. 20.* vbi tradit: Hoc mihi liceat, venia prius impetrata à doctioribus, & Chriſtianis principibus, dicere, vnam Francorum monarchiam, ſeu regnum, non defuturum, quamdiu ibi fides religioque Dei valuerit, & coletur: quia & ſpeciali fauore, & nota conſignatur à Deo, per miſſionem ſacri chriſmatis, & per miracula, quæ à maieſtate Regia facta ſunt. *Il y en a qui diſent, que le Roy Charle le Chauue, ayant eſté peu auant ſa mort transporté en eſprit hors de ſon corps, vid non ſeulement les ioyes de Paradis, mais auſſi les peines d'enfer, & comme les Roys, qui gouuernoient bien leurs Royaumes en ce monde, ſont bien gouuernés en l'autre: tellement qu'il y recognut aucuns de ſes predeceſſeurs, & parens, lesquels y eſtoient bien, & autres mal, ſelon leurs merites, & deſſertes: puis luy fut dit, que par les merites de Sainct Pierre, & Sainct Paul, S. Remy, S. Denys, & ſes compagnons, iamais le Royaume de France ne defaudroit, tant que la foy y ſeroit ſouſtenuë, bonne iuſtice entretenuë, & qu'on y vſeroit de bon conſeil; ainſi que cela eſtant, les Roys de France auroient puiſſance, & victoire ſur tous leurs aduerſaires indiffcrement:* Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 115. pag. 819.*

k) *Les Turcs ont vne prophetie, à laquelle ſur toutes autres ils adiouſtent foy, contenant, que l'eſpée des François, (qu'ils appellent Franki) les chaſſera de l'Europe, & renuerſera leur Empire. Dont ils ſont touſiours en merueilleuſe crainte & apprehenſion des François; Et comme dict vn certain Poëte:*

Nouerunt Solymi Francos, & Delphica rupes,
Tantus erat terror, tam formidabile nomen
Gallorum, quod non hodie gens vlla putatur,
Quam mage Turcarum timeat violenta poteſtas.

Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 151. p. 1304.* Niſi hæc particularis, & alia eſt prophetia, quam illa, cuius mentionem facit Lazaro Soranzo, *nel*

Ottomanno, part. 2. *n.* 49. *pag.* 68. Pierre Matthieu *tom.* 2. *de l'hiſtoire de Henry IV. liu.* 4. *narrat.* 3. *pag.* 117. & Turcarum lingua exhibet Baudier, *en l'inuentaire de l'hiſtoire generale des Turcs, liu.* 19. *circa fin. pag.* 922. Charronus nationi ſuæ adſcripſit, quod de Chriſtianis, ſine determinatione certæ gentis, in prophetia exprimitur, quæ ita ſe habet: Patiſſa homomos ghelur, cia ferun menlek & alur Kenzul almai alur, kapze iler iedi yladegh Giaur Kaleci cſikmaſſe on iki yladegh on laron Begbligheder. Euñ iapar, baghi diker, batheſai baglur, ogli keſi olur: onichi yldenſora Hriſtianon xeleci cſichar, ol Turcki gheresſine Tuſchure. Hoc eſt: *Noſtre Empereur viendra, il poſſedera le Royaume d'vn Prince infidelle, prendra la pomme rouge, & la ſoubmettra à ſa puiſſance, que, ſi iuſques à la ſeptieſme annee de ſa domination, le glaiue des Chreſtiens ne s'esleue, il dominera iuſques à la douzieſme annee, baſtira des maiſons, plantera des vignes, ceindra les iardins des hayes, engendrera des enfans: mais apres la douzieſme annee qu'il aura poſſedé la pomme rouge, le glaiue des Chreſtiens apparoiſtra, & mettra le Turc en fuitte. Per principem infidelem ils entendent vn Prince Chreſtien, car ainſi les appellent-ils; & par la pomme rouge, vne ville Imperiale, forte & importante, dans laquelle, & ailleurs, le Turc baſtira des maiſons, c'eſt à dire, conuertira les ſaincts temples à l'vſage de l'impieté Mahometane: Car par ce mot de baſtir, ceux qui ont commencé ceſte prophetie, veulent entendre l'vſurpation des maiſons de Dieu; plantera des vignes, par ces mots ils ſignifient l'eſtenduë de l'Empire Turc, & l'eſtabliſſement de leurs colonies, comme on le void en Hongrie, & Tranſſyluanie. Ceindra les iardins, c'eſt à dire, fortifiera les villes qu'il aura priſes ſur les ennemis. Engendrera des enfans, eſtendra le Mahometiſme bien auant dans les terres des Chreſtiens. Mais apres la douzieſme annee &c. dans quelque temps apres cogneu à Dieu ſa Maieſté diuine ouurant les yeux de ſa clemence ſur les Chreſtiens, vnira ſainctement les volontes de leurs princes, allumera d'vn ſainct zele leurs affections, & beniſſant leurs armes, les rendra victorieuſes des Turcs qu'il bannira du Leuant, & les faiſant remonter à leur chetiue ſource, les chaſſera iuſques dans la Scythie, d'où ils ſont ſortis, pour ſeruir de fleau aux Chreſtiens.* Hactenus Baudier. Sed paulo aliter Balthaſar de Vias, *in d. Sylua Regia, pag.* 418. *& ſeq.* Sub Imperatore Heraclio (ait ille) anno reparatæ ſalutis DCXXXII. Mahumetes pſeudopropheta horrenda impietate Aſiæ quoſdam populos circumuenit, quam ſub Alcorano ſcriptam reliquit, adeoque hoc ſcelus propagauit, vt illo viuente, Arabiam, Syriam, Ægyptum, Perſas & Meſopotamiam, infeſtauerit: qui antequam moreretur futurum dixit, legem ſuam per mille annos duraturam; habentque Turcæ inter ſuos faſtos prophetiam, per id tantum tempus Hottomanorum Imperium permanſurum, mox ſubuerſurum à Francis. Legitur illa quotannis in ſuis Mosquetis, vt illius ominis terrore vltro Chriſtianis aduerſentur: lugent inter vlulantes fœminæ, ſparſiſque comis infanda

ſanda vertunt altaria, ſicque credunt huic malo fato procurare, dum tam funeſto vaticinio perterrentur. Cuius verba Arabico idiomate hæc ſonant. Patiſſa homoz ghelur &c. Latino: Poſt duodecimum annum Chriſtianus gladius inſurget & apparebit, Turcam ipſum hactenus regnantem, retrorſum, vnde exorſus eſt, profligabit. Intelligunt illi pro duodecimo anno milliarium, apud quos noſter annus ſeculum eſt, & duodecimum, Lunale videlicet ad milliarium Solare reducitur. Interpretantur alii, poſt duodecimum annum, hoc eſt, poſt duodecimum Imperatorem, qui fuit Amuratus tertius. à quo, ſua quodammodo mole, cœpit obrui Hottomanica dominatio, & decreſcere à priſtina ſeſe augendi tyrannide. Illud idem à Sibylla prædictum fuit hoc carmine &c. (*lib.* 7. *oraculor.*) Cælatumque auro florem in tellure relinquent. Quod non niſi de liliorum floribus in ſcuto Gallico auro cælatis intelligi poteſt. Explicatque clarius Abbas Ioachimus, ſuper Iſaiam, (*cap.* 3.) Lilia, inquit, in ſolo Lunæ effloreſcent, videlicet in Imperio Mahumetano, cuius inſignia Lunæ cornu ſunt; auferetque dominus ornamenta calceamentorum ſuorum lunulas & torques. Atque alius, explicans illud D. Ioannis (*Apocal. cap.* 12.) *Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim*; dixit, quod Franci Lunas Hottomanicas ſubmittent Eccleſiæ Romanæ, & quod Byzantinum Imperium obtinebunt, ſuasque lunas, quas ſub Pharamundo priſci Galli pro inſigne habuere, recuperabunt.

l) Tertullianus *ad Scapulam fol.* 498. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris; quem ſciens à Deo conſtitui, neceſſe eſt vt ipſum diligat, & honoret, & ſaluum velit, cum toto Romano Imperio, quouſque ſeculum ſtabit, tam diu enim ſtabit. Vide me *de iure publ. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 7. *& ſeq.*

m) Certe ſomnium, & Nabuchodonoſoris, & ipſius Danielis, quod habetur diuinationum illarum *cap.* 7. quæ vulgo ſolent de Romano Imperio etiam accipi, vix Cæſarea tempora videntur attingere: quod cum aliis, tum & Ioſepho Scaligero recte viſum. Scilicet, totum illud de non niſi quatuor magnis futuris monarchiis, ſeu Imperiis mundi, plus habet famæ, quam veri: quippe cum olim in Aſia, iam ante Alexandrum, tot numero floruerint ampliſſima Imperia, Aſſyriorum, Babyloniorum, Medorum, Perſarum, non autem duo tantum, quod vulgo creditur: Aſia eadem poſt Romani Imperii interitum, itidem habuerit, hodieque ex parte habeat, vaſtiſſima regna, Saracenorum, Turcarum, Tartarorum, Perſarum, & Sinenſium: Europa vero viderit Francorum Regnum maximum, iam ante adeo tum Cæſareum nomen: etiam nunc vero floreat vaſta Hiſpanorum potentia, & Gallorum: Conring. *de Germanorum Imperio Romano, cap.* 11. *pag.* 93. Qui quatuor Monarchicas tantum nobis proferunt, ex Danielis oraculo, quaſi

quatuor Imperiorum terminus vniuerſus terrarum orbis coërcendus ſit, nã illi prophetæ ſcopum minus aſſecuti ſunt, illos manifeſte refellunt innumera Imperia veteri noſtraque memoria celebrata; Aethiopum, Arabum, Parthorum, Indorum, Scytharum, Tartorum, Moſchouitarum, Turcarum, aliaque permulta, atque adeo ipſum Romanorum, prope deletum, cuius præter nomen nihil pæne ſupereſſet, niſi renouatum & continuatum fuiſſet in Ioue Romano, qui tergemino diademate caput reuinctus, enſeque præcinctus gemino, res cœli, terræque gubernat, multo ſane auguſtius, quam vllus vnquam veterum Auguſtorum. Cuius Imperium ad ſeculorum exitum peruenturum eſſe permulti iam ex oraculis ſacris collegiſſe, putant. Itaque Romanorum fato perennitatem imperii vltro concedamus, quam ſuus olim vates carmine fatidico ſic effatus eſt: (*Virgil. Æneid. lib. 1. v. 282.*)

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi.

Monarchiæ tamen æternitas non euincit quatuor tantum Imperiis ſubiici debere terrarum orbem vniuerſum. Neque enim Danielis viſiones, ex quibus quatuor illas Monarchias hauriunt, ad hiſtoriam vniuerſam ſpectant, ſed ad ea tantum Imperia, ſub quibus Dei populus grauiſſima paſſurus erat. Sed nec ad præterita, verum ad futura tantum referuntur. Voluit enim Deus prophetæ ſuo patefacere, quænam futura eſſet populi ſui conditio ætatibus inſecuturis. Anxius erat Propheta captiuus, de populi captiui liberatione, proſpiciebat Cyrum venturum ab Iſaia iam pridem prædicatum; expectabat lapſum annorum ſeptuaginta, à Ieremia præſtitutum: quibus exactis, ſperabat, non ſolum Propheta, ſed populus etiam vniuerſus, poſt tot exantlatos labores, ſe dulci quiete fruituros. Admonet Deus, vt animos parent ad fortiter ſuſtinenda, tolerandaque pericula, illos Monarchis quatuor potentiſſimis ſeruituros, nimirum Babylonio, Perſæ, Græco, & Romano, antequam adueniat regnum illud æternum, & nunquam euertendum, quod reliqua omnia conteret. Hæc oraculi ſententia eſt, (*ſi* Iohanni Temporario *lib. 1. chronologicarum demonſtrationum, cap. 8. p. 48. credimus*) quam euentus maxima iam ex parte comprobauit. Adi etiam, ſi placet, Bodinum, *method. hiſtor. capite* 7. ac Dureti *caput. 23. libri, de la verité des cauſes & effects des decadences &c. & ruines des Monarchies.*

n) Ita Chriſtus apud Iohannem, *cap. vlt. verſ.* 22.

o) Tempore Henrici IV. Regis *il courut vn bruit par la France, qu'vn Iuif s'eſtoit apparu à pluſieurs, & diſoit auoir touſiours veſcu depuis le temps que noſtre Sauueur eſtoit au monde, & qu'il deuoit viure touſiours voyageant par le monde, iuſques au dernier iugement:* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, ch.* 152. *pag.* 1307. & *de eodem* idem *d. tr. chap.* 151. *pag.* 1287. *Aucuns diſoient, auoir veu dans Strasbourg vn Iuif, lequel dit aux Seigneurs de la ville, qu'il auoit deux*

cents

centes ans, qu'il auoit paſſé par leur ville, & que regardans dans leur Regiſtre, ils en trouueroient vn acte de ce temps-la; comme ils feirent, & le trouuerent, auec grand esbahiſſement. Puis leur diſt, qu'il auoit touſiours voyagé depuis la paſſion de noſtre Sauueur, & n'auoit plus à aller qu'aux parties Occidentales, pour eſtre au bout de ſon pelerinage; & qu'en apres le dernier iugement viendroit. Et iterum idem, *d. tr. chap. 147. pag. 1198. Paul Eizen, Docteur en Theologie, & Eueſque de Scheleszuuig, raconte, auoir veu, en l'an de Salut MDXLII. dans la ville de Hambourg, en Allemagne, vn grand homme, qui ſe diſoit eſtre Iuif, ayant long cheueux, pendans ſur les eſpaules, nuds pieds, auec chauſſes à la marine, vne iuppe pendante iusques ſur les genoux, & vn manteau touchant quaſi iusques contre terre, paroiſſant aagé d'enuiron cinquante an, diſant auoir nom Ahaſuerius, eſtre couſturier de ſon meſtier, & auoir touſiours veſcu depuis le temps que noſtre Seigneur eſtoit au monde, auquel luy-meſme auroit eſté fort contraire, parce qu'il l'auoit ouy tenir pour vn abuſeur par les grands Preſtres, & Scribes, de ſa nation; tellement que lors qu'il portoit ſa croix paſſant deuant ſa maiſon, & ſe voulant appuyer contre, pour ſe repoſer, il l'en auoit repouſſé auec iniures, luy monſtrant le lieu du ſupplice, où il deuoit aller: mais que noſtre Sauueur, le regardant viuement, luy diſt en ſubſtance cets mots: Ie m'arreſteray, & repoſeray, mais tu chemineras. Dont ſoudain ne ſe pouuant plus arreſter en ſa maiſon, il ſuiuit noſtre Sauueur, & le veit crucifier: puis auroit touſiours depuis eſté errant par tout le monde, ne ſçachãt ce que Dieu veut faire de luy en le retenant ſi long temps en cette miſerable vie, ſi ce n'eſt, qu'il le vueille reſeruer iusques au iour du dernier Iugement, pour ſeruir de teſmoing de ſa mort, & paſſion, afin de touſiours conuaincre d'auantage les infideles & Athriſtes; mais, que de ſa part, il deſiroit qu'il pleuſt a Dieu l'appeller. Et apres auoir eſté enquis par pluſieurs doctes perſonnages des voyages qu'il auoit faits, & de tout ce qui s'eſtoit paſſé en toutes les contrées du monde, où il auoit eſté depuis ce temps-là, en rendit ſi bon & aſſeuré teſmoignage, que chacun en eſtoit eſmerueillé; diſcourant au ſurplus volontiers de la parole de Dieu, entendant les predications, & monſtrant vne faſcherie extreme, lors qu'il voyoit iurer, ou blaſphemer le nom de Dieu. Au reſte, eſtoit taciturne, ne parloit point ſi on ne l'interrogeoit, ſçauoit les langues de tous les pays où il alloit, ne rioit point, beuuoit & mangeoit peu, ſi on luy donnoit plus de deux, ou trois ſols, il bailloit le ſurplus aux pauures, diſant qu'il en auoit aſſés pour lors, & que Dieu auroit ſoing de luy, auec pluſieurs autres choſes ſemblables; dont chacun de ceux qui le veirent, furent merueilleuſement eſtonnés. Aucuns diſent, qu'il auoit vn eſprit familier; autres, que c'eſtoit vn ſorcier, ou quelque mauuais ſpectre; & autres, voyans qu'il aimoit tant à parler de Dieu, eſtimoient que c'eſtoit pluſtoſt vn homme naturel, & neantmoins n'en ſçauoient que croire, à cauſe des choſes qu'il diſoit.*

p) *Le Royaume de France a duré plus que n'a fait aucune monarchie, em-*

pire, ou Royaume du temps iadis, fors & reſerué la monarchie, ou empire des Aſſyriens: Duret *de la verité des cauſes & effects des decadences &c. des monarchies &c. chap. 20. pag. 390. Nul ne peut nier, que la monarchie Françoiſe ne ſoit beaucoup plus noble, excellente & ancienne, qu'aucune autre qui ſoit, ny ait encores iamais eſté. Attendu meſme, que celle des Aſſyriens, qui ſeule pourroit ſembler auoir autant duré que la noſtre, ne peut toutesfois auoir encores eſté auſſi noble & excellente: veu qu'elle a eſte gouuernée par Semiramis, la plus orde paillarde qui fut iamais, & par des princes vicieux de diuerſes Nations & lignées, au contraire du Royaume de France, qui ne fut oncques ſubiet à des femmes, ny poſſedé par autres Princes que François; entre leſquels, combien qu'il y en ait eu aucuns faineants, toutesfois aucun ne ſe trouuera auoir iamais eſté meſchant, ny imitateur des infames laſciuités de Sardanapale*: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 91. pag. 654.*

q) *Il y a douze cents ans, & plus, que la monarchie Françoiſe eſt ſoubs ſes Roys tres-Chreſtiens. Long temps auparauant elle a eu ſes Roys, & Roys payens, leſquels toutesfois elle ne met en conte, parce que tout l'ornement de ſa couronne eſt fondé ſur ſon Chriſtianiſme*: Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlemens, chap. 4. pag. 42. Qu'on prenne garde à toutes ſortes de Monarchies, qui ſont & furent iamais au monde, il ne s'en trouuera aucune, en quelque contrée ny pays que ce ſoit, qu'on puiſſe verifier auec bons autheurs, auoir auſſi longuement continué ſoubs vne meſme principauté, ou gouuernement, que le Royaume de France. Car il eſt certain, comme apert par infinis Hiſtoriens François, & eſtrangers, que la Monarchie de nos Roys a deſia continuellement duré douze cens ans, depuis Pharamont iuſques à preſent*: Charron *d. pag. 654. Il y a preſque douze cens ans, que le Royaume de France eſt commencé en la famille de Vuarramond, ou Faramond, & a eſté continué en la famille de Merouée, Charlemaigne, & Hué Capet, iuſques à preſent, ſans qu'il aye peu eſtre esbranlé, ou ruiné par les guerres ciuiles, & eſtrangeres. Ce qui eſt eſtrange, & admirable, d'autant que le royaume d'Egypte n'a duré mil ans au plus; & les Royaumes des Lydiens, Tyriens, Argiues, Corinthiens, Lacedemoniens, Atheniens, n'ont excedé, & ſur paſſé 900. ans. Que ſi la monarchie, ou empire des Aſſyriens, a duré beaucoup plus de douze cens ans, cela n'eſt de merueille, attendu qu'il eſtoit fort facile à icelle monarchie, ou empire, de florir longuement, pour eſtre au commencement du monde, & n'auoir aucune monarchie, empire, ou royaume, qui luy fuſt hayneuſe & ennemie*: Duret *d. chap. 20. pag 390. & 391.* vbi ſubnectit cauſas, propter quas Monarchia Francia tantum durauerit temporis: *La premiere, à cauſe de la loy Salique, qui ne reçoit au Royaume que le fils aiſné du Roy defunct, ſes autres enfans n'ayans aucune part & portion audit Royaume, que certains appanages; & les filles eſtans du tout excluſes de la couronne. La ſeconde, la clemence & bonté des Roys, qui ont touſiours oublié & pardonné les iniures & offenſes, faites & commiſes*

miſes enuers leurs Maieſtés, & vengé & puny ſeuerement celles, qui eſtoient faites à vn chacun de leurs ſubiects. Et la derniere, la iuſte & proportionnee harmonie & conuenance des trois Eſtats, de l'Egliſe, la Nobleſſe, & le tiers Eſtat, auquel eſt nombré la iuſtice, & les finances. Verum Ludouicus Aurelianenſis *dict. loc. pag.* 43. pro vnica cauſa ponit iuſtitiam, eiusque adminiſtrationem.

r) Meminit Aymonius de quodam vaticinio Baſſinæ, Baſſini Regis Toringorum vxoris, quæ, relicto marito, nupſit Childerico regi Francorum adhuc pagano, quod videretur noſtris temporibus, ſi verum eſſet, finem minari monarchiæ Gallicanæ, quem tamen Deus auertet, etſi maxime concutiat. Cum enim Baſſina prima die nuptiarum conueniſſet cum Childerico, admonuit, vt à thoro coniugali illa nocte abſtineret, & rogauit, vt ante fores palatii exiret, & quæ vidiſſet ſibi renunciaret. Is autem vidit primum foras magnarum formas beſtiarum, veluti deambulantium, pardorum ſcilicet, vnicornium, leonum, quibus perterritus ad coniugem rediit commemorans viſa: illa bono animo eſſe eum imperauit, & vt ſecundo, ac tertio id faceret, edixit. Quare iterum reuertenti Regi, apparuerunt vrſorum, luporumque circumcurſantium imagines. Tertio quoque regreſſus, aſpexit canum figuras, minorumq; animalium ſe inuicem lacerantium. Quorum viſiones Baſſina ſic ei interpretata eſt, eſſe præſagia morum futurorum ſucceſſorum. Noſtro, inquit, qui primus ſurget à ſemine, filiique cenſebitur nomine, inſignis erit potentiæ, quem leonis & vnicornis conſpexiſti in ſpecie. In figura ſane lupi & vrſi ſignantur eius poſteri, virtute prævalidi, rapinæque auidi. At canis libidinis impatiens, meliusque virtutis ſine ope humana eſſe prævalens, eorum præſagit ignauiam, qui vltimis in ſeculis huius Regni potientur ſceptris. Porro minorum turba animalium, ſemetque inuicem lacerantium, populus eſt ſine timore principum. Qui dum regni primoribus mutuo ſeſe odio impugnantibus obſequitur attentius, variis ſeſe implicat cauſarum tumultibus: dumque proceres alterutris ſeſe moliuntur priuare honoribus, illis ignobile vulgus fauendo, patet ſine numero cædibus. Hæc ſunt ipſiſſima verba vaticinii, nihil addidi; iudicet autem qui voluerit, num hæc conueniant noſtris temporibus, & ſi exiſtimet conuenire, det operam, ſi in eius eſt poteſtate, vt reſtituatur prior ætas. Quod ad me pertinet, nihil poſſum certi proferre: ſcio tamen quod in mentem venerit anno Domini MDLXXIII. quo tempore Luteciam inuiſi primum, vt coronationi Henrici III. de regno Poloniæ, & Polonicis legatis, ibi exſiſtentibus, faciendæ, intereſſem, dumque contemplarer ſtatuas Regum Galliæ, in palatii parlamenti aula diſpoſitas, viuente adhuc Carolo IX. cuius ſtatua erat in vltimo angulo aulæ, iuxta & retro aulæ egreſſum: venit, inquam, in mentem, nullum locum intra illam aulam ſupereſſe, quo recipi poſſet futuri regis imago, niſi alius ordo inciperetur,

tur, aut extra portam poneretur; tuncque cœpi quibuſdam amicis, viriſque clariſſimis, qui mecum aderant, & cuncta, velut æditui peritiſſimi, eius palatii ordine monſtrarant, neſcio qua opinione tunc motus, videri illud quippiam male ominari Galliæ. Quid autem contigerit poſt mortem Caroli IX. & Henrici III. temporibus, nec refero, nec oportet, notiora enim ſunt. Quid autem futurum ſit, & Deus quoque ſolus nouit, & noſtrum non eſt de his ſententiam ferre. Hoc tamen mihi liceat, venia prius impetrata à doctioribus, & Chriſtianis principibus, dicere, vnam hanc monarchiam, ſeu regnum, non defuturum, quam diu ibi fides religioque Dei valuerit, & coletur: quia & ſpeciali fauore, & nota conſignatur à Deo, per miſſionem ſacri chriſmatis, & per miracula, quæ à maieſtate Regia facta ſunt. Hæc Tholoſanus *de Republ. lib. 21. cap. 3. n. 20.* cui, quod epiphonema attinet, lubens accedo; de cætero non ignarus, (*que la France eſt vn vieux desbauché, qui a faict ce qu'il a peu pour mourir, & qui vit en deſpit des Medecins*: Balſac, *en ſon Prince, num. 163. pag. 181.*) quod Francia eſt inſtar ſenis diſſolutæ vitæ, qui omnia fecit, vt moreretur, adhuc tamen viuit vel ingratiis medicorum.

NOTI-

NOTITIAE REGNI FRANCIAE

LIBRI SECVNDI

CAPVT I.

De Nomine Regis, & Imperatoris.

VT Romanis, aliisque populis, Regis nomen exoſum (*a*) factum, ita contra Gallis adeo gratioſum & acceptum(*b*), vt monarcham ſuum hoc potius quam quoquam alio venerari ament, ipſeque eo potius quam alio (*c*) vti volupe ducat. Fuerunt quidem inter Reges ſecundæ ac tertiæ lineæ nonnulli, qui titulo Imperatoris vſi (*d*), ac in poteſtate reliquorum quoque fuit eo vti (*e*); quemadmodum etiam hodie adhuc appellantur à Turca (*f*), & aliis extra Chriſtianum orbem degentibus (*g*): At placuit, placetque maiori numero potius Regis nomen, quam Imperatoris, licet ad hoc illis incitamento eſſe poſſit quorundam ſuorum dogma, quod titulus Imperatoris priuatiue ad Regem Franciæ pertineat (*h*), quod Rex Franciæ ſit Imperator natus (*i*), quod Regi Franciæ meliori iure, quam Germanorum Imperatori, conueniat (*k*); quod Principes Germaniæ nomen Imperatorium, Caroli Magni regis Francorum armis ac virtute partum, nullo iure vſurpauerint(*l*). At hæc iure, meritoque, ad animum non admittunt (*m*). Ita vero hodie vſus fert, vt non ſolum Princeps Romanogermanus Imperator audiat, ſed & Turca (*n*), Moſchus (*o*), Tartarus (*p*), Marocus (*q*), Abyſſinus (*r*), Monomotapenſis (*s*), Calecutenſis (*t*), ac ſine dubio adhuc alii. Et notum eſt, aliquando in Hiſpania (*u*), à Regibus hoc nomen

aſſumptum fuiſſe. Cæterum cum Monarchæ Franciæ, Regis titulus ad guſtum ſit, non deſunt aſſenſatores, qui eundem Imperatorio præſtare (*x*) ſcribant. Antiquiorem eſſe non negamus, ſed ad præſtantiam rei hic non ſufficit antiquitas. Regis nomen ante Imperatoris in vſu fuit ita promiſcue, vt exiguæ quoque Regem habuerit ciuitas (*y*): Imperatoris cœpit apud Romanos (*z*), & licet auguſtius poſtea factum ſit, ſtatim tamen ab initio illi datum, qui exercitui imperabat (*aa*), cuius munus arduum magis, quam Rectoris alicuius ciuitatis, vbi vix mille ciues, maioremque requirens induſtriam, quoniam bellicum, indeque ſplendidum magis atque præclarum. Hinc dubium non eſt, Ducem exercitus, qui Imperator dicebatur, dignitate tunc ante quam plurimos Reges, vel regulos, fuiſſe & eſſe debuiſſe. Quamquam autem non ante omnes, præſertim illos Reges fuit, qui maxima regna tenebant: tamen poſtea perquam multis, etiam ex illorum numero prælatus. Iudicum (*bb*) nomen apud Populum Iſraeliticum antiquius fuit Regio, non tamen inde præcellentius. Quemadmodum res quæ ante aliam fuit, non exinde potior eſt: ita nec nomen. Venerabiliorem (*cc*) titulum Regis, quam Imperatoris, vbique eſſe non credimus, ſed alicubi tantum, ſcilicet vbi hoc receptum. Nec enim vnquam in hoc conſenſerunt gentes, nec ratio naturalis hoc illis præſcripſit. In Europa Chriſtiana maior pars nomen Imperatoris Regio præfert. Non, quaſi poteſtas maior Imperatoris, quam Regis; ſed quod venerabilis adhuc Imperii Romani memoria ſuperſit in illo, qui Imperator Romanogermanicus appellatur. Et cum Imperii Romani maior fama, quam vllius Regni, orbem impleuerit, nonnulli, boni ominis cauſa, aut quod ad conſimile faſtigium contendere in votis habebant, Imperatorium ſibi attribuerunt titulum: Quamquam alii titulo Ducis, Principis, vel Regis contenti, nihil in vocabulo intereſſe arbitrantur, dummodo eodem iure & imperio rerum poteſtatem teneant (*dd*). Porro, ſuauiorem titulum Regis eſſe, quod Rectorem vel Gubernatorem notet;

quam

quam Imperatoris, qui ab imperando, vel iubendo, dicatur, parui momenti traditio eſt. Lingua latina *regere* (*ee*) & *iubere* aliquando coniungit, aliquando ſeparat. In propria tamen ſignificatione quandoq; ſuauius eſt audire iubentem, quam percipere regentem. Imperatur enim hominibus, reguntur autem beſtiæ: cumque Reges frequenter regendi poteſtate (*ff*) hoc modo in homines ac ſi beſtiæ eſſent, vterentur, illorum nomen atrocioris ſenſus tunc factum, atque inuiſum (*gg*), non minus ac alibi fuit appellatio Imperioſi (*hh*). In Francia autem, quamuis propter nimia onera, ſubditi clitellarii (*ii*) à nonnullis dicuntur, Regium tamen nomen apud eos ſemper in veneratione permanſit, licet, per abuſum, & iocum, plurimis quoque aliis, quam monarchæ, attribuatur, immoderata liberalitate (*kk*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Cum deſierunt Reges Romæ, & alibi, imperare ſecundum ea, quæ regimen, & recta gubernatio exigit, cœperunt populi deteſtari hoc nomen, ſub quo antea male habiti erant: Tholoſan. *de Republ. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 1. Et potiſſimum Romani, qui Reges ſibi adſciuerant à tempore Numæ, eos propter Tarquinii ſuperbiam, & filii ſtuprum Lucretiæ illatum, Vrbe exegerunt, ac nomen capitali odio impoſterum proſecuti ſunt. Hoc Scipio apud Liuium *lib.* 27. *cap.* 21. Hiſpanis inſinuauit, quando ab iiſdem Rex appellabatur: Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum eſſe: Regalem animum in ſe eſſe, ſi id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacite iudicarent, vocis vſurpatione abſtinerent.

b) *Les François ont le tiltre de Roy autant en amour, que les Romains l'auoient en horreur*: D'Aubigné, *en l'hiſtoire vniuerſelle, tom.* 3. *liu.* 3. *chap.* 23.

c) *Empereur, & Empire, ſont tiltres, que les Roys de France ont, pour en vſer s'ils vouloient, comme celuy de Rome, & a eſté faict en celuy de Grece, auparauant ſa cheute*: Bouchel *au threſor du droit François tom.* 1. *vers. Empereur, pag.* 1133. Rex Franciæ in ſuo Regno Imperator eſt, & dici poteſt: Bald. *in l. exemplo, C. de probat*: Chaſſan. *part.* 5. *catal. gloriæ mundi conſil.* 30. *Et nul Monarque de la terre ne peut s'attribuer tiltre quelconque de Maieſté, qui ne ſoit deu au Roy de France*: Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire generale de France, tom.* 1. *pag.* 98. *n.* 4.

d) *Pluſieurs Roys de France ont pris le tiltre d'Empereur, non ſeulement en la ſeconde, mais auſſi en la troiſieſme race, depuis Hugues Capet: Car Philippes pre-*

pes premier, Louys le Gros, & Louys le Ieune, ioignirent à leur tiltre de Roy de France, celuy d'Empereur, comme on peut voir en pluſieurs anciens actes: Chaſſan *en la recherche des droits du Roy & de la couronne de France liu. 2. chap. 1. p. 12.* Du Tillet *au recueil des Roys de France, liu. 2. tilt. tiltres, grandeur, & excellence des Roys & Royaume de France &c. pag. 171. Charles VIII. delibera faire ſon entrée à Naples, le XII. iour de May MCCCCXCIV. comme Empereur des Romains, Roy de France, de Naples, de Sicile, & de Hieruſalem. En ceſte entrée il prit le tiltre de Charles Ceſar Auguſte:* Fauyn *au theat. d'honneur liu. 3. p. 851. Nos Roys ont touiours reputé leur Royaume de France tellement Imperial, que apres auoir obtenu l'Empire Romain, ils en ont bien ſouuent faict moins de conte, & iceluy reputé de moindre dignité que leur Royaume; teſmoin pluſieurs anciennes inſcriptions, & epitaphes, que rapporte André Valladier, en ſon liure de la baſilique de S. Arnoul, par leſquelles on voit, que Charlemagne, & Louys le Debonnaire ſon fils, ſont qualifiés Roys de France, & Empereurs, en prepoſant la qualité de Roys de France à celle d'Empereur, qu'ils nommoient la derniere:* Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 91. pag. 637.*

e) Les Roys de France ſont Empereurs en leur Royaume, ayans porté le tiltre d'Empereur, iuſques au Roy Philippe Auguſte, & ne l'ont laiſſé, que quand ils ont iugé, celuy de Roy n'eſtre pas moindre: Sceuole & Louis, de ſaincte Marthe, *en l'hiſtoire genealogique de la maiſon de France, liu. 1. pag. 13. Louys VIII. delaiſſa la qualité d'Empereur:* Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 132. pag. 979.*

f) Machometes III. in literis ſuis, nominat Regem Henricum IV. *Empereur de France:* vide Pierre Matthieu *liu. 6. narrat. 4. de l'hiſtoire de Henry IV. pag. 584.* Michel Baudier *en l'inuentaire de l'hiſtoire generale des Turcs liu. 16. chap. 20. pag. 648. & liu. 17. chap. 14. pag. 724.* Mariſottum *in Henrico Magno, cap. 44. pag. 145.* Idem etiam factum ab aliis Turcarum Imperatoribus, erga alios Reges Franciæ: vide Bouchel *audit threſor tom. 2. pag. 701.*

g) In articulis pacis factæ inter Regem Galliæ, & Regem Maroci, Rex Galliæ appellatur *Empereur de France:* le Mercure François *tom. 17. part. 2. pag. 175.*

h) (Le tiltre d'Empereur appartient aux Roys de France priuatiuement à tout autre prince, comme deſcendant de Charlemagne, par lequel l'Empire eſtoit des Grecs paſſé aux François. Et le Pape, Allemand de Nation, Eſtienne VIII. du nom, ne pouuoit pas, auec equité, faire du cuir d'autruy large courroye, & annuller ſans ſubiect ce, que ſon deuancier, de pluſieurs années, le Pape Leon III. du nom, auoit ordonné ſacrant, & couronnant Empereur Charlemagne, l'an DCCCI. l'inueſtiſſant luy, & ſes ſucceſſeurs, Roys de France, de l'Empire d'Occident, anathemiſant, iuſques au dernier iour du iugement, tous ceux, qui les en depoſſederoient, & troubleroient: Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 1. chap. 2. pag. 28.*

& liu.

Digitized by Google

& liu. 3. pag. 737. vbi aſſerit, *que le tiltre d'Empereur n'appartient qu'aux ſeuls Roys de France.*) Titulus Imperatoris priuatiue competit Regibus Franciæ, inter omnes cæteros principes. Nempe Reges Franciæ deſcendunt à Carolo Magno, qui Imperium à Græcis tranſtulit in Francos. Nec potuit Stephanus VIII. Papa, natione Germanus, iure, de alieno liberalis eſſe, & ſine cauſa annullare id, quod eius anteceſſor, Leo III. iam olim conſtituerat, quando anno DCCCI. Carolum Magnum coronauit in Imperatorem, atque illum, eiuſque ſucceſſores Reges Franciæ, inueſtiuit de Imperio Occidentis, anathemati in perpetuum ſubiiciens omnes, qui eos in poſſeſſione illa turbare, aut ea expellere, conarentur.

i) Idem Fauyn *d. liu. 3. pag. 849.* docet, Carolum VIII. Regem Franciæ, anno MCDXCIII. Romam ſolemni pompa ingreſſum fuiſſe, *comme Empereur nay*; additque, eundem XX. Ianuarii die poſtea, à Papa fuiſſe coronatum *Empereur d'Orient & de Conſtantinople.*

k) (*Le Roy de France eſt Empereur à meilleur tiltre que l'Empereur d'Allemagne; celuy-cy ne l'eſtant que par election, & celuy-là par ſucceßion, & de naiſſance; de ſorte que ſa couronne eſt affermie ſur vn piedeſtal inesbranlable. Que s'il ſe qualifie plus ordinairenent Roy, qu'Empereur, il luy plaiſt ainſi, pour autant, que le tiltre de Roy eſt plus auguſte*: Scipion du Pleix *en ladite hiſtoire generale de France tom. 3. p. 306. n. 9.*) Rex Galliæ Imperator eſt, meliori titulo quam Imperator Germaniæ, hic enim non niſi electione talis eſt; ille vero ſucceſſione, & natiuitate; hinc corona eius fundamento nititur firmiſſimo. Quod ordinario ſtylo potius Regis, quam Imperatoris titulo, vtitur, ex beneplacito eſt, quia titulus Regis eſt auguſtior.

l) Ita Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 213.* ſed mitiora tradit idem & fere contraria huic loco, *lib. 6. de Republ. cap. 5. pag. 1135.*

m) Aberrant à vero pleraque, & reliqua nullius momenti ſunt, quæ à Francogallis hic effutiuntur. Reges Franciæ à Carolo Magno deſcendere, ambiguo ſermone dicitur. Si ſanguinem reſpicimus, deſcendentes Caroli in Gallia iamdudum eſſe deſierunt; ac nec omnes quidem ex illis ad regnum admiſſi, qui ad id iure ſanguinis admittendi fuerunt. Quod ſi vero deſcendentes, reſpectu adminiſtrationis Regni, in quo Carolus ante ipſos temporis gradu fuit, appellantur, eodem ſenſu etiam Imperatores noſtri in Imperio deſcendentes Caroli dici poſſunt. Franciæ populus, excluſo ſanguine Carolino, Hugonem Capetium ad adminiſtrationem Regni admittens, non potuit ei aliud concedere quam quod ipſe habuit: Non habuit autem tunc Imperium Romanum. Ergo &c. Sed vt rem ab ouo deducamus, quantum quidē contra Francogallos pro Germanis facit, expendendum eſt, Carolum Magnum titulum Imperatoris, cum Imperio, vel accepiſſe à Romanis, vel iure belli nactum eſſe: vtraque autem opinio ſuos patronos habet. Si accepit

à Romanis, inquirendum eſt, qua intentione illi hoc ei conceſſerint, & qua ille acceperit. De mente populi certis documentis non conſtat; vnde Hugo Grotius, *de iure belli & pacis, lib. 2. cap. 9. n.* 11. qualis ea fuerit, contra communem opinionem diſputat. Egimus ea de re, quando *in Capitulationem Caroli V. Imper.* commentati fuimus, quoniam vero hic non cum Romanis, ſed cum Francogallis nobis res eſt, potius ad id reſpiciendum, qua mente Carolus Imperium acceperit, ac quomodo vſus eodem fuerit; quam qua illi à Romanis datum. Quamquam ſi Pontificibus (qui illi ſucceſſerunt in officio, à quo, vt, inter populum, ſtatu & autoritate primo, conceſſio facta dicitur) fidem adhibemus, opus haud eſt Germanorum ius contra Francos aliunde corroborare. Græcis enim ablatum & in Germanos translatum fuiſſe Imperium, Innocentius III. *in c. venerabilem, de electione,* & Clemens V. *in Clementina* 1. *de iureiur.* diſerte, & aperte docent. De mente Caroli, potiſſimum ex actionibus, quæ indices eiuſdem eſſe poſſunt, peti debet quod ſtatuendum. Habuiſſe autem Carolum Imperium atque titulum Imperatoris pro re ſua, & propria, exinde patet, quoniam inter filios, (quorum tunc tres erant, Ludouicus, Pipinus & Carolus) diuiſit totum Regni corpus, atque, vt verba diſpoſitionis, apud Goldaſtum, *inter conſtit. Imperial. pag.* 10. ſonant, Regni, & Imperii ſui, heredes reliquit. De Imperatorio titulo expreſſe quidem tunc nihil diſpoſuit, non tamen illum à Pontificis arbitrio, ac electione dependere, cum Imperio, putauit, vt Baronius *annal. tom. 9. in anno DCCCVI. §. 24. n. 46. pag.* 575. falſo tradidit; ſicut alibi monuimus. Poſtquam enim Pipinus, & Carolus, morte, ante teſtatorem Carolum patrem, abrepti fuiſſent, ipſe ſenex, Ludouicum, vnicum adhuc ſuperſtitem filium, conſortem ſibi totius Regni, & Imperialis nominis heredem conſtituit, vt Einhardus *in vita Caroli*; vel, vt Aldhelmus Benedictinus, *in annal. Francor. ad annum Domini DCCCXIII.* habet, coronam illi impoſuit, & Imperialis nominis ſibi conſortem fecit. Idem etiam alii docent, quos adducit Goldaſtus *in rationali ad dictas conſtit. Imper. pag.* 17. qui, licet verbis non omnino conueniant, in hoc tamen concors eorum eſt traditio, Carolum patrem Ludouico titulum Imperatoris conceſſiſſe. Nullus autem eorum, vllam Pontificis vel Populi Romani, conſenſus, mentionem facit: Contulit ergo Carolus eundem, vt rem ſibi propriam, nec ab alieno conſenſu pendentem. Et, quod notatu dignum, eum, tanquam ſeparatum ab Italiæ Regno, Ludouico contulit. Nam, Italiam quod attinet, Bernhardum nepotem ex Pipino filio, Carolus Italiæ præfecit, & Regem appellari iuſſit. Hoc Regnum tamen, poſt mortem Bernhardi ad Ludouicum peruenit. Ludouicus, non minus quam pater titulum Imperatoris pro proprio, & ſuo, habuit, æque vt Regna paterna. Viuus enim adhuc, filium Ludouicum, Regem Bauariæ; Carolum, Regem Vaſconiæ; & Lotharium, Regem Italiæ

Digitized by Google

Italiæ fecit, eique ſimul Romam, cum titulo Imperatoris aſſignauit. Vnde conſuetudo inter deſcendentes, in familia Carolina, cœpit, vt nemo titulum Imperatoris aſſumeret, niſi cui eſſet Regnum Italiæ. Poſt mortem autem patris, ex prædictis filiis tribus (aut patris diſpoſitione contentis, aut alia diuiſione, præſertim eorum bonorũ, quæ nondum à patre diuiſa, facta) ſuam quisque portionem tanquam propriam, & liberam poſſedit: Lotharius, Rex Italiæ, ac Lotharingiæ, & Imperator; Ludouicus, Rex Germaniæ; Carolus, Rex Franciæ, audiuit. Neutrius vero portio ab alterius portione vllo modo dependit, ſed vnusquisque abſoluto iure ſuam habuit, & independentem ab alio: *quo de videri poteſt* Leheman. *in Chr. Spirenſi lib. 2. c. 46. p. 200.* Lotharius portionem ſuam iterum tres in partes diuiſit, & primogenito Ludouico aſſignauit Regnum Italiæ, cum titulo Imperatoris; ſecundogenito, Lothario, Lotharingiam; tertio, Carolo, Prouinciam, ipſe vero in Prumienſe monaſterium ſe contulit: Atque hactenus iure paterno Imperatorius titulus filiis datus. Poſtquam vero Ludouicus, cui eodem modo, quemadmodum diximus, Imperatorius titulus obuenerat, viuere deſiit; Carolus Caluus, Rex Franciæ, quo proximiorem excluderet à ſucceſſione, titulum Imperatoris & Regnum Italiæ, à Romanis, & Pontifice petiit, atque obtinuit: Carolomannus autem, filius Ludouici Regis Germaniæ, iuris paterni vindex, exercitum in Italiam duxit, & poſt fugam Caroli, Optimates Italiæ ad ſe venientes benigne habuit, ac diſpoſita regione pro arbitrio, in Bauariam reuerſus eſt. Nonnulli vero ex optimatibus illis, Romanos coëgerunt, vt Carolomanno fidelitatem iurarent. Pontifex Romanus hinc maxime irritatus, in Franciam ſe contulit, & Ludouicum Balbum, demortui Caroli Calui filium anno CCMLXXVIII. coronauit in Imperatorem: ſed is, præter titulum, nihil obtinuit; Regnum enim Carolomannus tenuit, quo mortuo, frater eiusdem, natu minimus, qui Carolus Craſſus dictus, Rex Germaniæ, in Italiam profectus, Lombardiam, & totum Italiæ Regnum occupauit, ac Romæ, à Ioanne VIII. Pontifice Maximo, in Imperatorem coronatus fuit, anno DCCCLXXXI. Poſtea, nempe an. DCCCLXXXVII. Carolus Craſſus à Principibus Germaniæ regno exutus, atque in locum eius Arnulphus, filius Carolomani ſuffectus fuit. Mortuo Carolo Craſſo, cum Berengario, Duce Foroiulienſi, Vido, Dux Spoletanus, de Regno Italiæ bello decertauit, obtinuit, & coronatus fuit Imperator. Huic in Regno ſucceſſit filius, nomine Lambertus, atque itidem coronam Imperialem ſuſcepit. Cum vero Berengarius iterum ſe huic opponeret, Formoſus, Pontifex, ad ſedandos Italiæ tumultus, Arnulphum, Germaniæ Regem, anno CCMXCIV. accerſiuit, qui eo venit, & Regnum Italiæ, atque titulum Imperatoris, ſuſcepit. Poſt eius mortem, Itali ad Regnum vocarunt Ludouicum, Prouinciæ Gallicæ Regem, & dominum, qui corona Imperiali,

anno

anno CCMXCIV. Romæ à Pontifice inſignitus traditur. Hunc Berengarius anno CMIV. cepit, & occæcauit; atque à Pontifice, Iohanne IX. coronam Imperialem extorſit, & Imperatoris nomine vſus eſt. Pontifex vero deinde Lambertum, Vidonis filium, de quo antea diximus, aduocauit, & in Imperio confirmauit, quo mortuo anno CMXIX. Berengarius, à Pontifice Iohanne X. propter pulſos Saracenos, vt alii volunt, anno CMXV. Imperator creatus, ſiue Rex, vt alii tradunt, anno CMXXIV. interemptus fuit. Inſequenti tempore Italia Reges ſibi creauit, & habuit, Rudolphum (quem alii viuo adhuc Berengario ad Regnum vocatum ſcribunt) Burgundiæ Regem, Hugonem Comitem Arelatenſem, qui fuit Lotharii Comitis Arelatenſis filius, Lotharii, Lotharingiæ Regis, nepos: Lotharium, dicti Hugonis filium: Adalberti, Epotheodiæ Marchionis, Berengarii ſenioris, ex filia Giſſa, nepotem. Qui, vbi vna cum filio Adalberto, truculenter Eccleſiam, atque totam Italiam diuexaret, Otho I. in Italiam venit, Berengarium deuicit, atque captiuum, cum filio, in Germaniam miſit; paulo poſt tamen captiuitate ſolutos, in Longobardiam remiſit. Vbi Berengarius multa crudeliter egit, adeo vt Iohannes XII. Pontifex, miſſis in Saxoniam legatis, Othonem precibus pulſarit, amore Chriſtianæ religionis, & Italiæ ſalutis ſtudio, exercitum adduceret, & Eccleſiam, Caroli Magni exemplo, à tyrannide Regum vindicaret, pro opera, Imperatoris titulum, & dignitatem accepturus. Venit Otho, Mediolani coronatur Rex Italiæ, & poſtea Berengarium fugientem inſecutus, adit Romam, ibidem anno CMLXII. à Iohanne Pontifice ſalutatur Imperator, & à populo fidelitatis iuramentum ſuſcipit. Sed ad obſidendum Berengarium ſe conuertens, (quem poſtea cepit, & captiuum in Germaniam deduci curauit, vbi in carcere mortuus) Pontifex, mutata voluntate, & fide, Adalbertum, Berengarii filium, clam intromittit, eidemque tradit Vrbem. Quo cognito, rediit Otho cum exercitu, &, cum Pontifex, atque Adalbertus fuga ſe ſubduxiſſent, denuo Vrbem, religione iuriſiurandi obligatam, cogit renouare promiſſionem, atque in Iohannis, fugitiui Pontificis locum ſubſtituit Leonem. Sedatis motibus in Vrbe, Otho proficiſcitur ad conſtituendos principatus, Spoletanum, & Camerinum; Romani interea corrupti ab Adalberto, Berengarii filio, Iohannem reuocant, & expellunt Leonem, nec non poſt mortem Iohannis, in Pontificatu ſurrogant Benedictum. Hac perfidia grauiter offenſus Imperator, reducit exercitum ad Vrbem, atque eam denique accipit in deditionem. Sic Otho Imperatoris titulum, & Imperium nactus fuit, quod ab eo vſque tempore apud Germanos permanſit. His præmiſſis, contra Francogallos ſtatuo, I. ad Francogalliæ Regnum Imperatoris titulum, & Regnum Italiæ nunquam pertinuiſſe, nec Carolum illud cum eodem connexiſſe; itaque ad Reges Franciæ Imperatoris titulum priuatiue non pertinere. II. Quod exſtincta Caroli Magni proſa-

proſapia, Imperium ad Francogalliæ Regnum non peruenerit, nec iure pertinuerit. Non enim à Carolo vllibi ita conſtitutum legitur, neque ab eiusdem deſcendentibus. Nec vero ſucceſſio in bona, vel regna Carolinæ proſapiæ, magis Francogallis deberi potuit, quam Germanis. Aut, ſi omnino debita, Imperium potius ad Germanos, apud quos Carolina progenies, quæ tunc Imperium tenebat, finem accepit, pertinuit, quam ad Francogallos, quod nec Bodino incognitum *lib. 6. de Republ. cap. 5. pag.* 1133. Diuerſa ſi quis teneat Regna, non concorporata, quorum quodlibet liberum, nec ab alio dependens eſt, & moriatur ſine heredibus, nullum horum Regnorum in alterum quicquam iuris prætendere poterit, ſed vnumquodque liberum erit, & ſibi Regem conſtituere poterit, quem voluerit. III. Poſito, non conceſſo tamen, Francogallis ius aliquod ſuccedendi in Regna deficientis familiæ Carolinæ fuiſſe; quoniam vero eandem familiam Regno Francogalliæ priuarunt, quando Carolum Lotharingum, Ludouici Transmarini filium ad Regnum non admiſerunt, Hugoni Capetio id addicentes, non potuerunt hereditatem eius cernere, quem pro ſuo habere amplius noluerunt; nec debuerunt ab eo compendium ſperare, quem diſpendio affecerant. IV. Otho Germanus, Imperium, ac titulum Imperatoris, non extorſit Franciæ Regi, nam tunc non hic, ſed Itali eo gaudebant. V. Conſecutus autem vtrumque fuit, eodem plane modo, quo Carolus Magnus: nempe, Italiam liberans à tyrannide, iure belli Regnum obtinuit, &, in hoſtimentum operæ, à Pontifice, & Romanis, Imperator proclamatus eſt. In eo tantum differentia deprehenditur, quod Carolus ſibi atque deſcendentibus ſuis, non autem Regno ſuo, Imperium addixit: Otho vero, & ſucceſſores eiusdem, non ſibi ſolum, & ſuis, ſed Germaniæ regno Imperium addixerunt. VI. Vnde tantum abeſt, vt Reges Galliæ Imperatores (Romani) naſcantur, vt ne quidem fieri, vel eligi Imperatores poſſint; non enim Germani ſunt. Qua de re plura alibi. VII. Denique ſi iure belli, non autem ex collatione Pontificis, Carolus Magnus Imperium obtinuit; iure belli ipſe vel ſui id iterum amittere potuerunt: & iure belli occupare Otho illud potuit, quod alii Carolinis eripuerant, & ne quidem Carolinis ipſis, ſi ſuperfuiſſent, reſtituere obligatus fuiſſet, ſi ſequimur exempla, à Grotio, *lib. 3. de iure belli & pacis, c. 6. n. 7. & in additionibus ad eundem*, relata. Et hæc contra Francogallos; nam ſi cum Romanis nobis res eſſet, alia arma ipſis opponi poſſent.

n) De Imperatore Romano, vt & de Turcarum Imperatore, res in vulgus nota, vt teſtimonia adferre plane ſuperuacaneum ſit. Illud autem à Michel Baudier, *en l'hiſtoire generale du Serrail, & de la cour du grand Seigneur liu. 1. chap. 4. pag.* 32. docemur, Turcum ſe profiteri Imperatorem victorioſorum Imperatorum.

Digitized by Google

o) Moſcouitæ titulus non vnus idemque ſemper fuit. Dux dictus ab aliis, tunc, quando Tartarorum Principi tributarius erat. Baſilius I. ab imperio Tartarorum deficiens, ſe magnum Dei cubicularium, & Moſcouitarum Regem, appellauit. Alios maximi Imperatoris appellatione vſos, memorat Bodinus *de Republ. lib.* 1. *cap.* 9 *p.* 224. Dicitur etiam Magnus Dux, & à ſuis *Czar*, id eſt, Imperator: Cluuer. *lib.* 4. *introduct. Geograph. cap.* 28. *p. m.* 276. vel Cæſar. Prætendit quoque ipſe, ſe ex Cæſarum Romanorum familia deſcendere: Olearius in der Neuen Orientaliſchen Reiſe *pag.* 149.

p) Zauolhenſis horda, quæ Tartariæ pars eſt, magna quondam dicebatur, quia ex hac cæteræ ortum duxerant; vnde etiam Imperator eorum *Vluchan* appellabatur, id eſt, Magnus Dominus, ſiue magnus Imperator. Idem Cluuer. *d. tr. lib.* 5. *cap.* 4. *pag.* 284. Tartari quo tempore Cangius electus fuit rex, vocarunt ſuum ducem vel regem, *Caan*, id eſt, ſuo idiomate, Imperatorem, vel Regem: Tholoſan. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 8.

q) Le Mercure François, *tom.* 17. *part.* 2. *pag.* 175.

r) Abyſſinus Monarcha dicitur *Acegue*, hoc eſt, Imperator: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. vlt. pag.* 1375. & *Neguz*, id eſt, Rex: Alſtedius *lib.* 18. *encyclop. parte* 3. *cap.* 12. *pag.* 1158. *n.* 47.

s) Qui Monomotapam tenet in Æthiopia, à ſuis *Monomotapa* appellatur, quod Imperatorem exprimit: Cluuer. *d. tr. lib.* 6. *cap.* 10. *pag.* 359.

t) Malabar regio Indiæ &c. regna continet ab ſingulis vrbibus denominata &c. Horum *Calicut* cætera præſtat; cuius Rex *Samory* incolis, id eſt, ſummus Imperator ac Deus in terris vocatur: Cluuer. *d. tr. lib.* 5. *cap.* 9. *pag.* 297. *Le Roy de Calecut s'appelle Samery, c'eſt à dire, Imperator: Notice des dioceſes de l'Egliſe vniuerſelle, pag.* 307.

u) Quidam Reges Aſturum, & Caſtiliæ ditionibus aucti, ſeſe aliquando Imperatores dici voluerunt; vt Alphonſus VI. occupato de Saracenis, vel Agarenis, Toleto, & Alphonſus VIII. Tholoſan. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 8. (*Alfonſe Raymond, Roy de Caſtille*, (ita ſcribit Louys de Mayerne Turquet *en l'hiſtoire generale d'Eſpagne, liu.* 9. *pag.* 354.) *ſe fit couronner Empereur des Eſpagnes, en la principale Egliſe d'Arragon; lequel tiltre fut confirmé depuis, ainſi qu' aucuns hiſtoriographes Eſpagnols eſcriuent, par le Pape Innocent deuxieſme, combien que les Roys, ſes predeceſſeurs, qui auoient vſurpé ſemblables tiltres, pour eſtre ſouuerains en leurs terres, ſans recognoiſtre aucune autre puiſſance ſeculiere, ne s'eſtoient ſeruis de telle confirmation. Aucuns diſent, que ce couronnement fut fait à Toledo: ils adiouſtent auſſi, qu'à celle cité fut confirmé le nom d'Imperiale, par ce Roy Don Alfonſe VIII. & à icelle oftroyées armoiries, & blaſons, tels, qu'elle les porte à preſent; qui ſont, vn Empereur à robbe d'or, ſeant en vn throſne, & tenant vn monde en la main gauche, & vne eſpée en la droite.*) Alphonſus Ræmondus, Rex Caſtiliæ, ſeſe fecit coronari Imperatorem Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpaniarum, in primaria Eccleſia Aragoniæ; qui titulus poſtea ipſi à Papa Innocentio II. vt nonnulli hiſtorici Hiſpaniæ annotauerunt, confirmatus fuit, licet ipſius prædeceſſores qui ſimili titulo vſi fuerant, tanquam nullum ſuperiorem in ſecularibus recognoſcentes, eiuſmodi confirmationes neglexiſſent. Sunt qui tradant, hanc coronationem peractam fuiſſe in ciuitate Toletana, addantque illi titulum ciuitatis Imperialis confirmatum ab eodem Rege Alphonſo VIII. nec non adſignata inſignia, quibus adhuc ſuperbit, nempe, Imperatore, aurea veſte induto, throno inſidente, globum mundi ſiniſtra ferente manu, & dextera gladium.

x) (*Il eſt vray*, (inquit Scipion du Pleix, *tom. 1. de l'hiſtoire generale de France pag. 98. n. 3.*) *qu'a parler proprement, le nom de Roy eſt plus ancien, plus venerable, plus auguſte, & meſme plus doux (car c'eſt à dire, gouuerneur) que celuy d'Empereur (qui ſignifie commandeur) tiltre premierement donné aux grãds capitaines Romains, qui auoient gaigné quelque groſſe bataille ou pris quelque ville d'importance, ſur leurs ennemis. Et les Ceſars (ſçachans que le nom de Roy eſtoit odieux aux Romains, le retindrent depuis qu'ils eurent vſurpé l'authorité ſouueraine, & deſtruit la Republique Romaine. Mais les autres nations ont touſiours preferé le tiltre du Roy à celuy d'Empereur.*) Certe, ſi quod verum eſt amamus loqui, nomen Regis antiquius, venerabilius, auguſtius, imo & dulcius eſt, (ſignificat enim gubernatorem) quam Imperatoris, (quod iubentem notat) qui titulus primum datus fuit egregiis Ducibus militiæ Romanæ, poſtquam magno prælio hoſtem deuiciſſent, aut vrbem alicuius momenti occupauiſſent. Cæſares, (perpendentes nomen Regium Romanis odio eſſe) idem poſtea retinuerunt, vbi ſummam poteſtatem, deſtructa republica Romana, ſibi propriam fecerant. Cæteræ autem nationes ſemper titulum Regis prætulerunt Imperatorio. Vide quæ contra hæc ſcripſi *in addit. ad lib. 2. iuris publici c. 1. poſt n. 43.*

y) Tholoſan. *de Republ. lib. 19. cap. vnico, n. 9.*

z) Tholoſan. *d. tr. lib. 6. cap. 9. n. 1.*

aa) Menoch. *conſil. 302. n. 47.* & ego, *de iure publico, lib. 2. cap. 1. n. 2. & ſeqq.* Tholoſan. *d. c. 9. n. 1. & 5.*

bb) Quin etiam veterum Græcorum Reges, non alio, quam iudicum nomine fuiſſe appellatos, tradit Bodinus *de Republ. lib. 4. c. 6. pag. 704.*

cc) Nomen Regis, ſi recte conſideretur, adeo auguſtum non eſt. Nam teſte Loyſeau *des Seigneuries, chap. 2. num. 17. le terme de Roy conuient mieux aux ſimples princes, qu'aux princes ſouuerains, eſtant dit* Rex à regendo; *& en grec* βασιλεὺς *quaſi* βάσις τοῦ λαοῦ, *la baſe, & aſſeurance, & non pas le ſeigneur & dominateur du peuple: Et l'Empereur meſme eſt vn nom d'office, non de Seigneurie, ſignifiant celuy qui exerce le commandement.*

dd) Albertus Crantzius *lib. 5. cap. 23.* (allegatus à Cabotio *lib. 1. diſpu-*

diſputat. c. 7. fol. 20.) referens, Birgerium quendam electum in Regem Sueciæ, ducis nomine contentum regio abſtinuiſſe, addit; Nihil intereſt in vocabulo, rex an dux quis cenſeatur, dum eodem iure, & imperio, omnium rerum poteſtatem teneat.

ee) Ita apud Virgilium *Æneid. 6. v. 851.*

Tu regere imperio populos, Romane, memento.

ff) Ita ſæpius apud Liuium *lib. 1. c. 17.* poſtquam Romulus ſublatus, ait: *In variis voluntatibus, Regem tamen omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta.* & *lib. 2. cap. 15.* Romanorum legatos introducit, ad Porſenam loquentes: *Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe.* Nec non *lib. 37. cap. 54.* Rhodiorum legatos in Senatu ita perorantes; *Reges ſerua omnia, & ſubiecta imperio ſuo eſſe velle.* Idem pateſ ex Tacito *lib. 5. hiſtor. c. 8.* vbi de Regibus Iudæorum agens, ait: *Qui mobilitate vulgi expulſi, reſumpta per arma dominatione, fugas ciuium, vrbium euerſiones, fratrum, coniugum, parentum, neces, aliaque ſolita Regibus auſi.*

gg) Vide *ſupra lit. a.* ac hoc etiam aliis obtigit. Syllæ crudelitas, quam in dictatura exercuit, dictatores infeſtos reddidit: Vexilliferos Florentinis inuiſos fecit Franciſci Valorii effrænata dominandi libido. Tyranni quoque appellationem, propter eos, qui patriam oppreſſerant, populis omnibus teterrimam fuiſſe perſpicuum eſt: Bodinus *de Republ. lib. 2. cap. 4. pag. 312.*

hh) L. Manlius dictator, inuiſus, & ante omnia inuiſum ipſum ingenium atrox, cognomenque *Imperioſi*, graue liberæ ciuitati, ab oſtentatione ſæuitiæ adſcitum: Liuius *lib. 7. c. 4.*

ii) (*Aucuns ſe gauſſans de la facilité, & obeiſſance de noſtre nation,* (ait Theuet *és vies des hommes illuſtres, liu. 4. chap. 5. pag. 286.*) *ont peint vn cocq auec vn baſt, pour ſignifier, qu'encores que le François tienne le premier rang entre les autres parties de la Chreſtienté, ſi eſt-il baſtier, & ſupporte toutes les charges, qu'on luy met ſur le dos. Et pour cette ſeule occaſion les François ſont appellés* clitellarii, *par aucuns, qui ont prins plus de peine à refuter les imperfections de nos princes, qu'à priſer ce qui eſtoit exquis, & remarquable en eux.*) Quidam illudentes facilitati & obedientiæ noſtræ nationis, pinxere gallum clitellarium, quo ſignificarent, Francogallum, licet primas teneat inter omnes Chriſtianos populos, eſſe tamen clitellarium, & ferre quodcunque ei imponatur onus. Hoc ſolo reſpectu Francogalli dicuntur clitellarii, ab iis quibus volupe magis fuit annotare imperfectiones noſtrorum Regum, quam laudibus celebrare illorum virtutes. De Maximiliano I. Imp. fertur, quod Regem Galliæ, Regem aſinorum, dixerit: Manlius *in locis communib. loco de Magiſtratu pag. 585.* eo ſenſu, quo ille apud Plautum (*Moſtell. act. 3. ſc. 3. v. 93.*) dicit:

Muliones mulos clitellarios

Habent;

Habent; ego homines habeo clitellarios:
Magni ſunt oneris, quicquid imponam vehunt.

kk). *Roys d'armes* dicuntur *les principaux Heraux*: *Roy des Ribaux, lequel auoit cognoiſſance ſur tous ieux de dés & de brelans, qui ſe font en l'oſt, & cheuauchée du Roy, & prend tribut ſur les logis des bordeaux, & a l'execution des criminels, condamnés par les Mareſchaux de France, ou leurs Preuoſts*: Rageau en *l'indice des droits Royaux, pag. 637. Roy des Merciers, eſt celuy, que le grand chambrier de France commettoit pour auoir authorité ſur les merciers, pour viſiter leur marchandiſe, leurs poids, & aulnages. Roy de la bazoche appellatur ille, qui eſt le chef des clercs, & practiciens de la cour de Parlement, ou d'autre iuſtice, quand ils font leurs monſtres, & ieux. Roy des arbaleſtriers, des barbiers, des arpenteurs, des meſtiers, & autres ſemblables, pour le ſuperieur d'entre eux, qui a ſurintendance ſur eux, par lettres du Roy, ou autrement.* Sic & olim apud Romanos, ac alibi, rex, regina, ſacrorum, vel ſacrificiorum, rex ſacrificulus: rex pueritiæ, Reges ærarii, Rex conuiuii, feſtis Saturni diebus, quibus inter alia æqualium ludicra, regnum luſu, & talo ſortiebatur (cui haud abſimili fortuna par cenſeri poteſt *le Roy de la febue* in Gallia, qui in feſto trium Regum, vnaquaque fere in domo, ille fit, cui pars libi, in qua faba reperitur, ſorte obtingit) Rex conuentus, Rex Menſæ &c. Ragueau *pag. 638.* Laurens Bouchel *tom. 3. de la bibliotheque, ou threſor du droit François p. 417.*

CAPVT II.

De ſucceſſione in Regnum Franciæ.

AN olim Franciæ regnum ſuffragiis, & electione collatum fuerit, an ſucceſſione? non inter paucos eſt litigioſum. Vtriſque, & qui pro electione (*a*), & qui pro ſucceſſione (*b*), pugnant, argumenta, eaque haud leuia, ſunt. Communior tamen opinio, quæ ſucceſſionem fouet, primas obtinuiſſe videtur. Hodie ſucceſſioni locum eſſe, nemo ambigit, quæ adeo Francis commoda (*c*) videtur, vt electionem quæ alibi in vſu eſt (*d*), flocci faciant, damnentque, quanquam non ſatis merito (*e*). Cæterum, pro regula ſit: Succeſſione Francorum Regnum delatum. Ad exceptionem vero referq́, quod Pipinus, exautorato Chilperico (*f*), Regnum ſibi ſuiſque peperit, atque in nouam traduxit familiam, quæ ſecunda

Regum Franciæ dicitur; cui Hugo Capetus tertiæ (*g*) familiæ caput par retulit (*h*). Et ſi contingat familiam hanc (quod Deus longiſſimos prohibeat in annos) aliquando omnino deficere, (quemadmodum, per humanam conditionem, contingere poteſt, & ni infortunium olim diuina manu temperatum foret (*i*), ſub finem ſuperioris ſeculi ſine dubio eueniſſet) quis eſt qui dubitet, niſi ab vltimo ſucceſſor (ſi tamen id ei licitum) alius denominetur (*k*), electioni locum dari poſſe? De violentia nihil hic dicam, tanquam de re abominabili; noui tamen, non neminem ea adminiculante electitium Regnum reddere promiſiſſe (*l*). Succeſſiones autem cum variæ ſint, & inter illas, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ac iure hereditario, ſciendum eſt, Francos nullam harum (*m*) admittere, ſed legitimam ſucceſſionem (*n*) appellare, qua Rege moriente, ex lege Regni primo ſanguinis regii principi, ſtatim, absque vllo interuallo temporis (*o*), defertur Regnum, iure quidem ſanguinis, ſed citra onus & nomen heredis. Hinc debita anteceſſoris ſui ſoluere non tenentur (*p*), nec eorum promiſſis pactiſue ſtare (*q*), niſi Regni fides interuenerit, aut pecunia in vtilitatem Regni conuerſa fuerit, vt plurimi docent; quibus tamen contradictum fuiſſe (*r*) nouimus.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Hoc thema tractat Hottomannus *in Francogallia toto cap. 6.* & pro electione multa ex variis autoribus adducit. Sed celebre ſuum nomen inſolentis huius tractatus editione infamaſſe, ſcribit Moriſotus, *in Henrico Magno cap.* 11. *p.* 33. Facit etiam pro hac opinione Roberti Regis confeſſio, quando in charta de anno MXV. (*extat apud* Loiſel *és memories des pays de Beauuais chap.* 8. *pag.* 248.) dicit: Quoniam diuina propitiante clementia, nos Gallica liberalitas ad Regni prouexit faſtigia.

b) Magnum eorum catalogum, qui Regnum Franciæ ſucceſſorium eſſe tradiderunt, exhibet Goldaſtus *in Seniore, lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 1. & operoſus maxime in hoc argumento fuit; atque ad contraria reſpondit Cabotius, *lib.* 1. *diſputat. c.* 13. vt ex parte Bodinus, *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 1133. *& ſeqq.* Tholoſanus *in Syntagm. iuris, lib.* 45. *cap.* 3. *n.* 13. dubitat, an malitioſe, an imperite confinxerint alii, priſcos Francorum Regis electione factos, non ſucceſſione.

c) Bi-

c) Bignon *de l'excellence des Roys, & du Royaume de France, liu. 3. pag. 274. & ſeqq.* (*Les François* (ait Iean de Serres, *en l'inuentaire de l'hiſtoire de France, tom. 1. pag. 358.*) *n'eſtoient pas en moindre pouuoir que les Allemans, pour faire vne Republique electiue; mais leur humeur les rapporta à ceſte Royauté hereditaire, ſans laquelle ils ne pourroient ſubſiſter.*) Francis non minus licebat quam Germanis, Rempublicam electiuam conſtituere; verum ipſorum natura amabat Regnum hereditarium, ſine quo haud poſſent conſiſtere.

d) Barricaue, *en la defenſe de la Monarchie Françoiſe pag. 392.* (*L'Empire d'Allemagne eſt conferé par election des Electeurs eccleſiaſtiques, & laics. Et c'eſt pourquoy auſſi on le void fondre comme la neige, il donne du nés à terre, il va mourant de iour à autre.*) Imperium Germanicum confertur electione ab Electoribus eccleſiaſticis, & ſecularibus; hinc eſt, quod niuis inſtar liqueſcat, pronumque ſit in caſum, & quotidie magis magiſque morti appropinquet.

e) Vide quæ illis oppoſui, *lib. 2. iuris publ. c. 3. n. 14. & in additionibus ad eundem numerum.*

f) Chilpericus fuit depoſitus, ac in monaſterium detruſus: eius vero in locum ſubſtitutus Pipinus, ad hoc à multis electus, (vt tradit Fauchet *és antiquités Françoiſes liu. 5. chap. 23. in f.*) vel ab omnibus, communi conſenſu, vt habet Bernard de Girard, *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France, liu. 1. pag. 71.* Papa maxime cooperante, & exercente illud, *facio vt facias*, vel, *do vt facias*, vt ex hiſtoriis patet. Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 206.* factum ita exprimit: Pipinus, Præfectus prætorio, qui tunc palatii Magiſter, ac Maior domus dicebatur, opibus & gratia florens, ingenti cum exercitu, ſuperatis Alpibus, Longobardorum copias fudit, ac proſtrauit; inde Romam profectus, Zachariæ Pontificis imperio Italiæ partem ſubiecit. Nam Pontifex antea Childerico, gentis Meroueorum, Rege ſpoliato, Pipinum Francorum Regem deſignauerat; ſacris etiam, more maiorum, initiauerat: quem Franci libenter exceperunt; tum, quia Caroli Martelli, Francorum principis filius, qui rerum geſtarum gloria clariſſimus erat, tum, quia Childericus, propter ingenii ſtuporem imperio minime dignus videretur: Quibus omnibus accedebat ſumma & autoritas, & gratia Romani Pontificis, quem, vti Deum aliquem cœlo delapſum, populi proſequebantur.

g) Tres Francorum Regum familiæ numerantur: prima dicitur Merouingorum, altera Carolinorum, tertia Capetiorum. (hanc tertiam le Sieur de Ceriziers *en ſon Tacite François pag. 189.* iterum diſtinguit *en trois branches, qu'il appelle, Robertine, de Robert fils de Capet; Valeſienne, de Philippe Valois; & Bourbonique, de Henry le Grand, qui les commencent, ſortant toutes de Capet leur tronc.*) (*La premiere fut appellée, tantoſt Merouienne, tantoſt Merouingienne, à cauſe du grand guerrier Merouée, auquel on doit la primauté & aduance-*

uancement de la premiere lignée. La ſeconde, Carlienne, en faueur de Charles Martel, & de Charlemagne, ſon petit fils; ou bien, que cette lignée porta pluſieurs Charles. La derniere, Capetienne, en l'honneur de Hugues Capet, qui par ſa ſageſſe s'empara de noſtre Eſtat, au deſauantage des Carliens. La premiere, depuis l'aduenement de Pharamond, iuſques à la degradation de Childeric, dernier Roy, dura trois cents trente ſix ans. La ſeconde, depuis l'aduenuë de Pepin, iuſques à la cloſture de Louys ſixieſme, deux cents trente ſept. Et la troiſieſme, depuis Hugues Capet ſe fut fait maiſtre de noſtre France, iuſques à huy (verba ſunt d'Eſtienne Paſquier, *liu. 3. des recherch. de la France chap. 13. pag. 206.* qui de ſuo loquitur tempore quo ſcripſit) *ſix cents vingt ſept ans. Choſe eſtrange, de prime face, que les deux premieres lignées durerent ſi peu de temps, au regard de la troiſieſme. Que ſi deſirés en ſçauoir la cauſe, ie la vous diray: Les deux premieres produiſirent, chacune d'elles en leur endroit, quelques Roys magnanimes, & guerriers, mais non la police de meſmes: Et ceſte derniere produiſit, auec la force, & magnanimité, la police.*) Prima appellata fuit modo Merouea, modo Merouingia, propter bellicoſum Merouεum, qui primæ familiæ autor & propagator fuit. Secunda dicta fuit Carolinga, reſpectu habito ad Carolum Martellum, & Carolum Magnum, qui illius fuit nepos; vel quia hæc familia pluresh abuit Carolos. Tertia audit Capetiana, in honorem Hugonis Capeti, qui prudentia ſua regnum occupauit, in damnum Carolingorum. Prima familia, à Pharamundo vſque ad exautorationem Childerici, vltimi huius familiæ Regis, clauum tenuit trecentos & triginta ſex per annos. Secunda, poſt aduentum Pipini, vſq; ad Ludouicum VI. ducentos triginta ſeptem. Tertia, poſtquam Hugo Capetus ad ſe traxit Regnum, vſque ad noſtrum tempus, (ſcilicet quo vixit Paſquierius) ſexcentos viginti ſeptem per annos. Res primo intuitu admiranda, quod duæ illæ familiæ priores tam exiguo tempore floruerint, ſi cum tertia conferantur. Si cauſam ſcire deſideras, dico, priores illas aliquot Reges habuiſſe magnanimos, & bellicoſos, ſed non politiæ conſeruatores; vltimam vero produxiſſe fortes ac magnanimos, & præterea politiæ cuſtodes.

b) Lotaire deceda l'an CMLXXXVI. Louys, ſon fils luy ſucceda, qui ne regna qu'vn an, Il fut le dernier de la race de Charlemagne; ſi que mourant ſans enfans, Charles, Duc d'Auſtraſie, à preſent dite Lorraine, ſon oncle paternel, & vrai heritier de la couronne, voulut venir en France pour la receuoir. Mais eſtant mauuais Seigneur à ſes ſubiets, & que, durant les guerres d'entre les Empereurs, & Roys de France, il auoit ouuertement tenu le parti des Empereurs, pour maintenir ſon Eſtat, qu'il diſoit eſtre feudataire de l'Empire & lequel il auoit receu en inueſtiture de l'Empereur, les François, mal-affectionnés enuers luy, voire encor plus animés par Huës Capet, Maire du palais, ne le voulurent receuoir, ains d'vn commun conſentement eſleurent, pour leur Roy, ledit Huës, homme caut, & aduiſé,

Digitized by Google

aduiſé, & non tant bon guerrier, que bien entendu aux affaires: Girard *d liu.* 1. *pag.* 103.) Lotharius deceſſit anno CMXXCVI. cui ſucceſſit Ludouicus filius, qui anno tantum vno Regno præfuit, vltimus ex familia Caroli Magni. Itaque, cum mortuus eſſet, nullis relictis liberis, eius patruus, & verus Regni heres, Carolus Dux Auſtraſiæ, quæ nunc Lotharingia dicitur, in animo habuit Regni capeſſere habenas. Verum, cum ſuos male haberet, & durantibus bellis inter Imperatores, ac Reges Franciæ, à parte Imperatorum ſtetiſſet, (prouinciæ ſuæ conſeruandæ cauſa, quam dicebat eſſe feudum Imperii, de quo inueſtitus ab Imperatore) Franci erga eum male affecti, & incitati præterea ab Hugone Capeto, Regiæ domus Præfecto, noluerunt eum admittere, ſed communi conſenſu elegerunt ſibi in Regem dictum Hugonem, hominem aſtutum, & circumſpectum, ac magis rerum gnarum, quam bellicoſum.

i) (*Il eſt defendu aux Princes du ſang, de combattre aux iouſtes, & tournois; dont i'ay leu quelque part*, (ait Loyſeau *des ordres, chap.* 7. *n.* 81.) *que le Roy S. Louys en fiſt vne ordonnance, à l'occaſion de ce, que ſon fils Robert, Comte de Clermont, receut en ſa ieuneſſe tant de coups de maſſe d'vn tournoy, qu'il en cuida mourir, & s'en porta mal le reſte de ſa vie. Sur quoy nous pouuons bien conſiderer, quel malheur c'euſt eſté pour la France, ſi ce prince eut lors eſté tué, pour ce qu'en ce cas, la couronne euſt eſté vacante apres la mort du feu Roy Henry III. ſans qu'il y euſt eu aucun Prince du ſang, pour y ſucceder, d'autant que noſtre grand Roy d'à preſent, & tous tant qu'il y a maintenant Princes du ſang, ſont iſſus de ce prince Robert.*) Prohibitum eſt principibus ſanguinis decertare in torneamentis; quo de alicubi legi, Regem Ludouicum Sanctum legem tuliſſe, poſtquam filius eius Robertus, Comes Claremontanus adhuc iuuenis, in torneamento variis plagis affectus fuiſſet, & ea quidem violentia, vt à mortis periculo haud procul abeſſet, ac poſtea totum per vitę curſum ſe male haberet. Hic bene conſiderari debet, quam calamitoſa futura fuiſſet conditio Franciæ, ſi iſte princeps tunc periiſſet: hoc enim caſu corona Franciæ poſt mortem Henrici III. vacaſſet, nullo ſuperſtite principe ſanguinis qui eam adire potuiſſet. Henricus enim IV. qui tertio ſucceſſit, omneſque principes ſanguinis, qui tunc extabant, deſcenderunt ab hoc Roberto.

k) Regali ſtirpe extincta, extremus ſucceſſorem ſibi ſuo iure adoptare poteſt, niſi Senatus, populuſue, iura creandi principis ſe habere contendat. Quod ſi Princeps futurum ſucceſſorem deſignauerit neminem, Imperii maieſtas ad populum recaſura eſt. Nam Caroli Magni ſtirpe omnino ſublata, cum poſtremus Germanorum Rex neminem adoptaſſet, Henricus Auceps, Saxoniæ Dux, omnium conſenſu Imperator creatus eſt: Bodinus *de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 1133.

l) (*Le Mareſchal de Biron auoit promis au Roy d'Eſpagne le bouleuerſe-*

ment de toutes les ordres, & Eſtats de France, & de rendre ce Royaume electif à la nomination des Pairs. Nicolas Paſquier *liu. 7. de ſes lettres pag. 629.*) Mareſchallus Bironius Regi Hiſpaniæ promiſerat, ſe omnes Regni ordines ac ſtatus ſubuerſurum, Regnumque ipſum electitium facturum, Parium Franciæ votis.

m) Carolus VI. fœdere Tricaſſio Regni Francorum ſceptra detulit ad Henricum V. Anglorum Regem, ſine populi conſenſu. Itaque Martinus Pontifex Maximus, nullis Anglorum precibus adduci potuit, vt fœdus illud ratum haberet; ſed Carolum VII. Caroli VI. filium, Regem Francorum appellauit: quia Francorum imperium, nec ab inteſtato, nec teſtamento, nec ceſſione transferri poteſt, ſed Regia lege; cui Reges non, ſi velint, derogare poſſint, niſi Senatus, populique Gallici conſenſione: Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 190.*

n) La couronne de France n'eſt pas purement hereditaire, ny par teſtament, ni meſme ab inteſtat; ains eſt deferé par la loy du Royaume, au premier Prince du ſang, iure ſanguinis, & citra ius & nomen heredis: Loyſeau *liu. 2. des offices chap. 21. n. 34. Le Royaume de France n'eſt deuolu ny par droit ſucceſſif, qu'on dit ab inteſtat, ny par teſtament, ny par tranſport, mais par vertu de la Loy Royale, obſeruée dés ſa premiere inſtitution:* Callan *en la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France, liu. 1. chap. 1. pag. 55. Le Royaume de France eſt pluſtoſt ſucceſſif que hereditaire: c'eſt à dire, que ceux, qui ſuccedent à la couronne, y viennent* ex lege Regia, *& par le tiltre* vnde agnati, *comme aiſnés, & plus proches parents du defunct, & non pas comme heritiers:* Bret *de la ſouuerainete du Roy liu. 4. chap. 9. pag. 621.* (Regnum Franciæ potius eſt ſucceſſorium, quam hereditarium; hoc eſt, qui ſuccedunt in coronam, eam accipiunt ex lege Regia, & titulo *vnde agnati,* tanquam ſeniores & proximiores agnati Regis defuncti, non autem tanquam eiuſdem heredes.) *Il y a quelque eſpece de continuation de poſſeſſion, laquelle ſe remarque particulierement en la ſucceſſion de la couronne, à laquelle le plus proche prince du ſang du Roy defunct, maſle, & deſcendant des maſles, ne ſuccede pas au decedé, ains en vertu de la loy du Royaume, la famille du ſang entiere y eſtant appellée, le plus proche eſt inueſti de la place, en quelque degré qu'il ſe trouue; & conſecutiuement chacun d'iceux ſelon ſon ordre & rang, comme enfans adoptés par la loy du Royaume, ſubſtitués, & ſubroges les vns apres les autres:* Beloy *apud* Pierre Olhagaray, *liure dernier de l'hiſtoire des Comtes de Foix, &c. pag. 769.* (Eſt quædam ſpecies continuationis poſſeſſionis, quæ peculariter obſeruatur in ſucceſſione coronæ, in quam proximior princeps ſanguinis Regis defuncti, maſculus & deſcendens à maſculis, non ſuccedit defuncto, ſed cum virtute legis Regni tota familia ſanguinis ad ſucceſſionem vocetur, proximior inueſtitur ſede, quotocunq; etiam gradu fuerit; & ita conſequenter quilibet eorum ſecundum ordinem,

Digitized by Google

dinem ſuum, tanquam filii adoptati à lege Regni, ſibique inuicem ſubſtituti & ſubrogati.) An vero in omni Regum familia hoc ita obſeruatum, aut quando cœperit obſeruari, ſi quæras, reſpondet Cabotius *lib. 1. diſputat. c. 13.* Regnum Franciæ, in prima Regum familia, hereditarium fuiſſe, vt & in ſecunda; in tertia non fuiſſe hereditarium, ſed legitimum, hoc eſt, non diſpoſitione Regis aut hereditario iure, ſed lege ſucceſſionis delatum. Franciſcus autem II. in literis ad Heluetios (*vide infra lit. p.*) id à primis Francorum Regibus deducit. His tamen omnibus maxime obſtant verba, quibus Archiepiſcopus Rhemenſis Regem coronandum alloquitur; Siſte gradum, ac imperium, quod paterno iure antea adeptus es, nunc accipe &c. Vnde Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 8. pag. 166.* aliud effugium non habuit, quam honeſtam dicere hanc Archiepiſcopi orationem, ſi vera eſſet: quo eam falſitatis arguere voluiſſe, manifeſtum eſt.

o) *L'authorité du dernier decedé à l'inſtant de ſon trespas eſt tranſmiſe à ſon ſucceſſeur legitime*: Scipion du Pleix, *tom. 3. de l'hiſtoire generale de France, pag. 633. n. 11.* (Autoritas & poteſtas defuncti, ſtatim quando expirat, transfertur in ſucceſſorem legitimum.) *La maxime du droit François, le mort ſaiſit le vif, fait qu'au meſme inſtant que le Roy defunct a la bouche cloſe, ſon ſucceſſeur eſt Roy parfaict, par vne continuation immediate, & du droit, & de la poſſeſſion de l'vn à l'autre, ſans qu'on s'y puiſſe imaginer aucun interualle d'interregne; tout ainſi que la loy Romaine a recognu la continuation du droit, & ſeigneurie in ſuis heredibus:* l. in ſuis, ff. de liber & poſthum. *Et c'eſt pourquoy nous diſons vulgairement, que le Roy ne meurt point, c'eſt à dire, que la Royauté eſt touiours remplie, & non iamais vacante*: Loyſeau *du droit des offices, liu. 1. chap. 10. n. 58.* vno auulſo non deficit alter, *les decedés ouurent les yeux aux ſuruiuants.* (Maxima iuris Francici, mortuus immittit viuum in poſſeſſionem, hunc habet effectum, vt eo ipſo momento, quo Rex animam efflauit, eius ſucceſſor perfecte fiat Rex, per continuationem immediatam iuris, & poſſeſſionis, ab vno ad alterum, non interueniente vllo interregni puncto; haud ſecus ac lex Romana agnouit continuationem iuris, & poſſeſſionis, in ſuis heredibus: *l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthum.* Atque hoc eſt, quod vulgariter dicimus, Regem non mori, nempe thronum Regium nunquam vacare.)

p) Franciſcus II. Rex ad Heluetios, patris debita poſcentes, hunc ſcripſit in ſenſum: Tametſi debita paterna ſoluere non tenemur, cum hæc ſceptra non hereditario iure habeamus, ſed Regia lege, quæ iam inde à primis Francorum Regibus lata, ad mares proximos imperium detulit, quæ non aliter nos obligari patitur, quam ad ea fœdera pactaue, quæ cum exteris principibus ac populis, ad huius Imperii vtilitates & commoda, à maioribus noſtris contracta fuerunt. Nihilo minus tamen, vt patris optimi, & cariſſimi, fidem religioſe tueamur, legitima eius debita exſoluere decreui-

mus: Bodinus *de Republ. d. lib.* 1. *cap.* 8. *p.* 165. Scilicet hoc eſt, quod Loyſeau *d. tr. des droits des offices, liu.* 2. *chap.* 2. *n.* 35. ſcribit: (*Que nos Roys payent ordinairement les debtes perſonnelles de leurs predeceſſeurs, eſt par honneur, deuotion, & charité, ſans y eſtre tenus, comme on void que le poëte Corippus loue grandement l'Empereur Iuſtin, le ieune, de ce qu'il auoit payé les debtes de ſon predeceſſeur, diſant, que*

Priſcorum hoc vno vicit nouus omnia facto.

Ou poßible c'eſt en conſideration de ce, que nos Roys ont herité d'ailleurs au patrimoine de leurs predeceſſeurs, non reuni & incorporé à la couronne.) Quando Reges noſtri ordinarie ſoluunt debita perſonalia anteceſſorum ſuorum, id agunt honoris, affectus atque caritatis cauſa: nec enim vlla obligatione ad hoc tenentur. Ita videmus Imp. Iuſtinum minorem, quod debita prædeceſſoris ſui perſoluiſſet, magnis extolli laudibus à poëta Corippo, inquiente (*lib.* 2. *v.* 403.)

Priſcorum &c.

Fortaſſis etiam hoc in cauſa eſt, quod Reges noſtri fiant heredes anteceſſorum ſuorum in patrimonialibus bonis, nondum Coronæ concorporatis.

q) Hoc teneamus; (inquit Bodinus *d. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 166.) Regem, qui legitimo iure ad imperium vocatur, pactis & promiſſis antecedentium Regum eatenus teneri, quatenus Reipublicæ commodo contractum eſt, idque multo magis, ſi populi totius, vel certe curiarum maiorum decreto, & conſenſu: tunc enim fides agitur, quam Regi non modo decorum, ſed etiam neceſſarium eſt ſeruare; quamuis pacta ciuitatibus detrimentum ſint allatura. Sed ſi Princeps, ſiue cum exteris, ſiue cum ciuibus contraxerit, de iis, quæ ad Rempublicam pertinent, ſine eorum, quos dixi, conſenſione, ſi graue detrimentum ex pactis conuentis Reipublicæ infertur, ſucceſſorem legitimum teneri æquum non eſt; multo minus etiamſi populi, aut ſenatus ſuffragiis, imperium acceperit: quia nihil omnino iuris habet ab anteceſſore. Aliud igitur iudicandum, ſi imperium alterius conceſſu adeptus eſſet; tunc enim promiſſis illius obligaretur, niſi diſerte id exceptum eſſet. Sed quocunque tandem iure, ſeu lege, ſeu teſtamento, ſeu populi ſuffragiis, ſeu ſorte Regnum acceperit, æquum eſt eas obligationes diſſoluere, quæ ex vtilitate, & commodo Reipublicæ contractæ fuerint; alioqui liceret, contra naturæ leges, alterius incommodis, & quidem malis artibus, ſua commoda amplificare. At ciuitatis intereſt, fidem publicam, quoad eius fieri poterit, colere, ac tueri; ne Reipublicæ ad extremum periclitanti, ſalutis viæ omnes præcludantur. (vide Bret *de la ſouuer. du Roy liu.* 4. *chap.* 9. *pag.* 625.) Ad hanc igitur interpretationem pertinent ea, quæ Pariſiorum curia iudicauit, anno MCCLVI. & MCCXCIV. Regem ſcilicet, ſuperiorum Regum pactis conuentis minime teneri.

r) Factum

Digitized by Google

r) Factum hoc à Caſparo Klockio *in tractatu nomicopolit. de contributionibus cap. 8. n. 74.* vbi rigidam hanc duramque ſententiam tulit: Galli fraudibus agunt, dum fidem publicam frangunt, eo colore, quod Galliæ Reges, quia Regnum non hereditario iure, ſed lege Salica obtinent, maiorum obligationibus, & pactis conuentis, non vinciantur. Quorſum illud Franciſci I. Galliæ Regis dictum: Etiamſi fides toto orbe exularet, tamen Regibus ſeruandam eſſe, quia ea ſola, & nullo metu cogi, adſtringique poſſint? Quorſum illud toties à Gallis iactatum: Reges Galliæ non moriuntur? Quæ ergo dementia eſt, Principum famam in infamiæ ergaſtulum damnare? An principes viuent, & fides illorum non viuet? An Principes non morientur, & fides illorum morietur? Et iterum *v. 77.* Gallorum Reges, ad debitorum, ab anteceſſoribus contractorum, ſolutionem adſtrictos (contra quam Bodinus voluit) iudicans, ait: Reges Galliæ, tanquam heredes Regnum Galliæ adipiſci, idem ex verbis inaugurationis, quibus Archiepiſcopus Rhemenſis ad Regem vtitur, & ex aliis teſtimoniis probari poſſe. Deinde, nec firmam Bodini conſequentiam videri, eum, cui lege Regia imperium defertur, ad anteceſſorum debita non teneri. Nam & aliis leges Regni ſucceſſionem deferre, eos tamen non eo minus ad debita teneri: Legesque XII. tabularum proximum ad ſucceſſionem vocare, nec, quod à lege ad hanc vocentur, impedire quo minus onera ſuſtinere debeant. Hæc quidem ille; at Gallos his moueri poſſe, vt ab opinione, quæ iam in Regno per tot annos inueterata eſt, recedant, vix, ac ne vix quidem, credo.

CAPVT III.

Cui debeatur ſucceßio in Regnum Franciæ?

SOli ſanguini Regio Capetiano (*a*), hoc tempore, ſucceſſio in Regnum Franciæ competit, & quouſque ille ſupereſt, nulli alii acceſſus ad hoc datur, niſi violenti quid interueniat. Vtut vero ſanguinis Regii hoc ius ſit, tamen euenit, vt nonnulli, ex illo nati, vel imperfectione vel macula, vel ſuſcepta profeſſione, aut aliam ob cauſam, incapaces ſucceſſionis habeantur, ex lege aut cõſuetudine. Scilicet, fœmina (*b*), etiamſi regii ſanguinis ſit, ad Regnum non admittitur, nec quod ex ea natum (*c*), licet maſculinum fuerit; his enim lex, quam Salicam vocant, obſtaculo eſt. Porro, nec admittitur quilibet ex Regio ſanguine prognatus maſculus; nam niſi ex legitimo matrimonio

 nio

nio *(d)* natus ſit, inhabilis æſtimatur. Profeſſio quoque impedimento eſt, ſi eius ordinis,& characteris, cui ciuilia tractare vetitum *(e)*. An natiuitas extra Regnum impedimentum pariat, non ſatis gnarus ſum; noui tamen, Henricum III. cum in Poloniam abiturus eſſet, hac parte ſuis, ſi quos ſuſciperet, proſpectum iuiſſe *(f)*. Henrici IV. exemplo conſtat, communiori Statuum Galliæ calculo, eum, qui religioni catholicæ addictus *(g)* non eſt, à Regni ſucceſſione excludi, & ægre à Pontifice, etiamſi ad ouile eius redeat, pro Rege agnoſci *(h)*. Eſt denique vnius *(i)* tantum ſucceſſio, non plurium, licet pari ſanguinis gradu Regem demortuum attingant. Filiorum Regis prima eſt, tanquam deſcendentium; ac inter illos potiſſima primogeniti *(k)*, etiam antequam pater regnum adeptus fuerat *(l)*, nati, qui ſecundogenito non poteſt poſtponi *(m)*, niſi conſentiat *(n)*. Succedit ergo ille, vt prior natiuitate, & poſt eum ſuus primogenitus, qui excludit patruum. Primogeniti linea maſculina extincta, vel non exiſtente, ſuccedit ſecundogenitus *(o)*, cuius lineæ ſucceſſio debetur, quouſque durat, nec tertiogenitus, eiusue poſteri ad ſucceſſionem peruenire poſſunt, antequam ſecundogeniti linea ceſſauerit *(p)*. Et ita deinceps, ſi quartogenitus, vel vlterioris geniture filii, & nepotes, Regis defuncti, ſuperſint. Quod ſi nullos Rex reliquerit filios, vel nepotes, Regina autem prægnans ſit *(q)*, ventri curator datur, & Regno administrator, donec pepererit. Aſcendentium per rerum naturam hic nulla ſucceſſio poſſibilis eſt *(r)*: Ideoque, poſt deſcendentes, ex collateralibus admittitur, qui iure familiæ propior eſt *(s)*, licet gradu fortaſſis propior non ſit *(t)*; ac, quo certior ille ſit de ſua ſucceſſione, ſolent aliquando Reges illum literis declarare primum ſanguinis principem *(u)*. Durat autem illa collateralium ſucceſſio, non ſolum ad decimum *(x)*, viceſimum *(y)*, centeſimum, milleſimumue gradum *(z)*, ſed vltra, quouſque ſanguinis Regii Princeps ſupereſt. Ætatis nulla in ſucceſſione in Regnum habetur ratio, nam & infanti defertur *(aa)*; in adminiſtratione autem habetur maxime *(bb)*.

Vt

Digitized by Google

Vt enim hanc Rex ſubeat, iuſtæ ætatis terminum, qui tredecim annorum completorum in illo habetur, attigiſſe neceſſe eſt, ſecundum conſtitutionem Caroli V. qui ſuis, & regno hac lege conſulere voluit (*cc*), perſuaſum ſibi habens, filios Regis citius (*dd*) ſapere, quam priuatorum liberos, quorum maiorennitas diuerſos in Gallia terminos habet (*ee*). An obtinuerit lege ſua, quod intendit, alii dubitant (*ff*), & credunt, *væ terræ eſſe, cuius Rex infans eſt* (*gg*). Certe alibi (*hh*) maior annorum numerus ad adminiſtrationem Regni, vel principatus, requiritur. Cæterum poſtquam tredecim annos Rex Franciæ compleuit, maiorennem ſe in parlamento Lutetiano, vel alibi (*ii*), publice profitetur, ſolemni actu (*kk*), Regni ſuſcipit gubernacula (*ll*), maiori, vel remiſſiori ſtudio, prout ipſi ingenium eſt. Quod ſi vero in dementiam, aut imbecillitatem mentis (*mm*) prolabatur, cura aliorum ipſius ſuppletur defectus.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Conuellere hoc ius Lotharingiæ Duces, illi, qui ex eadem familia in Gallia in maximam potentiam excreuerant, Guiſii, & ſucceſſores, variis mediis conati ſunt, ſi credimus quod communiter Francia credit. Olfeciſſe primum hoc Franciſcum putant, qui hoc eius prognoſticon annotarunt; *Ceux de la maiſon de Guiſe mettront mes enfans en pourpoint, & mon pauure peuple en chemiſe.* Duplex autem pro iure familiæ Lotharingiæ fundamentum adductum fuiſſe reperio: Vnum, quod adhuc viuente Henrico II. Franciæ Rege, prolatum: nempe, familiam Ducum Lotharingiæ à Caroli Magni proſapia deſcendere, cuius in iniuriam Hugo Capetus Regnum inuaſerit: *Serres en l'inuentaire de France, pag.* 608. vbi ſubnectit; *propoſition qu'ils ont meſme oſé remettre en ces derniers temps, mais ſi ſouuent conuaincu de faux, qu'il n'eſt beſoing de la refuter d'aduantage.* vide Fauyn *au theat. d'honneur liu.* 3. *pag.* 537. *& ſeqq.* Alterum à Franciſco Roſierio, Archidiacono Tullenſi, qui genealogiam familiæ Lotharingicæ in lucem dedit. Huic enim ſi fides adhibetur, *la couronne de France leur eſt deuë dés le cheual de Troye, & leur a eſté oſtée par Merouée, & ſes deſcendants*; vt ait Autor *diſcurſus, ſur le droit pretendu par ceux de Guiſe ſur la couronne de France pag.* 66. *au premier recueil des choſes plus memorables aduenuës ſous la Ligue.* Autor, reſpondens ad declarationem Guiſianam, *d. tr. pag.* 127. dicit, Roſierium docere,

(*que*

(que ceux de la maiſon de Lorraine ſont deſcendus de Pharemond, & de ligne en ligne continuës iuſques à ceux de Guiſe; c'eſt à dire, que la couronne de France leur appartenoit deuant que Charles, & Merouee, & leurs races, fuſſent iamais appellés à la couronne.) familiam Lotharingiæ Ducum à Pharamundo deſcendere, continuata ſerie vſque ad Guiſios: quo innuere voluit, Regnum Franciæ ad eos pertinuiſſe antequam Carolus & Meroueus, horumque deſcendentes vocati fuerunt ad coronam. Sine dubio, hic eſt ille liber, quem Pleſſis-Mornay *en ſes memoires, pag.* 340. à Guiſiis publicatum ſcribit, *par lequel ils pretendent prouuer, qu'ils ſont Roys de France auant la race de Morenée, de Charles le grand, & de Capet.* Impreſſus fuit Lutetię, ſed non ſatis fauſto ſub ſidere; nec enim euentus operæ, & intentioni, vel autoris, vel eorum in quorum gratiam ſcriptus, reſpondit. Henricus III. Roſierium grauiter caſtigaturus, proceſſum commiſerat Brulardo, Præſidi curiæ, qui munere ſuo probe functus: at Roſierius veniam à Rege petiit, & obtinuit, *ſauf à faire amande honorable de ſa faute, ſe recognoiſtre criminel de leſe Maieſté, & reuoquer par contraire eſcrit le liure qu'il auoit faict*; vt dictus Autor *reſponſionis ad declarationem Guiſianam d. tr. pag.* 128. annotauit. Henricus IV. conatum Guiſianorum fregit; & Roſierii volumen tunc, poſteaque, à multis oppugnatum fuit. *Leurs pretenſions*, inquit Pleſſis-Mornay *és memoires, parte* 1. *pag.* 252. *ne ſont que genealogies mal couſues, deſcentes par filles, actions preſcrites, par le temps, & abolies, long temps a, par l'authorité des Eſtats de France.* Quæ breuiter ita Pleſſimornæus, ea Autor *dicti diſcurſus, ſur le droit pretendu par ceux de Guiſe ſur la couronne de France* extenſius *pag.* 81. *& ſeqq.* cuius verba quæ contra Roſierium direxit, hic ſubnecto: *Il tire ſes ducs de Moſellane du cheual de Troye, auec les Francons. En quelle hiſtoire, digne de foy, a-il trouué cela? Il fait apres Alberic duc de Moſellane, fils de Clodion le Cheuelu, deſpouillé du Royaume de France par Merouée. Où peut il monſtrer cela, ſi non en quelques genealogies ſuppoſées de Lorraine, encor que ſur la fin de ſes contes il cotte pluſieurs autheurs pour leur donner luſtre, qui n'en dient pas vn mot? Et que dira il auſſi aux hiſtoriens, qui font Merouée fils legitime de Clodion? Et comment pouuoit ce eſtre autre que l'aiſné, s'il eſtoit ſi aagé, que de pouuoir eſtre, comme il dit, tuteur d'Alberic? Mais, qui plus eſt, comment pourra plaindre Alberic d'auoir eſté ſpolié de la couronne de France, ſi nous croyons les meilleurs hiſtoriens, qui dient, que Merouée fut le premier des Francons, qui eut tiltre de Roy en France? Accordons leur maintenant tous leurs contes depuis Clodulphe, duc de Moſellane, iuſques a Bone, femme de Charles, duc de Lorraine, comment luy aura-elle apporté en mariage le droit de Clodion, veu que la loy Salique exclud les femelles du Royaume, laquelle-meſmes a eu ſon origine des François, & comme nous liſons en la preface, des conſeils meſmes de Pharamond? Accordons auſſi, que Charles, duc de Lorraine, ait eſté priué à tort de la ſucceſſion de Charlemagne, par Hue Capet, & les*

Digitized by Google

& les deſcendans, comment en deſcendent-ils, veu qu'ils accordent, qu' Otho, ſon fils vnique, mourut ſans enfans, & s'ils veulent admettre les filles contre la loy Salique, qu'ils nous monſtrent pourquoy ceux de Lorraine doiuent eſtre mis en la place de nos Roys, qu'ils tiennent, qu'ils deſcendent par vne meſme fille? Que s'ils ſe veulent tenir à Geoffroy le Barbu, Comte d'Ardenne, adopté par Otho, qu'eſt-il donc beſoing d'alleguer ces filles? Et puis, où trouuent-ils ceſte adoption, & où fut-elle iamais emologuée, & comment oſeront-ils dire, que lors on penſaſt à l'eſtendre iuſques à la Couronne de France? Et quant à celle d'Euſtache de Boulogne, qui n'en void la fauſſeté manifeſte, veu qu'ils n'en peuuent produire ny tiltre ny autheurs, & ſont meſmes en doute, qui fut Godeffroy de Bouillon, & s'il fut luy-meſme, qui fut adopté par Geoffroy le Boſſu, ou bien ceſt Euſtache? Ce qu'ils prennent auſſi tant de peine à prouuer, que ceſt Euſtache eſtoit de coſté paternel & maternel, iſſu de Charlemagne, à quoy peut-il ſeruir, puiſque ce n'eſt que par filles, ſi n'eſt, qu'en renuerſant la loy Salique, nous voulions expoſer le Royaume en proye, non aux Lorrains ſeulement, & aux Ardennois, mais à toutes les familles de l'Europe, qui ont eu alliance à la maiſon de France? Et quand encor Iſabeau vient à eſpouſer René d'Aniou, & Toland Federic, Comte de Vaudemont, qui pourra donc dire, qu'elles ayent transferé en leurs hoirs de Lorraine, & de Guiſe, les droits de Clodion, & de Charlemagne, qu'elle ne pouuoient elles-meſmes auoir, ny auſſi transporter, ores qu'elles les euſſent eus? Or ce ſont cependant les fables, dont ils repaiſſent le peuple, en denigrant, tant qu'ils peuuent, noſtre loy Salique, comme faulſe, & controuuée tout à propos: comme ainſi ſoit toutesfois, qu'ores meſmes que ce qu'ils pretendent fuſt vray, qui eſt tres-faux, depuis qu'vn Eſtat eſt affermy en vne maiſon, par vocation legitime, par vne approbation des Eſtats, & du peuple, meſmes par tant de centaines d'années, ce ſoit vn ſigne euident que Dieu a transferé le royaume en ceſte maiſon-là, contre lequel en vain on s'efforce, & à l'arreſt duquel les peuples ſont tenus d'acquieſcer. (Duces ſuos Moſellanos ex equo Troiano, non minus quam Francos, producit. At in qua hiſtoria, quæ quidem fide digna ſit, hoc conſignatum inuenit? Porro aſſerit, Albericum Ducem Moſellanum fuiſſe filium Clodionis Capillati, quem Meroueus Regno Franciæ exuerit. Vnde vero huius propoſitionis fundamenta petiit, niſi ex genealogia quadam ſuppoſititia familiæ Lotharingicæ? plures quidem autores in fine narrationis ad id allegat, ſed illi nihil, quod ad propoſitum faciat, ſcripſerunt. Quid autem reponet Hiſtoricis illis, qui Meroueum Clodionis filium legitimum nominant? Nonne vero ætate maior dici debet, ſi fuit, vt affirmat, tutor Alberici? Et, quod maioris eſt ponderis, quomodo Albericus aſſeuerare potuit, ſe ſpoliatum corona Franciæ, ſi fidem damus melioribus hiſtoricis, qui tradunt, Meroueum fuiſſe primum, qui inter Francos obtinuerit titulum Regis Franciæ. Demus vera eſſe omnia quæ narrant de Clodolpho Duce Moſellano, vſque ad Bonam, vxorem

Caroli, Ducis Lotharingiæ; at quæſo, eſtne poſſibile, hanc iūs Clodionis marito contuliſſe, contra diſpoſitionem legis Salicæ, qua fœminæ à ſucceſſione in regnum excluduntur, cuius conditores fuerunt Franci, & vt in præfatione legitur, conſilio ipſius Pharamundi. Sit præterea verum, Carolum, Ducem Lotharingiæ, iniuſte ab Hugone Capeto à ſucceſſione, ſanguini Caroli Magni debita, excluſum fuiſſe. at quid hoc Lotharingis proderit, qui affirmant, Othonem, filium vnicum dicti Caroli, mortuum fuiſſe ſine liberis. Quod ſi contra legis Salicæ ſtatutum admittere velint filias, doceant, cur Lotharingi in locum Regum noſtrorum collocari debeant, quoniam vtroſque ab vna eademque filia deſcendiſſe tradunt? Si fundamentum à Gothofredo Barbato Comite Ardennæ petunt, qui ab Othone adoptatus; cui bono filiarum iſtarum mentionem facere? Præterea, vbi ſunt teſtimonia huius adoptionis, & vbi fuit vnquam approbata; ac quibus indiciis confirmabunt, illam vires ſuas tunc extendiſſe etiam in ſucceſſionem Regni Franciæ? Quantum alteram Euſtachianam Bononienſem attinet, nemo eſt qui eam pro vera habere poſſit; nec enim titulum, vel teſtes nominant, ipſique dubitant, quinam fuerit Gothofredus Bullionæus, & an ille, qui à Gothofredo gibboſo adoptatus, vel ab Euſtachio. Ad quid vero conducit, quod tanta diligentia probare nituntur, Euſtachium vtroque à latere, tam patris, quam matris, à ſanguine Caroli Magni oriundum fuiſſe; quoniam ſi filiabus locum concedimus, legem Salicam conuellimus, & ſimul Regnum prædæ exponimus, non ſolum Lotharingis, & Ardunenſibus, verum etiam omnibus Europæ familiis, quæ cum familia Regum Franciæ coniunctæ fuerunt. Quando Iſabella nupſit Renato Andegauenſi, & Iolanda Friderico Comiti Vademontio, quis eſt qui poſſit dicere, illas ius Clodionis, aut Caroli Magni tranſtuliſſe in heredes ſuos Lotharingos, & Guiſios, quod non habuerunt; & ſi habuiſſent, aliis non potuiſſent conferre? Interea tamen his vtuntur fabulis ad decipiendum vulgum, & denigrandam legem Salicam, tanquam falſam, & ſtudioſe confictam. Denique, licet verum eſſet, quod prætendunt, cum tamen omnino falſum ſit, poſtquam regnum certæ familiæ addictum vocatione legitima, approbatione Statuum, ac populi, imo & multis centenis annis, ſignum inde ducitur manifeſtum, quod Deus Regni poſſeſſionem illi familiæ aſſignauerit: contra cuius diſpoſitionem in vanum laboramus, quæ obedientiam omnium requirit.

b) Vide ſupra *lib. 1. cap. 8. lit. ee.*

c) Vide *d. cap. 8. lit. hh.*

d) Vide *d. cap. 8. lit. mm.*

e) Ego *de iure publico, lib. 3. cap. 7. n. 19.* Sed hic diſtinguendum inter ordines, & ſciendum, Pontificis diſpenſationem, plurimum poſſe. Pro exemplo nobis eſſe poteſt, quod obſeruaui in peregrinatione per Galliæ Regnum,

Digitized by Google

Regnum, Auenioni in æde ſacra D. Martialis. Ibi enim, inter alia monumenta, etiam hoc legi: *B. C. Poloniæ Rex, in Galliam ſecedens, Cluneatæ monaſticæ vitæ ſe addixit, & profeſſione amiſſa frater Carolus vocatus, & Diaconi ordinem ſuſcepit. Anno ſui Monachatus tertio, à Polonis requiſitus, S. P. diſpenſatione à voto abſolutus regno inaugurari meruit, his tamen conditionibus: 1. vt Poloni ſingulis diebus Mercurii ieiunent, vnica tantum refectione contenti. 2. Vt omnes rotunda corona, in morem monachorum, vtantur. 3. Vt nobiles, feſtis ſolemnibus, dum ſacra peraguntur, ſtolam è collo ſuſpenſam ferant. 4. Vt ſinguli è plebe perſoluant obulum in lucernam vſuram Romæ. Anno milleſimo, quinquageſimo primo.* De eodem caſu videri poteſt Baronius, *tom. 11. annal. Eccleſ. ad annum MLI. §. dona tamen, pag. 139.* ac Lanſius *de princip. prouinc. Europæ, oratione contra Poloniam, pag. 635.*

f) *Henry III. eſtant eſleu Roy de Pologne, auant que partir de France, obtint lettres qui furent publiées au Parlement, le XVII. iour de Septembre, MDLXXIII. par leſquelles il eſtoit dit, qu'aduenant le decés du Roy Charles, ſon frere, ſans enfans maſles, il pourroit neantmoins ſucceder à la couronne, & ſes enfans, s'il en auroit aucuns, encores qu'ils fuſſent nés hors de France, & en eſtrange pays:* Charondas *liure 10. des reſponſes du droit François, reſp. 14. pag. 383.* (Henricus III. ad regnum Poloniæ vocatus, antequam Gallia excedent, obtinuit diploma, quod XVII. Septemb. anno MDLXXIII. in Parlamento publicatum fuit, eum in finem, vt Rege Carolo, fratre ſuo, moriente, non relicta prole maſcula, poſſet ſuccedere in regnum Franciæ, idemque iuris eſſet liberis ſuis, quos forte extra Franciam ſuſciperet & in regione peregrina.)

g) Ita viſum tribus Galliæ Statibus, regnante Henrico III. vide *l'hiſtoire des derniers troubles de France, liu. 4. fol. 139. b.* Licet vero hic mitiora ſuggereret, Status tamen in concepta opinione perſiſtentes, Henricum IV. tunc Nauarræ Regem, voluerunt declarari inhabilem ſucceſſionis in Regnum Franciæ, tanquam in hæreſin relapſum, & excommunicatum à Pontifice, *& laiſſer à la France ceſte loy inuiolable, receuë de main en main, qu'vn heretique ne peut auoir couronne en France: que c'eſtoit vne choſe incompatible à ſon Sacre, & ſerment, qu'il deuroit preſter, mais encores plus dommageable à l'honneur de Dieu, bien & repos du Royaume: d. liu. 4. fol. 140. b.* (ac tueri illam Franciæ legem inuiolabilem, iam longum ante tempus ſuſceptam, ac quaſi per manus traditam, quæ hæreticum à ſucceſſione in Regnum excludit: non conuenire hæreſin cum vnctionis & conſecrationis ritu, nec cum iuramento quod in iſto actu præſtatur, ſed damnoſam eſſe honori diuino, nec non vtilitati, & quieti Regni.) Et iterum, quamuis Henricus III. poſt vulnus lethale à monacho acceptum, paulo ante mortem ſuam, Henricum IV. legitimum poſt ſe ſucceſſorem in Regno agnouiſſet, atque pronunciaſſet: *d. tr. liu. 5. fol. 7. b.* attamen is à paucis Catholicis pro Rege

agnitus fuit, antequam eorum religionem amplexus eſſet: & ne ſic quidem ab omnibus, priusquam à Pontifice Romano abſolutionem impetrauiſſet. Vide *le 6. recueil des choſes plus memorables aduenuës ſous la Ligue, pag.* 100.

h) Hoc probatur exemplo Henrici IV. *On ne ſçauroit croire les oppoſitions, que les Miniſtres du Roy trouuerent à Rome, pour obtenir ſon abſolution.* Le Sieur de Ceriziers *en ſon Tacite François, pag.* 411. (Incredibile dictu eſt, quantum remoræ obiectum fuerit Romæ Regis miniſtris, in obtinenda eius abſolutione.)

i) Olim non erat ſic. Aribertus enim, Dagoberti frater, Clotarii II. F. regni partem accepit: Clodoueus item, Dagoberti primogenitus, regnum Pariſiorum, Sigebertus Metenſe. Clodoueo mortuo quatuor filii regna totidem adepti ſunt: Childebertus Pariſienſe, Clodoueus Aurelianum, Clotarius Sueſſionenſe; Theodoricus Metenſe. Sed ad Clotarium, cæteris mortuis, omnia redierunt. Huius filius natu maior, Cherebertus, Rex Pariſiorum factus eſt, Chilpericus Sueſſionum, Gontramus Aureliorum, Sigebertus Metenſium; reges omnes. Quæ regum multitudo vix vnquam ab armis ciuilibus conquieuit: Bodinus *de Republ. lib. 6. cap. 5. pag.* 1148. Sed hoc poſtea immutatum, vt dixi ſupra *lib. 1. cap. 8. lit. kk.*

k) Vide *d. cap. 8. lit. kk.* & Bodinum *d. cap. 5. pag.* 1149.

l) Si regnum à maioribus ad poſteros delatum ſit, proximo cuique debetur, etiamſi ante regnum patri quæſitum natus ſit. Ex quo intelligitur quid iudicandum fuerit de controuerſia, quam Bartolus ſua ætate contigiſſe ſcribit, num Philippi, Valeſiorum Comitis, filius, ante regnum patri quæſitum editus, regnum adepturus eſſet, an vero, qui poſtea nati fuiſſent? (quamquam Philippo vnicum modo filium, Ioannem, video natum fuiſſe.) Sed eadem quæſtio, Carolo II. Rege, diſceptari potuiſſet: huic enim, priusquam regnaret, natus erat Ludouicus, qui tamen Imperium ſine controuerſia conſecutus eſt, tametſi Carolum fratrem haberet rege natum: Bodinus *d. lib. 6. de Republ. cap. 5. pag.* 1143.

m) Gallia tota bellis ciuilibus exarſit propterea, quod Ludouicus Pius, Carolum filium, vxoris illecebris perſuaſus, Lothario primogenito prætuliſſet. Sapienter Pius II. Pontifex maximus, qui Caroli VII. Regis Francorum rogationes repulit, quibus Carolum filium iuniorem Ludouico fratri anteferri flagitabat: tametſi Ludouicus iura pietatis violaſſet, & aduerſus parentem bis arma cepiſſet. Bodinus *d. cap. 5. pag.* 1142. Iean de Serres *en ſon Inuentaire, ad annum CMXCVI.* exemplum prælati iunioris hoc recenſet: (*Robert, continuant en meſme deſſeing d'aſſeurer ſon Eſtat en ſa maiſon, & remarquant quelque plus Royal naturel en ſon puiſné, qu'en l'aiſné, prefera la vertu au droit d'aineſſe, & fit couronner Henry ſon puiné, & l'authoriſa de ſon viuant, ordonnant par teſtament, que Robert ſe contentaſt de la Duché de Bourgogne,*

Digitized by Google

gogne, ſoubs l'hommage lige de la couronne de France.) Robertus perſiſtens in eodem propoſito conſeruandi Regnum in domo ſua, deprehenſo magis regio ingenio in filio ſecundogenito, quam in primogenito, prætulit virtutem iuri primogenituræ, & fecit coronari Henricum ſecundogenitum, quem adhuc viuus autoritate muniuit, teſtamentoque cauit, vt Robertus contentus viueret Ducatu Burgundiæ, ligio vaſallagio coronæ Franciæ obſtrictus. Sed Scipion du Pleix, *en ſon Inuentaire des erreurs de* Iean de Serres, *pag.* 147. hoc exemplum examinans, ait; (*C'eſt icy vne de plus lourdes fautes, & de plus importante conſequence, qui ſoit en tout l'inuentaire du Miniſtre. Car, ny le Roy n'a le droit d'eslire Roy durant ſa vie, ny par teſtament, vn de ſes enfans puiunés, au preiudice de l'aiſné; ny le pretexte d'auoir eu vn plus gentil eſprit, ou, comme il dit, d'auoir vn naturel plus Royal, n'eſt pertinent, ny receuable. D'ailleurs ſi Hugues Capet, (comme s'eſt imaginé cy deuant le Miniſtre) auoit faict vne ordonnance, par laquelle le Royaume eſtoit deferé ſolidairement, & par entier au fils aiſné de France par droit d'aiſneſſé, ſon fils euſt il voulu, mais euſt-il peu, rompre ſi legerement ceſte ordonnance? Iean de Serres s'eſt lourdement abuſé. Robert le fils n'eſtoit pas l'aiſné du Roy Robert, ſon pere, c'eſtoit vrayement Henry, & pour ce ſeul reſpect, non pour eſtre plus habile que luy, il fut Roy, ainſi eſcriuent les hiſtoriens de ce temps-la.*) Eſt hic error craſſiſſimus, & maximæ conſequentiæ, omnium eorum, quos errauit *in Inuentario ſuo* Caluinianæ religionis præco. Nec enim Rex poteſtatem habet eligendi Regem dum ipſe adhuc in viuis eſt, nec teſtamento conferendi Regnum ſecundogenito, vel tertio, in præiudicium primogeniti: prætextus quoque ingenii præſtantioris, aut, vt Serreius loquitur, ſpiritus magis regalis, nihil ad propoſitum facit. Porro ſi Hugo Capetus (vt alibi tradidit idem præco) conſtituit, vt Regnum integre ſoli primogenito iure primogenituræ deferretur, filium, eiuſdem ſucceſſorem, voluiſſe, vel potuiſſe tam facile conuellere legem, credibile non ſit. Seipſum craſſe decepit Serreius: non enim Robertus fuit primogenitus Regis Roberti, ſed Henricus; ac hanc ſolam ob cauſam, non ob præſtantius ingenium, factus eſt Rex, vt hiſtorici illius temporis annotarunt.

n) Iuri, quod primogenitura largitur, renunciari poſſe pro certo habetur: Tholoſan. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 18. Dalner *in tract. de renunciat. cap.* 6. *num.* 40. & primogenitum conſentire poſſe, vt ſecundogenitus ſibi præferatur in ſucceſſione Regni, modo id fiat verbis diſertis, vel actu conſenſum expreſſum approbante, poſt Tiraquellum docet Betſius *de pactis familiar. cap.* 9. *fol.* 469. Beſoldus *de ſucceſſ. quæ regni ſit iure, lib.* 1. *diſſertat.* 2. *n.* 28. *diſſert.* 4. *n.* 20. *& diſſert.* 10. *n.* 4. vbi in Regno Francogallorum, Sigebertum olim ceſſiſſe Clodoueo, refert ex Girardo, *tom.* 1. *l b.* 2. *fol.* 153.

o) Bodinus quidem *d. lib.* 6. *de Republ. cap.* 5. *pag.* 1147. tradit, licet Reges omnes Francorum, iam inde à Carolo Magno, repetantur, vix, ac ne

vix quidem, mille ac ducentis annis, poſt auum nepotis & patrui concurſum in Regni Franciæ ſucceſſione reperiri. Semel in Anglia, ſemel in Caſtilia, bis in Luſitania, ſemel in Sicilia, annis circiter quingentis, aut ſexcentis, contigiſſe. Valere tamen pro nepote ſententiam. Quod inde etiam, Regnum Galliæ quantum attinet, firmari poteſt, quoniam ibidem in concurrentia nepotis & patrui, aliquoties in ſucceſſionibus Ducatuum & Comitatuum pro nepote pronunciatum, conſtat ex Tholoſano *d. lib. 7. de Republ. cap.* 10. *n.* 2. 8. 9. 10. 11. 12. *Le neueu eſt preferé à l'oncle*: Fr. Ranchin. *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag.* 52. Nec vero obſtaculo eſſe debet exemplum Guntrani, Regis Aureliæ, qui, vnus ex filiis Clotarii primi, prælatus fuit Childeberto, filio Sigeberti, fratris Regis Metenſium, in ſucceſſione Chereberti, Regis Pariſiorum; vi enim id factum potius, quam iure; & proinde Guntranus facti pœnitens, reſtituit vniuerſa nepoti Childerico, & Regni etiam ſui ſucceſſorem, cum liberos ipſe non haberet, per haſtæ traditionem, coram omnibus proceribus declarauit: ex Aymonii *lib.* 3. *de geſt. Franc. cap.* 62. *&* 68. Tholoſanus *de Republ. d. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 17. Haud quicquam quoque operari in contrarium poſſe, quod, Turpino referente, *in vita Caroli Magni*, & Paulo Diacono, Ludouicus, cognomento Pius, prælatus fuit in imperio, Bernardo, filio Pipini, primogeniti Caroli Magni. Illud enim factum eſſe, quod imperium non deferretur, vt nec nunc, iure ſucceſſionis, & iam diuiſerat viuente Pipino, portiones inter filios, Carolus, quibus contenti fuerant; & ipſe Pipinus, qui receperat pro portione Italiam, & ita videbatur ſua parte contentus, pro ſe & ſuis, renunciaſſe futuræ alii ſucceſſioni, & iuri primogenituræ, vt Tholoſanus, *d. c.* 10. *n.* 18. tradit; quem vide etiam *n.* 20. *&* 21. ad alia exempla Gallica reſpondentem.

p) Quot filios Rex relinquit, tot inde promanant primogenituræ, ex quibus prior linea donec durat, ſuccedit: eaque abſumpta, vocatur ſecunda, & ita reliquæ deinceps. Hinc maſculo in primogeniali linea deficiente, non propinquior ſuperſtes ex tertiogeniti ſurrogatur ſtirpe, ſed Regnum defertur ad eum in altera, qui eiuſdem gentis ſtirpe gradu antecedit, vno licet geniculo, vel pluribus, illi ex tertia linea remotior exiſtat, vt ex M. Antonio Peregrino docet Beſoldus *d. lib.* 1. *diſſert.* 8. *n.* 2. quo de videri etiam poteſt Hottomannus, *illuſtr. quæſt.* 4.

q) Ludouicus Balbus, relicta vxore prægnante deceſſit, ex qua poſtea natus Carolus; cognomento Simplex: Tholoſan. *de Republ. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 15. Carolus Pulcher moritur abſque liberis, & relinquit vxorem Iohannam prægnantem, vnde inter Edoardum Anglum, & Philippum Valeſium, contentio orta, vtri cura ventris competeret. Pendente autem controuerſia peperit filiam: vide Papon. *lib.* 4. *arreſt. tit.* 1. *n.* 2.

r) Quo-

r) Quoniam enim lex per gradus defert ſucceſſionem Regni, non poteſt ea ad filium peruenire quouſque viuit pater, nec ad nepotem quouſque viuit auus, niſi fortaſſis illo caſu, quo pater reſignat filio imperium, vel nepoti, caſu quo poteſt, vel iuri ſuo in ſucceſſione renunciat in horum fauorem, ea tamen conditione, vt filio, vel nepote decedente Regnum ad ſe reuertatur, vel perueniat. Sed hic caſus non ad ſucceſſionem, quæ à lege defertur, referri debet, ſed ad eam, quæ ex pacto & reſeruatione procedit.

s) Vide *ſupra d. lib. 1. cap. 8. lit. ll.* (*Depuis Hugues Capet la ſucceſſion de la couronne eſt eſcheuë par ſept fois en collaterale.*) Poſt tempus Hugonis Capeti, ſucceſſio in Regnum Franciæ ſepties oblata fuit lineæ collaterali: Bret *de la ſouueraineté du Roy, liu. 1. chap. 4. pag. 34.*

t) *Le Royaume de France n'eſt pas deferé ſelon l'ordre des ſucceſſions ordinaires, & ſelon les degrés de parenté, ains ſelon l'ordre, & prerogatiue des branches, & familles deriuées de la maiſon de France: & encores, en preferant touſiours les aiſnés, comme chefs de la branche, ou famille, &c.* (Regnum Franciæ non defertur ſecundum ordinem ſucceſſionum ordinariarum, ac ſecundum gradus cognationis, ſed ſecundum ordinem, & prærogatiuam ramorum, & familiarum prouenientium à familia Regia, etiam in vnaquaque earum, ſecundum prærogatiuam perſonarum, præferendo ſemper primogenitos, tanquam capita ramorum, vel familiarum.) Loyſeau, *des ordres, chap. 7. num. 68. & num. 69. La loy fondamentale de l'eſtat defere la couronne graduellement aux branches, qui ſont iſſuës de la maiſon de France les derniers, & qui partant en ſont les plus proches, & en chacune branche au chef d'icelle d'aiſné en aiſné ſucceſſiuement, fut-ce au milliesme degré.* (Lex fundamentalis Regni defert ſucceſſionem in Regnum gradatim familiæ, quæ recentius à Regia deſcendit, & propterea huic eſt proximior, & in vnaquaque familia illi, qui eius eſt caput, de primogenito in primogenitum ſucceſſiue, etiamſi milleſimo gradu à Rege defuncto diſtaret.) & *n. 74. La couronne eſt touſiours deferée à l'aiſné de la maiſon, eſtant demeurée en la nature ancienne de ces plus nobles fiefs, affectés au chef des familles, ou des ſubſtitutions graduelles, appellans à l'infini l'aiſné de l'aiſné des maiſons, pour la conſeruation perpetuelle d'icelles: comme il s'eſt prattiqué tout fraiſchement en la perſonne de noſtre grand Roy à preſent, (Henry IV.) & encor en celle de Monſieur le Prince de Condé, qui a eſté declaré premier prince du ſang, comme eſtant à preſent chef de la branche de Bourbon, combien qu'il ne ſoit qu'arriere-couſin de ſa Maieſté, & qu'il ait des oncles, qui ſont couſins germains d'elle, & partant plus proches d'vn degré, s'il falloit compter ſelon les degrés de parenté, comme ès heredités ordinaires.* (Corona ſemper defertur primogenito domus, quoniam eiuſdem conditionis antiquæ remanſit, cuius fuerunt feuda illa nobiliſſima; quæ capiti familiæ addicta, aut ſubſtitutionibus gradualibus, vocantibus ad ſucceſſionem primogeni-

genitum primogeniti familiæ in infinitum, perpetuæ conſeruationis cauſa. Exemplo, inter recentiora, nobis eſt Henricus IV. & Princeps Condæus, qui declaratus fuit primus princeps ſanguinis Regii, (quoniam tunc erat caput domus Borbonicæ) licet eſſet tantum ex fratre patruele natus, & eſſent Regi fratres patrueles, atque ita vno gradu proximiores, ſi computatio fiat ſecundum gradus conſanguinitatis, vti moris eſt in ſucceſſionibus communibus.) Et *n. 75. at 76.* taxat eos, qui ſcripſerunt de contentione, quæ fuit inter Cardinalem Borbonium (cui Regnum deberi dicebant alii, tanquam proximiori gradu Henrico III. defuncto Regi, ſecundum ordinariam computationem) & Henricum IV. (qui eius rami vel lineæ primus erat, cui primogenituræ ius inhærebat) quod fere omnes tractarint quæſtionem, de iure patrui præ nepote, *ne prenans pas garde, que ceſte queſtion n'a iamais eſté diſputée, ſi non au dedans les degrés de repreſentation, qui egale le nepueu à l'oncle, ou qu'on pretend le preferer és choſes indiuiſibles: & partant n'ont pas touché la vraye, & particuliere raiſon, qui concerne la couronne de France, à ſçauoir, que elle eſt affectée à l'aiſné de l'aiſné, ce que les princes du ſang, les officiers de la couronne, & la meilleure partie de la Nobleſſe de France ont touſiours tenu.* (non animaduertentes, quod hæc quæſtio nunquam agitata fuerit, niſi in gradibus repræſentationum, quarum iure nepos æqualis eſt patruo; aut quando eum præferre voluerunt in rebus, quæ diuiſionem non admittunt. Et ſic non attigerunt veram & particularem rationem, quæ concernit coronam Franciæ; nempe quod addicatur primogeniti primogenito; prout principibus ſanguinis, officiariis coronæ, & ſaniori, ac maiori numero nobilium Franciæ ſemper viſum fuit.)

u) De iſta declaratione vide Loyſeau, *d. chap. 7. n. 54.* cuius verba retuli infra, *capite 21. lit. p.*

x) Putauit Schneideuinus, *ad tit. Inſtit. de hered. quæ ab inteſtato deferuntur, capite, de tertio ordine ſuccedendi, n. 38.* ſucceſſionem collateralium extendi hodie vſque ad decimum gradum, non vltra.

y) Succeſſionis collateralium, in Regnum Franciæ, exemplum habemus in Ludouico XII. Franciſco I. Carolo IX. & Henrico III. nec non in Henrico IV. qui anteceſſorem ſuum attingebat vigeſimo primo gradu, *qui eſtoit esloigné de vingt & vn degré de ſon predeceſſeur*: Loyſeau *d. liu. des ordres chap. 7. n. 37.*

z) Baldus *ad cap. 1. de Feudo Marchiæ, n. 5.* Bret *de la ſouueraineté du Roy, liu. 1. chap. 4. pag. 35.*

aa) Clotarius infans Regnum adeptus fuit, & poſt Theodoricum Clodoueus puer, ex eo & Clodoalde natus. Ioannes, filius Ludouici Regis Galliarũ poſt mortem patris natus, adhuc quindecim dierum, tanquam rex ducebatur ad Rhemenſes, vt ibidem cõſecraretur, ſed in itinere mortuus eſt.

Frede-

Digitized by Google

Fredegundis Regina filium ſuum & Chilperici Regis mortui, Clotarium, vt Regem Sueſſonum in locum patris, in cunis exſiſtentem præfecit prælio contra Childebertum, & ſub eo milites pugnantes obtinuerunt victoriam. Meminit Agathias *lib.10. de bellis Gothicis*, de lege antiqua Francorum, per quam pueri, cuiuſcunque fuiſſent ætatis, vocabantur ad Regnum: Tholoſanus *de Republ. lib. 26. cap. 5. n. 4. & 5.*

bb) Vide *ſupra lib. 1. c. 8. lit. nn.*

cc) Dicto loco, *lit. nn. in fine.*

dd) Mornacius *ad l. 31. ff. de ll.* accommodat verſum,

Cæſaribus virtus contigit ante diem:

animumque hunc Regium intelligere Virgilium (*lib. 9. Æneid. verſ. 311.*) tradit, cum de Iulo ait;

Ante annos animumque gerens curamque virilem.

eaque eſſe regnantium emiſſa cœlo præcipua aut potius τὰ προνόμια, vt aureis, capitalibusque ante annos ingeniis emineant, cum plumbea in cæteris eſſe adeo ſoleant, vt vires niſi cum annis accipiant, ſenſimque per longa tempora colligant.

ee) *En la plus part des couſtumes du Royaume de France, la maiorité eſt reputée à vingt ans, comme és couſtumes de Normandie, article 431. de Peronne artic. 234. de Bretagne artic. 483. & en aucunes d'icelles la maiorité eſt introduite par le mariage, comme és couſtumes de Melun, artic. 295. de Sens art. 158. d'Auxerre, artic. 256. &c.* Vide *le tome* 13. du Mercure François, *pag.* 523. De iure ciuili eſt annus vigeſimus quintus: *L. 1. ff. de minor.* apud Longobardos fuit annus decimus octauus: Hottoman, *de verbis feudalibus, lit. m. verbo minor.* Cuiac. *de diuerſ. tempor. præſcript, c. 2.* vt etiam apud Siculos: Maranta *in ſpec. aur. pag. 6, verſ. & quando app. n.* 80. De iure Saxonico annus vigeſimus primus: Landrecht *lib. 1. art.* 42. Lehenrecht *cap. 26. &c.* Nonnulli arbitrati ſunt, eos, apud quos minor terminus receptus, citius cæteris hominibus ſapere: Ego vero crediderim, iſtam ſapientiam imaginatiuam potius, quam realem, eſſe; licet non neſciam, certis in nationibus malitiam citius ſupplere ætatem, quam in aliis; vt & certas maturius ſapere, alias ſerius. Vetus prouerbium, *ſero ſapiunt Phryges*: Et habemus in Germania nationem, de qua ioco fertur, illius membra ante triginta annos haud ſapere. Certe, quemadmodum ſæpe homines de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant, vt Imperator ait *in § in fraudem 3. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet*, ita etiam nationes haud infrequenter plus in ingenio ſuo eſſe credunt, quam in illo eſt. Blandiuntur ſcilicet ſibi, ſuisque, qui hoc agunt, ac indulgent affectui qui eos ſequuntur. A qua labe vix exemerim Bodinum *de Republ. lib. 5. cap. 1. pag.* 790. ſcribentem: Noſtri homines (Galli) ſatis intelligunt, quantum Pictaui, Aruerni, Lemouices, Normani, Cœnomani,

Belgas ingenio ſuperent. Itaque noſtris moribus iudicantur illi anno decimo nono, vel, ad ſummum, vigeſimo, maiores; Belgæ non niſi vigeſimo quinto. Ita quoque amore patriæ inductus Carpzouius *in Iuriſprud. Saxon. part. 2. ad conſtit. 11. defin. 19.* dixit, in terris Saxonicis maturius aliquando ſapere homines.

ff) Supra *lib. 1. cap. 8. lit. mm. circa f.*

gg) Salomonis dictum eſt *in Eccleſiaſte, cap. 10. verſ. 16.* Quod, ne Regni Franciæ morem damnare videri poſſet, male ex lingua ſancta traductum eſſe contendit Corbin, *in Codice Ludouici XIII. tom. 1. liu. 1. tit. 3. pag. 24. Ceſte obiection eſt faicte* (inquit) *par l'ignorance de la langue ſaincte, & par faute de conceuoir la proprieté des paroles, dont vſe l'Eſcriture. Il eſt certain, qu'en la langue ſaincte, le mot* נער naar, *eſt equiuoque, & ſignifie auſſi ſouuent, valet, ſeruiteur, & eſclaue, comme enfant. Et meſme en l'edition commune on a ſouuent vſé de ce mot* puer, *enfant, pour entendre vn valet, ſeruiteur, ou eſclaue; & les ſeptante interpretes ont pareillement interpreté promiſcuement enfant pour valet, ſeruiteur, ou eſclaue. De ſorte que Salomon, ayant dict en l'Eccleſiaſte, ch. 10. v. 16. Malheur à toy terre, de laquelle le Roy puer eſt, ſelon la vulgaire,* naar *ſelon l'Hebrieu,* νεώτερος *ſelon les ſeptante, cela ſe doit interpreter en ceſte ſorte: malheur à toy terre, le Roy de laquelle eſt valet, ſeruiteur, ou eſclaue, nouueau venu, enrichi nouuellement. Et la raiſon eſt bien claire, & pertinente, par la ſuite au verſet le plus proche, où il dit, bienheureuſe la terre, le Roy de laquelle eſt noble,* beata terra cuius Rex nobilis eſt. *Le Vatable a traduit,* beata terra, quum Rex tuus eſt filius nobilium. *Or par la ſcience des antitheſes, & contrarietes, il eſt certain, & indubitable, qu'il faut touſiours prendre les contraires. Et puis que le contraire de noble ne peut eſtre l'enfant, veu qu'en tous les deux il parle d'vn enfant, ſans doute il faut prendre l'interpretation de valet, & d'eſclaue, pour dire en ceſte ſorte; malheureuſe la terre, le Roy de laquelle eſt eſclaue; eſclaue de naiſſance, eſclaue de ſes vices. Bienheureuſe la terre, le Roy de laquelle eſt noble, & fils des nobles Roys, noble de ſa naiſſance, noble en ſes mœurs, noble en toute nobleſſe de vertu. Et de faict, voicy comment l'interprete la paraphraſe Chaldaique:* væ tibi terra, in tempore quo regnabit ſuper te *Iarabgham*, peccator, & ceſſare faciet ex te oblationem matutinam, & magnates tui antequam offerant iuge matutinum ſacrificium, panem comedent. Bene erit tibi terra, quo tempore regnabit ſuper te vir valens in Lege, &c. *Et quant au mot* νεώτερος, *dont parlent les ſeptante, il ne peut en cet endroit que ſignifier vn nouueau venu, ou pluſtoſt vn eſtranger. Or en ce Royaume de France, la tres-illuſtre, & tres-noble race de nos Roys, ne peut eſtre compriſe qu'en la benediction, puis que ce ſont Roys nobles, & fils de nobles Roys.* (Obiectio hæc nata eſt ab ignorantia linguæ ſanctæ, & proprietate verborum, quibus hic ſcriptura vtitur. Certum eſt in lingua ſancta vocabulum *Naar* eſſe æquiuocum, & non

minus

Digitized by Google

minus frequenter ſignificare famulum, ſeruum, mancipium, quam infantem, vel puerum. Etiam in communi editione ſæpius puer dicitur pro famulo, ſeruo, aut mancipio, ſic quoque ſeptuaginta interpretes promiſcue puerum pro famulo, ſeruo, aut mancipio poſuerunt. Itaque, quando Salomon *in Eccleſ. cap. 10. verſ. 16.* dicit, *væ terræ, cuius Rex puer eſt,* (vt vulgaris habet verſio, Hebraica Naar, *νεώτερος* ſeptuaginta) ita accipi debet, væ terræ cuius Rex, eſt famulus, ſeruus, aut mancipium, nouus homo, nouiter ditatus. Ratio manifeſta fit ex ſubſequenti verſiculo, vbi dicitur, beata eſt terra, cuius Rex nobilis eſt. Vatablus vertit, beata tu terra, cum Rex tuus eſt filius nobilium. Vt autem antitheſis ſibi conſtet, contrarium ponendum eſt neceſſario. Ergo cum contrarium *nobilis* non ſit *puer*, quoniam in vtroque verſiculo loquitur de puero, ſine dubio intelligi debet puer de famulo, & ſeruo, & rem exponere hoc modo: væ terræ cuius Rex ſeruus eſt; ſeruus natiuitate, ſeruus vitiorum. Beata autem terra cuius Rex nobilis eſt, & filius nobilium Regum: nobilis natiuitate, vel genere, nobilis moribus, nobilis in omni virtute. Chaldaicus paraphraſtes ita vertit, væ tibi terra, &c. Quod porro vocabulum *νεώτερος* attinet, quo vtuntur ſeptuaginta interpretes, non poteſt hoc in loco alium denotare, quam nouum hominem, aut nouiter aduenientem, vel potius peregrinum. In noſtro autem regno Franciæ res ita comparata eſt, vt familiam nobiliſſimam Regum in benedictione eſſe oporteat, quoniam Reges noſtri ſunt nobiles, & filii nobilium regum.) Verum habeant ſe ita omnia, & detur locus explicationi Corbinianæ, non tamen inde Regno, cuius Rex infans eſt, bene ſic erit, niſi aliunde defectus Regis ſuppleatur, & ſecuritati Regni conſulatur. Galliam hoc caſu à periculo immunem eſſe, putat Pierre de Lancre *au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſc. 1. n. 4. fol. 388.* quando ait: *Bien qu'il ſoit dangereux qu'vn ieune Roy apprenne à regner aux deſpens de ſon peuple; que ſa ieuneſſe ſoit vne planche, & vn vray pont-leuis baiſſé à toute ſorte de gens, qui veulent faire de mauuais deſſeins ſur ſon Royaume; & que l'apprentiſſage des ieunes Roys par fois apporte de treſ-grandes incommodités en vn Eſtat, qui a plus de beſoing de coups du maiſtre, que d'apprentifs; & que cela ſemble eſtre de quelque conſideration en France, à cauſe de la prophetie menaçante de ſaincte Brigide, qui dit,* Væ atque iterum V. quando puer ſedebit ſuper ſedem Lilii: *ſi eſt-ce, qu'en ce Royaume la choſe eſt ſi bien ordonnée, qu'auec les Pairs de France, le Conſeil d'Eſtat, & priué, les Parlemens, & Compagnies ſouueraines, le Royaume n'eſtant d'ailleurs interieurement malade, peut aiſement ſe ſouſtenir en ſon luſtre, & ſplendeur.* (Licet non careat damno, quando Rex iuuenis diſcit imperare ſubditorum periculo, atque puerilis ipſius ætas variis perſonis occaſionem præbeat inſidias ſtruere Regno, & tyro haud ſufficiat, vbi magiſtri ope Status indiget; præcipue in Francia prophetia S. Brigittæ conſiderari debeat, quando dixit:

Væ, atque iterum væ, quando puer ſedebit ſuper ſedem lilii: attamen in hoc Franciæ Regno res tam bene diſpoſita eſt, vt ope Parium, Conſilii Status & ſecretioris, ac Parlamentorum, Regnum, niſi morbo interiori laboret, facile poſſit in ſuo perſiſtere ſplendore.)

hh) In Hiſpania vicennium exigunt ad ætatem Regis legitimam: Chopin. *lib. 2. tit. 3. n. 2. ad conſuetud. Pariſ.* Mornacius *ad l. 31. de ll.* in Suecia ad adminiſtrationem Regni ſufficiens eſt ætas annorum octodecim: Thuan. *lib. hiſtor.* 131. *pag.* 1035. in Imperio noſtro Electorum ſecularium legitima ætas eſt octodecim annorum: *A. B Caroli IV. Imper. c.7. §. 1.*

ii) Charles IX. voulant faire ſa declaration de maiorité, & ſe trouuant en Normandie, la queſtion fut, s'il la pouuoit faire, en tout autre parlement que celuy de Paris, arreſté qu'ouy; quoy que Paris ſoit le Parlement des Pairs, le Roy peut, quand il luy plaiſt, rendre cet honneur aux autres Parlements, veu que par tout eſt ſon lict de iuſtice: Corbin *d. l. pag.* 28. (Cum Carolus IX. in Normannia tunc conſiſtens, maiorennis declarari vellet, quæſtio mota fuit, an id in alia Parlamenti curia quam Lutetiana fieri poſſet? & concluſum quod ſic. Licet enim Lutetiana Curia ſit Curia Parium, nihilo minus tamen in poteſtate Regis eſt, eo honore afficere etiam alia Parlamenta, cum in omnibus ſuæ iuſtitiæ thronum habeat.) Declaratio itaque illa tunc facta fuit in Parlamento Rothomagenſi: Bouchel *tom. 1. de la bibliotheque, ou du threſor du droit François, pag. 1. verſ. aage des Roys.*

kk) L'ordre obſerué à la declaration de maiorité du Roy Charles IX. au Parlement de Rouën, l'an MDLXIII. ſe trouue au Ceremonial de France p. 457. & ſeqq. Corbin *d. pag.* 28. ſolennitates ordinarias has enumerat: *Le Roy ſe tranſporte en perſonne en ſon parlement, où ſe ſeant en ſon lict de iuſtice, accompagné de ſes Princes, Ducs, & Pairs, officiers de la Couronne, ſon Conſeil, & Parlement, declare de ſa propre bouche ſa maiorité, & plus amplement par la voix de ſon Chancelier. Comme maieur donne audience au premier Preſident de ſon Parlement, à ſon Procureur general, & à ſes ſubiects, s'il ſe preſente des cauſes dignes d'eſtre plaidées en ſa preſence.* (Rex ipſe ſe confert in Curiam Parlamenti, ibi ſedens in throno iuſtitiæ, in præſentia Principum, Ducum & Parium, nec non officiariorum Coronæ, Conſilii, Parlamentique, ſuo ore declarat ſe attigiſſe maiorennitatis terminum; idem quoque maiori verborum apparatu ibidem explicari facit per Cancellarium ſuum. Tanquam maiorennis audit, primum Curiæ Præſidem, Procuratorem generalem, & ſubditos ſuos, ſi quid ſuperueniat dignum, quod ſe præſente ventiletur.)

ll) Aureum dogma eſt Philippi Cominæi, *liur. 2. chap. 6.* (*Dieu n'a point eſtabli l'office de Roy, ne d'autre prince, pour eſtre exercé par les beſtes, ne par ceux qui par gloire diſent: Ie ne ſuis pas Clerc: ie laiſſe faire à mon Conſeil, ie me fie en eux: & puis ſans aſſigner autre raiſon, s'en vont en leurs esbats.*) Deus non

Digitized by Google

non inſtituit officium Regis, aut Principis, vt exerceatur ab ineptis, vel ab illis qui iactanter dicunt, ſe, vſu literarum non inſtructos, negotia Conſiliariis, ac eorum fidei committere, & ſic nulla alia ratione adducta totos ſe dedunt voluptatibus.

mm) Carolus VI. Rex Galliarum, anno decimo tertio ſuæ ætatis regnum accepit; & vere Rex habitus, quamuis ob infirmam ætatem, & mentem quoque non ſatis firmam, habuerit in adminiſtratione auxiliares, Duces Andium & Biturigum, & Burgundiæ. Carolus item octauus eius nominis, regnum adeptus anno ætatis quoque decimo tertio, bonus quidem ſed non magnæ prudentiæ & iudicii, & ei tantum conſilium delectum, à Comitiis Turoni habitis, ex omni Gallia: Tholoſ. *de Republ. lib. 26. c. 5. n. 5.*

CAPVT IV.

De coronatione & vnctione Regis Franciæ.

ANtiquiſſimos Reges Franciæ non fuiſſe vnctos, & coronatos, extra controuerſiam eſt: Coronatos autem vnctosque aliquando eorum ſucceſſores fuiſſe, atque adhuc hodie eum, qui in Regnum ſuccedit, coronari, & inungi, in vulgus notum. Quando vero coronandi & inungendi iſte mos ibidem cœperit, paucis (ſi vlli certo) conſtat, ac nec illi, quibus conſtare præ aliis debuiſſet, inter ſe opinione conueniunt. In prima Regum familia coronationem & vnctionem nondum in vſu fuiſſe, ſed Pipinum, Caroli Magni patrem, in ſecunda familia primum coronatum & vnctum, nonnulli affirmarunt *(a)*. His alii Iuonis Carnutenſis Epiſcopi locum opponunt, vbi quatuor filios Clodouei vnctos, & coronatos ab Epiſcopis, vnumquemque in Regno ſuo, aſſeruit. Mallem ego rem aliis documentis certam fieri, ſed in antiquis, dum non dantur certa, veriſimilibus vtendum. Vnde credibile mihi fit, vnctionem cum coronatione, opus antiſtitum fidei Chriſtianæ, non niſi iam ea fide in Regibus Franciæ bene firmata, vſu receptum. Quem in finem à Clericis, & annon magis in augmentum autoritatis ſuæ introducta fuerit hæc ſolemnitas, quam in recognitionem veteris inunctionis Regum

Digitized by Google

populi Iſraelitici, facile haud dixerim; at vt politici quoque ſchematis aliquid continere videretur, coronam & alia regni inſignia adhibuerunt quaſi notam aliqualis inueſtituræ. Preces, quæ interpoſitæ, pietatis notæ eſſe debuerunt, & bene factum, ſi has ſolas ſibi Pontifices curæ eſſe voluiſſent. Cætera anſam ſimplicioribus præbuiſſe credendi, Regem ab antiſtite regnum accipere (*b*), nec poteſtate Regia priusquam vnctus, & coronatus, vti poſſe (*c*), nullus dubito. Certe hoc Pontifex Romanus mundo perſuadere voluit, in haud leuem Imperatoris Romani iniuriam; quo minus itaque in Francia ſimilis credulitas radices ageret, anno MCDLXVIII. Aprilis die XVI. Senatusconſulto (*d*) decretum fuit, ne quis Regiam poteſtatem ab arbitrio pontificum pendere exiſtimaret; non, quaſi ſenatus de Regia poteſtate ante initiationem, vel conſecrationem, dubitaret, ſed vt inanes illæ pontificum argutiæ à ſtirpe conuellerentur. Verum nec hoc quidem in omnium animis factum, quoniam non defuerunt, qui dixerint, ſucceſſorem Regni in Francia, ante coronationem & vnctionem non eſſe perfectum Regem (*e*), ſaltem reſpectu Dei. Eadem ex cauſa, filium Ludouici Hutini, nomine Iohannem, qui non niſi octiduum vixit, Regum Franciæ numero non eſſe inſertum, eſt qui affirmet. Nobis autem extra dubium, Regem ante coronationem & conſecrationem (*f*), non ſolum populi, ſed & Dei reſpectu, imperii poſſeſſionem ac proprietatem tenere, ac verum Regem eſſe. Quod coronari & vngi vult, id recepti & inueterati moris cauſa fit (*g*), ne videatur negligere velle, quod anteceſſoribus ſuis placuit, non alia intentione, quam vt Deo, & populo ſibi ſubdito, ſe exhibeat, preces pro felici imperio audiat & dicat, ornamentis Regiis maieſtatem ſuam coruſcare faciat, & tam clerum, quam populum, certum reddat profeſſione publica, ſe boni Regis officio functurum, ſicque magis fiat reuerendus. A quo autem coronari & vngi debeat, ac vbi, aliquando in controuerſiam deductum fuit. Scio ego, nonnullos ſcripſiſſe, Regem Franciæ à Pontifice Romano coronam accipere oportere; propterea

quod

Digitized by Google

quod Pipinus coronam Regiam à Zacharia pontifice ſuſceperit; quos ego ab vno actu ad habitum peſſime concludere, & quod voluntatis fuit, in neceſſitatem male conuertere, opinor (*h*). Rhemenſis Archiepiſcopus in Francia iam olim priuilegio & confirmatione Pontificum Romanorum, ſibi ius coronandi & conſecrandi Regem eſſe, atque actum in Eccleſia ciuitatis Rhemenſis, cœlitus miſſo oleo, perficiendum, affirmauit (*i*). Sed nec de priuilegiis conſtat, nec Pontifici ea dandi, ſed Regi, poteſtatem competiiſſe, videtur (*k*). Et certum eſt, plures Regum Franciæ alibi (*l*) quam Rhemis conſecratos, ac ab aliis (*m*) quam Archiepiſcopo Rhemenſi. Ex ſecunda Regum familia (de prima non conueniunt) (*n*) Ludouicus Balbus primus dicitur ibi coronatus; eius vero anteceſſores alibi, vt etiam nonnulli ex ſucceſſoribus. Ac cum Ludouicus Craſſus regni inſignia Aureliæ ſumpſiſſet, Iuo Carnutenſis Epiſcopus contra Archiepiſcopum apologiam (*o*) ſcripſit, & factum tutatus eſt. Tandem Ludouicus, Iunior dictus, anno MCLXXIX. ſententiam pro Rhemenſi Archiepiſcopo tulit (*p*), vnde ſequenti tempore omnes Reges ibi, & ab eo coronati, excepto ſolò Henrico IV (*q*). Quanquam enim in comitiis Blœſenſibus, tempore Henrici III. habitis, conſtitutum fuerat (*r*), hunc ſolum pro legitimo Rege Franciæ haberi debere, qui Rhemis oleo ſacro inunctus eſſet; attamen turbæ, quibus regnum tunc agitabatur, non permiſere, vt Henricus IV. huic conſtitutioni, vel etiam priuilegio Rhemenſis Archiepiſcopi, ſatisfaceret, ideoque Carnutum pro loco, & oleum S. Martini ad vnctionem, elegit (*s*). Extraordinarium hoc fuit, & irregulare, quo docemur, ſi certa cauſa adſit (*t*), Regem Franciæ etiam alibi quam Rhemis conſecrari poſſe. Cæterum vt aliquando conſtitutum fuerit, Regem ante decimum quartum ætatis annum coronari non debere, id tamen poſtea mutatum, nulla ætatis limitatione (*u*). Præcipui autem actus (*x*), qui in coronatione Regis obſeruantur, ſunt, præſtatio iuramenti (*y*) duplicis (*z*), aſſumptio ocrearum (*aa*) & calcarium (*bb*), accinctio enſis (*cc*),

præpa-

præparatio chriſmatis (*dd*), inunctio aliquod membrorum corporis Regii (*ee*), chirothecarum porrectio (*ff*), orationum & precum variarum fuſio (*gg*), veſtitus aſſumptio (*hh*), annuli (*ii*), ſceptri (*kk*), manusque iuſtitiæ traditio (*ll*), coronæ impoſitio (*mm*), Regni collatio (*nn*), collocatio in thronum (*oo*), felicitatis & vitæ longæ adprecatio (*pp*), interrogatio populi circumſtantis, an hunc ſibi velit Regem (*qq*), miſſæ celebratio (*rr*), lagenæ vini & pecuniæ oblatio (*ss*), corporis & ſanguinis Chriſti communicatio (*tt*), veſtimentorum & coronæ mutatio (*uu*), proceſſio ad Palatium. Poſt hæc omnia, vbi Rex conclaue ſuum ingreſſus (*xx*) eſt, lauat inunctas manus, exuit induſium, illudque, vna cum chirothecis, tradit magno ſuo Eleemoſynario, vt comburantur, & cineres adhibeantur in vſum ſacrum. Sic aliis veſtibus indutus Rex, accedit ad ſolemne conuiuium (*yy*), quod exhibet illa die. alia ſuſcipit ordinem equeſtrem (*zz*). Et hæc quidem in ciuitate, vbi coronatio peragitur (*aaa*): quæ omnia ſubſequi ſolet iter ad S. Marculphi fanum (*bbb*), vbi nouendiale votum abſoluitur; dehinc introitus in vrbem Lutetianam, cuius vt perquam magna eſt ſolemnitas, ita variis conſtat notatu dignis rebus, quæ partim Regem (*ccc*), partim eius comitatum (*ddd*), partimque ciues (*eee*) concernunt.

Teſtes & Teſtimonia.

a) *C'eſt vn erreur de du Tillet, du Haillan, & autres Chroniqueurs modernes, de penſer, que Pepin, pere de Charlemagne, ait eſté le premier de nos Roys, qui ſe ſoit fait oindre, & ſacrer à ſon couronnement, & que ceſte ceremonie n'ait point eſté practiquee en la premiere lignée de nos Monarques: Car Yues, Eueſque de Chartres, remarque à ce propos, que les quatre fils de Clouis furent oints & ſacrés par des Eueſques, chacun en ſon Royaume*: Scipion du Pleix *tom. 2. de l'hiſtoire generale de France, pag. 82. n. 11.* (Errant Tilletus, Haillan, & alii hiſtorici moderni, quando ſtatuunt, Pipinum, patrem Caroli Magni, primum inter noſtros Reges fuiſſe, qui ſe, vbi coronabatur, perungi fecerit, & conſecrari, hancque ceremoniam in prima Regum noſtrorum familia non fuiſſe in vſu. Certe Iuo, Carnutenſium Epiſcopus, annotatum reliquit, quatuor filios Clodouei vnctos, atque conſecratos fuiſſe ab Epiſcopis ſui Regni.

b)Cl-a

Digitized by Google

b) Clare hoc conſtat ex Helmoldo, *in hiſtor. Sclauorum lib. 1. cap. 32.* Fac nobis reddi coronam, cæteraq; ad inueſtituram Imperialem pertinentia. Reges vaſallos Dei eſſe, docet Charles Loyſeau, *du droit des offices, liu. 2. chap. 2. n. 22.* indeque ſe appellare Reges Dei gratia, atque Regnum tenere à Deo & enſe. Eodemque reſpectu Clementem, *in libro conſtitutionum apoſtolicarum*, Regem appellare τὸν πιστὸν, κὰ ἄνθρωπον τῦ Θεῦ, fidelem & hominem Dei. Hinc Reges conſecrari ac coronari à prælatis Eccleſiæ, tanquam vicariis Dei in ſpiritualibus, eodem modo quo vaſalli inueſtiuntur de feudo, vel per ſeniorem ſuum, aut per officiarios eiuſdem nomine.

c) Vide quæ ſcripſi *lib. 2. de iure publ. cap. 4. n. 56. & ſeqq. ac n. 90. & ſeqq. & in addit. ad dictos numeros.*

d) Bodinus *de republ. lib. 1. cap. 8. pag. 166.*

e) ***Comme le vaſſal n'eſt pas maiſtre de ſon fief, au moins à l'eſgard de ſon Seigneur, qu'apres l'inueſtiture, auparauant laquelle le fief eſt dict ouuert, & vacant, & ce que le vaſſal en iouit, n'eſt que par ſouffrance, & negligence du Seigneur feodal; ainſi qu'il eſt dit au premier liure des fiefs, que*** heres non ſuccedit vllo modo, niſi per inueſtituram feudum acquiſierit: ***auſſi pluſieurs tiennent, que les heritiers du Royaume ne ſont pas parfaictement Roys, au moins ne le ſont à l'eſgard de Dieu, iuſques à ce qu'ils ſoient ſacrés, ou couronnés: Et que c'eſt la cauſe, pourquoy le fils poſthume du Roy Loys Hutin, nommé Iean, qui ne veſcut que huict iours, n'eſt point mis au nombre des Roys de France, pource qu'il ne fut point ſacré: comme l'Eueſque, mourant auant qu'eſtre ſacré, ne ſeroit point mis au catalogue des Eueſques:*** Loyſeau *d. tr. du droit des offices, d. liu. 2. ch. 2. n. 24.* (Quemadmodum vaſallus non eſt dominus feudi ſui, ad minimum reſpectu ſenioris, ante inueſtituram factam, (quo tempore feudum dicitur apertum, & vacare, ac quod vaſallus illud tenet, non aliunde eſt, quam à tolerantia, vel negligentia Senioris, veluti *lib. 1. feud.* dicitur, heredem non ſuccedere vllo modo, niſi per inueſtituram feudum acquiſiuerit:) ita multi opinantur, heredes Regni non eſſe perfectos Reges, (ad minimum tales non eſſe reſpectu Dei) niſi poſtquam fuerint conſecrati, & coronati. Hinc Iohannem (filium poſthumum Regis Ludouici Hutini) cum tantum octo per dies inter viuos, nec conſecratus, fuerit, in catalogum Regum Franciæ non fuiſſe relatum; ad exemplum Epiſcopi, morientis antequam conſecretur; nam & hic non ſolet referri in catalogum Epiſcoporum.

f) An Loyſeau bene, vel male diſtinxerit, inter Regem perfectum reſpectu Dei, & perfectum reſpectu ſubditorum, mox apparebit. Illud præambuli loco ſilentio inuoluendum non eſt, eum eodem in tractatu, *de iure officiorum, lib. 1. chap. 10. n. 58.* indiſtincte docuiſſe, Regem perfectum eſſe, etiamſi nondum conſecratus fuerit. Præſtat audire verba: ***La premiere maxime de noſtre droit François eſt, que le mort ſaiſit le vif, qui faict qu'au***

 meſme

meſme inſtant, que le Roy defunct a la bouche cloſe, ſon ſucceſſeur eſt Roy parfaict, par vne continuation immediate, & du droit, & de la poſſeßion de l'vn à l'autre, ſans qu'on s'y puiſſe imaginer aucun interualle d'interregne: tout ainſi que la loy Romaine a recogneu la continuation du droit & Seigneurie in ſuis heredibus: *l. in ſuis, ff. de liber & poſthum. Ie dy Roy parfaict, ſans attendre ſon Sacre, comme Bodin a bien prouué, au 1. liure chap. 8. & le Parlement le declara par arreſt notable de l'an* MCCCCXCVIII. *combienque du Tillet remarque, qu'anciennement on tenoit le contraire. Et c'eſt pourquoy nous diſons vulgairement, que le Roy ne meurt point, c'eſt à dire, que la Royauté eſt touſiours remplie, & non iamais vacante.* (Prima inter maximas iuris noſtri Francici eſt, quod mortuus inueſtiat viuum; vnde fit, vt illo momento, quo Rex animam efflat, eius ſucceſſor ſit Rex perfectus per immediatam continuationem tam iuris, quam poſſeſſionis, adeo, vt nullum interregnum detur: eodem plane modo, quo lex Romana agnoſcit contiuationem iuris, & dominii in ſuis heredibus: *l. in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum.* Dico, quod perfectus Rex ſit, licet nondum conſecratus, vt bene probauit Bodinus *lib.* 1. *cap.* 8. atque Curia Pariſienſis notabili ſententia, anno MCDXCVIII. declarauit, licet antiquioribus, vt Tilletus obſeruauit, contrarium placuerit. Hinc dicimus vulgariter, Regem non mori, id eſt, Regnum nunquam eſſe vacans, aut ſine capite.) Ab indiſtincta hac opinione vt recederet Loyſeau, cauſam nullam habuit iuſti ponderis. Regem imperfectum ante conſecrationem & coronationem, reſpectu Dei, eſſe, non ex iure feudali, vel humano alio probare debuit, vel potuit, debuit autem ex ſolo iure diuino, & libris ſacris; at non potuit: Non enim in his vllibi legitur, Regem ante conſecrationem & coronationem imperfectum eſſe; nec vllibi præcipitur, quemlibet Regem, cuiuſcunque populi eſſe debeat, conſecrandum & coronandum eſſe. Ponamus autem, Hebræis id ita mandatum. at quid politia illorum, & leges eiuſdem, ad Reges Franciæ? Sed nec illis quidem aliud à Moyſe præſcriptum, quod in conſtitutione Regis obſeruarent, quam ne ſibi eligerent externum, vel alienæ gentis, nec alium ex ſua gente, quam illum, quem Deus eligeret: *Deuter. cap.* 17. *verſ.* 15. Perfectus ergo reſpectu Dei Rex futurus erat, quem Deus elegiſſet, non quem conſecraſſet, & coronauiſſet alius, ignorante, volente, vel iubente populo. Quod dicuntur Reges eſſe gratia Dei, non hoc infert, eos Dei vaſallos eſſe; ſed quod à nulla hominum gratia dependeant, officiumque ſuum ſoli Deo acceptum ferant, non vt vaſalli, ſed vt miniſtri: *Roman.* 13. *verſ.* 4. Ita enim malo cum Apoſtolo loqui (cuius tempore vaſallorum nomen, vt & res ipſa, nondum extabat) quam Longobardico verbo male vti. Perfectus autem miniſter ille eſt, reſpectu domini, vt primum à domino ad hoc electus, ſiue hoc aliis innotuit, ſiue non: Itaque, dum miniſter talis, vel inungitur, vel coronatur, non demum inde perfectus eſſe inci-

Digitized by Google

incipit, ſed illis, qui ipſius miniſterio à domino ſubiecti ſunt, nota redditur domini voluntas: hinc actus illi non perficiunt Regem, ſed declarant eum iam perfectum fuiſſe. Omnes homines ſerui Dei ſunt, qui in nos, & bona noſtra, ſi quæ peculii loco nobis conceſſit, dominium pleniſſimum habet, ac ius vitæ & necis: Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 21. n. 14.* Et hoc reſpectu omnes conſerui ſumus. Quoniam autem Deus hunc ſeruorum cœtum ipſe immediate regere noluit, ex illis alios aliis præfecit, atque ita inter ipſos differentia alia non eſt, quam officiorum; eandem ſeruitutem omnes ſeruiunt, ac à domino dependent, ſed officiis diſtinguuntur. Hoc officium non à conſeruis eſt, niſi dominus illis permittat, vt ſibi aliquem ex ſuis præficiant; vbi à domino mediate, à conſeruis immediate præficitur: Et domini quidem reſpectu perfectus eſt, ſtatim atque à conſeruis electus. In ſucceſſione officii idem obtinet, ſiue à domino immediate datum ſit illud ius ſuccedendi in miniſterio, vni ſeruorum ſuorum familiæ, ſiue ex voluntate, & permiſſione Domini conſerui hoc contulerint: Nam caſu, quo ſuccedit ille, qui ſuccedendi ius habet, ſtatim perfectus eſt, niſi expreſſum fuerit, imperfectum illum fore, niſi ſucceſſioni hæc, vel illa, in perfectionem addantur. Quod quoniam facti eſt, non creditur adiectum collationi fuiſſe, niſi probetur. Fundamentum ſimilitudinis, quod ex iure feudali petiit Loyſeau, & habetur 1. F. 14. *in pr.* nimis, ac male, ab humanorum beneficiorum collatione extenditur ad collationem diuinorum beneficiorum, de quibus Longobardi quicquam ſtatuere noluerunt, ſicuti neque potuerunt. Iohannem, Ludouici Hutini poſthumum, quod attinet, præfero aliis iudicium Du Tillet, *au recueil des Roys de France, p. m. 135. Louys Hutin eut de ſa ſeconde femme Clemence, ſon fils poſthume, Monſieur Iean de France, qui ne veſcut que huict iours, mourut au Louure à Paris, n'eſt compté entre les Roys, pource qu'il ne fut couronné, combien qu' en aucuns tiltres & regiſtres du threſor de chartres, il ſoit appellé le Roy Iean, iuſtement: Car, par la mort du Roy predeceſſeur, la couronne, par la loy du Royaume, eſcheoit incontinent au ſucceſſeur, duquel auſſi toſt les années du Regne ſont comptées, non du iour du ſacre, ou couronnement.* (Ludouico Hutino ex ſecunda vxore Clementia, natus fuit poſthumus Iohannes, qui vixit per octiduum, & mortuus eſt in Lupara Pariſiis. Hic non fuit relatus in catalogum Regum, quoniam non fuit coronatus, licet in nonnullis inſtrumentis, quæ habentur in archiuo Regni, nominetur Rex Iohannes, & recte quidem: quippe morte Regis antecedentis corona ſtatim obuenit ſucceſſori, eiusque anni regni ab eo computantur tempore, non autem à die conſecrationis, aut coronationis.) Exemplum Epiſcopi nondum conſecrati ad quæſtionem noſtram minus apte refertur, tum, quia ad terminos electionis pertinet, tum, quia perſonam eccleſiaſticam concernit.

g) Conſecratio, ſeu coronatio, non conſtituit Franciæ Reges, quippe na-

pe natura factos, quamuis pretioſiores reddere deberet, & magis reuerendos. Quapropter Ioannes, Dux Biturigum, Ioannis Regis filius, cum obſes pro patre apud Anglos eſſet, ac veniam impetraret profectionis ad ſuos, ſe reditutum iurauit per fidem filii legitimi ſacrati Regis; plus eſſe filium Regis ſacrati, quam non ſacrati, intelligens. Sic Ioanna, miraculoſa puella, Carolum VII. nondum conſecratum, etſi iam per aliquot annos regnantem, Rhemos deduxit, per medios hoſtes, vt ſacra vnctione delibuti venerabilius nomen eſſet noſtris, ac hoſti formidabilius, quod contigit. Nam coronato omnia fere ex animi ſententia ſucceſſerunt, proturbatis Anglis imperio Galliæ, quod pæne totum inuaſerant, & reconciliatis Burgundis. Fuit etiam aliquorum ſeculorum vſus, vt annos Regni non computarent niſi à coronatione: Sed hoc prudentior ætas correxit, docta nihil iuris regalis ab ea coronatione Regem accipere: Rouſſel, *lib. 7. hiſtor. iuridict. Pontif. cap. 4. n. 5. p. 736.* Sic ſe Reges Franciæ ſpirituali Eccleſiæ benedictioni ſubmiſerunt, non quod hæc daret, aut firmaret ius regni, at ſanctius redderet.

h) Abſurdum (vt Bodinus contra hanc opinionem ſcribit, *lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 220.*) vno & eodem actu in rebus tanti ponderis, quæ cauſam continuam non habent, ius perpetuum conſtituere velle, cum ne minima quidem ſeruitus, quæ continuam cauſam non habet, aliter acquiri poſſit, quam interuallo centum annorum: *l. hoc iure 3. §. ductus aquæ 4. ff. de aqua quotidiana &c.*

i) Geruaſius Archiepiſcopus Rhemenſis, anno MLIX. quando Philippus I. patre Henrico I. Rege adhuc in viuis exiſtente, conſecrabatur Rhemis, prærogatiuam inungendi & conſecrandi Reges, à Pontifice Romano Hormiſda S. Rhemigio datam fuiſſe, poſtquam Clodoueum baptiſauerat, & inunxerat, eamque à Victore Pontifice bulla alia confirmatam, affirmauit. (*Vide les antiquités, & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 2. traitté 2. pag. 372.*)

k) Iean du Tillet, *au recueil des Roys de France, tilt. des ſacres & couronnemens des Roys, pag. m. 181.* aſſertioni Archiepiſcopi Rhemenſis, *præced. lit. i.* contradicens, ait: *Ne ſoit doubté de la bulle dudit Pape Victor, mais celle d'Ormiſde ne paroiſt, & n'a aucune veriſimilitude.* (De bulla Victoris non dubitatur, Hormiſdæ autem non apparet, nec veriſimile eſt eam vnquam extitiſſe.) & p. 183. *Hincmar Archeueſque de Rheims, qui ſacra à Mets Charles le Chauue en Septembre l'an DCCCLXIX. ne s'attribua la prerogatiue de ſacrer les Roys de France, mais excuſa luy ſes ſuffragans aſſiſtans audit ſacre, & couronnement, de ce qu'ils faiſoient en la prouidence de Treues, à la requeſte d'Aduentie, Eueſque dudit Mets, & autres ſuffragans de l'Egliſe dudit Treues, lors vacante: auec laquelle celle de Rheims, de toute ancienneté, fraterniſoit, recognoiſſant apertement, que leſdits ſacre & couronnement, ſe deuoient faire par l'Archeueſque,*

Digitized by Google

que; & ſuffragans de la prouince, de laquelle eſtoit le lieu, où l'aſſemblée ſe faiſoit, pour declarer, & approuuer de viue voix, & par ceremonies, & oraiſons, implorer la grace & benediction ſur le Roy eſleu de Dieu; luy en rendant graces, qui eſt l'effect deſdits ſacre & couronnement. La recognoiſſance ſuſdite ne s'accorde auec la bulle d'Ormude, & celle de Victor n'eut ſuitte: Car c'eſtoit au Roy, non au Pape, donner ladite prerogatiue. meſmes parce que les legats du Siege de Rome aſſiſterent és ſacre & couronnement du Roy Philippes I. fut declaré, que c'eſtoit par honneur & amitié, & que le conſentement du Pape n'y eſtoit requis. (Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, qui anno DCCCLXIX. menſe Septembri, Metis conſecrauit Carolum Caluum, non attribuit ſibi prærogatiuam ſacrandi Reges Franciæ, ſed excuſauit ſuffraganeos ſuos, qui conſecrationis & coronationis actui interfuerant, in loco prouiſionis Treuirenſis, ad inſtantiam Aduentis, Epiſcopi Metenſis, & aliorum ſuffraganeorum Eccleſiæ Treuirenſis, tunc vacantis; (cum qua Rhemenſis ab antiquo fraternitatem coluit) aperte recognoſcens, quod iſta conſecratio, & coronatio debeat fieri ab Archiepiſcopo, & ſuffraganeis prouinciæ, vbi conuentus habetur, in quo fit declaratio viua voce, & ceremoniis, ac orationibus imploratur gratia, & benedictio diuina pro Rege, à Deo electo, cui etiam dicuntur gratiæ: hic enim eſt effectus illius conſecrationis, & coronationis. Hæc recognitio certe non conuenit cum bulla Hormiſdæ, Victoris autem non fuit obſeruata. Etenim à Regis, non vero Pontificis poteſtate dependebat, concedere illam prærogatiuam; & quando legati ſedis Romanæ interfuerant conſecrationi, & coronationi Regis Philippi I. declaratum fuit, id factum honoris & amicitiæ cauſa, ac conſenſum Papæ hic non requiri.)

l) Pipinus primum conſecratus fuit in ciuitate Sueſſionenſi, & deinde in Eccleſia S. Dionyſii in Francia: Ludouicus Pius, Romæ; Carolus Caluus Aureliæ: Ludouicus, & Carolomannus, filii naturales Ludouici Balbi, in Abbatia Ferrerienſi &c. Robertus Aureliæ, du Tillet *d. pag.* 181. *& ſeq.* Ludouicus Iunior, Carnuti: Pierre Matthieu, *en l'hiſtoire des guerres entre les deux maiſons de France, & d'Eſpagne, fol.* 33. plenius Autor tractatus *des antiquités, & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu.* 2. *traitté* 2. *pag.* 380. *& ſeq.*

m) Pipinus fuit conſecratus à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, legato Apoſtolico anno DCCLI. & altera vice, anno DCCLII. à Pontifice Romano, Stephano I. Ludouicus Pius, circa annum ætatis ſuæ octauum, fuit coronatus, patre adhuc viuente, à Pontifice Adriano I. Carolus Caluus à Ganelone, Archiepiſcopo Senonenſi: Ludouicus, & Carolomannus, filii naturales Ludouici Balbi, ab Anſegiſo Archiepiſcopo Senonenſi &c. In tertia linea, Robertus ab Archiepiſcopo Senonenſi; Ludouicus Craſſus ab Archiepiſcopo Senonenſi; Ludouicus Iunior, à Pontifice Romano, Inno-

centio I. Iean du Tillet, *d. tilt. des ſacres & couronnemens des Roys, pag.* 181. *& ſeq.*

n) (*Ne ſe trouue Roy de la premiere lignée oint, & ſacré en Roy, à Rheims, ny ailleurs.*) Nullus Regum primæ familiæ Rhemis aut alibi vnctus aut conſecratus fuit in Regem: Du Tillet *d. pag.* 181. Cui contradicit du Pleix, (*vide ſupra lit. a.*) & monet Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. dernier, pag.* 493. Reges (*de la France Pariſienne ſeuls auoir eſté ſacrés & couronnés à Rheims, du beauſme celeſte, gardé dedans la ſaincte ampoulle. Les Roys de la France Bourgongnonne, ordinairement ſacrés & couronnés à Saincte croix d'Orleans: ceux d'Auſtraſie à Mets, & ceux de Soiſſon audit lieu, des ſaincts huiles ſacrés par les Eueſques, & non pas de celuy de la ſaincte ampoulle.*) Franciæ Pariſienſis ſolos conſecratos & coronatos fuiſſe Rhemis balſamo cœleſti, quod ibi cuſtoditur in ampulla: Reges Franciæ Burgundicæ ordinarie fuiſſe conſecratos & coronatos Aureliæ, in templo S. Crucis: Auſtraſiæ, Metis; & Sueſſionenſes, Sueſſioni, oleis conſecratis ab Epiſcopis, non autem illo, qui in ampulla conſeruatur.

o) Extat hæc Epiſtola *au Ceremonial de France pag.* 694. *& ſeqq.* & meminit eiusdem Maſſonius *annal. lib.* 3. *pag.* 241. hiſce verbis: Ludouicus Craſſus Regni inſignia Aureliæ ſumpſit, inunctus à Demberto, Senonum Archiepiſcopo. id factum contra morem maiorum Rhemi arguebant, aſſerentes, Regia ſacra ad Rhemigii ſucceſſores pertinere. Iuo, Carnutum Pontifex, qui ſacris illis interfuerat, elegantem ſuper ea controuerſia apologiam ſcripſit, nec videtur Rhemenſia ſacra pluris quam Aurelianenſia facere: illa apologia oſtendens, Ludouicum merito inunctum, cui Regnum hereditario iure competebat, & quem communis conſenſus Epiſcoporum, ac procerum iam pridem elegerat. Deinde Rhemenſia ſacra expectari non potuiſſe, nec debuiſſe. Erant enim, inquit, quidam Regni perturbatores, qui ad hoc omni ſtudio vigilabant, vt aut Regnum in aliam perſonam transferretur, aut non mediocriter imminueretur. Non debuiſſe inaugurationem Rhemis fieri contendit, quia ciuitas ſub anathemate erat, & Regis conſecratio Rhemis, ab Archiepiſcopo nondum in Eccleſiæ poſſeſſionem miſſo, ſine ſumma perturbatione, & ſanguinis effuſione, celebrari non poterat. Rhemorum legitimus Pontifex erat Radulphus, eccleſiaſtici ordinis iudicio creatus: cæterum Geruaſius ſedem illam inuaſerat. Hic Ludouico acceptus, ille inuiſus, propterea, quod abſque impetrata ab Rege eligendi facultate, Rhemorum Pontifex deſignatus eſſet.

p) *Par l'arreſt de Louys le ieune, l'an MCLXXIX. la prerogatiue de ſacrer les Roys de France, laquelle eſtoit en compromis entre l'Archeueſque de Sens, & ſes Eueſques ſuffragans defendeurs, cõtre l'Egliſe, & l'Archeueſque de Rheims, demandeurs en complainte, fut adiuge à l'Archeueſque de Rheims, & à ſes ſucceſſeurs, &*

Digitized by Google

ſeurs, & à Egliſe de Rheims, où le ſacre de nos Roys fut arreſté,par l'aduenir: Fauyn *d. liu. 2. chap. dernier, pag.* 495. (Sententia lata à Ludouico Iuniore, anno MCLXXIX. prærogatiua conſecrandi Reges Franciæ, quam Archiepiſcopus Senonenſis, & eiusdem Epiſcopi ſuffraganei, negabant competere Eccleſiæ & Archiepiſcopo Rhemenſi,hic vero ſibi competere affirmabat; Rhemenſi, & ſucceſſoribus, ac Eccleſiæ iſtius loci adiudicata fuit.)

q) *Depuis le Sacre de Philippe Auguſte, fait à Rheims, le iour de la tous ſaincts, l'an MCLXXIX. tous nos Roys, ſes ſucceſſeurs, y ont eſté ſacrés, le feu Roy Henry le Grand excepté:* Fauyn *d. pag.* 496. (Poſt conſecrationem Philippi Auguſti, quæ facta fuit Rhemis, die omnium Sanctorum, anno MCLXXIX. omnes Reges Franciæ, eiusdem ſucceſſores, ibidem quoque poſtea conſecrati fuerunt, excepto ſolo Henrico IV.)

r) *Vne difficulté ſe rencontroit en l'execution du proiect de Henry IV. qui ſe vouloit faire ſacrer: C'eſt, qu'és Eſtats de Blois il auoit eſté arreſté,pour vne loy fondamentale de l'Eſtat, que nul prince ne ſeroit cenſé legitime Roy de France,ſi au precedent il n'auoit eſté ſacré à Reims,auec l'huile de la ſaincte Ampoulle: Et la ville de Reims eſtant encore alors occupée par les rebelles. Neantmoins, apres vne meure deliberation, on iugea, que ceſte difficulté eſtoit de peu d'importance, tant pour le lieu du ſacre, que pour la matiere de l'huile ſacrée. Car c'eſtoit choſe trop euidente, que ceſt article auoit eſté inſeré és cahiers des Eſtats de Blois, par la malice des Ligueurs, à fin d'exclurre taiſiblement, de la ſucceſſion de la couronne, le Roy de Nauarre, qui n'eſtoit pas alors en termes d'approuuer cette ceremonie, la ſucceſſion luy arriuant, comme elle fut depuis. Ioint, que la ville de Reims eſtant és mains des Rebelles, il n'y auoit perſonne qui doubtaſt, que le Roy ne ſe peut faire ſacrer ailleurs, auec pareille raiſon, que ſi elle euſt eſté occupée par les Turcs, ou infideles:* Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire generale de France, en la vie de Henry IV. pag.* 192. *n.* 1. & 2. (Vnica difficultas obſtabat propoſito, quod Henricus IV. de conſecratione ſui conceperat; nempe quod Blœſiis, in comitiis Regni pro lege fundamentali conſtitutum fuiſſet, nullum Principem, antequam Rhemis oleo ſacræ ampullæ eſſet inunctus, pro legitimo Rege habendum eſſe: Rhemenſis autem ciuitas adhuc teneretur à rebellibus. Verum re mature deliberata, difficultas hæc non magni viſa fuit ponderis, tam, quod locum, quam quod oleum, attineret. Habebatur enim pro certo, atticulum illum malitia Ligatorum actis Blœſienſibus inſertum fuiſſe, eum in finem, vt Rex Nauarræ tacite excluderetur à ſucceſſione in Regnum, qui intuitu religionis, cui tunc addictus, non conſenſurus videbatur in hanc ceremoniam, ſi ſucceſſio iſta, vt poſtea accidit, ei obueniret. Cumque præterea ciuitas Rhemenſis in poteſtate rebellium eſſet, nemo dubitabat, Regem alibi conſecrari poſſe, non minus, ac ſi illa à Turcis,& infidelibus, occupata fuiſſet.)

s)(On

s) *(On ſçeut, qu'entre les reproches, que les Ligueurs faiſoient à ceux, qui qui les abandonnoient, qu'ils ne pouuoient, & ne deuoient tenir pour Roy celuy, qui n'auoit point eſté ſacré: cela mit le Conſeil en peine. Car bien qu'on leur propoſaſt des exemples de quelque Roy, ſacre à Soiſſons, à Laon, à Compiegne, à Chartres, on reiettoit cet exemple, pource que ceux-là n'auoyent point de contrediſans en fait de religion: & ainſi on vouloit attendre la priſe de Rheims, ou par force, ou par inductions. Chiuerni l'emporta pour faire la ceremonie à Chartres: & de plus, il y eut pluſieurs Religieux, qui aſſeurerent, qu'on trouueroit à Marmoutier vne ſaincte ampoulle, autant efficacieuſe que celle de Rheims. Cela fut accepté, & le Roy receut l'onction par les mains de l'Eueſque de Chartres, le vingt-ſeptieſme de Febrier*: Le Sieur d'Aubigné *en l'hiſtoire vniuerſ. tom. 3. liu. 4. chap. 2.*) Cognitum fuit, inter opprobria, quæ Ligati à ſe deſciſcentibus improperabant, illud, quod neque poſſent neque deberent eum pro rege agnoſcere, qui conſecratus non eſſet, Regis Conſilio negotium exhibuiſſe. Licet enim proponerentur exempla Regum conſecratorum Sueſſioni, Laudini, Compendii, & Carnuti, ea tamen non admittebantur, quod tunc conſecrandi ob profeſſionem religionis non habuiſſent contradictorem; itaque placebat expectare, vſque dum Rhemenſis vrbs vel vi caperetur, vel pactionibus ſe ſubmitteret Henrico. Chiuernius tamen peruicit, vt ceremoniæ coronationis fierent Carnuti. Erant præterea multi, religioſi ordinis, qui affirmarent, in monaſterio, quod *Marmouſtier* dicitur, reperiri ſanctam ampullam non minoris efficaciæ quam Rhemenſem. Locum inuenit hæc admonitio, & fuit Rex poſtea inunctus ab Epiſcopo Carnutenſi, XXVII. die Februarii (anno MDXCIV.)

t) *Nos Roys ne ſont pas tellement aſtrainćts au priuilege de l'Egliſe, & de l'Archeueſque de Reims, que quand leurs affaires l'ont requis, ils n'ayent employé les miniſteres d'autres prelats, & en d'autres Egliſes*: Scipion du Pleix, *tom. 2. de l'hiſtoire generale de France, pag. 82. n. 14.* (Reges noſtri non ſe ita adſtrinxerunt priuilegio Eccleſiæ & Archiepiſcopo Rhemenſi competenti, vt rerum ſuarum ſtatu id exigente, non etiam alibi, & aliorum prælatorum opera interueniente, conſecrari ſe fecerint.)

u) *Par la loy de France, publiée en parlement l'an MCDVII. le Roy mineur d'ans, ſuccedant à la couronne, ſe peut faire conſacrer ſans aucune limitation d'aage, & gouuerner ſon Royaume du conſeil des Princes de ſon ſang. Auparauant, & par autre loy publiée par le Roy Charles le quint, tel ſacre pouuoit ſeulement eſtre fait & celebré au quatorzieſme an, & non pluſtoſt.* (Lege Franciæ quæ publicata fuit in Parlamento anno MCDVII. Rex minorennis ſuccedens in Regnum, poteſt conſecrari citra reſpectum annorum, & gubernare Regnum conſilio Principum ſanguinis. Antea ex lege alia, lata à Carolo V. conſecratio illa & coronatio, prius non poterat perfici, quam Rex annum deci-

Digitized by Google

decimum quartum ætatis ſuæ attigiſſet: Laurens Bouchel *tom. 1. de la bibliotheque, ou du threſor dudroict François, pag. 1. verſ. aage des Roys.* vide ſupra *lib. 1. c. 8. lit. mm.* Carolus IX. intra decimum & vndecimum ætatis annum conſecratus & coronatus fuit; Ludouicus XIII. anno nono exacto.

x) De Coronationis actu videri poteſt Sleidanus *de ſtatu religion. & Reipubl. lib. 19. fol. m. 332.* Laurentius Fuchs, apud Goldaſtum in Reichshandlungen *pag. 261.* Iean du Tillet *au recueil des Roys de France d. t. des Sacres & couronnemens des Roys & Roynes, pag. 187. & ſeqq. Le Ceremonial de France* de Theodore Godefroy: Autor *qui ſcripſit les Recherches de la grandeur, & maieſté des Roys de France:* Fauyn *en l'hiſtoire de Nauarre liu. 16. & au theatre d'honneur liu. 2. chap. dern. pag. 498. L'Ordonnance à enoindre & à couronner le Roy, quam exhibet* Philippe Labbé *tom. 1. de l'abregé Royal, au recueil hiſtorique de pieces anciennes, chap. 13. pag. 619. & ſeqq.*

y) Hodierna iuramenta cum antiquis non conuenire, ſed formula valde differre, obſeruauit Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 8. pag. 138.* licet contrarium videatur Tilleto *d. l. pag. 186.* vbi ait: *Le ſerment que font les Roys de France à leur Sacre, n'a eſté immué. Ce ſerment* (inquit Autor tractatus *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 2. traicté 1. pag. 407.*) *ne ſe change es Sacres des Roys, ains y eſt de toute antiquité exactement gardé, comme declaration de la loy Salique, fondamentale de l'Eſtat.*

z) Video diſtingui *in Ceremoniali Franciæ,* (*edito* à Theodoro Godofredo, *in deſcriptione coronationis Henrici II. pag. 325.*) inter iuramentum, quod incipit, *promitto*; & inter illud, cuius initialia verba ſunt, *hæc tria promitto.* Relatio autoris ita ſe habet: *Apres que ledict Seigneur* (*Henry II.*) *eut fait le ſerment de* Promitto, *il fut ſoubleué de ſa chaize par les Eueſques de Langres, & de Beauuais: leſquels eſtans ainſi debout, firent contenance de demander au peuple, & circonſtance, s'ils l'acceptoient pour Roy: Et comme ayans receu le conſentement dudict peuple, l'Archeueſque de Rheims luy fit faire le ſerment au Royaume, qui ſe commence;* hæc tria promitto. (Poſtquam Rex Henricus II. præſtiterat iuramentum, cuius verbum initiale eſt, *promitto*, eleuatus fuit ſupra ſedem per Epiſcopum Langrenſem, & Bellouacenſem, qui ita ſtantes præ ſe ferebant interrogare populum ibi congregatum, an eum pro Rege acceptaret? & quaſi accepiſſent conſenſum populi, Archiepiſcopus Rhemenſis Regi propoſuit iuramentum, quod Regno præſtatur, & incipit, *hæc tria promitto.*) Vnde etiam colligere licet, iuramenta hæc Regi tunc latina lingua prælecta, & ab eo præſtita fuiſſe, quod an ita iugiter adhuc obſeruatum ſit, me latet. Quid autem iuramento illo contineatur, & quomodo in acta referatur, ex dicto Ceremoniali *pag. 630.* apparet, vbi Henrici IV. iuramentum tale fuiſſe legimus: *Hæc populo Chriſtiano & mihi ſubdito, in Chriſti promitto nomine. Inprimis, vt Eccleſiæ Dei omnis populus Chriſtianus*

 veram

veram pacem noſtro arbitrio in omni tempore ſeruet. Item, vt omnes rapacitates, & omnes iniquitates omnibus gradibus interdicam. Item, vt in omnibus iudiciis æquitatem, & miſericordiam præcipiam, vt mihi & vobis indulgeat ſuam miſericordiam clemens & miſericors Deus. Item, de terra mea, ac iuriſdictione mihi ſubdita, vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, pro viribus, bona fide, exterminare ſtudebo. Hæc omnia ſupra dicta firmo iuramento. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. (*Le Roy Louys XI. enuoya au parlement de Paris, en l'Auril MCDLXXXII. le ſerment par luy preſté en ſon Sacre, pour l'y faire enregiſtrer, l'exhortant de l'acquiter du contenu en iceluy, & faire bonne iuſtice à ſes ſubiects. L'acte de celuy, que Henry IV. preſta en pleine Egliſe, fut ſigné de ſa propre main, & deliuré à l'Eueſque de Chartres, pour le faire mettre en perpetuelle memoire, tant au threſor des tiltres de l'Eueſché, qu'és archiues du Chapitre, & hoſtel commun de la ville.*) Ludouicus XI. Parlamento Lutetiano inſinuari fecit, anno MCDLXXXII. menſe Aprili, iuramentum, quod præſtiterat in actu conſecrationis ſuæ, voluitque vt ad acta referretur, addita commonitione, ſatisfacerent promiſſis, & recte adminiſtrarent iuſtitiam ſubditis ſuis. Articuli, in quos iurauit Henricus IV. publice, in Eccleſia, ab ipſo poſtea ſubſcripti ſunt manu propria, & traditi Epiſcopo Carnutenſi, vt in Archiua Epiſcopatus & Capituli, nec non curiæ ciuitatis referrentur, perennis memoriæ cauſa. Bulengerus *hiſt. lib.* 13. *p.* 402. iuramentum Ludouici XIII. deſcribens, ſenſum magis, vt puto, quam verba formalia, ita exhibet: *Nomine Ieſu Chriſti, ſeruatoris mei, ſubditis meis ſancte polliceor, daturum me id operam, vt ipſi pacifice & tuto in Dei cultu viuant, omnes ordines rapinis & ſcelere abſtineant, iudicia æquitate & iuſtitia nitantur, hæretici regno excedant: quæ promiſſa iureiurando firmo, ſic me Deus, atque hic ſacer Euangeliorum codex adiuuet.* Bodinus *d. pag.* 138. antiquiſſimam formulam, eamque ſuccinctam maxime, hanc fuiſſe refert: *Iuro ego per Deum omnipotentem, ac promitto, me iuſte regnaturum, iudicium, æquitatem ac miſericordiam facturum.* Formulam iuramenti Philippi I. quæ in antiquis Rhemenſium archiuis contineri dicitur, pontificium aliquid ſapere, idem monet, idque huius eſſe tenoris: *Ego Philippus, Deo propitiante mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto, coram Deo & ſanctis eius, quod vnicuique de nobis commiſſis Canonicum priuilegium, & debitam legem, atque iuſtitiam conſeruabo; & defenſionem, adiuuante Domino, quantum potero, exhibebo, ſicut Rex in ſuo regno vnicuique Epiſcopo, & Eccleſia ſibi commiſſæ, per rectum exhibere debet; populo quoque nobis credito, me diſpenſationem legum in ſuo iure conſiſtentem, noſtra autoritate conceſſurum.* Hæ formulæ, ſi inter ſe conferantur, perſpicuum erit, modernas cum antiquis non conuenire. Quod vero à Bodino, Philippi iuramentum pontificium aliquid ſapere, audiuimus, mirari haud licet; nam hic coronationis actus totus fere pontificius eſt. Et hic ſibi tam bene proſpexit

Digitized by Google

ſpexit Eccleſiaſticus ordo, vt ante omnia primum ſua priuilegia ſibi confirmari curet. Statim enim atque Archiepiſcopus ad altare acceſſit, Regem coronandum ita alloquitur: (*Nous te requerons, nous ottroyer, qu' à nous, & aux Egliſes à nous commiſes, conſerues le priuilege canonique, loy & iuſtice deuë, nous gardes & defendes, comme Roy eſt tenu en ſon Royaume, à chacun Eueſque & Egliſe à luy commiſe.*) Requirimus vt concedas nobis, te nobis & Eccleſiis noſtris conſeruaturum canonicum priuilegium, legem & debitam iuſtitiam, nos defenſurum, prout regem decet facere erga quemuis Epiſcopum & Eccleſiam ipſi commiſſam. Cui, vt & cæteris Epiſcopis præſentibus, Rex reſpondet: (*Ie vous promets, & ottroye, qu' à chacun de vous, & aux Egliſes à vous commiſes, ie garderay le priuilege canonique, loy & iuſtice deuë, & à mon pouuoir, Dieu aydant, vous defendray, comme Roy eſt tenu par droit en ſon Royaume à chacun Eueſque, & à l' Egliſe luy commiſe.*) Promitto vobis ſingulis, me conſeruaturum veſtrum, & Eccleſiarum, curæ veſtræ commiſſarum, priuilegium Canonicum, legem & iuſtitiam debitam, & ſecundum vires meas, Deo adiuuante, vos defenſurum, prout Regem iure facere decet in Regno ſuo, erga quemuis Epiſcopum & Eccleſiam ipſi commiſſam. Du Tillet *d. t. pag.* 188. Hoc loco notabile eſt, quod Ludouico XII. die ſolemnis introitus ſui Lutetiæ, non prius permiſſum ab Eccleſiaſticis fuerit ingredi Eccleſiam B. Mariæ, quam ante fores eius clauſas iuramentum de ſeruandis Eccleſiæ priuilegiis, & aliis nonnullis, quæ ſubditos concernunt, præſtitiſſet. Actum ita deſcribit dictus autor in ceremoniali Franciæ, *pag.* 61. (*Ledict Seigneur (Louys XII.) venu deuant l'Egliſe de noſtre Dame de Paris, icelle trouua fermée; & deuant la porte eſtoient les Eueſques, de Paris, de Sens, &c. & illec, en la preſence de tous, le Roy feit le ſerment ſur les ſaincts Euangiles, & reliques. Premierement iura, qu'il entretiendroit l'Egliſe en ſes bonnes libertés, & franchiſes, & qu'il deffendroit la foy Catholique contre tous infideles, Iuifs, Payens, & Sarraſins, & qu'il chaſſeroit, & bouteroit hors de ſon Royaume toutes hereſies. Secondement, qu' il entretiendroit les nobles, auſſi les laboureurs, enſemble les marchans, & leurs bonnes loix, & couſtumes anciennes. Et qu' il feroit iuſtice au petit comme au grand, & garderoit ſon peuple des ennemis & aduerſaires. Et ce faict ouurirent les portes de l' Egliſe, & commencerent tous à chanter* Te Deum laudamus &c.) Ludouicus XII. Rex Franciæ cum Lutetiæ ad ædem Beatæ Virginis veniſſet, portas offendit clauſas, & ſtantes ante illas Epiſcopos, Pariſienſem, Senonenſem &c. ibique in præſentia omnium, præſtitit iuramentum ſuper ſancta Euangelia, & reliquias. Primo, ſe obſeruaturum Eccleſiæ libertates & immunitates, defenſurumque fidem Catholicam contra infideles, Iudæos, Paganos & Saracenos: ac Regno ſuo exterminaturum omnes hæreſes. Secundo, ſe protecturum nobiles, agricolas, mercatoresque, eorum bonas leges & antiquas conſuetudines; adminiſtraturum iuſti-

iuſtitiam æqualem minimis ac maximis; defenſurumque populum contra hoſtes & aduerſarios. Quo facto aperuerunt portas templi, & inceperunt omnes cantare, *Te Deum laudamus.*

aa) Ocreæ iſtæ, quæ & ſandalia appellantur, (& olim *botines dorées: Les antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 2. traitté 2. pag. 410.*) ſericæ ſunt, coloris cœrulei, variis liliorum floribus ornatæ. Has altari impoſitas Abbas S. Dionyſii ſumit, & porrigit ſummo ſacri cubiculi præfecto, qui eas pedibus Regis applicat: Du Tillet *d. tr. pag. 198.*

bb) Par Franciæ (olim Dux Burgundiæ) aurea calcaria applicat Regi, ſed ſtatim iterum demit: Du Tillet *d. pag.* Vidi illa in fano S. Dionyſii, vbi aſſeruantur, ſed cuius formæ ſint, nunc non recordor. Regi Angliæ, in actu coronationis vnum tantum calcare aptatur (*à pointe, ſans molette:* André du Cheſne *liu. 17. de l'hiſtoire generale d'Angleterre pag. 973.*) in cuſpidem deſinens, carens rotula.

cc) Archiepiſcopus Regem accingit gladio, & mox diſcingit, ac vaginam ſuperimponit altari, enſemque nudum offert Regi, qui eum altari imponit, eo actu innuens, ſe gladio, quem à Deo accepit, pro defenſione religionis vſurum. (Louys d'Orleans *aux ouuertur. des Parlem. chap. 117. pag. 225.*) poſtea tradit Comiti Stabuli, ſi præſens ſit, aut alii ex principibus, cui vult. Ille vero cui traditur, eum ante Regem portare, vel gerere, debet, non ſolum in Eccleſia, durante adhuc ſolemnitatis actu, ſed etiam poſt, vſq; ad diuerſorium Regis: Du Tillet *d. pag. 189.* Hunc gladium Caroli Magni fuiſſe, & appellatum *Iocoſum*, ait Autor, *qui deſcripſit vitam Philippi III.* Vide *les antiquites & recherches de la grandeur &c. des Roys de France d. liu. & traitté, pag. 412. &* Louys d'Orleans *d. pag. 225.*

dd) Au couronnement du Roy Henry II. l'Archeueſque de Rheims prepara la ſaincte & ſacrée onction en ceſte forme: Il print la platine du calice S. Rhemy, ſur laquelle il mit du ſainct chreſme, autant qu'il en faut pour ſacrer vn Eueſque; de la ſaincte ampoulle, auec vne aiguille d'or, qui y pendoit, il print de la treſſacrée huile la groſſeur d'vn pois, qu'il meſla du doigt auec ledit ſainct chreſme: Le Ceremonial de France. pag. 326. (Cum Henrici II. inauguratio perageretur, Archiepiſcopus Rhemenſis præparauit ſacrum vnguentum, hoc modo: Sumpſit patenam calicis S. Rhemigii, inque eam immiſit tantum ſacri chriſmatis, quantum ſufficit ad ſacrandum Epiſcopum, & ex ſacra ampulla, acu aurea, quæ ad eam alligata, extraxit oleum ſacratiſſimum, ea quantitate, quæ piſum æquabat, quod digito miſcuit cum ſacro chriſmate.) Hæc præparatio omnino conuenit cum conſtitutione Ludouici iunioris, quam tulit de conſecratione & coronatione Regum Franciæ: Du Tillet *d. pag. 189.* Quod vero ibidem prærogatiuam Regi [illegible] adſcribit præ cæteris omnibus, quaſi

quaſi ſolus oleo cœleſti inungatur, id admittimus eo temperamento, quo ſupra *lib.* 1. *c.* 12. *lit. k.* vſi fuimus; ſi verùm eſt à cœlo eſſe hoc oleum demiſſum.

ee) Dicta Conſtitutio Ludouici Iunioris vult, Regem inungi quinque in corporis ſui partibus, nempe, in vertice capitis, in pectore, in interſcapilio, in ſcapulis ipſis, in commiſſuris brachiorum. At ſi ſcapulas pro binis locis, vt & brachia, numeremus, ſeptem erunt inunctiones, diuerſarum corporis partium: Du Tillet *d. tilt. pag.* 191. 1. *Au ſommet de la teſte,* 2. *Sur l'eſtomach.* 3. *Entre les deux eſpaules.* 4. *En l'eſpaule droite.* 5. *En l'eſpaule gauche.* 6. *Au ply, & iointure du bras droit;* & 7. *En celle du bras gauche*: Fauyn *au theatre d'honneur liu.* 2. *chap. dern. pag.* 497. Quod diximus, Regis verticem inungi, ſeruire debet ad detegendum errorem eorum, qui putant ſacerdotem in capite vngi, non ſecularem principem; cum huius imperium factum ſit ſuper humerum eius, maiorque ſit poteſtas ſpiritualis temporali, vt explicantem hanc differentiam Innocentium III. *in c.* 1. §. *vnde & in veteri, de ſacr. vnctione*, allegat Tholoſanus, *de Republ. lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 11. Cæterum ex deſcriptionibus conſecrationum Regiarum patet, non ſolum Regem Franciæ prædictis in partibus inungi, ſed etiam in palma manûs, vel vnius, vel vtriuſque. Ita Ceremoniale Franciæ, in deſcriptione coronationis Henrici II. inunctionis palmæ manus dextræ meminit, *pag.* 327. In Henrici vero IV. *pag.* 628. ambarum. De effectu vnctionis præſtat audire Bret *de la ſouueraineté du Roy liu.* 1. *chap.* 16. *pag.* 122. (*Nos Roys eſtans oincts en leur Sacre de ceſte miraculeuſe liqueur, que le ciel leur a donnée, pour leur ſeruir en ceſte action ſolemnelle, ils ſont enrichis par ſa vertu de tant de faueurs extraordinaires, qu'ils ſemblent eſtre esleués en vne condition toute diuine. Ils gueriſſent les maladies les plus faſcheuſes, par leur ſeul attouchement. Ils ſont tellement fortifiés de cœur, & de courage, que par tout, où ils paroiſſent, ils apportent la terreur à leurs ennemis. C'eſt pourquoy la Pucelle d'Orleans preſſoit ſi viuement Charles VII. de ſe faire ſacrer, luy ayant predit, qu'il ſeroit beaucoup plus redouté de ſes ennemis, apres ceſte ceremonie: ce qui parut eſtre veritable, par les grandes victoires, qu'il emporta puis apres des Anglois. Nos Roys en vertu de leur onction ſacrée, qui les fait participans des prerogatiues des Eccleſiaſtiques, ont l'authorité d'ordonner de la police de l'Egliſe, d'empeſcher que perſonne n'entre dans les charges & les dignités, par des voyes contraires aux ſaincts decrets des Papes & des Conciles, & meſme de pourueoir aux Benefices.*) Noſtri Reges, quando in actu conſecrationis inunguntur pretioſo liquore, cœleſti illo dono, ad hanc ſolemnitatem deſtinato, eius virtute & efficacia tantis ornantur prærogatiuis, vt videantur diuinitatis participes facti. Sanant, ſolo attactu ſuo, morbos grauiſſimos: animo & ſpiritu adeo creſcunt, vt vbicumque compareant, hoſtibus ſint terrori. Hanc ob cauſam Virgo Aurelianenſis tanto apud Carolum

lum VII. inſtabat ardore, vt ſe inungendum curaret, cum prædixiſſet ipſi, peracta hac ceremonia illum hoſtibus formidabiliorem fore. Id quod euentus comprobauit, tot tantiſque victoriis, quas ab Anglis deinde reportauit. Noſtri Reges virtute vnctionis ſacræ, qua participes fiunt conditionis Eccleſiaſticorum, habent autoritatem conſtituendi leges, concernentes politiam Eccleſiæ, impediendique poteſtatem, ne vllus perueniat ad officia & dignitates mediis modisue contrariantibus, ſacris decretis ſummorum Pontificum, ac Conciliorum, nec non facultatem promouendi ad beneficia.

ff) Chirothecæ propterea dantur Regi, vt his inunctas tegat manus: Ceremoniale Franciæ *p.* 328. *& p.* 660. vbi ait: *L' Eueſque de Chartres bailla à Henry IV. des gants deliés, & arrousés d' eau beniſte, à ce qu' il ne touchaſt rien à nud, pour la reuerence de la ſacrée onction.* (Epiſcopus Carnutenſis dedit Henrico IV. chirothecas tenues, & reſperſas aqua benedicta, eum in finem, ne quicquam nudis manibus contrectaret, hoc enim reuerentia ſacræ unctionis non admittit.)

gg) De variis orationibus, quæ Regiæ conſecrationi & vnctioni adhibentur, videri poteſt du Tillet, *d. tilt. p.* 189. 190. 191. 192. 193. *& ſeqq.*

hh) Summus ſacri cubiculi præfectus, vnctione peracta Regi induit veſtem Dalmaticam (vnde nomen habeat, & qualis ſit, *vide les antiquités, & recherches de la grandeur &c. liu.* 2. *traitte.* 2. *pag.* 419. & Louys d' Orleans, *aux ouuert. des parlem. chap.* 15. *p.* 212.) cœruleam, & deſuper regale pallium; (*de quo vide dictas antiquitates pag.* 421.) ita vt manus libere procurrat verſus aperturam pallii, quod ad ſiniſtram, vt Sacerdotis caſula, extollitur; du Tillet *d. tilt. p.* 192. Hæ, cæteræque veſtes, quæ nunc in actu coronationis ſeruiunt, non ſunt antiquæ illæ, quæ olim adhibitæ, ſed nouæ, & recentiores, in locum antiquarum ſubrogatæ. *Le Roy Philippe Auguſte fit renouueller tous les Royaux habits, & les couronnes, ſçauoir eſt vne grande, pour ſeruir au Sacre & couronnement des Roys & Roynes, & vne petite, pour eſtre portée au diſner le iour du couronnement: Les antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France d. liu.* 2. *traitte.* 1. *pag.* 365. ac Louys d' Orleans, *aux ouuertures des parlements, chap.* 14. *pag.* 201. *& ſeqq.* De Henrico II. legimus, quod veteribus vſu attritis, & ſqualidis, non fuerit vſus, ſed nouas fieri curauerit. *Henry II.* (ait Scipion du Pleix, *en l' hiſtoire generale de France, tom.* 3. *pag.* 483. *n.* 8.) *voyant, que les habits, qui ſont employés au Sacre, & couronnement du Roy, eſtoient deſia vſés, & la couleur ternie, en fit faire de neufs pour ſon ſacre, beaucoup plus riches que les anciens.* (Henricus II. conſiderans, indumenta, quæ in regnum inaugurationibus adhiberi moris eſt, vſu attrita, ac colore obſcura facta, curauit his alia magis ſplendida & elegantia ac noua ſubſtitui.) Et diſtinctius le Ceremonial de France *pag.* 309. *Henry II. voyant que la camiſole, ſandales, tunique dalmatique, & mantel, eſtoient ia deteriorés, & vſés par laps de temps*

de temps, & pour auoir ſerui à pluſieurs, & autres Sacres & couronnemens de ſes predeceſſeurs, il voulut & luy pleut, en faire faire de tout neufs. (Cum Henricus II. videret, induſium, ſandalia tunicam Dalmaticam, & pallium, deteriorata eſſe & detrita, temporis decurſu, & ſæpius reiterato in coronationibus anteceſſorum ſuorum vſu, noua facienda curauit.) Idem fecit Henricus IV. verum aliam propter cauſam, vti dictum Ceremoniale *pag. 632.* indicat. *Henry IV. fit refaire pluſieurs de nouuel, au lieu de ceux, qui auoient eſté religieuſement gardés dés le temps du Roy Clouis, au threſor de l'Abbaye de S. Denys, à l'vſage du Sacre de ſes tres-Chreſtiens anceſtres, & depuis les troubles de France honteuſement briſés, fondus, butinés, diſſipés, & partagés, auec tous ornemens & marques de la dignité Royale.* (Henricus IV. multa noua ornamenta ſubſtituit in locum illorum, quæ à Regis Clodouei vsque tempore religioſe aſſeruata fuerant in Abbatia S. Dionyſii, in vſum Regum Chriſtianiſſimorum, quando conſecrandi & coronandi: erant enim antiqua illa, durantibus bellis inteſtinis impudenter lacerata, fracta, fuſa, in ſpolium ablata, diſſipata, & inter varios diuiſa, cum aliis regalibus inſignibus.) Ludouicus XIII. nouem annorum puer, coronandus, ornamenta Regia noua, ætati & ſtaturæ ſuæ conuenientia fieri fecit, A. M D X. Fauyn *au theatr. d'honn. liu. 2. ch. dern. p. 497.*

ii) Archiepiſcopus Regis digito dexteræ, qui medicinalis, dicitur, inſerit annulum, dicens; *Accipe annulum ſignaculum ſanctæ fidei, ſoliditatem regni, augmentum potentiæ, quibus rebus ſcias arcere inimicos, poteſtate triumphali exterminare hæreſes, ſubditos adunare, & adducere ad perſeuerantiam fidei Catholicæ, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*: du Tillet *d. p. 192.* An vnione, vel lapide aliquo pretioſo, & cuius generis, annulus ornatus ſit, mihi non conſtat, extra dubium tamen eſt, illum pretioſum eſſe. Cæterum annulo hoc Regi deſponſatur Regnum: Charron *en l'hiſt. vniuerſ. 153. p. 1329.*

kk) Idem Archiepiſcopus Regi tradit ſceptrum, cuius in ſummitate figura liliorum repræſentatur, quod hic manu apprehendit dextera. (Myſterium vide *és antiquites, d. liu 2. & traitte. 2. pag. 431.*) Hoc ſceptrum potentiæ nominat Louys d'Orleans, *és ouuertures des parlaments, chap. 12. pag. 181.* & alterum, de quo mox dicam, ſceptrum iuſtitiæ: quorum vtrumque ex puro puto auro conſtare docet. Tradens vero hoc ſceptrum potentiæ Archiepiſcopus dicit: *Accipe ſceptrum in ſignum Regalis potentiæ, id eſt, rectam virgam Regni, virgam virtutis, hac teipſum bene guberna, defende ab improbis, potentia Regali, ſanctam Eccleſiam, id eſt, populum Chriſtianum, tibi commiſſum à Deo; Corrige, malos, pacifica rectos, dirige eos, ut poſſint gratia tua tenere viam rectam, vt à regno temporali peruenias ad ſpirituale regnum, cum illo, cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum*: du Tillet *d. p. 197.*

ll) Alterum ſceptrum, quod manus iuſtitiæ dicitur, Rhemenſis Archiep. ponit in ſiniſtram (*main de iuſtice pourquoy à la gauche; les antiquités d. loc. pag.*

by Google

loc. pag. 430. ac Louys d'Orleans *aux ouuertures des Parlements, chap.* 12. *pag.* 182.) Regis manum, dicendo: *Accipe virgam virtutis, & æquitatis, qua ſcias confirmare bonos, & timorem malis incutere; doce errantes viam, porrige manum lapſis, deprime ſuperbos, attolle humiles, ut Dominus noſter Ieſus Chriſtus tibi aperiat oſtium, qui pronunciauit ipſe, ego ſum oſtium, per quod qui intrabit ſaluus erit. ipſe, cui eſt clauis Dauidis, & ſceptrum domus Iſraelis, qui aperit, & nemo claudit, qui claudit & nemo aperit, qui educit è domo carceris vinctum, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis, tibi ſit adiumento, vt poſſis omnibus in rebus ſequi eum, de quo propheta Dauid cecinit, ô Deus, thronus tuus eſt in ſecula, virga æquitatis eſt virga regni tui, & imitare eum, qui dicit, dilige iuſtitiam, & odi iniquitatem, quoniam Deus, tuus Deus, te vnxit oleo lætitiæ, ad exemplum eius quem vnxit ante ſecula ſupra conſortes eius, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Sunt qui hoc iuſtitiæ ſceptrum, primum in conſecratione Regis innotuiſſe ſcribant, ſub Carolo V. cui nomen Sapientis attributum; ſed illud iam Ludouici Craſſi tempore in vſu fuiſſe aſſerit Fauyn, *au theatre d'honneur liu.* 2. *ch.* 12. *pag.* 292. Vocatur autem hoc ſceptrum manus iuſtitiæ, quia in eius apice manus, duobus cum pollice digitis erecta, conſpicitur, tam fidei quam iuſtitiæ ſignum. *Manus* quoque nomine non ſemper pars nota hominis venit, ſed etiam potentia publica, quo ſenſu *in l.* 2. §. 1. *ff. de O. I.* accipitur, vt & in trito illo verſiculo Ouidii (*heroid. epiſt.* 16. *v.* 166.)

An neſcis longas Regibus eſſe manus.

Sic in Francia *la main ſignifie communement la puiſſance publique, comme quand nous diſons, main miſe, main leuée, conforte main, main tenuë, main garnie, nous entendons ceſte main, que nous appellons la main du Roy, ou de Iuſtice, c'eſt à dire, puiſſance publique, qui a ſon effect en la iuſtice, ſelon laquelle elle doit eſtre conduitte, & que partant nous repreſentons par ceſte main de iuſtice, que nos Roys, eſtans en leur habit Royal, portent particulierement, comme les plus grands iuſticiers du monde, outre le ſceptre commun à tous Roys:* Loyſeau *des Seigneuries, chap.* 1. *n.* 45. *De tous les princes de la Chreſtienté il n'y en a pas vn, que le ſeul Roy de France, qui porte ceſte main de iuſtice:* Fauyn *d. ch. pag.* 289. Louys d'Orleans, *aux ouuertures des parlements ch.* 4. *pag.* 50. *& chap.* 12. *pag.* 181. Cæterum, materia huius ſceptri (quod aliquoties in fano S. Dionyſii vidi, & apprehendi) aurum eſt, præter manum quam in ſummitate habet: hæc enim oſſea eſt: eburneam credo, (talem eſſe docet, & varie illuſtrat Louys d'Orleans *d. tr. chap.* 13. *pag.* 193. *& ſeqq.*) quamuis dicatur ex vnicornu facta. Cum idem affirmaretur Carolo IV. Imperatore præſente, quando hoc ſceptrum oſtendebatur, ſubiunxit; Non potuiſſe ex aptiori materia manum iuſtitiæ effingi, quæ pura, omniſque veneni exors eſſe debeat: Claude Fauchet *liu.* 12. *des antiquités de France ch.* 1. *p.* 437.

m m) Poſtquam manus iuſtitiæ Regi tradita eſt, Cancellarius Galliæ, ſi adſit

Digitized by Google

ſi adſit, aut eo abſente Archiepiſcopus Rhemenſis, Pares Franciæ, nominatim ſecundum ordinem graduum, primum laicos, deinde eccleſiaſticos, aduocat; (olim hi omnes certi erant, hodie mutata rerum facie, alii, vt antiquorum laicorum Parium vices agant, ex Parium numero, qui varie auctus, ſubſtituuntur; quo de *infra*, vt & quod quiſque ex inſignibus Regiis tempore coronationis geſtet, ſuo loco, vbi de Paribus nobis ſermo erit, acturi ſumus.) quibus circumſtantibus coronam Regiam ex altari ſumptam, idem Archiepiſcopus capiti Regis imponit, ad quam Pares manum adhibent, & ſoli eam ſuſtinent, dicente Archiepiſcopo: *Deus coronet te corona gloriæ, honoris, iuſtitiæ, & operis conſtantiæ, vt officio benedictionis noſtræ recta fide, & cum fructu multiplicato bonorum operum, peruenias ad regnum æternum, largitate illius, cuius regnum imperiumque permanet in ſecula ſeculorum*: Du Tillet *d. pag.* 193. Corona hæc aurea eſt, gemmis variis coruſcans, quæ æſtimatur (*à cent onze mil, huict cents quarante eſcus*) valere centies & vndecies mille, octingentos quadraginta ſcutatos; vt tradit Coquille *en l'hiſtoire du pays & Duché de Niuernois, pag.* 56. & Charron *en l' hiſtoire vniuerſ. chap.* 101. *pag.* 718. Cæterum clauſa eſt, ad inſtar imperialis coronæ, non aperta, vt aliorum Regum. *Anciennement telles couronnes n'eſtoient closes. Car en l'Egliſe de S. Denys, où ils ſont presque toutes, il n'y en a aucune, iusques au Roy Charles VIII. qui ſoit fermée. Et ſe void encore dans du Tillet le pourtrait d'vn vieil ſeel de Philippe Auguſte, qui eſt vne couronne ouuerte, dont il vſoit pendant qu'il eſtoit en Leuant*: *Les antiquités & recherches &c. d. liu.* 2. *traicté* 2. *pag.* 453. Verum etiam illos corona clauſa vti potuiſſe, modo voluiſſent, ex eo firmat Louys d'Orleans, *aux ouuert. des Parlem. chap.* 11. *pag.* 173 *pource que les Roys de France ſont Empereurs en leur Royaume.*

nn) Archiepiſcopus, poſt finitam orationem, quam, impoſita Regi corona, dixit, ad eundem conuerſus ait: *Siſte gradum, ac imperium, quod paterno iure antea adeptus es, nunc accipe, quo deinceps, vt veriſſimus heres, vti frui poſſis: quod quidem à Deo præpotenti, & à nobis Pontificibus, ac Paribus ad te iuſta traditione defertur.* (Honeſta oratio, inquit Bodinus *lib.* 1. *de Republ. cap.* 8. *pag.* 166. modo vera.) *Et incipe deferre conuenienti loco clero honorem eo ampliorem, quem vides altari ſacro propinquiorem eſſe, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui regnat cum Deo &c. te faciat ſecum regnare in regno æterno*: Du Tillet *d. p.* 194.

oo) Poſt hæc, orationibus & benedictionibus ad finem perductis, Archiepiſcopus Rhemenſis, cum Parium, coronam ſuſtinentium, comitatu, Regem ſic, vt diximus, ornatum, ad thronum ad hoc præparatum ducit, & ibi eum in exedram adeo eminentem collocat, vt ab omnibus ſpectari poſſit: Du Tillet *pag.* 195.

pp) Hoc facto, Archiepiſcopus Rhemenſis mitta depoſita, Regem

 ſeden-

ſedentem oſculatur, & dicit: *Viuat Rex in æternum.* Poſt eum cæteri Pares, clerici & laici, ſuſtinentes coronam, iiſdem verbis idem peragunt: Du Tillet *d. pag.* 195.

qq) Dicis cauſa interrogatur populus, an hunc pro Rege ſuſcipiat? An ſemper id fieri ſolitum, non noui; Du Tillet eius non meminit: Ceremoniale autem Franciæ, tunc, quando Henricus II. & iterum, vbi Henricus IV. coronatus fuit, id obſeruatum docet. *Apres que ledict Seigneur (Henry II.) eut faict le ferment de* Promitto, *il fut ſousleué de ſa chaize, par les Eueſques de Langres, & de Beauuais: Leſquels, eſtans ainſi debout, firent contenance de demander au peuple, & circonſtance, s'ils l'acceptoient pour Roy? Et comme ayans receu le conſentement dudit peuple, l'Archeueſque de Rheims luy fit faire le ferment au Royaume, qui ſe commence;* hæc tria promitto. *pag.* 325. & *p.* 628. de Henrico IV. refert: *Les Eueſques de Nantes, & Maillezais le ſousleuerent de ſa chaiſe, & eſtant debout, demanderent aux aſſiſtans, s'ils l'acceptoient pour Roy. Non que ceſte acceptation ſe prenne pour election, ayant ce Royaume eſté touſiours hereditaire, & ſucceſſif au plus prochain maſle; mais pour declaration de la ſubmiſſion, obeiſſance & fidelité, qu'ils luy doiuent, comme à leur ſouuerain Seigneur, de l'expreſſe ordonnance de Dieu. On obſerue* (ait Biet *liu.* 1. *de la ſouuerain. du Roy, chap.* 4. *pag.* 27.) *ceſte ceremonie, non pas pour faire eslection du Prince, mais pour preſenter au peuple celuy, que Dieu luy donne pour ſon Roy, afin qu'il luy face l'honneur & l'hommage, qu'il eſt obligé de luy rendre: & pour remarquer auſſi la difference, qu'il y a entre vn Roy legitime, & vn Tyran; celuy-cy s'introduiſant dans le throſne Royal par force, & par violance, & celuy-là auec l'applaudiſſement & le gré de tous ſes ſubiects.* (Cæremonia hæc non propterea in vſu eſt, quaſi illa eligatur Rex, ſed vt is, quem Deus dedit Regem, præſentetur populo, vt hic ei iuramentum ſubiectionis præſtet, debitumque exhibeat honorem: nec non vt obſeruetur differentia, quæ eſt inter Regem legitimum, & tyrannum: hic enim vi occupat thronum Regium, ille autem voto & fauſta acclamatione omnium ſubditorum.)

rr) Poſt hæc præcentor, & cantor alter, obſeruantes chorum, miſſam incipiunt, quæ ex ordine canitur, & ſpecialis oratio hæc pro Rege deinde dicitur: *Oramus te, Deus omnipotens, vt Dominus noſter Rex nominetur ſeruus tuus, qui benignitate tua recepit gubernaculum regni, percipiat quoque incrementum virtutum omnium, quibus condigne ornatus poſſit euitare monſtra vitiorum, vincere inimicos, & fieri tibi acceptus, qui es via, veritas & vita, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Cum autem canitur Euangelium, Rex è ſolio exſurgit, & eius caput corona nudatur. Euangelio ad finem perducto, Archiepiſcoporum vel Epiſcoporum præſentium maior, librum Euangeliorum Regi, atque inde Archiepiſcopo celebranti miſſam, oſculandum offert: Du Tillet *d. p.* 195.

ss) Rex

ss) Rex, vt oblationem faciat panis atque lagenæ argenteæ, repletæ vino [illegible] tredecim nummorum aureorum, *treize beſant d'or*, (Autor *des antiquités & recherches &c. d. l. pag.* 469. recenſet, *vn vaſe d'or plein de vin, vn pain d'argent, vn autre pain d'or, & vne bourſe garnie de treize pieces d'or.* Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. dern. p.* 499. deſcribens coronationem Ludouici XIII. ait: *Les offrandes furent portées ſur des tauajoles de Damas tanné, frangé d'or &c. en la bourſe eſtoient treize pieces d'or, chacune piece de treize eſcus.*) à Paribus curiæ, coronam, quæ iterum capiti eius impoſita fuit, ſuſtinentibus, deducitur atque reducitur; & gladius ſtrictus eidem præfertur: Du Tillet *d. p.* 195.

tt) Abſoluta miſſa, Pares Regem iterum ad ſummum altare deducunt, vbi accipit communionem corporis & ſanguinis Domini noſtri, à manu Archiepiſcopi: Du Tillet *p.* 196.

uu) Hoc facto, Archiepiſcopus Rhemenſis coronam, vt nimis grauem, tollit, aliamque minoris ponderis capiti Regis imponit, ac veſtes nonnullas Regi detrahit, qui aliis indutus, Eccleſiam egreditur, ad palatium ſuum contendens, in quo repedationis actu ante ipſum gladius euaginatus portari ſolet: Du Tillet *d. p.* 196.

xx) Ceremoniale Franciæ *pag.* 334. de Henrico II. poſtquam à coronatione rediiſſet, ait: (*Il entra en ſa chambre, pour ſe deueſtir, changer d'habillemens, ſe faire desgraiſſer les mains du ſainct chreſme, & huile, & bailler ſa chemiſe, & gands, qui y auoient touché, à vn de ſes auſmoniers Prelat, pour eſtre bruslés.*) Introiuit cubiculum ſuum, vt veſtes deponeret, aliasque ſumeret, item vt manus, ſacro chriſmate & oleo inunctas, lauaret, daretque induſium & chirothecas Eleemoſynario ſuo, quo redigerentur in cineres.) & (*pag.* 688.) de Henrico IV. (*Eſtant de retour de l'Egliſe, entra en ſa chambre pour changer d'habits, lauer ſes mains, & bailler ſa chemiſe & gands à ſon grand Auſmonier, afin de les faire bruſler, pour ſe ſeruir des cendres au premier Mercredy de Quareſme, à l'vſage ordonné par l'Egliſe.*) Ab Eccleſia domum reuerſus, ſe recepit in cubiculum, vt veſtem mutaret, lauaret manus, daretque induſium ſuum, & chirothecas, magno Eleemoſynario, qui illud, haſque, igne in cineres redigeret, conuertendos quadrageſimalis Mercurii primæ ſeptimanæ die, in vſum ab Eccleſia præſcriptum.

yy) *Ainſi ſa Maieſté reueſtuë d'autres tres-precieux habillemens, ſe ſied à table ſur vn haut daix, preparé en la ſale Archiepiſcopale, & ornée d'excellentes tapiſſeries, ſous vn grand daix de ſinguliere eſtoffe; ſa table eſt de neuf pieds de longueur, ou enuiron, vn pied plus haut que celles des Pairs, leſquelles ſont dreſſées aux deux bouts de la ſienne, eſtant à ſa dextre, & au bout plus prochain de luy l'Archeueſque de Rheims, & conſecutiuement les autres Pairs eccleſiaſtiques, en habits Pontificaux, & ſelon leur ordre: A la gauche y a vne autre table pour les*

Pairs laiz, reueſtus des habits portés par eux au Sacre. Et au deſſous deſdites tables en eſt dreſſee vne autre pour Meſſieurs les Ambaſſadeurs, qui ſont lors à la ſuite du Roy, Monſieur le Chancelier, officiers de la Couronne, ceux qui ont porté les honneurs, & autres Seigneurs, accouſtumés de ſeoir en telle aſſemblée. L'Archeueſque beniſt la table, le grand Maiſtre porte le baſton haut, marchans deuant luy les Maiſtres de l'Hoſtel, les baſtons bas, le Panetier, l'Eſchançon, le Trenchant. Les Gentilshommes de la chambre portent la viande, chacun ſeruice accompagné du ſon des trompettes, clairons & hautbois, entre les ſeruices chant de muſique tres-melodieux. Et tant que le diſner dure, le Conneſtable eſt touſiors debout au haut de la table de ſa Maieſté, tenant en la main, ſur vn carreau de drap d'or, l'eſpée Royale nuë, & droite. Le diſner acheué en telle pompe & magnificence, & à porte ouuerte, le Roy, apres les graces, accompagné deſdits Pairs, tant eccleſiaſtiques, que lais, Ambaſſadeurs, & ſuſdits officiers de la Couronne, ſe retire en ſa chambre, le Conneſtable portant deuant luy l'eſpée Royale nuë & droite: Les Antiquités, & Recherches de la grandeur & maieſte des Roys de France liu. 2. traitté 2. pag. 473. & ſeq.

zz) *Nos Monarques tres-Chreſtiens, apres eſtre ſacrés, & couronnés, reçoiuent l'ordre de Cheualerie, par les mains des Prelats, qui les ont ſacrés, & couronnés: (ou des mains de quelque Prince, ou noble Seigneur, que le Roy choiſiſt pour cet effect, entre ceux de ſa cour:* Ita lego *és dictes antiquités & recherches pag. 474.) Comme le Roy Henry le Grand (le lendemain de ſon Sacre: d. antiquités pag. 475.) receut le collier de l'ordre militaire de S. Eſprit, par Nicolas de Thou, Eueſque de Chartres; & le Roy Louys XIII. par les mains du Cardinal, François Duc de Ioyeuſe, Pair de France, Archeueſque de Rouën, & Primat de Normandie:* André Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 3. in fine, pag. 605. & liu. 2. chap. dern. pag. 500.*

aaa) Thomas Cormerius, *lib. 1. rer. geſtar. Henrici II. pag.* 2. ſcribit, Regem, poſtquam Rhemis inauguratus, ad Dionyſii fanum, quod non procul à Lutetia abeſt, accedere, ibi diadema eius capiti, nonnulla quoque religione ſacrorum adhibita, imponi. Scilicet, vt ego capio, putat Cormerius, Regem ſacro oleo, Rhemis inungi tantum, in fano vero S. Dionyſii coronari: Verum errorem errat permagnum, ſi huius eſt opinionis.

bbb) Rex, diſcedens Rhemis, leui itinere proficiſcitur ad fanum Sancti Marculphi, vbi nouendiales preces dicere conſueuit: Du Tillet *d. p.* 196. Fertur autem, S. Marculphi interceſſione Regibus Franciæ datum fuiſſe à ſupremo numine poteſtatem ſanandi ſtrumoſos; de quo mox *ſeq. cap.* 5. audiemus plura. Henricus IV. cum preces ſuas nouendiales in fano Marculphi dicere impediretur, eas apud S. Claudium fudit: Scipion du Pleix, *en l'hiſtoire de Henry IV. pag. 194. n.* 8. Cæterum hic ſilentio non prætereundum, quod Rex Franciæ, *dés qu'il eſt ſacré, doit vn pelerinage à S. Thierre, pres*

Digitized by Google

pres de Rheims : Louys d'Orleans *aux ouuertures des Parlements, chap. 9. pag. 141.*

ccc) Rex armis indutus, vel ſumptuoſa veſte, Lutetiam ingreditur, equo albo vectus. Eſt enim (certe fuit) hic color inter cæteros, apud Imperatorem, Reges, Pontificem atque Cardinales, in magna æſtimatione. De Imperatore teſtatur Scipion du Pleix *en l'hiſtoire generale le France tom. 2. pag. 595. n. 15.* quod faciat *ſes entrées en ſes bonnes villes monté ſur vn cheual blanc.* Hinc, cum Carolus IV. Imperator, anno MCCCLXXVIII. Lutetiam ingrederetur, Carolus V. Franciæ Rex, qui Sapiens dictus, aſtute præcauit, ne Imperator equo albo vteretur. Dono enim appropinquanti dedit equum nigri coloris, quo, niſi donum aſpernari vellet, vtendum erat omnino. *L'Empereur eſtoit monté* (inquit Louys Guyon *tom. 2. des diuerſes leçons, liu. 3. chap. 26. pag. 612.*) *ſur vn cheual noir, & le Roy ſur vn blanc, que le Roy auoit faict tout exprés, d'autant que l'ancienne couſtume, ou ceremonie de France porte, qu'vn Roy de France faiſant ſon entrée en la ville de Paris, capitale de ſon Royaume, doit eſtre monté ſur vn cheual blanc. Ledit Roy, pour oſter audit Empereur l'opinion, & pretenſion de ſouueraineté ſur le Royaume de France, auoit voulu faire monter ledit Empereur ſur vn cheual noir, qu'il luy enuoya, & fit preſent, couleur du tout contraire à la blanche, pour luy monſtrer, qu'il ne faiſoit pas du tout ſon entrée à Paris, comme en ville Imperiale, ny de ſa iuridiction, & authorité, ains en vne ville amie, & ſuiette à vn prince ſon amy, & parent.* Vel, vt narrat Fauyn *au theatre d'honneur liu. 1. chap. dernier pag. 98. il n'y auoit que le Roy monté ſur vne haquenée blanche, pour monſtrer qu'il eſtoit Empereur en ſon Royaume, & qu'en iceluy l'honneur deu à luy ſeul, n'eſtoit communicable à d'autre prince ſouuerain, quel qu'il fuſt.* Armis indutum Regem Lutetiam aliquando introire dixi, idque ex relatione, quæ in Ceremoniali Franciæ extat, *pag. 53.* habeo; ita enim ibi legi: *Le Roy Louys XII. faiſant ſon entrée à Paris, en l'an MCDXCVIII. eſtoit armé d'vn harnois clair, comme vne eſcarboucle, &c. & eſtoit monté ſur vne haquenée, toute couuerte de drap d'or; & de deux coſtés du Roy auoit quatre laquais à pied, veſtus de hoquetons batus d'or, leſquels menoient par la reſne la hacquenée du Roy.* Hoc item in introitu, Rex ad fanum B. Virginis ſe confert, vbi cantatur, *Te Deum laudamus*, & alia peraguntur ſolemnia. Dictum Ceremoniale Franciæ *pag. 61.* refert, Ludouico XII. non fuiſſe permiſſum intrare hoc templum antequam iuraſſet in ea capita, quæ ſupra *lit. z.* expoſuimus; ex quo colligitur, clero non ſufficere illud iuramentum quod Rhemis præſtat, quando coronatur, ſed reiterationem placere. Præterea Regibus ſolitum fuiſſe, pro continuatione feſtiuitatis, paulo poſt introitum torneamentum exhibere, innuit Martin du Bellay, *en ſes memoires liu. 1. fol. 10. b.* vbi de Franciſco I. ſcribit: *Il fut ſacré enuiron le XXV. du Mois de Ianuier, MDXIV. puis eſtant de retour à Paris, ayant fait ſon entrée, & le tournoy*

en la ruë de ſainct Antoine, ainſi qu'ont accouſtumé faire les autres Roys, auquel tournoy menoient les tenans, le Duc d'Alançon, le Duc de Bourbon, & le Comte de Vendoſme, il voulut mettre ordre aux Eſtats, & affaires de ſon Royaume.

ddd) Non eſt ſilentio prætereundum, in introitu ſolemni, ſigillum Regis equo albo impoſitum portari; quo de videri poteſt Ceremoniale Franciæ, *pag.* 368. & 495. Quod etiam tunc factum, quando Carolus V. Imperator Lutetiam appulit, anno MDXXXIX. & à filiis Regis Franciſci I. exceptus, in ciuitatem ſolemni comitatu introductus fuit. *En cette meſme entrée* (vt verba habent dicti Ceremonialis *pag.* 267.) *eſtoit le Chancellier de France, & puis venoit vne haquenee blanche, couuerte de drap d'or, ſur laquelle eſtoit le Seau du Roy, dans vn coffre de veloux violet, ſemé de fleurs de lis d'or, couuert d'vne voile de creſpe.*

eee) Ciuitatis nomine eleganti oratione excipitur Rex, eidem offeruntur claues, erectæ ſunt portæ triumphales, fit fauſta populi acclamatio, & præterea etiam quandoque multæ manumittuntur, vel libertati ſuæ reſtituuntur, auiculæ. *Quand le Roy Louys XI.* (inquit Autor *de l'hiſtoire de Louys XI. autrement dicte la Chronique ſcandaleuſe, pag.* 17.) *fit ſon entrée à Paris, il y auoit ſur le pont aux changes des perſonnages, & eſtoit tout tendu par deſſus: & a l'heure que le Roy paſſa, on laiſſa voler parmy ledict pont plus de deux cents douzaines d'oiſeaux, de diuerſes ſortes, & façons, que les oiſeleurs de Paris laiſſerent aller, comme ils ſont tenus de ce faire, pource qu'ils ont ſur ledit pont lieu & place à iour de feſte, pour vendre leſdits oiſeaux.* Cæterum qui totam ſolemnitatem introitus noſſe cupit, legere debet quæ annotauit Autor *des Antiquites, & Recherches de la grandeur & maieſte des Roys de France, liu. 2. traitté 3. pag. 480. & ſeqq.*

CAPUT V.

De virtute Regum Franciæ ſanandi ſtrumoſos.

DE virtute ſanandi ſtrumoſos hoc capite, quod coronationem immediate ſequitur, agendum duxi, quoniam ea conſecratis Regibus Franciæ tantum adſcribitur, nec ab ipſis exercetur, niſi poſtquam coronati & inuncti, ac vt nonnullis placet, poſtquam nouendiales preces in S. Marculphi fano peregerunt. Malum variis notatur nominibus; χοιράδες Græcis (*a*) dici aiunt, latinis ſtrumas, ſcrofulas (*b*), mentagram (*c*); Gallis *eſcronëlles* (*d*), *& le mal du Roy* (*e*); Anglis, the kinges

Kinges euill (*f*), Hiſpanis *lampxrones* (*g*). Glandulas induratas, quæ circa guttur, ex pure & ſanguine plenæ, oriuntur, eſſe dicunt; quibus Hiſpani præ cæteris nationibus (*h*) maxime infeſtantur. Huius morbi veros auerruncos Franciæ Reges eſſe, huc vſque àperquam multis creditum. Vnde autem illis hæc virtus obtigerit, non vna omnium opinio eſt. In eo quidem conueniunt, Dei donum eſſe, qui, vt aliis Regibus (*i*) peculiaria, ita Franciæ Regi hoc ſingulari ex gratia conceſſerit. De cætero, per quæ media conferat, ambiguum videtur. Marculphi precibus (*k*) tantum eos poſſe magna fama fertur, indeque ad huius Sancti templum, quod in agro Laudunenſi ſitum, Reges, quamprimum vncti, ad ſuſcipiendam iſtam gratiam proficiſci (*l*) moris eſſe. Sacro oleo, & inunctioni (*m*), quæ illo fit, hanc virtutem Regibus communicari, aliis viſum. Qui rem exactius expendit (*n*), donum hoc ſupernaturale Regibus Franciæ à Deo attribui docet, per hereditariam ſucceſſionem in Regnum, & vnctionem in Regem, in remunerationem officiorum, ac beneficiorum, quæ Eccleſiæ ſanctæ atque Catholicæ exhibuerint. Sunt alii (*o*), qui has traditiones reiiciant. Et ita reuera Galli, aliique, in re ardua adeo diuerſa, & diſcrepantia tradunt, vt cauta circumſpectione opus ſit, ne pro Iunone nubem amplectamur. Narrant Clodoueum (*p*) primum hoc dono vſum, & poſtea ſucceſſores eius per ſingulas familias. Sed eſt hiſtoricus Regius (*q*), magni nominis, qui aperte ſcribat, nullo fundamento probari poſſe, vel Merouæorum, vel Carolinorum familiæ Reges, hac gratia præditos fuiſſe. Alii primum Carolo Martello (*r*), alii Hugoni Capeto (*s*), datam aſſerunt. De tertia quoque familia, quæ Capetiorum dicitur, diuerſa proferunt. Ante Philippum, qui primus hoc nomen geſſit, nullum huius familiæ Regem ſtrumoſos curare præſumpſiſſe, quidam ſe obſeruaſſe iactitat. Alius, Philippum hoc egiſſe quidem, ſed poſtea eam virtutem ceſſauiſſe: alius, duraſſe illam vſque ad tempora filiorum Henrici II. (*t*) De cæremoniis, & orationibus in actu adhibendis, nil certi traditur quando cœperint.

rint. Philippum Pulchrum (*u*) periculoſe ægrotantem, has filium Ludouicum Hutinum docuiſſe, idemque à Philippo Valeſio factum ſi credimus, pleraſque in ſecreto fuiſſe oportet. Ludouicum Sanctum (*x*) cæremoniis primum ſignum crucis addidiſſe, quo ſanitatis recuperatio potius attribueretur virtuti ſanctæ crucis, quam dignitati Regiæ, nonnemo affirmat: At conſtare, alius aſſerit, Ludouicum VI (*y*) qui multis ante Sanctum annis fuit, hoc ſigno eodem in actu vſum fuiſſe. Alius, Henricos III. & IV. nec non Ludouicum XIII. eodem non vſos aſſerit (*z*). Si verum, Franciſcum I. (*aa*) ſaliua, tantum pollice indecuſſim allita, Bononiæ curaſſe ſtrumas, ille cæremonia ab omnibus receſſit. Hodie, vt partim ipſe aliquoties vidi, & obſeruaui, partim percepi, res ita geritur. Ordinarie actum ſtrumoſos ſanandi Rex quater in anno, feſtis celebrioribus, vt Paſchatis, Pentecoſtes, omnium Sanctorum, & natiuitatis Domini, expedire ſolet (*bb*). Pridie actus (*cc*) precibus veſpertinis, vt & quandoque matutinis, in Eccleſia vacat; poſtera luce, confeſſione peccatorum facta celebrationi miſſæ intereſt, & ſacra ſe munit cœna, quo propitius numen habeat. Interea ſtrumis laborantes, quotquot numero ſunt, poſtquam ab archiatro Regio eiuſque collegis, vt & chirurgis aulicis, diligenter examinati (*dd*), quo morbo infecti ſint, ſub dio, quod Turonibus; ſiue in ambulacro quodam ſpatioſo (*ee*), vt Pariſiis in Lupara, *en la grande gallerie*, vidi; conueniunt, ibique ab illis, quorum muneris hoc eſt, ita collocantur, vt primum locum teneant Hiſpani, hos ſequantur alii exteri, & vltimi ſint Galli (*ff*). In duplicem etiam lineam vtplurimum diſparantur, quarum vna à dextris, altera à ſiniſtris; tanto inter vtramque ſpatio relicto, vt ad minimum tres quatuorue perſonæ, vno ordine ſine impedimento incedere poſſint. Vbi tempus aduentus Regis appropinquat, procumbentes in genua, eum præſtolantur. Interea exacta fit inueſtigatio (*gg*), an cuiquam eorum culter ſit, forfex, vel aliud quippiam, quo lædere Regem poſſit; & quicquid huius generis eſt, remouetur. Ad ingreſſum Regis

iunctas

Digitized by Google

iunctas manus, more ſupplicum, eleuant morboſi, præcedunt prætoriani milites, officiarii aulici, nec non ſceptrogeruli; ſequitur Rex, nudo capite, deuote orantem geſtibus repræſentans. Medici Regii à tergo ægrorum ſunt, quorum capita ſtringentes, vniuscuiuſque Regi tranſeunti quaſi offerunt. Hic extenſo pauliſper brachio dextro, manu perfunctorie, vel leuiter, tangit decuſſatim faciem oblatam, & addit verba; *Le Roy te touche, Dieu te guariſſe* (*hh*) (Rex te tangit, Deus te ſanet). Hæc cæremonia, eademque verba reiterantur ad ſingulos; inſequentes autem Eleemoſynarii vnicuique horum, quos tetigit Rex, (vel loco viatici, vel in rei geſtæ memoriam) aliquantum pecuniæ tradunt. Cæterum de effectu attactus Regii, & an inde ſanitati reſtituantur ſtrumoſi, varia ſunt hominum iudicia. Fuit inter Medicos ipſius Galliæ nonnemo (*ii*), qui ſcripſerit, ſe quidem multoties Reges vidiſſe pro more tangere ſtrumas, ſed qui inde ſanatus fuerit, vidiſſe neminem. Non negant alii ſanatos fuiſſe multos, ſed id aëris Galliæ ſalubritati adſcribunt (*kk*), non virtuti Regiæ. Ego vero decentius de tanto Rege ſentiendum puto, credoque cum animo ſanandi ſtrumoſos tangere, non dicis cauſa. Nullum ſanari, experientiæ reclamat (*ll*), omnes ſanari, ab illismet ipſis refellitur, qui ſecunda, vel tertia vice (*mm*), vt iterum tangantur, redeunt, & quandoque cum ipſo malo ad finem vſque vitæ luctantur. Aërem Gallicum medicinam ſtrumoſis eſſe, negant illi damno ſuo edocti, qui ipſa in Gallia ſtrumis obruuntur, & diu, ac aliquando ſine remedio, illis laborant. Annotatum quoque legitur (*nn*), Carolum VIII. Franciæ Regem, anno MCDXCIII. Romæ, nec non Genuæ, tetigiſſe atque ſanaſſe ſtrumoſos. Idem feciſſe Franciſcum I. Bononiæ (*oo*), & poſtea in Hiſpania (*pp*), altrice ſtrumarum, perhibetur. Illud admiratione dignum eſt, vix morbum dari inter omnes, cui, præter ordinaria remedia, tot extraordinarii Medici oppoſiti cenſeantur, quam ſtrumis. Etenim, præter Regem Franciæ, Angliæ quoque Regem (*qq*) ſtrumas ſanare dicunt; ſiue, quod hoc ab antiquo eius regionis Regi-

bus peculiare fuerit: ſiue, quod in hoc eo vtantur iure, quo titulo Regis Franciæ (*rr*). Noui Gallos id ægre ferre (*ss*), & mordaci iniuriarum aceto nonnullos Angliæ Reges propterea perfundere (*tt*). At ego hos hiſtrioniam feciſſe, vel facere, mihi perſuaderi nondum patior. Sint, quod Galli vrgent, acatholici, ſunt tamen Chriſtiani: Et, qui plantis, atque lapidibus vim admirabilem conceſſit, homines quoque variis beat donis, Deus, non Chriſtianis modo, verum etiam Ethnicis nonnulla attribuens. Porro non viuos modo, ſed etiam mortuos nonnullos Reges chariſmate curandi ſtrumoſos illuſtres faciunt. Ludouici Sancti, Franciæ Regis, brachium (*xx*), quod in Catalonia religioſe aſſeruari dicitur, ſtrumas pellere affirmant. Idem referunt de corporibus trium Regum Orientis (*yy*), Caſparis, Melchioris & Balthaſaris, qui ſaluatorem mundi recens natum Bethlehemi adorarunt; olim Mediolani, nunc Coloniæ Agrippinæ quieſcere crediti: Inde etiam primogenito familiæ Baronum Aumontiorum (*zz*), in Burgundia, qui & Comites Caſtri-Rufi nominantur, eandem virtutem aſſignatam ferunt, quam exerceant, ſtrumoſis porrigendo fruſtum panis benedicti. De Comitibus Habſpurgenſibus (*aaa*), (qui nunc ſunt Archiduces Auſtriaci) annotatum, quod ſi ſtrumoſus, aut gutture globoſus, à manu alicuius eorum potum accipiat, ſanum aptum & gracile guttur reportare. Maſculum quoque ſeptimum (*bbb*), ab vno patre, vnaque matre, abſque intermedia fœmina, natum, vim habere curandi ſtrumas, ſeu ſcrofulas, ab aliis aſſirmatur, & exemplis (*ccc*) docetur, qui tamen in cæremoniis (*ddd*), quas obſeruare debeat iſte maſculus, non conueniunt. Denique puellam illibatæ pudicitiæ (*eee*), ſi ieiuna tangat ſtrumas, herbam addat, dicatque; *Negat Apollo peſtem poſſe creſcere, quam nuda virgo reſtringit*; curare morboſum, proditum eſt.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Chœrades Græci, nos ſtrumas vocamus, quæ nihil aliud ſunt, quam glandulæ induratæ: Maſſonius *annal. lib.* [illegible] *pag.* 347. Morbus iſte à Græcis

Digitized by Google

Græcis χοιρὰς, à latinis gulæ tumor, ſtruma, ſiue ſcrophum appellatur: Hubertus Thomas Leodius, *lib. 6. de vita Frider. Palatini II. pag. 97.*

b) Scrofulæ dicuntur indurati adenes, in collo præcipue, ita dictæ à ſuibus, qui peculiariter hoc morbo infeſtantur: Ambroſ. Calepinus *in dictionario, verbo, ſcrofulæ.*

c) Hoc nomine appellat Ianus Iacobus Boiſſardus, *de diuinatione, cap. 11.* Mentagra autem morbus eſt, dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manusque, fœdo quodam furfure occupat.

d) Nicod *au grand dictionaire, verbo, eſcrouëlles.*

e) Malum Regium vel morbus Regius, non quod Rex eo laboret, ſed quod eum curet.

f) Alueaire, or triple dictionarie, in Engliſche, Latin, and French. lit. k. n. 68.

g) P. de Lancre, *de l' incredulité, & meſcreance du ſortilege, traitté 3. n. 13. pag. 166.*

h) Habent pleræque nationes peculiares ſuos morbos. Vnicuique enim regioni, ex ſoli & aquæ natura, ex ſitu & ventis, quibus perflatur, peculiaris ineſt conſtitutio, ſuaque proprietas: Sic Ægyptiis elephantiaſis eſt familiaris; Mauritanis & Aethiopibus, dracunculi; Aſiaticis lichen; Achaiam habitantibus lippitudines; Parthis, ob indiſcretos cibos, graues oris halitus; Iudæis lepra; Geneuenſibus catarrhi; Luſitanis pthiſis; Vaſconibus gibbus, & lycanthropia; Appulis icterus; Romanis hemitritæus; Athenienſibus, & Mediolanenſibus podagra; Tranſyluanis varen; Americam incolentibus morbus, ton dictus, qui digitos pedum exedit, inſtar animalculi ſub vnguibus ſe inſinuans; Delon inſulam habitantibus leucophlegmatiæ ſpecies, vultus enim & capillos habent albeſcentes, collo ac pectore intumeſcunt ſine dolore, ſine febre, huncque morbum Apollinis ira ſibi eueniſſe putant; Venetis hæmorrhoides; Florentinis epilepſia, propterea recens natis inurunt capita; Pariſienſibus herniæ; Tholoſanis dyſenteriæ; Cariam incolentibus lienes magni; Polonis plicæ; Germanis, Belgis, Danis, ſcorbutus; Narbonenſibus carbunculi; Hiſpanis ſtrumæ natalitiæ ſunt, & regionales, quia crudis & ſtagnantibus aquis vtuntur: Balthaſar de Vias *in ſylua Regia, pag. 106. & ſeq.*

i) Regi Hiſpaniæ, vel Caſtiliæ, datum, vt ſigno crucis poſſit expellere diabolos, ex corpore quod poſſident. Sed hoc amplius non durare, ſcribit Pierre Matthieu *liu. 11. de l'hiſtoire de Louys XI. pag. 618.* nec de ea re inter Hiſpanos vnam eſſe opinionem: nec, licet Chaſſanæus *in catalogo gloriæ mundi* pro affirmatiua faciat, propterea pro certo haberi debere, contendit P. de Lancre *d. p. 166. & 170.* Angliæ Regibus ad percurandam elephantiaſin, peculiarem vim ineſſe tradit Petr. Bizarus, *hiſtor. Genuenſis pag. 411.* vel,

vt P. de Lancre *d. tr. pag.* 163. loquitur; *On dit que les Roys d'Angleterre auec leurs anneaux gueriſſent de l'epilepſie, & l'anneau du Roy Edouard la contraction des nerfs: c'eſt pourquoy ils ſouloient benir tant de bagues le Vendredy ſainct, ſe trouuant par les annales, que l'anneau Royal d'Angleterre eſt gardé dans les archiues de l'Egliſe de Vuaſt-Monſtier, & qu'ils ont receu ceſte vertu de leur anneau de Ioſeph d'Arimathie, pour auoir hebergé en Angleterre, & eſtre leur patron, lequel par des anneaux, & la force, ou vertu de quelques herbes, chaſſoit les demons.* (Fertur, Reges Angliæ annulis ſuis ſanare epilepticos, ac annulum Regis Eduardi ſpaſticos: Hinc die Veneris, Chriſto patienti ſacra, multos annulos conſecrare ſoliti fuerunt. Annales tradunt, annulum Regis Angliæ cuſtodiri in archiuo Eccleſiæ Weſtmonaſterienſis, virtutem autem annulo collatam fuiſſe à Ioſepho Arimathienſi, (qui in Anglia hoſpes fuit, & ab ea pro patrono colitur) qui annulis, ac efficacia nonnullarum herbarum, fugauerit cacodæmones. Hos annulos magnæ virtutis aliquoties fuiſſe fatetur André du Cheſne *liu.* 10. *de l'hiſtoire d'Angleterre, pag.* 437. *lit. d.* Sed Laurentius, *in libello, de mirabili ſtrumas ſanandi vi, ſolis Galliæ Regibus diuinitus conceſſa, cap.* 3. rem eleuat, & ad cauſas naturales referre videtur: nec reuerenter habet Hubertus Thomas Leodius, *d. lib.* 6. *de vita Friderici II. Palatini Comitis pag.* 98. vbi ait: Rex Angliæ ſe Regem Franciæ appellat, & ſcribit; & vt nuſquam Regi Franciæ cedere videatur, ſe à Deo quoque ſingulare donum habere, medeique ſpaſmo, ſiue contractioni neruorum, profitetur. Et quo maior autoritas habeatur, non dimittit ſe ad tangendos hominum articulos, ſed annulos aureos, & argenteos quibuſdam cæremoniis conſecrat, quos dono dat, & vendunt aurifabri. Et illum hoc facere certo ſcio, quia Henricus VIII. cum eſſem à Principe ad ipſum miſſus, mihi ſexaginta dono dedit. Hi an hanc virtutem & efficaciam habeant, illis iudicandum relinquo, quibus illos impertiui: quia hoc morbo nunquam, Deo ſit gratia, impeditus fui. Porro, Hungariæ Regibus virtus curandi ictericos attribuitur: Pierre Matthieu *d. loc.* Laurentius *d. c.* 3. Ac, ne ſoli Reges Dei hac in parte beneficiarii videantur, etiam magnatibus aliis certa dona data eſſe memorant. Notorium, & ſæpe probatum (ſcribit Felix Faber *in hiſtor. Sueuica lib.* 1. *c.* 15.) quod ſi balbutiens, vel impeditioris linguæ, à Comite aliquo familiæ Habſpurgenſis, ſine alio quocunque ſuffragio, oſculum accipiat, officium loquendi diſertiſſime, ætati ſuæ congruum, obtinere. Non multum abſimile narrat Mercurius Francicus *tom.* 14. *p.* 617. de Ludouico XIII. Galliarum Rege, nempe, quod puellam duodecim annorum, quæ eo vſque, præter *ita*, & *non*, nihil quicquam lingua exprimere poterat, ſolo attactu diſertam, & optime loquentem fecerit.

k) Maſſonius *d. lib.* 3. *annal. p.* 347. Robertus Cœnalis *lib.* 1. *deſcript. Galliæ, perioche* 14. Errat autem Hub. Thom. Leodius, *d. lib.* 6. *pag.* 97. qui

pro

pro Marculpho Diuum Eiacum (ita enim ibi legendum, non Fracrum, vt index errorum typographicorum, qui operi annexus, docet) ſubſtituit.

l) Hanc conſuetudinem adeundi fanum Corbienſe, in diœceſi Laudunenſi, quod S Marculpho dicatum (Scip. du Pleix *tom. 2. de l'hiſtoir. gen. de France, pag. 331. n. 6.*) deſiiſſe, tradit P. de Lancre; *de l'incredulité & meſcreance du ſortilège d. tr. 3. n. 11.* & reperiri, plures Reges Franciæ, qui nunquam ibi fuerunt, ſtrumoſos ſanaſſe. quorum in numero etiam Henricus IV. fuiſſe deprehenditur, vt ſupra *hoc libro 2. c. 4. lit. bbb.* annotauimus, qui ſingulis poſt conſecrationem ſuam annis ſtrumoſorum ad quatuor millia tetigit: Fauyn *liu. 17. de l'hiſtoire de Nauarre pag. 1059.*

m) Hanc inunctio vim habet, vt Rex Galliæ ſtrumas, ſacra prece, ſolo tactu ſanet: Iul. Cæſar Bulengerus, *hiſtoriar. lib. 13. pag. 402.* Et iam olim Petrus Bleſenſis, *epiſtola 150.* Fateor quidem, ſcripſit, quod ſanctum eſt Domino Regi aſſiſtere; ſanctus enim & Chriſtus Domini eſt, nec in vanum accepit vnctionis Regiæ ſacramentum: Cuius virtus ſi ignoratur, aut in dubium venit, fidem eius pleniſſimam faciet defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcrofularum.

n) Laurentius *d. tr. cap. 10.* & P. de Lancre *d. tr. pag. 170.* vbi ait: *Il faut eſtre Roy de France pour iouir de ceſte grace, & encore Roy tres-Chreſtien; mais la ſeule qualité royale ne la conſere pas à nos Roys. Car s'il eſtoit ainſi, pourquoy tous les autres Roys n'en iouiroient-ils de meſme? mais la verité eſt, que ceſte condition, ou qualité de Roy, y eſt neceſſaire; laquelle s'ils auoient de la nature ſeule, & non de Dieu, cela n'eut pas paſſé par ligne hereditaire en la perſonne du Roy ſeul, & ſes freres n'en euſſent eſté exclus, deſquels, bien ſouuent, le temperament, & complexion, eſt plus ſemblable au pere, qui eſtoit Roy, que celle du Roy meſme. Auſſi, la condition du ſceptre, ou de la couronne, de laquelle eſt compagne, & aſſociée ceſte faculté medicinale, ne pouuoit naturellement eslargir, ni conſerer rien de ſemblable. Ainſi la vertu, & la faculté de guerir les eſcrouelles, par ces mots; Le Roy te touche, Dieu te guerit; n'a accouſtumé s'eſclorre en la perſonne de nos Roys, qu'apres qu'ils ont eſté ornés de la couronne de Charlemagne, oincts du chreſme ſacré, don du ciel, & qu'ils ont commencé de commander aux François. Si bien que ce n'eſt vne proprieté de la perſonne ſimplement, ou de la famille, ou de la race: Car elles ont eſté diuerſes depuis le Roy Clouis, iuſques à preſent, ains de la dignité royalle, & de l'onction ſacré.* (Neceſſe eſt, vt, qui hac gratia vti vult, ſit Rex Franciæ, & præterea Rex Chriſtianiſſimus: Sola enim qualitas Regia Regibus noſtris eam gratiam non confert: alioquin alii etiam Reges eadem gauderent. Hoc verum eſt, conditionem, vel qualitatem Regiam, hic requiri: nam ſi vim hanc à ſola natura, & non à Deo ipſo haberent, ea non per lineam hereditariam perueniſſet ad ſolum Regem, excluſis eius fratribus, quorum temperamentum & complexio haud raro cum patris

 Regis.

Digitized by Google

Regis temperamento magis conuenit, quam ipſius Regis. Sic etiam conditio ſceptri & coronæ, cui hæc gratia medicinalis aſſociata eſt, naturaliter nihil tale conferre valet. Certe, virtus, & facultas hæc, ſanandi ſtrumoſos, verbis, *Rex te tangit, Deus te ſanat*, non antea ſe exerit in perſona Regum noſtrorum, quam vbi coronati ſunt corona Caroli Magni, vncti olei ſacri cœleſti dono, & cœperunt Francis imperare. Scilicet, non eſt proprietas ſolius perſonæ, aut familiæ, quarum non vna, ſed diuerſæ, à tempore Clodouei, regno præfuerunt; ſed dignitatis Regiæ, & vnctionis ſacræ.)

o) Vide ſupra *lit. l.*

p) *Vn Caualier, nommé Lancinet* (alii dicunt, *Lanicet*) *de l'aduis duquel le Roy Clouis ſe ſeruoit ordinairement, lors qu'il eſtoit queſtion de faire la guerre à ſes ennemis, eſtant affligé de ceſte maladie, s'eſtant voulu ſeruir de la recepte dont parle Cornelius Celſus* (lib. 5. de re medica c. 28.) *qui dict, que les eſcrouelles gueriſſent, ſi on mange vn ſerpent, l'ayant eſſayé par deux fois, ce remede ne luy ayant reuſsi, vn iour, comme le Roy Clouys ſommeilloit, il luy fut aduis, qu'il touchoit doucement, & manioit le col & la playe à Lancinet, & qu' auſsi toſt ſon lict fuſt tout brillant, & enflammé, d'vn feu celeſte, & qu' à meſme inſtant Lancinet ſe trouua gueri, ſans que meſme il parut aucune cicatrice. Le Roy, s'eſtant leué plus ioyeux que de couſtume, tout auſsi toſt qu'il fut iour, il fit ſon premier coup d'eſſay, & eſſaya de le guerir, en le touchant; & eſtant arriué, comme il deſiroit, auec applaudiſſement de tout le monde, en ayant rendu generalement graces à Dieu, touſiours depuis ceſte grace & faculté a eſté comme hereditaire aux Roys de France, & s'eſt infuſe & transmiſe à leur poſterité, la tenant purement de Dieu.* (Eques quidam, dictus Lancinetus, vel Lanicetus, cuius conſilio Clodoueus Rex in bellicis negotiis vt plurimum vti ſolebat, hoc morbo laborans voluit vti antidoto, quod laudat Cornelius Celſus *lib. 5. de re medica cap.* 28. quando affirmat, eum, quem ſtruma male habet, ſi anguem edat, liberari. Cum autem hoc remedium iterato adhibitum, fruſtra fuiſſet, nocte quadam Regi Clodoueo in ſomniis viſum eſt, leuiter tangere & contrectare collum, & ſtrumoſas partes Laniceti, ac lectum ſuum ſtatim cœleſti inclareſcere lumine, vel flamma, Lancinetumque eodem temporis puncto ſanitati reſtitutum eſſe, nulla ſtrumarum apparente cicatrice. Rex, ſummo diluculo ſolito lætior ſurrexit, & tentare cœpit attactu ſanare Lanicetum. Cumque res ſucceſſiſſet ad votum, magno adſiſtentium applauſu, gratiis Deo generaliter peractis, poſtea hæc gratia, & facultas ſanandi ſtrumoſos, permanſit quaſi hereditaria Regibus Franciæ, & communicata fuit poſteris, ſola Dei benignitate.) Si hanc traditionem amplectimur, valedicamus illi neceſſe eſt, quæ Marculphi preces pro fundamento ponit. Nam Marculphus tempore Clodouei nondum in rerum natura fuit, (Laurentius *d. tr. c.* 2. impoſſibile vero eſt, effectum ante cauſam eſſe.) ſed vixit tempore Childeberti, & Clo-

tarii

tarii II. vt patet ex Chronicis Sigiberdi: Baltharſar de Vias, *in ſylua règia p. 97.*

q) Scipion du Pleix, *tom. 2. de l'hiſtoire generale de France pag. 331. n. 6. Pour moy*, inquit, *ie n'ay veu encore nulle preuue, ny veſtige quelconque de ceſte grace és deux premieres lignées de nos Roys, & n'y a point d'apparence, que s'ils en euſſent eſté doués, les annaliſtes de ce temps-là, aſſés curieux d'eſcrire beaucoup moindres miracles, en euſſent omis vn ſi frequent, ſi notable, & ſi glorieux à la maiſon Royale de France.* (Me quod attinet, nullum teſtimonium, aut veſtigium huius gratiæ in duabus familiis prioribus Regum noſtrorum inueni. Omnino autem probabile eſt, quod ſi illa gratia fuiſſent dotati, annalium noſtrorum ſcriptores antiquos illius temporis, ſatis curioſos in annotandis miraculis longe minoribus, non omiſſuros fuiſſe tam frequens, notabile, & maxime faciens ad gloriam domus Regalis Franciæ.)

r) D'autres n'attribuent le cõmencement de ceſte guariſon qu'à Charles Martel; & autres ont encores eu opinion, que les Roys de France, n'en ont iamais guary auparauant le Roy Hugues Capet: Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 95. p. 697.* (Alii curationis huius principium Carolo Mattello adſcribunt: alii vero putant, Reges Franciæ ante Hugonem Capetum eadem non vſos fuiſſe.)

s) Robert Cenal eſcrit, que ceſte vertu a eſté premierement donnée aux Roys de la troiſieſme lignée, duquel ie ne trouue auſſi ny preuue, ny exemple, deuant le regne de Philippe premier, duquel Huë Capet fut biſayeul. Mais l'Abbé Guibert teſmoigne, que ce Roy guarit, durant quelque temps, eſcrouëlles. (Robertus Cœnalis ſcribit hanc virtutem primum datam fuiſſe Regibus ex tertia familia ortis; cuius tamen aſſertionis nec argumentum nec exemplum vllum reperio ante regnum Philippi I. cuius proauus fuit Hugo Capetus, quemque Abbas Guibertus quandoque ſtrumoſos ſanaſſe affirmat: Scipion du Pleix *d. loc.* vbi verba Guiberti, cuius hiſtoria nondum typis excuſa, adducit hæc: Quid? quod Dominum noſtrum Ludouicum Regem conſuetudinario vti videmus prodigio? hos plane qui ſcrophas circa iugulum, aut vſpiam in corpore patiuntur, ad tactum eius, ſuperaddito crucis ſigno, vidi cateruatim, me ei cohærente, ac etiam prohibente, concurrere. Quos tamen ille ingenita liberalitate, ſerena ad ſe manu obuncans humillime conſignabat. Cuius gloriam miraculi cum Philippus pater eius alacriter exerceret, neſcio quibus incidentibus amiſit.)

t) Ianus Iacobus Boiſſardus *de diuinatione, cap.* 11. Nemo neſcit, ait, Reges Galliç quotannis innumeram hominum multitudinem à ſcrofulis, & mentagra liberaſſe, ideo ad eos confluxus ingens, omnis ſexus & ætatis, ex Gallia, & Italia conueniebat, maxime ex Hiſpania, cui morbus iſte peculiaris eſt. Et experientia docuit, multis ſeculis eos hanc vim retinuiſſe medendi, donec ad tempora filiorum Henrici II. Galliarum Regis, in quibus facultas hæc, & admirabilis virtus finem ſumpſit. Sed Boiſſardo contradicit

P. de

P. de Lancre (*d. tr. p. 161.*) & hunc manifeſti falſi accuſat: *Car ie ſçay*, addit, *de certaine ſcience, que Charles IX. eſtant à Bourdeaux, en a gueri vne infinite, & que apres luy Henry III. le plus deuot qui ait regné en France puis Sainct Louys, a iouy pleinement de ceſte grace, à l'vtilité & contentement de toutes nations; & pour le feu Roy Henry le grand, il touchoit auec ſi grand zele & deuotion, qu'il entroit presque en ialouſie, quand il oyoit dire, que les ſeptieſmes masles ſe mesloient de toucher, ne prenant plaiſir qu'autre que luy, dans ſon Royaume, vſaſt de ce ſainct attouchement, & ne croyant qu'autre que luy en tout l'Vniuers iouiſt de ceſte grace.* (Certo enim noui, quod Carolus IX. Burdigalæ degens, infinitam ſtrumoſorum multitudinem curauerit, & poſt illum Henricus III. Regum Franciæ, qui poſt Ludouicum Sanctum regnauerunt, religioſiſſimus, hac gratia pleniſſime vſus fuerit, in vtilitatem variarum nationum. Quod porro Henricum Magnum attinet, is tanto ardore, tantaque deuotione ſtrumoſos attactu curare ſolebat, vt fere zelotypia corriperetur, quando audiret, ſeptimum maſculum idem agere, ægre ferens alium huic rei ſe immiſcere in Regno ſuo, ſibique perſuaſum habens, nullum ſe vnico excepto, toto in orbe reperiri, cui hæc ineſſet virtus.

u) *Philippes le Bel, eſtant fort malade, feit appeller Louis Huttin, ſon fils aiuné, & l'inſtruit, & apprint deuant que mourir, la maniere de toucher les malades des eſcrouelles, luy enſeignant les ſainctes paroles, qu'il auoit accouſtumé de dire, lors qu'il gueriſſoit tant de pauures gens. Et le Roy Philippe de Valois, ayant gueri de cette maladie quatorze cents hommes, de diuerſes contrees, en vn an, enſeigna, & endoctrina ſon fils Iean, qui fut Roy apres luy, des ceremonies & deuotions qu'il conuenoit faire, pour implorer la grace de Dieu, pour la gueriſon de telle maladie*: Theuet *liu. 15. de la Coſmograph. vniuerſelle, chap. 2. pag. 568.* (Philippus Pulcher, grauiter decumbens, ad ſe vocari fecit Ludouicum Hutinum, filium primogenitum, illumque, antequam decederet, docuit modum contrectandi ſtrumoſos, nec non verba ſancta, quibus eo in actu vti fuerat ſolitus. Philippus quoque Valeſius, cum intra anni ſpatium mille & quadringentos ſtrumoſos, variarum nationum, ſanaſſet, filium ſuum Johannem, qui ei in Regno poſtea ſucceſſit, docuit cæremonias, & deuotionem, qua vti deberet in imploranda gratia diuina, ad actum illum perficiendum.)

x) *Sainct Louys y adiouſta le ſigne de la croix, afinque la cure, qui s'enſuiuroit, fuſt pluſtoſt attribuee à la vertu de la croix, qu'à la dignité Royale*: P. de Lancre *d. tr. p. 160.* (Ludouicus Sanctus addidit ſignum crucis, vt curatio morbi, quæ ſequeretur, potius adſcriberetur virtuti ſanctæ crucis, quam dignitati regiæ.)

y) Scip. du Pleix *d. p. 331. n. 4.* ex allegato loco Guiberti probat, crucis ſignum in hoc actu longe ante Ludouicum Sanctum in vſu fuiſſe, & ad minimum centum viginti annis.

z) Fauyn

Digitized by Google

z) Fauyn autem *au theatre d'honneur p.258.* videtur velle innuere, id ab Henrico III. & IV. nec non Ludouico XIII. omiſſum.

a a) De Franciſco I. id refert ex Cœlio Calcagnino Piccartus, *decad.1. obſeruat. hiſtoricopol. c.7. p.49.*

b b) Laurentius, *d. libro, de ſtrumis, quem in lingua Gallica editum legi, chap.1. fol.2.* ait: *Le Roy a accouſtumé, de toucher les malades aux quatres feſtes ſolennelles de l'an, à ſçauoir, à Paſques, à Pentecoſte, à la Tous-ſaincts, & au Noël, mais esmeu quelques fois de compaſsion, par la grande multitude des malades, il les touche auſsi en quelques autres feſtes.* (Rex ſtrumoſos tangere conſueuit in quatuor feſtis ſolemnioribus totius anni: ſcilicet, in feſto Paſchatos, Pentecoſtes, omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini. Verum quandoque magna multitudine hoc morbo laborantium miſericordia ductus, eos etiam aliis feſtiuis diebus tangit.

c c) Laurentius *d. c.1.* cui vt rei gnaro & Gallo, maior adhibenda fides, quam Huberto Thomæ Leodio, *d. lib.6. p.97.* ſcribenti: Certo anni tempore, præſertim quando is morbus graſſatur, Rex confitetur, & ſeſe ab omni vitiorum labe & contaminatione, quantum poteſt, purgat; & ſacram Euchariſtiam quotidie per quatuor dies, deuote ſumit.

dd) *Que la bienſeance, requiſe en vne telle action, eſclate plus magnifiquement, & que l'auſmosne, deſtinée aux malades des eſcrouëlles, ne ſoit point deſtournée ailleurs par les gueux, contrefaiſans les ſcrophuleux, touts, tant qu'il y a de malades, ſont exactement, & ſelon que l'art le commande, viſités par le premier Medecin, & par les autres Medecins, & Chirurgiens du Roy, au rapport deſquels, ceux, qui ne ſont point detenus de ſcrophules, ſont deboutés*: Laurent. *d. c.*1. (Vt requiſita in tali actu decentia magis eluceſcat, & ne eleemoſyna, quæ ſtrumoſis deſtinata eſt, à mendicis, morbum hunc ſimulantibus, interuertatur, omnes quotquot ſe ſtrumis impediti affirmant, exacte, & ſecundum artis præcepta, à primario Medico Regis, aliiſque tam Medicis, quam Chirurgis Regiis inſpiciuntur: ad quorum relationem illi, qui hoc vitio non laborant, repelluntur.)

e e) Magna, eorum qui tangendi ſunt, copia amplius requirit ſpatium, & locum reſpuit anguſtum. Numerati aliquando fuerunt ſtrumoſi, vna vice præſentes, mille quingenti: Laurent. *d. cap.1.* aliquando minor eorum fuit numerus. Philippus Rex, qui Valeſius dicitur, vno in anno tetigit mille & quadringentos: Theuet *ſupra citato loco.* Henricus autem IV. ſingulis annis quater mille, vt ſupra *lit. l.* annotatum eſt.

ff) *Les Eſpagnols, ie ne ſçay par quel priuilege, occupent touſiours les premiers rangs, les autres eſtrangers les ſuiuent, & les François ſont touts les derniers*: (Hiſpani, neſcio quo priuilegio, primum ſemper hic occupant locum, reliqui exteri illos ſequuntur, vltimum autem locum tenent Franci.) Laurent. *dict. loc.*

gg) Adeſ-

gg) Adeſſe, qui tangendum manibus prehendant, ſcripſit Gœlniz, *in Vlyſſe Belgico-Gallico p.* 158. cuius cauſam tamen præterit: Credo ſecuritatem Regis cogitaſſe; verum id fieri mihi non obſeruatum.

hh) Fauyn, *au theatre d' honneur. liu. 2. chap. 11. pag.* 258. Addere etiam Regem iſtis verbis benedictionem, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, *(au nom du Pere, du Fils, & ſainct Eſprit)* legimus, apud le Mercure François *tom. 16. pag.* 580. & Cœlnitz. *d. l.*

ii) Petrus de Creſcentiis, vt ex Hermanno Kirchnero, refert Lanſius, *de princip. prouinciarum Europæ, orat. contra Gall. p.* 343.

kk) Non deſunt, qui detrahere gloriæ Gallorum velint, id euenire dicentes, occaſione aëris Gallici, curandis ſtrumis ſalubris, & ita omnes aërem mutantes, & ad regionem Galliæ venientes, valetudinem recuperare: Iacobus Valdeſius, *de dignitate Regum, Regnorumque Hiſpaniæ*, allegatus à Laurent. *d. tract. ch.* 10. & à P. de Lancre *d. tr. pag.* 169.

ll) Il ne s' eſt trouué quaſi perſonne, qui n' ait receu quelque ſoulagement, par l' attouchement du Roy: Laurent. *d. tr. ch.* 3. *ad fin.* Et negantibus effectum, P. de Lancre *d. tr. p.* 166. opponit communem Europæorum conſenſum, ac Regis Hiſpaniæ, longo iam tempore hoſtis Galliæ, permiſſionem, vt Hiſpani ſtrumoſi ſanitatem à Rege Franciæ petitum eant. *Quant aux Roys de France la preuue en eſt ſi forte & ſi authentique, que les Eſpagnols meſmes n' en oſent doubter. Car, outre le teſmoignage de S. Thomas, confirmé par ce qu' on lit dans la vie de S. Rhemi, & S. Marculphe, les annales de France, & le conſentement general de toutes les nations de l' Europe, qui courent à foules, & viennent recueillir en France la benediction de cet attouchement Royal, il y a encore la tradition generale, qui eſt ſemée par toute l' Europe: Et ce petit monde du peuple de Paris, & cent mille eſtrangers, qui y abordent de toutes parts, qui en voyent faire l' experience, & qui ſont curieux de voir toucher les Roys, trois ou quatre fois l' année, oſtent la choſe hors de tout doute & diſpute. Et ſi le Roy d' Eſpagne ne le croyoit luy meſme, il ne permettroit pas à tant de pauures Eſpagnols, affligés de los lamparones, de venir mendier leur ſanté en vn pays, que pluſieurs ſiecles il ont tenu communement pour ennemy. Outre qu' il ſçait bien, qu' il ſe preſente plus d' Eſpagnols deuant le Roy en vne ſeule année, que de toutes autres nations en cinquante.* (Quod Reges Franciæ attinet, res adeo clara eſt atque nota, vt ne ipſi quidem Hiſpani de ea dubitare auſint. Etenim, præter teſtimonium D. Thomæ, quod ex illis quæ in vita S. Rhemigii, & S. Marculphi leguntur, confirmatur; præter annales Franciæ, & omnium totius Europæ nationum, quæ magno numero in Franciam affluunt, cauſa fruendi beneficio regii attactus, generalem conſenſum; datur traditio generalis, ſparſa per omnem Europam: & præterea Lutetiam, mundi illam epitomen, inhabitans populus, nec non immenſa illa aduenarum multitudo, ex variis orbis plagis eo accur-

accurrens, dum huius rei experimenta conſpiciunt, & curioſitate ſua ducti Regem intuentur annuatim ter aut quater ſtrumoſos tangere, rem extra omnem dubitationis aleam ponunt. Si Rex Hiſpaniæ hæc non crederet, ſane haud permitteret tot miſeris Hiſpanis, ſtrumarum vitio infectis, ſanitatem emendicare in eo Regno, quod iam per aliquot ſecula communi conſenſu tanquam hoſtile ſolum odio proſequuntur. Satis vero nouit, vno anno plures Hiſpanos recuperandæ ſanitatis cauſa coram Rege Franciæ ſe proſternere, quam alios aliarum Nationum intra quinquaginta annos.

mm) Barbier, aduocatus Parlamenti Gratianopolitani, in libro quem, *de miraculoſis effectibus ſacræ manus Regum Galliæ*, edidit, inter alia refert, quid ſibi ad quæſita Hiſpani reſponderint. *I' eu auſſi le ſoing de m' informer de pluſieurs autres malades, touchant ceux, qui auoient eſté touchés, en ce regne; quelques vns me dirent d'auoir ia eſté touchés, & auoir receu grand allegement, & que pour leur entiere gueriſon, ils recouroient derechef au remede; mais pluſieurs autres eſtoient du tout gueris en leur pays, pour auoir eſté touchés vne ſeule fois*: apud Gœlnitz *d. tr. pag.* 157. (Curæ quoque mihi fuit, inquirere in ſtatum aliorum morboſorum, quantum attinebat illos, quos Rex Franciæ attigerat. Nonnulli dicebant, quod Rex iam ante eos attigiſſet, & inde ſe haberent melius; quo vero integram ſanitatem conſequerentur, denuo ad eum properare. Alii vero ſe in patria plenam ſanitatem recuperaſſe, affirmabant, poſtquam ſemel in Francia Regis attactum ſenſiſſent.

nn) Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 13. pag. 259.*

oo) *Le Roy François I. ayant ſeiourné à Bologne, en partit le XV. Decembre MDXV. auquel iour, auant ſon partement, il toucha & guarit les malades des eſcrouelles, en la chambre du Palais du Pape, au grand esbahiſſement du Saint Pere, & des Italiens, qui en virent le miracle. Entre autres fut guery vn Eueſque de Pologne, expreſſément venu pour cet effect à Milan, & d'icelle à Bologne, auec des lettres de recommendation du Roy de Pologne, ſon Prince ſouuerain.* (Franciſcus I. Galliæ Rex, poſtquam aliquantiſper Bononiæ ſubſtitiſſet, inde diſceſſit, XV. Decembr. anno MDXV. qua die, antequam abiret, in Palatio Pontificis attigit, & ſanauit laborantes ſtrumis, non citra admirationem Pontificis & Italorum, qui tunc erant præſentes. Inter alios ſanitatem recepit quidam Epiſcopus Polonus, qui ea vna de cauſa Mediolanum, & hinc Boniam venerat, cum literis commendatitiis Regis Poloniæ, principis ſui.) Fauyn *d. chap. pag.* 260.

pp) *Toutes les annales atteſtent, que le Roy François I. eſtant detenu priſonnier en Eſpagne, gueriſſoit tous les Eſpagnols, & autres eſtrangers, qui ſe preſentoient à luy*: P. de Lancre *d. tr. pag.* 166. (Annales teſtantur, Regem Franciſcum I. cum in Hiſpania captiuus detineretur, ſanaſſe Hiſpanos, & quosuis alios, qui ſanitatis recuperandæ cauſa ſeſe coram ipſo exhibuerunt.) Qua de re Laſcaris ita cecinit:

Ergo manu admota ſanat Rex chœradas, eſtque
Captiuus ſuperis gratus, vt ante fuit.
Indicio tali, Regum ſanctiſſime, qui te
Arcent, inuiſos ſuſpicor eſſe Deis.

qq) Hoc docuit Guillelmus Tokerus Anglus, ſingulari libro, cui titulum præſcripſit, *Chariſma, ſeu donum ſanationis*, in quo Regibus Angliæ, à Lucio vſque, hoc competiiſſe ſcribit.

rr) Magnum errauit errorem Hubertus Thomas Leodius, *d. lib. 6. pag. 98* quando dixit: Hac in re vnum vehementer ſum admiratus, cum, vt dixi, Reges Angliæ ſe Franciæ Reges eſſe, & appellari volunt, cur non & ipſi ſcrophulas ſanent, & teſtimonium à ſuperis inde petant, de ſuo ad Galliæ Regnum iure.

ſſ) Quant à ce que quelquels vns diſent, que par l'attouchement les Roys d'Angleterre, accompagné de quelques ceremonies, ils ont gueri les malades des eſcrouëlles, & que ceſte grace leur demeura depuis Edoard, qu'ils ſouſtiennent en auoir gueri pluſieurs, durant ſa vie, ie ne puis aucunement y conſentir, attendu que c'eſt vn miracle, qui de tout temps a eſté propre, & eſt demeuré perpetuel en la maiſon de France: André du Cheſne *lib. 10. de l'hiſtoire d'Angleterre pag. 437. lit. D.* (Quod quidam affirmant, Reges Angliæ attactu, & nonnullis cæremoniis intermixtis, ſanaſſe ſtrumis infectos, hancque efficaciam tenuiſſe, & exercuiſſe poſt Edoardum, qui multos eorum curauerit, aſſentire non poſſum: miraculoſa enim hæc virtus omni tempore propria fuit & peculiaris Regibus Franciæ, inque eorum familia perpetuo continuauit.)

tt) La verité eſt, que le Roy d'Angleterre, Iacques, qui eſt pour le iour d'huy regnant, (ita de ſuo tempore P. de Lancre *d. traicté 3. num. 12. pag. 165.*) *touche encore bien ſouuent ceux qui ont les eſcrouëlles, croyant par là ſe conſeruer deux tiltres ſpecieux: l'vn de chef de l'Egliſe Anglicane, & l'autre, de Roy de France. Et de faict, il toucha, à ce qu'en m'a aſſeuré Monſieur le Marquis de Trenel, Ambaſſadeur de France preſent, eſtant allé de la part du Roy l'an MDCXIX. en Angleterre, ſe condouloir auec luy, de la mort de la feuë Royne ſa femme. Et ce faiſant, il eſt forcé, contre ſa conſcience & ſa religion, d'vſer du ſigne de la croix, eſtabli par S. Louys, tout de meſme que font nos Roys: ou pour le moins, en touchant, diſpoſer ſa main en forme de croix. Mais c'eſt vne pierre miſe en œuure par vn mauuais orfeure; Auſſy n'y va il que des gens de ſon pays: Car les Eſpagnols, & tous les autres eſtrangers, tiennent cela pour vn abus. Il n'eſt ny Pape, ny Roy de France, ny Sainct, & ſi faut-il qu'il vſe du ſigne de la croix, qu'il repudie en toutes autres actions. Auſſi n'y va-il qu'Anglois & Eſcoſſois, lesquels y vont plus en eſperance d'auoir vne aumoſne d'vne piece d'or (qu'il leur met au col, à chacun en*

forme

Digitized by Google

forme de breuet, laquelle vaut enuiron cent ſols de la monnoye de France,) que de guerir. (Illud verum eſt, quod Rex Angliæ Iacobus, qui nunc ibi regnat, ſæpe tangit ſtrumoſos, hac intentione, vt ſibi conſeruet duos ſpecioſos titulos, nempe capitis Eccleſiæ Anglicanæ, & Regis Franciæ. Certe, illum ſtrumoſos tetigiſſe mihi affirmauit Marchio Trenelius, qui hoc fieri ſuis vidit oculis, tunc eum à Rege Galliæ in Angliam ablegatus, anno MDCXIX. regi, propter reginæ vxoris obitum, condolendi officium præſtitiſſet. Hoc autem peragens Iacobus Rex, cogitur, contra conſcientiam & religionem ſuam, vti ſigno crucis (introducto à S Ludouico, quo etiam noſtri vtuntur Reges) aut ſaltem manum flectere in formam crucis. Verum hæc gemma, opus eſt mali aurifabri; nec ad eum accedunt alii, quam Regni indigenę: Hiſpani enim & omnes aliæ nationes hoc pro ludibrio habent. Non eſt ille Rex, vel Papa, vel Franciæ Rex, neq; etiam Sanctus, & cogitur præterea vti ſigno crucis, quod in omnibus aliis actionibus auerſatur. Angli, & Scoti, ad hunc ſe conferunt, magis ſpe eleemoſynę, (quo nomine ſingulorum collo appendit, quaſi amuleti in vicem, monetam auteam, valoris centum fere ſolidorum Franciæ) quam recipiendæ ſanitatis.) *Quant aux Roys d'Angleterre, on croit qu'ils gueriſſent auſsi bien l'epilepſie, que les eſcrouelles; mais on ne nous en monſtre nuls exemples; que s'il y auoit dans ſa bague de gueriſon du pied d'elan, ou de la racine de Peonie, pourquoy attribuera-on à miracle ce, qui peut aduenir par vn agent naturel. Ie ne dy pas, que le Roy S. Edouard, n'ait peu faire toute ſorte de cures, eſtant en la grace de Dieu, & qu'il n'ait fait plusieurs miracles; mais non Henry VIII. ny la Royne Eliſabeth, ny tous autres, qui ont eſté, & seront hors l'Egliſe vniuerſelle*: P. de Lancre *d. tr. pag.* 164. (Quod Reges Angliæ attinet, creditur, illos & epilepſiam & ſtrumas curare; at nobis id nullis probatur exemplis. Quod ſi in annulo, quo ſanauit, habuit aliquid ab vngula alcis, aut radice pœoniæ, cur miraculo adſcribemus, quod actione naturali fieri poteſt? Non nego Regem Edoardum Sanctum varios morbos ſanare potuiſſe, cum fuerit Deo acceptus, ac multa edidiſſe miracula; at idem potuiſſe, ac feciſſe Henricum VIII Reginam Eliſabetham, & reliquos omnes, qui fuerunt, & erunt extra Eccleſiam vniuerſalem, pernego.

uu) Quis non ſtupeat ad vires incognitas contactu plantarum, lapidum, animalium, hominum? Radix Baara apud Ioſephum (*in hiſtor. Hieroſolym.*) ad expiationes vim habet mirabilem, vt eos, qui à cacodæmonibus vexantur, protinus liberet attactos. Radix Leontopodii appenſa collo prodeſt ad amatoria, ex Dioſcoride. Radices aſparagi ſuper dentes ligatæ, eos ſine dolore excutiunt. Narrant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ autores, (Nicephorus, & Zonaras) Cæſareæ ſtatuam poſitam fuiſſe, ſub cuius baſi herba naſceretur, quæ ſolo tactu, & adſpectu præſens erat quorumuis morborum remedium. Achimenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina, ac terga

vertere, refert Plinius *lib. 26. cap. 4.* Democritus,& Theophraſtus, Aethiopidem herbam ſeras omnes ſolo contactu aperire, narrant; & Matthiolus affirmat, furem Venetiis ſuſpendio damnatum, qui hac arte fores aperiebat. Ruta ſyluestris capiti circumuallata defendit à faſcino; vt moly Vlyſſem à Circes philtris liberauit. Betonicam geſtatam animas hominum & corpora cuſtodire, quietemque à lemuribus & maleficiis tutari, prodidit Ant. Muſa, clariſſimus Auguſti Cæſaris Medicus; veluti Baccharem herbam collo ſuſpenſam contra faſcinum pollere aiunt. Vt tamen infinita ex plantis parantur amuleta, quæ contactu morbos pellunt; ex lapidibus inferiora non reperiuntur. Lapis Pyrophites contra venena vim habet admirandam, redditque geſtantem glorioſum, & formidoloſum hoſtibus. Iaſpis & Selenites nudæ cutis attactu ſanguinem quauis ex parte manantem reprimunt. Aëtites, ſeu Aquilinus, contactu ſuo abortum prohibet, amorem inter virum & mulierem conciliat; quod ſi laborioſus ſit partus, femori annexus facilem reddit. Onyx geſtatus in ſomnis lemures, & triſtia cuncta figurat. At Galactites, & Gagates, vincunt præſtigias, & carmina dira reſoluunt. Eſt etiam quibuſdam animalibus eadem facultas per ſolum contactum ſanandi, aut lædendi inſita. Torpedo ſtuporem inducit, mortem Baſiliſcus, canibus Hyæna ſilentium. Echeneis piſciculus ſuo contactu naues, quantumuis maximas, ventis etiam fluctuantibus remoratur. Itaque vt plantis, lapidibus, animalibus, arcanæ reperiuntur facultates, ita & quibuſdam hominibus; homo enim poteſtate quodammodo eſt omnia; huic viſus baſiliſci, illi catoblepæ ſunt: hic leonis, ille aquilæ, alter lapidis, & plantæ huius, vel illius habet temperamentum; exiſtit enim cum lapidibus, vegetat cum brutis, intelligit cum Angelis. Natura, inquit Plinius *lib. 2. cap. 2.* in quorundã toto corpore, in aliorum ſolis oculis, venena genuit, ne quid vſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet. Sed vt ex ſolo tactu & adſpectu quidam ſunt effaſcinantes, vt Pſylli, & Illyrici; ita ex iiſdem principiis poſſunt eſſe quidam ſalutares. Pyrrhi Regis pollex ſolo tactu ſanabat lienoſos (Plutarch. *in Pyrrho*) Ophiogenes & Marſi ſerpentum morſus, vt & Pſylli, quos in Cleopatræ, à ſerpentibus demorſæ auxilium Cæſarem aduocaſſe refert Oroſius: narratque Nicephorus ex Aegypto Conſtantinopolim veniſſe homines quoſdam, qui miracula ſolo tactu exhibebant inaudita. Et Albertus retulit, ſe vidiſſe in Germania gemellos, quorum alter dextri brachii ſolo contactu ſeras omnes aperiebat, alter brachio ſiniſtro eaſdem claudebat. Cur non & Chriſtianiſſimo Regi eadem vis, qui ſtrumoſos tangit, concedetur? conceditur quidem, ſed glorioſior; nam quod lapides, animalia, plantæ à ſecreta naturæ indole proferunt, phyſicum eſt, aut fortito verum; quamuis pleraque inexperto relatu mendacia ſint, & faſcinata ſuperſtitione fallentia. Sic ſunt Pſyllis & Marſis lambendo aſſueta venena & Pyrrho magico la-

Digitized by Google

eo ſacrificio pollex cantatus. Sed Rex Galliæ nullis dolis, nullâ vi phyſica prodigia facit, at quodammodo Deum è cœlis euocat attactu pio, & hereditario, cuius manum extendit ad ſanitates & prodigia: Balthaſar de Vias *in ſylua regia, p. 102. & ſeq.*

xx) In oppido Poblete, in regione Hiſpana Cataloniæ, venerantur brachium D. Regis Ludouici, quod laborantes ſtrumis ſolo attactu ad ſanitatem reducat: Iacobus Valdeſius *de dignitate Regum & Regnorum Hiſpaniæ allegatus a* P. de Lancre *d. tr. pag.* 169. qui *pag.* 167. de eodem verba faciens, ait: *Nos Roys, & morts, & vifs, libres & priſonniers, gueriſſent par leur attouchement, en France, & en Eſpagne.* (Noſtri reges, viuentes & mortui, liberi & captiui, ſanant contactu ſuo, in Francia & Hiſpania.) Vbi, quod de mortuis indefinite exprimit, reſtringendum ad ſolum Ludouicum Sanctum.)

yy) *Les trois Roys d'Orient, Caſpar, Melchior & Baltazar, qui adorerent le Sauueur du monde en Bethlehem, gueriſſent les malades de la maladie des eſcrouelles, és lieux où leurs corps ſaincts ſont honorés. Ils repoſerent long temps à Milan, & iuſques à ce que l'Empereur Frederic Barbarouſſe, ayant ſaccagé ceſte ville, il les fit par la Bourgongne transfer à Colongne en Allamagne, où ils ſont à preſent. Par tous les lieux qu'ils repoſerent, on dit, que les malades des eſcrouelles y receuoient ſanté:* Fauyn *liu.* 17. *de l'hiſtoire de Nauarre pag.* 1059. (Tres illi, quos Reges Orientis dicimus, Caſpar, Melchior & Balthaſar, qui adorarunt in Bethlehem Saluatorem mundi, ſanant ſtrumoſos iis in locis, vbi ſancta eorum corpora in veneratione ſunt. Fuerunt illa longum per tempus Mediolani cuſtodita, vſque ad Imperatoris Friderici Barbaroſſæ ætatem, qui, capta ciuitate & in prædam militi conceſſa, dicta corpora transferri curauit Coloniam Agrippinenſium, vbi adhuc aſſeruantur. Fertur, ſtrumoſos ſanitati reſtitutos omnibus illis in locis, vbi in itinere quieuerunt.)

zz) *Le bruit commun eſt, que le Baron d'Aumont, Comte de Chaſteau-Roux en Bourgongne, & l'aiſné de ceſte maiſon, guarit des eſtrouelles, en donnant au malade vn morceau de pain benit, d'autant que dans ſa Seigneurie eſt vne fontaine, où les reliques de ces trois Roys (d'Orient) repoſerent. Il n'y en a point toutesfois de teſmoing aſſeuré, c'eſt vne choſe controuuée:* Fauyn *d. p.* 1059. (Communis fama eſt, quod Baro Aumontius, Comes Caſtri-Rubri, in Burgundia, atque primogenitus iſtius familiæ, ſanet ſtrumis laborantes porrigendo illis fruſtrum panis benedicti, cum in ipſius terris ſit fons, ad quem iſtæ ſanctorum (Regum Orientis) corporum reliquiæ quieuerunt. Sed fabulam hoc redolet, nec vllo certo teſtimonio fulcitur.)

aaa) Felix Faber *in hiſtoria Sueuica lib.* 1. *cap.* 15.

bbb) Maſculus omnis ſeptimus, abſque fœmella intermedia natus, vim habere dicitur curandi ſtrumas, ſeu ſcrofulas, ſolo tactu, vel verbo. Ecce quod tam diu Chirurgum fatigauit, quod pharmacis curare non potuit, nec

nec ferro, nec cauſtico conſumere, cuique nulla videtur eſſe medicina, vi numeri ſeptenarii curatum, perſanatumque apparuit quandoque. Ita Bungum, de numero ſeptenario loquentem, introducit Autor *du labyrinthe Royal de l'Hercule Gaulois triomphant. pag. 28.* adde Bodinum *in method. hiſtor. c. 6. pag. m. 347.*

ccc) *Ie me ſuis laiſſé dire,* (inquit d. Autor *d. pag. 28.*) *qu' au Puy y a vn pedagogue maſle ſeptieſme, & vn Religieux à Beziers, qui en gueriſſent pluſieurs.* (Relatum mihi fuit, Anicii pædagogum eſſe, & Bliteris monachum, vtrumque maſculum ſeptimum, qui multos ſtrumis liberant.) Et P. de Lancre *d. tr. n. 12. pag. 162.* aſſeuerat, *auoir veu toucher à vn ſeptieſme, non vne fois, mais pluſieurs, duquel attouchement certaines perſonnes ſont gueries. Ce n'eſt pas* (addit idem) *que ie donne & attribue ceſte vertu au nombres, mais bien pluſtoſt aux choſes, ou perſonnes nombrées. Tant y a, qu' on pourroit ſouſtenir, de voyant toucher quelque bonne feſte de l'année en gueriſſant pluſieurs, & ceſte grace continuant en luy, qu'il ſemble que comme ſeptieſme, ou par quelqu' autre benediction de Dieu, il ait ceſte faculté de guerir. Mais ie ſçay bien, qu' à peine a-il iamais ouy parler de S. Marculphe, en quoy la ſeule experience, & le rencontre du ſeptenaire combattent pour luy, & en telle ſorte, qu' à force de malades importuns, il eſt bien ſouuent preſſé de toucher contre ſa volonte.* (ſe vidiſſe ſeptimum aliquem maſculum, non vna, ſed diuerſis vicibus, tangere ſtrumoſos, atque ex his nonnullos à morbo liberatos fuiſſe. Non eſt, addit idem, quod hanc virtutem adſcribam numero, ſed potius rebus, aut perſonis numeratis. Poſſet autem dici, vbi eum videmus tangere morboſos certa anni feſtiua die, ac multos ſanare, gaudereque illa gratia, quod tanquam ſeptimus, aut alia benedictione diuina dotatus, habeat facultatem ſanandi. Hoc ſatis noui, eum vix vnquam fando percepiſſe, dari inter Sanctos aliquem qui Marculphus audiat. Sic itaque ſola experientia, & quod ſeptimus ſit inter maſculos, pro ipſo facit, adeo vt morboſorum importunitate adductus, ſæpe inuitus illos tangere cogatur.)

ddd) Solo tactu, vel verbo hoc expediri, ſupra *lit. bbb.* ex Bungo audiuimus. Alii alia requirunt, vt intelligimus à P. de Lancre *d. tr. pag. 161.* vbi ait: *Quant aux ſeptieſmes maſles legitimes, & nés ſans meſlange de filles, pluſieurs grands perſonnages tiennent, que c'eſt choſe imaginaire, n'approuuans tout ce qui ſe dit communement en France, que par le ſeul attouchement ils gueriſſent des eſcrouëlles, au nom de Dieu, & de S. Marculphe, ieunant trois iours, ou neuf iours, comme ſi c' eſtoit vne marque diuine de la loy Salique, qui exclud les femelles.* (Quod attinet ſeptimos maſculos, legitime, & ſine intermedia filia natos, multi magni viri putant eſſe imaginarium, reiicientes illud, quod communiter narratur in Francia, ac ſi ſtrumas curarent in nomine Dei, & Sancti Marculphi, ieiunantes tribus aut nouem

uem diebus, quaſi hoc eſſet diuinum veſtigium legis Salicæ, quæ excludit fœminas.

eee) P. de Lancre *d. tr. pag.* 563.

CAPVT VI.

De independentia Regis Franciæ, vt & de titulis, atque encomiis, quibus vtitur, vel ab aliis compellatur; nec non de primo honoris loco, quem inter cæteros Reges tenet.

REgem Franciæ, qui ſecundum excellentiam Rex (*a*) audit, in temporalibus ſuperiorem, reſpectu Regni, non recognoſcere certum eſt: aliarum autem ditionum reſpectu vaſallagia fidelitate alii obſtrictum aliquando fuiſſe (*b*), vel eſſe (*c*), negare haud licet; quod ſalua maieſtate fieri potuit, non minus quam quando ſeipſum ratione Comitatus Bononienſis vaſallum cõſtituit B. Virginis Mariæ (*d*). Regnum non niſi à Deo & enſe tenet (*e*), non autem à populo (*f*), nec alio quocunque (*g*). Vnde ſoli Deo obedientiam, naturæ reuerentiam (*h*), Pontifici honorem (*i*), Imperatori comitatem (*k*), exhibet; cæteris vero, tam Regibus (*l*), quam principibus (*m*), maioris ordinis, fraternam beneuolentiam, ac nonnullis cognationis propenſionem (*n*). Quantum quidem Pontifices attinet, ex hiſtoriis conſtat, inter eos aliquando fuiſſe, qui ſuperioritatem non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus (*o*), in Reges Franciæ exercere, annixi fuerint. Quos inter primatum fere tenuit Bonifacius VIII. qui literis ſuis (*p*) ad Philippum Pulchrum, Franciæ Regem, hæc, vt fertur, inſeruit verba: *Scire te volumus, quod in ſpiritualibus, & temporalibus nobis ſubes*: Sed ab eodem reſponſi (*q*) loco audiuiſſe; *Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non ſubeſſe.* Dignum mehercle patella operculum! niſi confictum, vt pauci tradunt (*r*), contra communem (*s*); aut cum multiforme exhibeatur (*t*), non adeo certum (*u*). Quod Bonifacius aperto

 Mar-

Marte (*x*), id Pontificum alii ex inſidiis (*y*) moliti ſunt: ſucceſſu haud meliori. Æquior autem Clemens V. cuius reſcriptum in archiuis Francorum extat, quo non modo Philippum Pulchrum ab interdicto illo Bonifacii, purum, verum etiam ab omni Pontificum poteſtate, ac imperio liberum eſſe pronunciauit (*z*). Hac libertate ſua contra Pontifices conſtanter vſos fuiſſe Reges Franciæ, & adhuc hodie in eadem continuare, præter librorum, quibus iſta libertas oppugnata, publicam damnationem (*aa*), varia nos argumenta docent. Comitibus Palatinis, à Pontifice creatis, non permittitur in Franciæ Regno actuarios creare, nec ſpurios legitimare, vel aliud quippiam poteſtatis ſuæ exercere (*bb*): vti nec Notariis Apoſtolicis, contractibus ſecularibus inſeruire (*cc*). Curia Pariſiorum non fert clauſulam vulgarem, *Auctoritate apoſtolica*, qua Pontifices in reſcriptis ſuis vtuntur, ac rebus ſæpe iudicatis ea reſcripta omnino reiecit, niſi is, qui reſcriptum impetraſſet, publice teſtaretur, ſe clauſulæ illius beneficio vti nolle (*dd*). Legatis, quos Pontifex in Galliam deſtinat, vt ea, quæ ſuæ poteſtatis eſſe contendit, exerceant, introitus in Regnum denegatur, niſi prius Bullas legationis exhibitas, examini ſubmittant (*ee*). Ex Regno autem retrocedentibus incumbit, acta rerum, à ſe geſtarum, Curiæ offerre (*ff*): Vtrumque eum in finem, ne libertati Regum atque Regni fraus fiat. Aduocatus Papæ in parlamento perorans, non admittitur ad locum honoratiorem (*gg*), ſicuti nec ipſius legato præſenti permittitur occupare ſummam inter præſides curiæ ſedem (*hh*). Et quod etiam poteſtatem eccleſiaſticam reſtringere videtur, Franciæ Reges ab excommunicatione Pontificis (*ii*) ſe (*kk*) ſuosque (*ll*) immunes eſſe (ſiue id priuilegio pontificio (*mm*), ſiue, quod eorum maieſtati cõuenientius (*nn*), libertati Regiæ (*oo*) adſcribere placeat) aliquoties cum Pontificibus, id iuris ſibi arrogantibus (*pp*), contenderunt verbis (*qq*), & quandoque armis iniuriam ſibi illatam vindicarunt (*rr*), bullas vel diſcerpſerunt, vel igni obiecerunt (*ss*), latores earum catamidiari iubentes (*tt*). An Imperatori ſubſit, vel ſubeſſe debeat

Digitized by Google

beat Rex Franciæ? non noua eſt quæſtio, ſed iamdudum à Iureconſultis, aliiſque ventilata. Magnum eſt examen eorum, qui pro affirmatiua (*uu*) ſcripſerunt, ſed exigui roboris (*x x*). Si in perſonarum qualitatem inquirimus, mercede conductos, beneficiis ineſcatos, affectu occæcatos, imbecillitate iudicii laborantes, indeque alienis veſtigiis inhærentes, quam plurimos ex iisdem (*yy*) fuiſſe creditur. Quanquam vero nec illi, qui pro Franciæ Rege ſteterunt (*zz*), omnibus his næuis careant, attamen bonitate cauſæ aduerſarios longe ſuperant. Inter Imperatores Romanogermanicos, atque Reges Franciæ, hoc eſt, ipſos, quos negotium concernit, vix legas controuerſiam hanc magno ſtudio agitatam (*aaa*), aut arbitrio Martis (*bbb*), vt in eiuſmodi quæſtionibus moris eſt, commiſſam; Regem autem Franciæ, ſi quando Imperator in illo regno hoſpes fuit, cum magno quidem excepiſſe honore, atque egregio cultu proſecutum (*cc*), cum temperamento (*ddd*) tamen, ne videretur Imperatori vllam poteſtatem in ſe, ſuoſue deferre, annotatum reperimus. Et cum aliquando Imperator in parlamento Lutetiano Equitem creaſſet (*eee*), ne actus ille in præiudicium verteretur, Rex, vbi poſtea de creando Duce agebatur, non permiſit, vt ſuo id fieret in regno (*fff*), priorem conniuentiam emendaturus. In ſignum porro independentiæ Rex Franciæ vtitur titulo Regis, *Dei gratia* (*ggg*): Quando vero primogenitus (*hhh*) Regis, qui Delphinus dicitur, prædicato *Dei gratia*, vt & Epiſcopi (*iii*), vtuntur, id vel ex conceſſione, aut permiſſione Regis (*kkk*) eſt; certe, alio fit reſpectu, quam quod ſe Regi pares, nec ſubiectos eſſe, indicare velint. Tempus fuit, quo Duces & Comites (*lll*) titulo, *Dei gratia*, vt & alii (*mmm*) vſi fuerunt: ſed cum hoc Regi ſuſpectum, nec tolerandum amplius videretur, mos ille ſublatus eſt (*nnn*). Cum tempore Caroli VII. Armeniacus ſe Comitem Dei gratia ſcriberet, læſæ maieſtatis accuſatus (*ooo*), &, vt nonnulli referunt, ne eo titulo vteretur (*ppp*), ſancitum fuit. Sic etiam Ludouicus XI. prohibuit, ne Britannus (*qqq*) ſe Dei gratia Ducem diceret. Præterea,

maieſtate ſumma (*rrr*), re & titulo gaudet Franciæ Rex, priuatiue in Regno ſuo; eamque eidem titulo tenus adſcribunt, non ſubditi modo, quibus illa merito ſacra (*sss*) eſt, ſed etiam alii, licet non omnes (*ttt*). Subditi quidem & potiſſimum aulici illius, à more vetuſto (*uuu*) multum deſciuerunt, qui tanta profuſione hodie maieſtatis nomine vtuntur, vt non ſolum ad Regem, vel de actione Regis maieſtatica, verba facientes, lingua ferant, ſed etiam ſi pila ludat, ſaltet, ac tripudiet, ſiue cum mulierculis garriat, ac nugas agat, Regiam maieſtatem ludere, ſaltare, loqui &c. imo & ventrem exonerare dicant: quem morem alii lepide perſtringunt & irrident (*xxx*), alii emendandum cenſent (*yyy*). Poſt poteſtatis titulos ſequuntur illi, qui honoris. Hos inter primum meretur locum, *Chriſtianiſſimus* (*zzz*), dein *primogenitus Eccleſiæ* (*aaaa*), qui ab antiquo generales; ſpecialis autem *Sancti* eſt, quem vigeſimo à Clodoueo Regi, & vigeſimo ab hoc, nonnemo, prouidentia diuina collatum, nouo commento aſſeruit (*bbbb*). Inter cæteros, eſt titulus *Sereniſſimi* (*cccc*), *Excellentiſſimi* (*dddd*), *Illuſtris* (*eeee*), *glorioſiſſimi* (*ffff*), quibus prior ætas vſa fuit. A ſubditis ſuis etiam *Sire* (*gggg*) vocatur, vocabulo vſu recepto, ſed ambiguæ originis, moreque ita vſurpato, vt non ſolum Regi, ſed etiam aliis, ac mercatoribus (*hhhh*) quoque, aſſignetur. A fratribus & ſororibus ſuis vocatur *Monſieur* (*iiii*). Hoc hactenus ab ipſis Regibus Franciæ obſeruatum fuit, vt ſolo nomine proprio (*kkkk*), non appellatiuo alio, à familia ducto, vſi fuerint. In titulis parci (*llll*), præter morem aliorum Regum, atque principum (*mmmm*), & ſolo Regis Franciæ, ac Nauarræ, hodie contenti; olim, vel ſolo Regis Franciæ, vel aliquando cum additione peculiari (*nnnn*) alia, ſed admodum conciſa. Feſtiue Franciſcus I. ſe *Regem Franciæ & de Gentilli*, vel vt alii *de Goneſſe*, alius *de Gennes* (*oooo*); ſiue Regem Franciæ, Franciæ, Franciæ &c. (*pppp*) ſcripſiſſe fertur, Carolo V. Imperatori, & Regi Hiſpaniæ, illudens. A Turca (*qqqq*) prolixo mactantur titulo, vt & à Tartaro (*rrrr*), & aliis (*ssss*); à Chriſtianorum autem Regibus, & principibus, breuiori. Honor, qui ei defer-

deſertur inter Chriſtianos, permagnus eſt. Nam inter reges omnes ſedem primam (*tttt*), excepto Romanorum Rege, vt nonnulli tradunt (*uuuu*), reclamantibus aliis (*xxxx*), diu nec ſine cauſa (*yyyy*), obtinuit. Ac quamuis, non ita pridem, Rex Hiſpaniarum eum in poſſeſſione præcedentiæ turbare auſus ſit (*zzzz*), & defenſores cauſæ habuerit (*aaaaa*); attamen nec Gallo quoque rationes & patroni defuerunt (*bbbbb*). Legatorum ſuorum induſtria (*ccccc*), iuſto fauore eorum ad quos miſſi, antiquum locum tenuit, in Concilio Tridentino (*ddddd*), Romæ (*eeeee*), in Anglia (*fffff*), Venetiis (*ggggg*), in Polonia (*hhhhh*), & extra Chriſtianum orbem, in aula Othomannica (*iiiii*), & adhuc vbique præcedentia gaudet, excepta Imperatoris aula, quæ Hiſpano fauet (*kkkkk*). De cætero, quanti Pontificibus Romanis ſalus Regis Franciæ curæ fuerit, vt alia ſicco pede tranſeam, exinde patet, quod pro eo orantibus certum indulgentiarum tempus conceſſerint (*lllll*), temere autem eidem bellum inferentes, excommunicandos ſtatuerint (*mmmmm*). Quanta vero in exiſtimatione & cultu apud Venetos ſint, variis ex actibus conicere licet; inter quos etiam refero, licet perſonale ſit, quod Henricum IV. membrum Nobilitatis ſuæ fecerint (*nnnnn*), vt antea Heluetii Ludouicum XI. conciuem ſuum (*ooooo*). Olim aliquando in Aragonia tanta Franciæ Regum veneratio fuit, vt in datis monumentorum publicorum, anni Regni Franciæ Regis exprimerentur (*ppppp*). Et quoniam miſcellanea hic ſcribimus, pro clauſula tenendum eſt, Regis Franciæ cultum in terra marique (*qqqqq*) eminere. Denique, antequam ad aliud nos accingamus caput, auctarii loco huic præſenti adiicere placet, Regi Franciç ſacram cœnam integram, ſiue ſub vtraque ſpecie (*rrrrr*), communicari; eundem variarum Eccleſiarum Canonicum eſſe honorarium (*sssss*), hodie tamen magis nomine (*ttttt*), ornamentis (*uuuuu*) & participatione precum, quam aliorum emolumentorum: eſſe membrum Collegii Nauarreni (*xxxxx*), quod Lutetiæ eſt, nec non collegii ſecretariorum domus & coronæ Franciæ (*yyyyy*),

Digitized by Google

ius patronatus exercere Romæ in Eccleſia S. Petri. (*zzzzz*), &c.

Teſtes & Teſtimonia.

a) *Tout ainſi* (*ce nom dit Suidas, autheur Grec, ſur le mot* Βασιλεὺς μέγας) *que par le nom de Grand Roy, le ſeul Monarque des Perſes eſtoit deſigné, entendu, & remarqué; & que parlant des autres, on y mettoit vne queuë, & le ſurnom des peuples, auſquels ils commandoient, le Roy des Macedoniens, ou des Lacedemoniens, & ainſi des autres; de meſme les Roys de France ſont deſignés, & recognus ſous ce nom de Roy ſeul, & ſans addition, par antonomaſie. Les autres Roys de la Chreſtienté ſont particulariſes par les noms de leur peuple, ou Royaumes, comme ſont les Roys d'Eſpagne, d'Angleterre, d'Eſcoſſe &c.* Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 1. pag.* 474. allegans in teſtem Bonifacium de Vitalinis, auditorem Rotæ Romanæ, *in præfat. ſuper Clementinas*, ita ſcribentem: Dicendo ſimpliciter, Epiſcopus, debet intelligi de ſupremo, hoc eſt, Romano Pontifice, per excellentiam. Sicut dicimus, quod appellatione Regis, ſimpliciter facta, debet intelligi de ſolo Rege Franciæ, per excellentiam. Adde Charton *en l'hiſt. vniu. chap. 91. pag.* 641. Verum communi conſenſu hoc receptum non affirmauerim; aliud vſu obſeruari notum eſt, quo Rex, cum nota diſtinctionis, Franciæ dicitur, non vero Rex, ſine additione alia.

b) Rex Franciæ, vt vaſallus, Imperio fidelitatem iurauit, propter Regnum Arelatenſe, vel partes eiuſdem; quem inde Sigiſmundus Imperator fidelem ſuum dixit, in mandato, vt veniat ad Concilium Conſtantienſe MCDXIII. apud Goldaſtum *tom. VII. conſtit. Imperial. pag.* 386. adde Arniſæum *de iure maieſtat. lib. 1. cap. 5. n.* 8. & Goldaſtum *in præfat.* der Reichshandlung/ *quorum verba expreſſi de iure publ. Imperii Romanogerman. lib. 1. cap. 9. n. 31. & in addit. ad eundem.* Ludouicus XII. ab Imperio tenuit Ducatum Mediolanenſem: ſupra *lib. 1. cap. 5. lit. ff.*

c) Rex Franciæ ab Epiſcopo Altiſſiodorenſi tenet aliquot feuda, parui momenti, & præterea etiam Comitatum Altiſſiodorenſem: Clement Vaillant *de l'Eſtat ancien de la France, declaré par le ſeruice perſonel, deu par le vaſſal à ſon Seigneur, à cauſe de ſon fief, liu. 5. chap. 3. pag.* 216.

d) *Louys XI. compoſa auec le Seigneur proprietaire de Boulogne, Bertrand de la Tour* (*auquel il donna, pour eſchange de Comte de Boulogne, celuy de Lauragais, au reſſort du parlement de Toloſe:* Fauyn *au theat. d'honneur liu. 8. pag.* 1499.) *& comme nouueau Seigneur en fit hommage, deſceint, & deseſperonné, teſte nuë, & à genoux, à la Vierge Marie,* (*par deuotion; iaçoit qu'aucuns diſent, qu'il prit ce pretexte de deuotion, pour s'exempter de la feudalité pretenduë par ſes aduerſaires les Bourguignons, à cauſe d'Artois:* Coquille *en l'hiſtoire du pays & Duché de Niuernois pag.* 316.) *donnant, pour droit, & deuoir, à ſon*

image

image vn cœur d'or maſſif, peſant deux mille eſcus, à telle condition, que deſlors en auant, luy, & ſes ſucceſſeurs Roys, tiendroient le Comté de Boulogne de la Vierge, luy en feroient hommage, & à chacune mutation de vaſſal payeroient vn cœur d'or fin de ce poids: Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de Louys XI. liu. 8. p. 433.* (Ludouicus XI. rem compoſuit cum Domino proprietario Bononiæ, Bertrando Turriano; ac, tanquam nouus Dominus huius loci, præſtitit iuramentum fidelitatis Virgini Mariæ, diſcinctus, ſine calcaribus, capite nudus, & flexis genibus, (ex deuotione, licet alii dicant quod prætextu religionis vſus fuerit, quo ſe eximeret à feudali nexu, quem prætendebant aduerſarii eius, Burgundi, propter Arteſiam) offerens vt ius, & debitum imagini Virginis, cor factum ex ſolido auro, ponderis bis millenorum ſcutatorum, hac conditione, vt ab eo tempore impoſterum, ipſe, & ſucceſſores ſui, Reges, feudi nomine tenerent Comitatum Bononiæ à Virgine Maria, eidem iurarent fidelitatem, & mutatione vaſalli contingente, offerrent cor ex auro fabrefactum, prædicti ponderis.)

yyy) La conſideration des choſes, que l'on attribue à la perſonne d'vn Roy, nous met en auant, en premier lieu, l'abus de ce mot de Maieſté, dont l'on penſe bien vſer au iour d'huy en tous propos que l'on luy tient, au lieu que pluſtoſt on le prophane. Ce titre proprement appartient à Dieu, & s'il doit eſtre communiqué aux Roys, c'eſt aux grands actes, & ſolennels, tenans leurs Eſtats, ſeans en leur lict de iuſtice, ou autrement exerçans leurs charges, en qualité de Roys, & vray lieutenans de Dieu en terre; ou bien, ſi le Roy n'eſt aux lieux, ny és actes ſuſdits, que ce ſoit en luy tenant propos des grandes affaires, qui s'y traictent, & qui concernent ſon office Royal. Hors cela, c'eſt vn tiltre orgueilleux, & ambitieux à l'homme mortel, preſque inconnu aux nations franches, auant vn aage, ou deux. Nos anceſtres parlans priuément au Roy, luy diſoient, Vous Sire, & n'en eſtoient pas moins ciuils, ny les Roys moins honorés. Parquoy il eſt à deſirer, que l'on reprint cette façon de parler à la vieille Françoiſe, laiſſant d'vſer du terme de Maieſté, Alteſſe, & autres telles flatteries, és propos ordinaires, & communs, que l'on tient aux grands Princes, quand ils s'addreſſent nuement à leurs perſonnes, hors des conſequences de leurs dignités, & fonctions Royales, comme dit eſt: Louys de Mayerne-Turquet, *en la monarchie ariſtodemocratique liure 7. pag.* 448. (In conſideratione rerum, quæ attribuuntur Regi, primo loco ſe nobis offert abuſus vocabuli Maieſtatis, quo hodie nos bene vti arbitramur omni in ſermone, quem ad Regem habemus, cum reuera eo ſic profane abutamur. Hic titulus proprie Deo conuenit, & ſi Regibus communicari poteſt, fieri id debet in magnis & ſolemnibus actibus, vt quando conuentus Regni habent, aut iuſtitiæ præſident, vel alia negotia tractant muneris ſui, tanquam Reges, & veri vicarii Dei in terris: aut quando Rex non eſt præſens dictis in locis & actibus, modo tamen de magnis agatur negotiis, & quæ concernunt eius officium Regium. Extra prædictos caſus titulus iſte ſuperbiam redolet, & ambitionem nimiam hominis mortalis, qui fere incognitus fuit populis liberis, ante vnum, vel alterum æuum. Maiores noſtri familiariter cum Rege loquentes, dicebant, Domine, & non minus erant ciuilitati addicti, quam nos, nec Reges minori apud ipſos in cultu, quam hodie. Optandum itaque, vt reuertamur ad antiquam Francorum noſtrorum formulam, & repudiemus terminos Maieſtatis, Celſitudinis, & alia conſimilia blandimenta adulatoria, vbi loquimur cum Regibus, & principibus de rebus minoris momenti, & familiaribus, quæ ſolam eorum perſonam concernunt, non officium & dignitatem, vt diximus ſupra.)

zzz) Rex

Digitized by Google

zzz) Rex Francorum per antinomaſiam *Chriſtianiſſimus* appellatur; & hic titulus ponitur vice proprii nominis, ſignificans perſonam Regis Francorum: Ioh. Ludouicus Viualdus *in opere Regio.* De origine controuertitur. *Les Roys de France portent le tiltre de tres-Chreſtiens depuis Clouis;* ita ſcribit Pierre Matthieu *liu. 10. de l'hiſtoire de Louys XI. pag. 531.* Idem tradit Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 95. pag. 679. Clouis, voulant teſmoigner à chacun l'affection qu'il portoit à ſa nouuelle foy (Chreſtienne), commença à ſe qualifier Roy Tres-Chreſtien, comme ont faict depuis tous ſes ſucceſſeurs, iusques à preſent, lesquels ſe ſont conſerués ce titre par la voix commune de tous les Chreſtiens, tant pour leur perſeuerance à la vraye foy Chreſtienne, que pour auoir touſiours viuement ſouſtenu la foy Chreſtienne contre les infideles. Et diſent aucuns, que ce fut le Pape meſme, qui qualifia premierement ainſi le Roy Clouis, quand il ſceut ſa conuerſion, & vid quelques preſens, qu'il enuoya à Rome offrir en l'Egliſe S. Pierre. Mais en quelque ſorte que ce ſoit, il ſe verifie, que ceſte qualité luy a eſté donnée, & à ſes ſucceſſeurs, tant par le teſtament de S. Remy, que par les Conciles d'Orleans, Magence, Aix, & autres; enſemble par les decretales des Papes, Eſtienne II. Paul I. Eſtienne III. Adrian I. Nicolas I. Iean VIII. Innocent & Honoré III. & eſt certain, que Childeric Roy de Mets, fils de Sigibert, qui eſtoit fils de Clotaire, fils dudict Clouis, ſe trouue auſſi deſia intitulé tres-Chreſtien Roy des François, en vne antienne legende latine inſerée en l'Office d'Amiens, non imprimée. Dont appert, que Iean Baptiſte Egnatius, du Haillan, & quelques autres, s'abuſent grandement, quand ils diſent, que le Roy Pepin, & Charlemagne ſon fils, furent les premiers Roys de France ſurnommés Tres-chreſtiens. Et long temps auparauant lesdits Childebert, & Clouis, il y eut auſſi vn Roy de Bourgongne, nommé Eſtienne, lequel fut auſſi par les Papes de ſon temps ſurnommé tres-Chreſtien: duquel on pourroit encores croire, que Clouis, & ſes ſucceſſeurs Roys de France, qui furent depuis ſouuerains du meſme pays de Bourgongne, auroient auec la poſſeſſion du Royaume, retenu le meſme tiltre de tres-Chreſtien, non ſeulement comme premiers Roys Chreſtiens, & enfans de l'Egliſe de Dieu, ains encores pour eſtre oincts d'huyle celeſte, & auoir eſté, & eſtre, l'vnique aſyle & refuge des Papes affligés, le ſouſtien de l'Egliſe, & le mur inexpugnable de la Chreſtienté. Car comme teſmoigne le Pape Pie II.* pugnare cum Turcis, & vincere, & terram ſanctam recuperare, fidem ſeruare, & Romanam Eccleſiam honeſtare, Francorum Regum proprium eſt. *Et eſt certain, qu'aucuns Princes de la terre ne meritent mieux le nom de tres-Chreſtien, que nos Roys de France.* Hactenus Charron. Antiquiſſimum eſſe hunc titulum docet I. du Tillet, *au dict recueil des Roys de France, tilt. tiltres, grandeur & excellence des Roy & Royaume de France, pag.* 170. de certo tamen termino, quando cœperit, non conſtare, ingenue fatetur: & cum ipſo quoque Bernard de Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France liu. 3. p. m.* 468. Carolo Magno, quando Romæ coronatus

fuit in Imperatorem, à populo acclamatum, *Chriſtianiſſimus defenſor Eccleſiæ, piiſſimus, orthodoxus, magnus*: tradit Louys d'Orleans *és ouuertures des parlemens chap. 5. p. 71.* Carolus Magnus à Synodo Moguntina appellatus fuit *Chriſtianiſſimus*, quod poſtea nomen fuit Galliæ Regibus æternum, ſcribit Raderus *in Bauaria ſancta fol. 82. b.* Scioppius *in conſilio Regio pag. 31.* Carolum Magnum anno demum DCCCXIII. in Moguntino concilio, Chriſtianiſſimi appellatione honeſtatum, ex Papirio Maſſonio refert. Ipſe autem addit, ſed iſte honos non tanquam Regi, verum vt Imperatori, tum non niſi à prouinciali Concilio delatus fuit. Imperatoribus enim id cognomen ab Eccleſia tribui ſolere, ex Conciliorum veterum actis, & ſanctorum Patrum ſcriptis, apparet. Ita Caroli Magni poſteris, qui non ſimul Imperatores eſſent, eum titulum nuſquam tribui legimus. Iohannes Papa XXII. Clemens V. Bonifacius VIII. & Martinus V. conſtanter illuſtres Galliæ Reges, nunquam vero, quod conſtet, Chriſtianiſſimos appellant. Et Pius II. in Mantuano Concilio, anno MCDLX. Carolum VII. Galliæ Regem primum fuiſſe teſtatur, qui vltro ſibi adſcito Chriſtianiſſimi titulo, cæteris principibus omnibus ſe prætulerit. Hæc Scioppius. Ego quidem Caroli VII. ætate hoc nomen ortum primum fuiſſe vix crediderim, antiquius eſſe videtur, & ex Caroli Magni poſteris, Carolo Caluo, Imperatori, & Regi Franciæ quoq; datum legimus, apud Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 1. p. 472.* ſed an à Pontifice Galliæ Regibus id attributum primo, an vero ab iiſdem motu proprio vſurpari cœptum, non dixerim; coniicere tamen licet, ſi bulla Pontificia collatum fuiſſet, Gallos id iamdudum orbi ſignificaſſe. A Pontifice nihil tale Regibus Galliæ datum Bernard de Girard *d. p. 468.* expreſſis verbis inculcat. *Aucuns veulent dire, que les Papes donnerent ce nom de Tres-Chreſtien à Charlemagne, hereditaire à ſa poſterite: mais par conſentement vniuerſel de tout le monde nos Roys l'ont acquis, & laiſſé hereditaire & patrimonial à leurs ſucceſſeurs, pour auoir viuement ſouſtenu la foy & religion Chreſtienne, contre les infideles, ainſi il ne faut que les Papes s'en glorifient.* (Nonnullis placet aſſerere, Pontifices nomen *Chriſtianiſſimi* dediſſe Carolo Magno, & voluiſſe vt eſſet hereditarium poſteritati eius. Verum illud conſenſu vniuerſali omnium nationum Reges noſtri acquiſiuerunt, ac in heredes ſuos quaſi patrimoniale tranſtulerunt, hanc ob cauſam, quod generoſe fidem & religionem Chriſtianam defendiſſent contra infideles; ſic itaque nil eſt, de quo hic gloriari poſſint Pontifices.) Rationes, ob quas hoc prædicatum *Chriſtianiſſimi* Regibus Galliæ competat, iunctim recenſet Fauchet, *des origines des dignités & magiſtrats de France, liu. 1. chap. 4. pag. 476. Les grandes victoires par nos Roys obtenuës ſur les infideles, leur religion inuariable, & touſiours reglée ſur la Catholique, le prompt ſecours que les Papes ont trouué en ceux de la maiſon de France, leur ont continué le nom de Tres-Chreſtien.* (Maximæ victoriæ, quas Reges

Reges noſtri obtinuerunt in bellis contra infideles, conſtantia in religione, atque ſemper conueniens fidei Catholicæ, promptiſſima auxilia, quæ Pontificibus exhibuerunt, fecerunt nomen *Chriſtianiſſimi* continuari in domo Regia Francorum.) Quæ ex his pro præcipua à Regibus Franciæ aliquando habita fuerit, ex regulis & ſtatutis Equitum Hieroſolymitanorum, quæ annexa leguntur *aux Voyages* du Seigneur de Villamont, *articulo tertio*, diſcimus: *Nous* (*Roys de France*) *auons acquis le Royaume de Hieruſalem, és pays des Sarrazins, & eu de grandes & honorables victoires contre iceux, & par telle voye & moyen, augmenté la foy Chreſtienne, à cauſe de quoy nous auons iuſtement acquis le ſainct nom de tres-Chreſtiens Roys.* (Nos (Reges Franciæ) conquiſiuimus Regnum Hieroſolymitanum in regione Saracenorum, hos aliquoties in acie vicimus, & ſic fidem Chriſtianam propagauimus; vnde iuſte obtinuimus ſanctum illud nomen Regum Chriſtianiſſimorum.) De hac, cæteriſque cauſis teſtantur Paradinus, *de antiquo ſtatu Burgundiæ cap. 3. pag. 12.* Ioh. Goropius Becanus *lib. 3. Francicor. pag. 90.* Eſtienne Paſquier, *liu. 3. des recherches de la France, chap. 14. pag. 268. edit. auctæ*; nec non Pandolfus Collenucius *lib. 1. fol. 18. b. delle hiſtoire del Regno di Napoli*, hiſce verbis: *Nobile natione, per vna ſingular proprietà, che è ſola trà tutti li altri regni, hauendo hauuto da Merouco inſino al preſente, 55. Rè, & regnato oltra mille anni, ſempre inuiolabilmẽte, ſenza alcuna infettione di hereſia, hà ſeruato la fede, & la religione Chriſtiana, per laqual coſa li ſuoi Rè il nome di Chriſtianiſſimi ſe hanno vindicato.* De cætero, an nomen *Chriſtianiſſimi* præſtantius ſit, quam *Catholici*, quod Regi Hiſpaniarum attributum, ſi decidendi poteſtas Scioppio detur, Hiſpanus primas obtinebit. Scribit ille, *in dicto conſilio Regio, p. 32.* Nomen *Catholici* amplius, ac dignius quam *Chriſtiani* eſt: Catholicus enim qui dicitur, eum iam Chriſtianum eſſe omnes intelligunt. Quam ob cauſam Chriſti Eccleſiam non Chriſtianam, ſed Catholicam in fidei ſymbolo Apoſtolis vocare viſum fuit. Propterea Eccleſia appellationem ſuam cum Hiſpaniæ Regibus honoris cauſa communicare voluit, vt qui Regem Catholicum nominari audiunt, ſtatim de Hiſpaniæ Rege ſermonem eſſe ſciant. quo de etiam egit Gregorio Lopez, *de las excelencias de la Monarchia, y Reyno de Eſpanna, cap. 12. pag. 78.*

aaaa) Reges Galliæ, licet poſt Imperatores fidem orthodoxam amplexi, nullis aliis Regibus ſecundi, tamen in hoc Imperatores præceſſerunt, vt primi ab Eccleſia ſacrarentur; vnde non immerito dicuntur Eccleſiæ primogeniti: Rouſſel *in hiſtoria iuridictionis Põtificia, lib. 76. c. 2. n. 10. p. 98.* Aliam cauſam huic encomio aſſignat Pierre Matthieu *liu. 11. de la vie de Louys XI. p. 622.* nempe, quod Eccleſiam defenderint contra magnos hoſtes, & eandem à variis perſecutionibus liberauerint. (*pour auoir defendu l' Egliſe de grands ennemis, & deliuré de terribles perſecutions.*) Titulum vero *primogeniti*

ali-

aliquando ſine fructu Galliæ Regi fuiſſe, feſtiue aſſerit le Sieur d'Aubigné, *en l'hiſtoire vniuerſelle, parte 1. liu. 2. ch. 27. p. 120. edit. prim.* quando ita ſcribit: *Le Pape Alexandre VI. partageant les terres neufues entre l'Eſpagnol, & Portugais, attribua à l'Eſpagnol ce qu'il pourroit deſcouurir en l'Inde Occidentale, tirant pour limite vne ligne d'vn pole à l'autre, en diametre cent lieuës au delà des Açores, & autant de celles du Cap verd. De ſorte que tout ce qui ſe deſcouuriroit de cette ligne vers le Ponant, ne ſeroit poſſedé que par le Roy de Caſtille, & ce qui reſtoit de l'autre coſté de la ligne, pour les Portugais. Depuis en l'accord de l'an MCCCCXCIV. entre Dom Iuan de Portugal, & le Roy de Caſtille, la ligne fut miſe 370. lieuës plus loin vers le Ponant. Quant aux François, ce que les autres ne vouloient point, leur demeura; c'eſt à dire, le Septentrional de l'Amerique. Si bien, que le fils aiſné de l'Egliſe pour la terre, pour la mer fut baſtard.* (Alexander VI. P.M. diuidendo nouas Indias, inter Hiſpanum & Luſitanum, addixit Hiſpano Indias Occidentales, quas inueſtigaret, ducendo lineam ab vno ad alterum polum, cuius diameter eſſet centum leucarum vltra inſulas Aſores, & totidem ab inſulis Capitis viridis; ita, vt omne quod detegeretur hac ab linea ad Occidentem, Regi Caſtiliæ occupandum daretur; reliquum autem, quod altero eſſet à latere lineæ, Luſitano cederet. Poſtea autem, pacto inito anno M CCCC XCIV. inter Luſitaniæ & Caſtiliæ Reges, linea extenſa fuit trecentis & ſeptuaginta leucis verſus Occidentem. Francogallis relictum fuit, quod Luſitanus & Caſtilianus nauci faciebant, nempe Americæ pars Septentrionalis. Ita, qui in terris eſt Eccleſiæ filius primogenitus, quoad mare fuit ſpurius.)

bbbb) Scipion du Pleix, *in præfatione tom. 2. de l'hiſtoire generale de France*, Regem Ludouicum XIII. ita alloquitur: *La prouidence diuine a eſtabli cet ordre en la ſucceſſion de nos Roys, que depuis le premier, qui fut regeneré au ſacré lauoir de l'Egliſe, le vingtieſme ait eſté infailliblement ſainct, & comme tel, couché au denombrement des ames eternellement glorieuſes. Sire, vous eſtes le vingtieſme Roy de France apres S. Louys, comme il eſtoit le vingtieſme apres Charles le Grand, que pluſieurs tiennent auſſi auoir eſté canonizé.* (Prouidentia diuina hunc conſtituit ordinem in ſucceſſione noſtrorum Regum, vt poſt illum, qui primus inter omnes baptiſatus, & Chriſtianus factus eſt, vigeſimus in ordine infallibiliter fuerit ſanctus, & in catalogum ſanctorum relatus. Domine, tu es vigeſimus Rex poſt S. Ludouicum, vt ille erat vigeſimus poſt Carolum Magnum, quem multi in numerum ſanctorum transſcriptum fuiſſe docent. Ita ille, adulatoris potius, quam hiſtorici ſtudio. Nos ex eo quod ſemel, aut bis factum, regulam conſtitui haud oportere, in ſchola Pauli ICti didicimus. Ludouici tamen XIII. innocentiæ famam reuerenter habemus. Fauyn, magnus ille Regum Franciæ præco, ignarus huius myſterii, *au theatre d'honneur liu. 2. ch. 1. p. 466.* inter Reges Franciæ, primæ familiæ, ſanctis

ſanctis adſcriptos fuiſſe docet, Gontramum Regem Aurelianenſem & Burgundiæ, & Dagobertum; in ſecunda Carolum Magnum (*vide infra hoc libro 2. cap. 18. lit. ii.*) à Paſchale III. Pontifice anno M C LXVI. Philippe Labbé *tom. 2. de alliancé Chronologique, eloge 21. p. 84.* (de quo tamen alii dubitant: P. de Lancre *au tableau de l' inconſtance liu. 4. diſc. 1. n. 1. fol. 382.*) in tertia Ludouicum IX.

cccc) Ita Principum Germaniæ plerorumque literis ſalutatur.

dddd) Ioh. Feraldus, *de priuil. Reg. Franc. priuilegio* 2. allegans *c. excellentiſſimus, 11. quæſt. 8. Dedans le regiſtre des lettres de ſainct Gregoire i'en trouue neuf* (ait Eſtienne Paſquier *liu. 8. des recherch. de la France ch. 5. p. 691.*) *diuerſement par luy enuoyées, ores à la Royne Brunehault, ores à Childeric, ſon fils, Roy d'Auſtraſie, & de Bourgongne; ores aux Roys Theodebert, & Theoderic, enfans de luy; par toutes leſquelles il ne parle à eux que ſoubs le mot d'Excellence. Or, voyés comme les choſes ſe ſont changées auec le temps: car ceſte parole s'employe par quelques vns en faueur des Ducs qui ne ſont ſouuerains; Alteſſe, pour les Ducs ſouuerains, & finalement la Maieſté pour les Roys.* Sic ſcilicet titulis non raro cæremoniarum magiſtri vtuntur, vt calculis logiſtæ in abaco. Certe, ſi quis hodie Regi Franciæ *Excellentiæ* titulum adſignaret, is eum non leui videretur iniuria pulſare, poſtquam ad inferioris ſubſellii Principes remiſſus fuit, & hodie communicatur non ſolum his longe inferioribus aliis, ſed etiam nonnullis Academiarum Doctoribus.

eeee) Ioh. Feraldus *d. priu. 2.* allegans *c. nouit, de iudic, c. nouit, de appellat.* Ita olim, quando Pontifices Romani parciſſimi titulorum promi fuerunt.

ffff) Feraldus *d. priu. 2. per c. hoc quippe, 3. q. 6.*

gggg) *Sire*, id eſt, κύρι☉, vel κύρ☉, Dominus; quo nomine Græci, poſterioris temporis, Imperatores ſuos appellarunt: Ragueau *des droits Royaux p. 680.* Aliud, & diuerſum placet Fauyn, qui *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 12. pag. 287.* ita ſcribit: *Les Roys ſont appellés Sires, de l'ancien mot Gaulois* σεὶρ, Σεὶρ☉, *qui ſignifie le Soleil; d'autant que nos Monarques ſont vrayement le Soleil, non ſeulement de la France, mais de toute la Chreſtienté.* (Reges appellantur *Sires*, ab antiquo Gallico vocabulo *Seir*, *Seiros*, quod Solem ſignificat; quoniam noſter monarcha reuera Sol eſt, non ſolum Franciæ, ſed etiam totius Chriſtiani orbis.) Vel vt *liu. 6. pag. 1115.* ſcribit: *Par ce qu'ils reluiſent par deſſus tous les Roys, & Monarques du monde, comme fait le Soleil ſur les planetes, & les eſtoiles du ciel, de quelque grandeur & magnitude qu'ils ſoient.* (Quoniam ſplendore inter omnes reges & monarchas tantum ſupereminent, quantum Sol inter planetas & ſtellas, cuiuſcunque magnitudinis ſint.) Memini me apud Autorem, cuius nomen nunc non ſuccurrit, vidiſſe allegari Fulleri *Miſcellanea Theologica, quorum lib. 1. c. 11.* Gallicum *Sire*,

originis Hebrææ annotatum legatur. Communior tamen Gallorum eſt opinio, à Græcis originem traxiſſe; cui accedit etiam Loyſeau *des ordres, chap. 11. n. 39.* & Eſtienne Paſquier, *liu. 3. des recherches de la France, chap 5. pag. 90. edit. auctæ*; vbi ita fatur: *Quant au mot de Sire, que nos anceſtres rapportent aux Roys, quelques vns eſtiment, qu'il prend ſa ſource du Grec, & les autres de* herus *latin, qui ſignifie, maiſtre. De cette opinion ſemble auoir eſté Guillaume Budé, quand, s'introduiſant parler auec le grand Roy François, ſur le faict de la chaſſe, en ſa philologie, il l'appelle touiours,* Here, *comme s'il l'eut voulu appeller Sire en noſtre langage. De ma part, ie ne fais aucune doubte, que nous ne l'ayons emprunté du Grec, non pas de la pouſſiere des eſcholes Gregeoiſes, ains des ceremonies de noſtre Egliſe, & voicy comment. Encores qu'es pſeaumes de Dauid, S Hieroſme euſt traduit ce ſaint mot de* Iehoua, *ſous celuy de* Dominus, *qui n'eſtoit pas de petite eſtoffe aux Romains; ſi eſt-ce qu'es plus ſolemnelles prieres de noſtre Egliſe, meſmes au ſacrifice de la meſſe, nous louons Dieu ſous cette grande parole de* Kyrie, *qui ſignifie en Grec vn Seigneur, mais Seigneur plein de certitude, & iuſtice. Et de faict, nos anciens François, parlans de Dieu, vſoient ordinairement de ce mot, Sire. Quant à moy, ie veux croire, que le peuple, eſtimant qu'vn Roy eſtoit entre les hommes la plus expreſſe image de Dieu, & s'il faut que ainſi ie le diſe, vn ſecond Dieu en terre, qui deuoit eſtre & pere & Seigneur de ſes ſubiects, tout enſemble, le voulut ainſi appeller Sire; & depuis, comme les choſes tombent en abus, les Princes, grands Seigneurs, & Cheualiers, qui approchoient de plus pres de ce grand Soleil, ſe firent auſſi appeller Sires. La forme que nous obſeruons en cecy, ſoit en parlant, ſoit en eſcriuant au Roy, eſt, de mettre ſeulement le mot de Sire. Nos anceſtres n'en vſerent pas touſiours ainſi, par vne regle ſtable, & infaillible. Ie voy quelques anciennes familles en France, qui affecterent, que le mot de Sire tombaſt particulierement ſur elles, comme le Sire de Pont, & le Sire de Montmorency, & ſpecialement le Seigneur de Couſſi, quand il eſtoit en eſſence: Car il portoit en ſa deuiſe: Ie ne ſuis Roy, ny Prince auſſi, ie ſuis le Sire de Couſſi.*

(Quod vocabulum *Sire* attinet, & à maioribus noſtris Regi adſignatum nouimus, nonnulli tradunt, petitum fuiſſe à Græcis, alii à Latino *herus*, quod dominum ſignificat. Huius opinionis quoque fuiſſe videtur Guilelmus Budæus, quando *in Philologia ſua,* cum Franciſco I. de re venatica differentem ſeſe introducens, illum ſemper compellat, Here, ac ſi eum in lingua noſtra voluiſſet nominare, *Sire*. Ego autem nullus dubito, nos illud à Græcis habere, non quidem ex ſchola petitum, ſed ex Eccleſiæ cæremoniis, modo, quem enarrabo. Licet in Pſalmis Dauidis, S. Hieronymus vocabulum *Iehoua* latine reddiderit *Dominus*, quæ vox apud Romanos magni fiebat; attamen in ſolemnioribus precibus Eccleſiæ noſtræ, ac ipſo in ſacrificio Miſſæ, Deum inuocamus magno illo nomine *Kyrie*, quod Græcis notat dominum, dominum inquam, plenum iuſtitiæ. Certe maiores noſtri, antiquioris ſeculi,

mentio-

mentionem Dei facientes, ordinarie vtebantur vocabulo *Sire*. Arbitror populum, cum putaret Regem inter homines eſſe quaſi viuam imaginem Dei, & ſi ita loqui licet, alterum Deum in terris, qui deberet eſſe ſimul pater & dominus ſubditorum ſuorum, eum voluiſſe appellare *Sire*. Poſtea vero, vt quæque res in abuſum delabi conſueuit, Principes, Magnates, & Equites, qui proxime ad hunc Solem accedebant, fecerunt ſe quoque nominari, *Sires*. Forma, quam hac in re obſeruamus, ſiue ſcribentes Regi, ſiue eidem loquentes, hæc eſt, vt ſolum nomen *Sire* exprimamus. Maiores autem noſtri hoc non ita præciſe ſemper obſeruarunt. Deprehendo nonnullas familias Franciæ affectaſſe hoc nomen, atque voluiſſe illud ſibi peculiare fieri, vt *Sire de Pont*, *Sire de Montmorancy*, & præcipue Dominus *de Couſſi*, quando erat in vigore. Habebat enim pro ſymbolo; *Non ſum Rex, nec etiam Princeps, ſed Sire de Couſſi.* Vide, ſi placet, *les antiquités, & recherches de la grandeur, & maieſté des Roys de France, liu. 3. chap. 2. pag. 56.*

hhhh) *Sire, c'eſt vn tiltre qui ſe donne à la plus esleuée perſonne de noſtre Eſtat*, (ſcribit Michel de Montagne, *liu. 1. de ſes Eſſais chap. 54. pag. 267.* *qui eſt le Roy, & ſe donne auſſi au vulgaire, comme aux marchands, & ne touche point ceux d'entre deux.*) *Sire*, eſt titulus, qui datur ſupremo Regni noſtri, Regi ſcilicet, nec non aliis ex vulgo, vt mercatoribus, haud vero illis qui inter vtroſque intermedii ſunt ordinis. Hoc notabile videtur Stephano Paſquierio *d. pag. 690.* dicenti: *Voyés comme Dieu ſe mocque de nos grandeurs! ce Roy, qui par ſon excellence, & prerogatiue de dignité, eſt par ſes ſubiects appellé Sire, n'a peu empeſcher, que ce meſme tiltre n'ait eſté baillé aux ſimples marchands.*) Ecce vt Deus irrideat noſtras dignitates! Rex ille, qui propter excellentiam ſuam, & dignitatis culmen, à ſubditis audit *Sire*, non potuit impedire, quo minus idem titulus etiam daretur mercatoribus minoribus. Loyſeau *des ordres chap. 11. n. 40.* teſtatur, hoc nomen etiam mechanicis attribui, non minus quam Regi: & addit rationem: (*que ce ne ſeroit aſſés honorer le Roy de l'appeller ſeulement Monſeigneur, ou Monſieur, attendu qu'il pourroit ſembler, qu'on ne le qualifieroit que Seigneur de celuy, qui l'appelleroit ainſi, ains, pource qu'il eſt le Seigneur vniuerſel, & de tous, on l'appelle Sire, indefiniment, κ̀ κατ' ἀντονομασίαν. Au contraire, pource qu'on ne ſe veut pas tant ſoubmettre au marchand, ou artiſan, que de l'adnouër pour ſon Sieur, on l'appelle ſimplement, Sire tel.*) quod non eſſet ſufficiens honos appellare Regem *Monſeigneur*, aut *Monſieur*, cum videri poſſet, eum ita appellari, ac ſi tantum eſſet Dominus eius, qui eum iſto compellat titulo; itaque cum ſit Dominus vniuerſalis, & omnium, appellatur *Sire*, indefinite, & per antonomaſiam. Contra vero, quoniam nos haud adeo ſubiicere volumus mercatori, vel artifici, vt eum pro domino noſtro habeamus, eum ſimpliciter appellamus, *Sire tel*, Dominum talem &c.

iiii) *Le Roy n'eſt iamais appellé Monſieur, que par ſes freres, & ſœurs, ou en ligne collaterale par celuy, qui eſt le plus proche de la couronne, au deſſous de luy*: Paſquier *és recherches liu. 6. chap. 3. fol. 301. vet. edit.* (Rex nunquam compellatur titulo *Monſieur*, niſi à fratribus & ſororibus, aut ab illo ex collaterali linea, qui poſt ipſum proximus coronæ deſtinatur.)

kkkk) *Le Roy de France ne prend aucun ſurnom, ains prend ſimplement ſon nom de Bapteſme, auec le tiltre de Roy de France. Pourquoy i'eſtime* (ita ſcribit Coquille, *en l'hiſtoire de Niuernois, pag. 196.*) *que ceux-là faillent, qui ſurnomment nos Roys Valois; car ores qu'ils ſoient venus de Philippe de Valois, qui eſtoit petit fils du Roy, qui vint à la couronne defaillant la ligne directe, toutesfois ce n'a pas eſté la maiſon de Valois, qui a faict le Roy, ça eſté la meſme maiſon de France. Mais quand la Couronne a eſté en debat entre ceux qui ſont iſſus dudict de Valois, & la maiſon d'Angleterre, & que les Anglois par voye de faict auoient bonne part en France, & s'en diſoient Roys, il eſtoit aßés à propos, de ſurnommer de Valois les Roys, qui eſtoient deſcendus dudict Philippe, ou bien, quand les eſtrangers, à qui ne touche en rien qui ſoit Roy, parlent des Roys de France, ils peuuent, à diſtinction des Anglois, qui ſe diſent Roys, ſurnommer ceux-cy de Valois, car les Roys & les Roynes d'Angleterre, iuſques à preſent, ſe diſent Roys & Roynes de France. Dont ſe void, que ce ſurnom de Valois, eſt nom de querelle, & de droit pretendu, & non pas de maiſon, à parler proprement entre nous François.* (Rex Franciæ non vtitur agnomine, ſed ſolo nomine proprio, vna cum titulo Regis Franciæ. Hinc itaque errare puto illos, qui Regibus noſtris attribuunt agnomen Valeſiorum. Licet enim deſcenderint à Philippo Valeſio, qui erat nepos Regis & peruenit ad coronam, directa familia deficiente; non tamen domus Valeſia eum perduxit ad Regnum, ſed quia erat natus ex familia Regum Franciæ. Verum, quando de Corona certarunt illi, qui erant nati à Valeſio, cum Anglo; atque hic via facti multum valebat, in tantum, vt ſe diceret Regem Franciæ, non male Reges cognominabantur Valeſii, qui deſcenderant à dicto Philippo. Aut, quando exteri, quorum nihil intereſt, quicunque Rex ſit, loquuntur de Regibus Franciæ, poſſunt reſpectu Anglorum, qui ſe dicunt Reges Franciæ, illos appellare Valeſios; quoniam Reges & Reginæ Angliæ, hucuſque vſi ſunt nomine Regum & Reginarum Franciæ. Ex hoc itaque apparet, quod cognomen Valeſii ſit nomen partis contradicentis, ſi proprie inter nos, qui Franci ſumus, loquimur; non vero familiæ.) De eadem re annotari meretur quod legimus apud Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 3. pag. 706. Louys XII. de nom, donna par bienfaict, & liberalité Royale, le Comté de Valois à François d'Angouleſme, ſon couſin, & depuis ſon gendre. C'eſt ce, qui a faict chopper en l'hiſtoire de France pluſieurs annaliſtes, qui ont donné le ſurnom de Valois au Roy François premier, & aux Roys ſes ſucceſſeurs, iuſques à Henry III. Car c'eſt vn erreur populaire, qui ne peut militer,*

Digitized by Google

liter, d'autant que ledit Roy, François I. eſtoit deſcendu de Monſr. Louys de France, Duc d'Orleans, & par conſequent, ſes enfans & deſcendans portoient le ſurnom & les armes, iuſques au Roy François I. qui portoit le ſurnom d'Angouleſme, ſon partage. C'eſt encor vn erreur populaire, d'auoir donné le ſurnom de Valois aux deſcendans du Roy Philippe de Valois, pour autant, que les Roys venans à la couronne, perdent le ſurnom, & les armes de leur appanage, que leur pere leur donne. Les Roys n'ont point de ſurnom, c'eſt pourquoy mal dit, Louys de Bourbon XIII. du nom, Roy de France, & de Nauarre; Don Philippe d'Auſtriche III. du nom, Roy d'Eſpagne &c. Le meſme ſe doit entendre de leurs filles, leſquelles doiuent porter le nom de lieu de leur extraction: Marie de Florence, Anne d'Eſpagne &c. & non pas, Marie de Medicis, Anne d'Auſtriche, Roynes de France. (Ludouicus huius nominis XII. ex beneuolentia, & liberalitate Regia, conceſſit Comitatum Valeſianum Franciſco Angoliſmenſi, agnato ſuo, qui poſtea eiuſdem gener factus. Hoc multos hiſtoricos errare fecit, qui Franciſco I. eiusque ſucceſſoribus, vsque ad Henricum III. dederunt nomen Valeſii. Certe communis hic eſt error, & omnino reiiciendus, quoniam Franciſcus I. deſcenderat à Ludouico Franciæ, Duce Aurelianenſi, & conſequenter huius liberi, & deſcendentes, vtebantur illo cognomine, illisque inſigniis, vſque ad Regem Franciſcum I. cui cognomen erat Angoliſmenſis, à terra quæ ad ipſum hereditario iure peruenerat. Ex errore populari quoque eſt, quando cognomen Valeſii datum fuit deſcendentibus à Rege Philippo Valeſio; Reges enim, vt primum ad coronam perueniunt, amittunt cognomen & inſignia apanagii, quod à patre habuerunt. Regibus nullum cognomen eſt, & male dicitur, Ludouicus Borbonius, decimus tertius eius nominis, Rex Franciæ & Nauarræ: Philippus Auſtriacus, huius nominis tertius, Rex Hiſpaniæ &c. Idem tenendum eſt de ipſorum filiabus, quibus attribui debet nomen loci, vnde oriundæ, Maria Florentina, Anna Hiſpanica &c. non autem, Maria de Medicis, Anna Auſtriaca, Reginæ Franciæ.)

lll) Hoc vnum laude dignum in Gallia, quod Reges vnico nomine Regis Francorum, ſolis liliatis inſignibus ſe exornant. Neque enim titulos illos, quæ diuiſionem continent, neque tot inciſa inſignia, quæ mixtionem plurium indicant, ad vnicam domum nobilitandam habent. Quod enim per ſe ſufficit, non eget alterius acceſſione: Ita Tholoſanus *de Republ. lib. 6. cap. 11. n. 13.* de ſuo tempore; poſtea vero Henricus IV. & hactenus eiuſdem ſucceſſores, nomini Regis Francorum, adiecerunt, & Nauarræ, ſimulque liliatis cum Nauarræ inſignibus vſi fuerunt. Hinc cum legatus Pontificis Cardinalis Barberinus anno MDCXXV. Parlamento Lutetiano breue Pontificium pro more inſinuaret, in illo autem titulus Regis Nauarræ omiſſus eſſe deprehenderetur, *le Parlement refuſa de le verifier, & l'obligea auant que paſſer outre, de le faire corriger: L'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu,*

part. 1. *pag.* 182. Parcitas autem hæc inde fortaſſis eſt, quoniam Ducatus, aliique principatus, quos cum corona vnitos Rex Franciæ poſſidet, omnes fere feuda Regni fuerunt, vnde neque Regis, neque Regni honos per conſolidationem auctus fuit: ergo nec augeri debuit titulus. Cæterum peculiare etiam hoc titulo Regis adſcribit Corrozet *au threſor des hiſtoires de France tiltre* 4. *pag.* 19. quod ſe *Regem Francorum* nominet. Verba Autoris hæc ſunt: *Les Roys de France commandent ſur vn ſi bon, & bien né peuple, qu'on leur attribue eſtre pluſtoſt Seigneurs des cœurs de leurs ſubiects, que de la terre. combien que ce ne ſoit qu'vne meſme Seigneurie: neantmoins d'autant que les hommes par nature ſont plus nobles que leur habitation, ils ſont en leur tiltre de regner nommés*, Rex Francorum, *Roy des François, Roy de leur peuple, ce que ne ſont les autres Roys, meſmement en leurs monnoyes.* (Reges Franciæ imperant tam bono & optimæ naturæ populo, vt dicantur potius domini cordium ſubditorum, quam terræ, licet vnum idemque ſit dominium: quia tamen homines natura ſua nobiliores ſunt, quam id quod inhabitant, Reges noſtri dicuntur Reges Francorum, hoc eſt, Reges populi ſui, quod aliis Regibus ſolemne non eſt, etiam in monetis ipſorum.)

mmmm) Sunt quidam principes, qui multis titulis ſeſe exornant, multisq; ditionum nominibus ſibi applaudunt, ex quibus forſan aliquando vxores prodierunt, vel quorum maiores poſſeſſores fuerunt, ſed poſſeſſione deturbati ſunt, vel ceſſione facta, vel venditione eam in alios tranſtulerunt. Quod quidem faciunt, vt generis ſui nobilitatem commendent, vel, vt perſuadere poſſint, iure quodam in his in idea retento, quod certe rident alii principes, qui vere poſſident, & ſomnia illa contemnunt: Tholoſanus *dict. num.* 13.

nnnn) Ludouicus XI. in edicto prohibitorio, anno MCDLXII. de non frequentando nundinas Geneuenſes, (quod legitur inter edicta, & conſtitutiones Regias *lib.* 4. *tit.* 35. *n.* 3.) ſe ſcripſit, *Roy de France, Dauphin de Viennois, Comte de Valentinois, & Diois, Prouence, Forcalquier, & terres adiacentes.* Ludouicus XII. titulo Regis Franciæ, & Ducis Mediolanenſis, vſus fuit, vt teſtatur moneta aurea, quam cudi fecit hac inſcriptione: LVD. XII. D. G. REX FRANC. DVX. MEDIOL. & in altero latere, PERDAM BABYLONEM. *tom.* 5. *des memoires de la ligue pag.* 755. Idem in diplomate, quo Parlamentum Aquenſe inſtituit, anno MDI. ſe ſcripſit; *Roy de Naples, & de Ieruſalem, Comte de Prouence, Forcalquier, & terres adiacentes.* Franciſcus I. vſus fuit titulo *du Roy de France & Seigneur de Genes*: Martin de Bellay, *liu.* 3. *de ſes memoir. fol. m.* 104. *fac. b.* Louys IX. *quand il vſoit de ſes hauts tiltres, & de ſes plus inſignes qualités, il s'appelloit, Louys de Poiſſi, pour ce qu'il auoit eſté baptiſé à Poiſſi*: Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlemens, chap.* 5. *p.* 82. (Ludouicus IX. Poſſiacenſem ſe cognominabat, quod Poſſiaci eſſet baptizatus:

ratus: Merula *part. 2. Coſmogr. lib. 3. cap. 21. pag. 243.)* Henricus III. ſe Regem Franciæ, & Poloniæ, ſcripſit. Memini quoque me alibi allegari vidiſſe ex Choppino *de legibus Andium municipal. in præambul. de commun Gall. conſuetud. part. 2. tit. 4. n. 4.* eſſe prope Sedanum terram, *Mouzon* dictam, ſuperioritatis iure gaudentem, ac Regi Franciæ ſubiectam, cuius reſpectu ille hoc vſus fuerit titulo: *Henry &c. Roy de France, Seigneur ſouuerain de Mouzon.*

oooo) Variant autores in relatione iſtius tituli. Alii dicunt, Franciſcum tunc in literis ad Carolum V. ſe ſcripſiſſe, *Roy de Gentilli*: Alii ſolo titulo *Roy de France,* ſed ſæpius reiterato, vſum: alii titulo Regis Franciæ addidiſſe, *Seigneur de Vannes, & Goneſſe,* qui pagi ſunt, quorum vnus panem ſapidiſſimum, alter butyrum, Lutetiæ ſubminiſtrat: Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 147. pag. 1182.* dicit: *François ſe qualifia, par la grace de Dieu Roy de France, & Seigneur de Gennes: ou ſeulement, comme d'autres diſent, François par la grace de Dieu Seigneur de Gentilly. A bon droit* (ita ſcribit Antoine de Mont-Chreſtien, *au traicte de l'œconomie Politique tilt. du commerce pag. 21.) noſtre Roy François I. ſe mocquant vn iour de la vanité des tiltres de l'Empereur Charles le quint, ſon concurrent, voulut ſe qualifier Roy de France, & de Goneſſe, lieu où l'on fait de fort bon pain. L'eau du village de Goneſſe, bourg tres-agreable en l'Isle de France, à quatre lieuës de Paris, eſtant tres-bonne, le pain, qui en eſt peſtry & porté dans Paris, eſt meilleur que les autres, leſquels eſtans faits par des boulengers eſtrangers, ſe nomment chalands; & ceux qui ſont peſtris dans la ville, ont diuers noms, de pain bourgeois, pain de chapitre, & autres, qui ne ſont pas ſi bons que le pain porte*: Ranchin *tom. 2. de la deſcript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag. 197.*

pppp) Cum Carolus V. Imp. tempore controuerſiarum, ad Franciſcum I. Galliæ Regem, ſcripſiſſet, tituliqué Imperiales, ac prouinciarum, dominiorumque domus ſuæ, magnum chartæ ſpatium impleuiſſent, Franciſcus in reſponſione tantundem ſpatii inſumpſit, repetitione vocis Galliæ, hoc modo: Franciſcus Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ &c. Piccartus *decad. 4. obſeruat. hiſtoricopoliticar. cap. 10. p. 228.*

qqqq) Mahometes III. Orientis Imperator, cupiens cum Hungaris inducias, legatum ad Henricum IV. miſit, cum epiſtolis, quarum eiuſmodi ſuperſcriptio erat: *Inuictiſſ. generoſiſſ. max. Chriſtianorum Principi, conciliatori pacis, diſcordiarum oppreſſori, Europæ iudici, maximis Regibus maximum exemplum, maieſtate, opibus, gloria notiſſimo, Henrico IV. Imperatori Galliar. Imperator Orientis, Mahometes, eius, qua nunc fruitur, felicitatis continuationem in ſeros & æternos annos deprecatur*: ita Moriſotus vertit, *in Henrico Magno cap. 44. pag. 145.* Baudier autem, lingua Gallica vtens, à Turcarum Imperatore Regi Franciæ hunc titulum attributum refert, *en l'Inuentaire*

de l'hiſtoire generale des Turcs, liu.16. chap. 20. pag. 648. Au plus glorieux, magnanime, & grand Seigneur de la croyance de Ieſus Chriſt, eſleu entre les princes de la nation de Meßie, terminateur des differens qui ſuruiennent entre les peuples Chreſtiens, Seigneur de grandeur, maieſté, & richeſſes, & claire guide des plus grands, Henry IV. Empereur de France; que la fin de ſes iours ſoit heureuſe, & tranquille. Laurens Bouchel *en la bibliotheque, ou threſor du droit François tom. 2. pag.* 701. Carolum (neſcio quotum huius nominis) Regem Franciæ, à Turca appellatum memorat, *entre les tres-grands Princes de la religion de Ieſus, le plus-grand, & des plus-grands princes Chreſtiens le Maieur, l'Empereur de France.*

rrrr) L'Empereur des Tartares du Cathay, eſcriuant au Roy S. Louys, lors qu'il eſtoit en ſon premier voyage d'outremer, l'appelle le grand Roy, vainqueur de pluſieurs prouinces, le glaiue du monde, Seigneur de la Chreſtienté, defenſeur de la religion Apoſtolique, & fils de la loy Euangelique: Bignon *de l'excellence des Roys de France liu. 4. pag. 506.*

ssss) Le Roy de Maroc appelle le Roy de France, l'Empereur tres-Chreſtien, le tres-haut, & tres-puiſſant entre tous les potentats de la Chreſtienté, tenant le plus-haut ſiege de valeur, & vertu, l'inuincible Empereur de France, & de Nauarre, fils aiſné de l'Egliſe, protecteur du ſainct Siege: Le Mercure François *tom. 17. part. 2. pag. 176.*

tttt) Gregorius Pontifex ad Childericum ſcripſit, hunc in ſenſum: Quanto cæteros homines Regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium Regna Regni veſtri profecto culmen antecellit. Eſſe autem Regem, quia ſunt & alii, non mirum eſt; ſed eſſe Catholicum, quod alii non merentur, hoc ſatis eſt. Sicut enim magnæ lampadis ſplendor in tetræ noctis obſcuritate luminis ſui claritate fulgeſcit; ita fidei veſtræ claritas, inter aliarum gentium obſcuram perfidiam, rutilat, ac coruſcat. Quicquid autem Reges ſe cæteri gloriantur habere, habetis: ſed ipſi in hac re vehementius ſuperantur, quoniam hoc principale bonum non habent, quod habetis. Vt ergo ſicut fide, ita & actione vincantur, benignam ſe excellentia veſtra ſuis ſubiectis ſemper exhibeat: Maſſonius *annal. lib. 1. pag. 64.* At vero, cum hæc à Pontifice, reſpectu fidei Chriſtianæ dicta, ne fortaſſis dubium ſit, an etiam inter eiuſdem profeſſionis Reges primus locus detur Franciæ Regi, audiendi ſunt teſtes ſequentes. Thomas Campegius, *de autoritate Concilior, cap. 16.* ſcribit: Omnium conſenſu receptum eſt, Chriſtianiſſimum Regem primum eſſe inter Reges, & primum ei deberi locum poſt Imperatorem. Matthæus Pariſienſis, *in hiſtor. Anglic. ad annum Chriſti MCCLIV.* ait: Rex Francorum, Regum cenſetur digniſſimus. *& ad annum MCCLIV.* (vide Fauyn *au theatre d'honneur liu. 2. chap. 1. pag. 463.*) Dominus Rex Francorum, qui terreſtrium Rex Regum eſt. Michaël Surianus, Reipubl. Venetæ Lega-

Legatus, ad Hiſpanos primum, dein ad Gallos, in relatione de An. MDLXII. (vt apud Goldaſtum *in Seniore lib. 1. cap. 17. n. 18.* legitur) *Il Rè di Francia* (inquit) *hà hauuto ſempre fino à queſti tempi, per vn vniuerſal conſenſo del mondo, il primo luogo di dignità frà tutti li Rè Chriſtiani, ſenza contraſto.* Iohannes Baptiſta Hadrianus, hiſtoricus Florentinus *lib. 17. hiſtoriæ ſuæ: Per li ordini antichi, il Rè Chriſtianiſſimo, dopo l'Imperadore hà ſempre tenuto, per tutto, il luogo più degno, come Rè di più antico Reame di Chriſtianità, e come molto nelle memorie antiche benemerito della Chieſa Cattolica.* Inter Iuriſconſultos antiquos (de quibus videri poteſt Chaſſanæus *in catal. gloria mundi, parte 5. conſider. 30. & ſeq.*) multi idem teſtati ſunt, & cum illis Baldus, diſertis verbis *ad tit. de prohib. feudi alien. per Frider. § fin. pen. col.* quod Dominus Rex Francorum ſit ſuper omnes Reges; & *conſ. 1.* Contra vexilla prima Regis Francorum nemo præſumat honorem; ac *conſil. 218.* Super omnes Reges Chriſtianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis & gloriæ. Non addam ipſorum Gallorum teſtimonia innumera, ne videar magni facere teſtes de domo, & eos, qui, præ affectu in Regem ſuum, nonnunquam decori lineam nimium excedunt, quem non ſolum cunctis Regibus anteponunt, ſed etiam Imperatori dignitate parem facere conantur. Hanc fuiſſe intentionem Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 13. pag. 458.* hæc eius verba (*quæ etiam hoc cap. lit. aaa. adduximus*) produnt: *Chacun ſçait, qu'en la hierarchie Monarchique l'Empereur des Romains eſt le premier, ſi eſt-ce neantmoins, que les Roys de France ne l'ont iamais recogneu pour ſuperieur, mais bien leur egal en dignité, marchans de meſme pas. Ce qui ſe void iournellement à Rome, qu'aux Ambaſſadeurs de l'Empereur & du Roy de France, lors que le Pape tient chapelle, on preſente en meſme temps les encenſoirs, & en meſme iour ils ont l'audience du Pape, & aux autres enſuiuans, ceux d'Eſpagne & des autres Roys & potentats de la Chreſtienté.* (Omnibus notum eſt, quod Imperator Romanus in hierarchia monarcharum primum obtineat locum; attamen Reges Franciæ eum nunquam pro ſuperiore recognouerunt, ſed pro æquali in dignitate, eodem ambulantes gradu: id quod quotidie videre eſt Romæ, vbi legatis Imperatoris, & Regis Franciæ, Papa ſacra peragente, vno eodemq; temporis momento thura offeruntur, qui etiam vno & eodem die à Papa ad audientiam admittuntur, ac demum in ſubſequentibus, Regis Hiſpaniæ, aliorumque Regum, atq; Principum Chriſtianorum legati.) *Tant s'en faut* (ſcribit Charron, *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 91. pag. 638.*) *que nos Roys, de la lignée meſme de Hues Capet, ayent iamais voulu ſe monſtrer en rien inferieurs aux Empereurs, qu'au contraire en vn pourparler, qui ſe feit entre le Roy Robert, fils dudit Capet, & Henry II. (qui auoit eſté couronné Empereur prés de dix ans auparauant) on void que le Roy Robert eut cet aduantage, que l'Empereur vint le premier par deuers luy, comme teſmoigne le Cardinal Baronius, au rapport de Glaber, hiſtorien de ce temps-là,*

 en ces

en ces mots: Cum aliquando ad inuicem colloquendum, ſuper Moſam fluuium, qui limes eſt vtriusq; Regni, conueniſſent, pluresq; ex ambabus partibus inſinuarent, indecens eſſe, vt quis illorum, tantorum ſcilicet Regum, ſemet humilians, quaſi in alterius tranſiret auxilium; hoc etiam fore potiſſimum, vt in fluminis medium nauibus portarentur, ſimul locuturi. Sed viri eruditiſſimi illud, vterque in mente habens, quanto magnus es, humilia te omnibus; primo namque mane ſurgens Imperator, tranſiit cum paucis ad Regem Francorum, mutuoque amplexu ſemet deoſculantes, ſacramentisque Miſſarum decenter ab Epiſcopis, in conſpectu illorum, celebratis, prendere vtriſque ſimul congruit &c. *Et en tout le reſte du diſcours, il n'apert point, que l'Empereur aye marché deuant le Roy; mais bien que le Roy l'alla viſiter le lendemain, & qu'ils ſe feirent plusieurs beaux preſens.* Theodore Godefroy, *en ſes memoires de la preſeance des Roys de France, rapporte, auec le teſmoignage de pluſieurs autheurs, diuerſes rencontres, qui ſe ſont faites de nos Roys; Louis VII. & de l'Empereur Conrad III. en Bithynie: Charles V. & l'Empereur Charles IV. à Paris; & du Roy Charles VI. & de l'Empereur Manuel de Conſtantinople, entre Paris, & Charenton; en toutes leſquelles on void, qu'ils ſe rendirent honneur entierement eſgal, les vns aux autres, tant aux ſalutations, ceremonies de l'Egliſe (où il leur fut preſenté deux Paix à baiſer, en vn meſme temps) que pluſieurs autres choſes ſemblables: fors en aucunes, és quelles le Roy voulut deferer l'honneur à l'Empereur, comme à ſon hoſte, & à celuy, qui l'eſtoit venu veoir ches luy.* Idem Charron *pag. 639.* addit: *Les Roys de France precedent, comme ils ont conſecutiuement fait, tous autres Roys & Princes Chreſtiens, excepté l'Empereur, auquel ſeul ils deferent couſtumierement cet honneur, plus à cauſe de l'ancienne dignité de l'Empire Romain, dont il porte l'idee, que pour penſer, l'Empereur eſtre à preſent quelque choſe plus qu'eux.*

uuuu) Rex Clodoueus Francus, Regnum Germaniæ habuit ex auito patrimonio, ceu principale, cuius Gallica Regna ſunt tantum acceſſoria, virtute, ac ſanguine Germanorum parta, atque adiecta, vt conſtantiſſimo omnium hiſtoricorum conſenſu in literas eſt relatum. Vnde neceſſario conſequitur, Regem Germaniæ, qui hodie Rex dicitur Romanorum, tanquam verum & legitimum Clodouei ſucceſſorem, eſſe præferendum Regi Gallorum, ea ratione qua primogenitus debet præferri poſtgenito: Goldaſt. *in Seniore d. lib. 1. cap. 17. n. 8.* Pro Rege Romanorum etiam ſtat Quetta *conſ. 1.* & alii, quos allegat Goldaſtus *dict. loc.* quibus addi debet Beſoldus *in differt. de præcedentia & ſeſſionis prærogatiua, cap. 2. n. 5.* Sinoldus *de ſtatu Rei Romanæ, Diſput. 5. theſ. 4. lit. e.*

xxxx) Rex Romanorum non ſolum ille dicitur, qui, Imperatore adhuc in vita exiſtente, eligitur, vt eiuſdem in imperio ſucceſſor ſit; ſed etiam ille, qui ab Electoribus, mortuo Imperatore, electus, à Pontifice nondum

dum

Digitized by Google

dum coronam Imperialem ſuſcepit; quem antiquitas vocabat, Regem Romanorum in Imperatorem promouendum. Huic, magno conſenſu, Galli Regem ſuum præferunt, idque tam rationibus, quam exemplis confirmare ſtudent, habentque aſſeclas non paucos. Wenceslaum Romanorum Regem, in Gallia Regi Carolo V. poſtpoſitum fuiſſe docent illi, qui deſcripſerunt ſolemnia congreſſus, facti anno MCCCLXXVIII. Pariſiis, inter Carolum IV. Imperatorem, Wenceslaum Rom. Regem, & dictum Carolum V. Si Romanorum Regi data ſit ſolum imperii ſucceſſio (verba ſunt Thomæ Campegii, *de autoritate Conciliorum d. c. 16.* quæ exhibet Fauyn, *au theatre d'honneur, liu. 2. pag.* 487. ac Charron, *en l'hiſtoire vniuerſ. chap. 91 pag. 644.*) apertiſſimum eſt, Regem Chriſtianiſſimum prius nominandum, eiusque oratores præferendos oratoribus Regis Romanorum. Et ita in Concilio Tridentino, dum illic eſſem, die XIX. Ian. anno MDXLVI. prius recitatæ fuerunt literæ ſacri Concilii, mittendæ Chriſtianiſſimo Regi, quam aliæ ad Romanorum Regem. Ac in Anglia legatus Gallicus expreſſe aliquando dixit, inauditum ſibi, Regem Franciæ vllibi poſtpoſitum fuiſſe Regi Romanorum. *Quand la Royne d'Angleterre alloit à receuoir ſon eſpoux, le Prince d'Eſpagne; les Seigneurs de ſon Conſeil enuoyerent vers le Sieur de Nouailles, Ambaſſadeur de France, pour le prier, de ne trouuer pas mauuais, s'ils ne le conuioient pas à ces ceremonies Royales, auec les autres Ambaſſadeurs, & qu'on ne faiſoit cela, que pour euiter quelque ſcandale, à cauſe que celuy du Roy des Romains s'y deuoit trouuer; Ce qui eſtoit vne fois arriué du temps du Roy Henry VIII. Le Sieur de Nouailles leur reſpondit, qu'il n'auoit iamais ouy dire, que le Roy Tres-Chreſtien ne fut en toutes choſes, & en tout temps preferé au Roy des Romains, auquel il ne cederoit iamais*: Florimond de Ræmond, *de la naiſſance de l'hereſie, liu. 6. chap. 9. n. 2. pag.* 701. (Cum Regina Angliæ obuiam iret ſponſo ſuo, Principi Hiſpaniarum, Conſiliarii Angliæ miſerunt nonnullos, qui orarent legatum Franciæ, Dominum de Nouailles, ne ægre ferret, quod ad hunc actum regium non inuitaretur, cum cæteris legatis; id enim fieri ad euitandum ſcandalum, (quale tempore Henrici VIII. contigiſſet) quoniam legatus Regis Romanorum ibi compariturus eſſet. Ad hæc legatus Franciæ reſpondit, ſe nunquam audiuiſſe, quod Rex Chriſtianiſſimus vlla in re poſtponendus eſſet Regi Romanorum, cui nunquam loco ceſſurus. Sic in comitiis, anno MDXXXIII. Auguſtæ habitis, legatus Regis Franciæ noluit legatis Ferdinandi Romanorum Regis cedere, (*il ne vouloit ſe ſeoir au deſſous des Ambaſſadeurs, & Commis du Roy Ferdinand, & luy ſembloit ſuffire, qu'il cedaſt le premier lieu aux deputés, & commiſſaires de l'Empereur, mais le ſecond appartenir au Roy ſon maiſtre. Pour euiter ce different, & ne preiudicier au droit de l'vn ni de l'autre Roy, fut aduiſé, que pour ce iour, & autres, ſi l'Ambaſſadeur de l'vn ſe trouuoit à la diette, l'Ambaſſadeur de l'autre ne s'y trouueroit*

pas: Martin du Bellay, *en ſes memoires liu.4. fol.164.*) nolebat ſedere poſt legatos, & deputatos Regis Ferdinandi, ſufficere exiſtimans, quod primum concederet locum deputatis & commiſſariis Imperatoris, ſecundum ſuo deberi Regi. Ad euitandas rixas, & conſeruandum ius vtriusque Regis, placuit, vt illa die, & ſequentibus, quando legatus vnius in conſeſſu præſens eſſet, alterius ibi non compareret. Pro fundamento præcedentiæ Regis Franciæ, Regi Romanorum obiicitur à Gallis, quod hic nullum actuale regnum habeat, ſed ſubſidiarium tantum, vicarium, & adiutorium alieni regni ſit eius regnum: Iacob. Gothofredus *in diatriba de iure præcedentiæ cap.11. theſ.4.* vel, vt verbis de Pierre de Lancre, *au tableau de l'inconſtance, & inſtabilité de toutes choſes, liu. 4. diſc. 2. n. 1. fol. 393.* exprimamus: *Le Roy des Romains, eſtoile auancoureuſe, preſagere, & denonciatrice de l'Empire, eſt vn tiltre honorable, mais inutile, & n'a en ſoy les vrayes marques d'vn Roy; veu qu'il n'a vn pareil pouuoir ſur les Romains, dont il porte le tiltre, que les autres Roys ont accouſtumé d'auoir ſur leurs ſubiects.* (Rex Romanorum, ſidus prodromum, præſagiens, & denuncians imperium, gaudet titulo honorario, ſed inutili; nec enim veras notas Regis habet: ſcilicet, non habet tale imperium in Romanos, quorum in titulo meminit, quale habere ſolent cæteri Reges in ſubditos ſuos.) Porro, ex hiſtoriis aliis quoque notum fit, etiam Regi Romanorum, in ſecundo ſignificatu, hoc eſt, illi, qui nondum à Pontifice Imperialem coronam ſuſcepit, præcedentiam à Rege Franciæ aliquando denegatam fuiſſe. Factum hoc anno Chriſti MDXXI. Caleti, vbi Mercurino, Caroli V. Regis Romanorum, vel electi, nondum autem à Pontifice coronati, Imperatoris legato, à Gallis quæſtio præcedentiæ mota fuit.

f) Color albus Regibus Franciæ præ cæteris placuit. *Ie diray* (ſcribit Miraulmont *de la Chancellerie p.* 27.) *ce que i'ay veu obſeruer à la Cour, & ſuitte du Roy; ſçauoir, que les Mareſchaux & fourriers des logis de ſa Maieſté, ſeuls ſe ſeruent, au faict de leurs charges, de croye blanche. Et par ordonnance du XI. Feurier MDLI. & autres, faites ſur le faict des logis du Roy, defenſes tres-expreſſes ſont faictes à toutes les perſonnes, s'ils ne ſont fourriers du Roy, ou de la Royne, ſur peine d'auoir le poing coupé, d'eſcrire, ne cõtremarquer les logis de leurs maiſtres, & les quartiers que leur ſeront baillés, & departis, par les Mareſchaux des logis dudit Sieur, de croye blanche, ny en vſer pour ceſt effect, en quelque maniere que ce ſoit; mais bien de croye iaune, ou telle autre, que leur ſemblera, autre toutesfois que blanche. Ceſte couleur ayant eſté touſiours agreable, & particulierement affectée à nos Roys, depuis que la colombe blanche leur a diuinement apporté du ciel, le ſainct huile, duquel ils ſont oincts & ſacrés, & en ſuite prins, & choiſi, pour leurs armoiries, la fleur de lis blanche en perfection, ſur toutes autres fleurs; & en leur guerres, les croix, enſeignes, cornettes, & eſcharpes blanches.* (Dicam quod vidi obſeruari in aula, & comitatu Regis, ſcilicet, quod metatores hoſpitii Regii, in expediendis illis, quæ ſui ſunt muneris, vtantur creta alba. Extat mandatum de anno MDLI. die XI. Febr. ac alia de Regiis hoſpitiis lata, quibus diſerte interdicitur omnibus, qui non ſunt metatores Regis, aut Reginæ, ne ſub pœna amputandæ manus, in annotatione, aut ſubſcriptione hoſpitiorum, Dominis ſuis à metatoribus regiis adſignatorum, vllo modo vtantur creta alba, ſed flaua, aut alia pro lubitu, alba ſemper excepta. Color enim albus Regibus noſtris ſemper præ cæteris placuit, ab illo tempore, quo columba alba ſacrum oleum, cuius vſus eſt in vnctione Regum, cœlo detulit. Hinc etiam pro inſigniis ſibi elegerunt lilium inter flores candidiſſimum, & in bellicis expeditionibus vtuntur vexillis tæniiſque albis.)

g) Speciali priuilegio huius coloris ceræ vſum conceſſit Ludouicus XI.

Digitized by Google

cus XI. Renato Andegauenſi, Regi Siciliæ. Du Tillet *d. p.* 175. ac Henricus III. ordini Equitum S. Spiritus. Vide *infra lib. 4. cap. 4. lit. ii.*

h) Nouella XLVII. vult, vt inſtrumentis præponatur nomen Imperatoris. Hodie ſeruatur id in ſolis Senatusconſultis, ne vileſcat, ex frequentioribus contractuum, etiam viliſſimorum inſcriptionibus, regia dignitas, increſcat autem, tantoque ſit maior in Senatusconſultis: Mornacius *ad l. 41. C. de transact.* Cæterum, vt literæ Regiæ pro authenticis habeantur, tria requiruntur; nempe, vt à Rege ipſo ſubſcriptæ, ac ab vno ex quatuor Secretariis Status; denique, ſi patentes, vt maiori ſigillo Regis communitæ ſint: Bret *de la ſouuer. liu. 4. ch. 1. p.* 480.

i) *Dater les ans, par le regne de nos Roys, eſt l'vn des plus illuſtres droits de ſouueraineté, qu'ils ayent eu: auſſi c'eſt vne couſtume, qu'on a obſerué touſiours en France. Et lors que les Roys eſtoient interdits, on auoit iadis accouſtumé de dater les contracts du nom de noſtre Seigneur, qui eſtoit ſubrogé au lieu & place de celuy des Roys. Car aux vieux regiſtres d'Armanhac, il ſe trouue de vieux inſtrumens, datés,* Regnante Propheta Ieſu; (vel, regnante Ieſu Chriſto: *qui a eſté cauſe, que pluſieurs ont depuis penſé, que les contracts paſſés de ce temps-là auoient eſté faits dés le temps, que noſtre Sauueur viuoit en ce monde*: Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 128. pag. 926.*) *ce qui fait eſtimer, que ce fut durant le regne de Philippe premier du nom, lequel ayant eſté interdit par les Papes, Vrbain II. & Paſchal II. à cauſe des mauuais traittemens, que ce Prince faiſoit à Berthe, ſa femme legitime, pour le fol amour qu'il portoit à Bertrande, ſa concubine, les François ne mettoient plus aux actes publics les années du regne de ce Roy, mais y appoſoient ces mots remarquables*; regnante propheta Ieſu. *Ce qui arriuoit auſſi aux autres Royaumes. Car, Eſtienne Garibay rapporte vne ancienne chartre, de la ſouſcription du XV. Kalendes de Feurier MCV. durant le regne de Dom Sancho Roy de Caſtille, en laquelle il eſcrit; Regnant noſtre Seigneur Ieſus Chriſt. Comme auſſi on lit, que Raymond, Comte de S. Gilles, & de Tholoſe, fit ſon teſtament en Syrie, en Iuin MCV. lequel porte*, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto. *Ce qu'il fit, pour faire plus de deſpit aux infideles, inſerant en ſa deniere diſpoſition le nom de celuy qu'il reueroit le plus.* Caſſan *liu. 1. de la recherche des droits du Roy & de la couronne de France ch. 2. p. 67.* (Data inſtrumentorum exprimere annis Regni noſtrorum Regum, eſt inter iura maieſtatis illuſtriſſimum, & conſuetudine ſemper obſeruatum. Quando vero Reges excommunicati fuerunt, & interdicto Papæ notati, olim in vſu fuit, contractibus, pro nomine Regis, addere nomen Domini noſtri. Sic in antiquis tabulis Armanhaci reperiuntur inſtrumenta, quorum data leguntur, *regnante Propheta Ieſu*; facta, vt coniicio, ſub Philippo I. excommunicato à Papa Vrbano II. & Paſchale II. quod Bertam, coniugem legitimam, peſſime haberet, totus ſtolido amore in Bertrandam concubinam ardens. Illo enim tempore Franci non expri-

exprimebant annos regni huius Regis, ſed vtebantur hac formula, *regnante Propheta Ieſu*. Quod etiam in aliis regnis factum, vt ex Stephano Garibæo diſcimus, qui profert antiquum inſtrumentum, ſubſcriptum xv. Kal. Febr. anno MCV. tempore Sancii, Regis Caſtiliæ, cum hac appendice, *regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto*. Eadem verba leguntur etiam in teſtamento Ræmundi, Comitis Tholoſani, facto in Syria, menſe Iunio anno MCV. quibus ille vti voluit in odium infidelium, vltimæ voluntati inſerens nomen illius, quem ſummo honore venerabatur.)

k) *Iean le Maiſtre, aduocat du Roy au Parlement de Paris, homme de grande integrité, & ſçauoir, le XXI. May l'an MCI. au plaidoyer du traicté de Mariage de Charles, Duc d'Alençon, & Damoiſelle Suſanne de Bourbon, ſouſtint, que le Roy Trés-Chreſtien ne fait (pour le regard de ſes ſubiets) iamais que le ferment ſolemnel, faict à ſon Sacre; touſiours apres leur promet ſeulement en parole de Roy, comme eſtant par celuy faict à ſes Sacre & couronnement ſa parole approuuée pour foy certaine*: Du Tillet *d. l. pag.* 174. Louys d'Orleans, *aux ouuertures des parlemens chap.* 4. *pag.* 57. (Iohannes Magiſter, aduocatus Regis, in Parlamento Lutetiano, homo magnæ integritatis & doctrinæ, affirmauit in oratione forenſi, quam habuit anno MCI. de tractatu matrimonii Caroli Ducis Alenconii, & Suſannæ Borboniæ, Regem Chriſtianiſſimum, vbi cum ſubditis negotium habet, præterquam ſolemne illud cum inauguratur nunquam præſtare iuramentum, ac ſemper poſtea promittere tantum verbis regiis, quaſi illo iuramento, quod præſtitit tempore coronationis, ipſius verba ita approbata fuerint, vt certam faciant fidem.)

l) Quod ſi incidat, teſtari Regem oportere, ad ingens, arduumque aliquod negotium, ſimplex ab eo, & ab iniurato dicitur teſtimonium: Mornacius *ad l.* 2. §. *vlt. C. de reb. credit.*

m) *Le Roy n'eſt tenu, en aucun cas, plaider en la Cour de ſon ſubiect, pour quelque choſe à luy appartenante, en tout, ou en partie*, etiam in materia feudali, *comme il eſt dit au grand couſtumier de France, & inſtruction de pratique, au tiltre des droits appartenans au Roy*: Bacquet *au traicté des droits de iuſtice chap.* 21. *n.* 5. (Rex nullo caſu obligatus eſt litigare in Curia ſubditi ſui, ſiue res ad eum tota, vel ex parte pertineat, etiam in materia feudali; vt dicitur *in magno conſuetudinum Franciæ codice, & inſtitutione practica, titulo, de iuribus Regi competentibus*.)

n) *Le Roy a ce priuilege, qu'en quelque lieu que ce ſoit qu'il agiſſe, il ne plaide iamais que ſous le nom de ſes procureurs. Car bien que les particuliers ſe ſeruent de procureurs, en la pourſuitte de leurs affaires, neantmoins c'eſt en leur propre, & priué nom qu'ils plaident, & qu'ils ſont condamnés.* Bret *de la ſouueraineté du Roy, liu.* 3. *chap.* 10. *pag.* 437. & *pag.* 438. addit: *On a iugé, que ce ſeroit choſe indigne, & honteuſe, deuoir vn Roy eſtre condamné en ſon nom.* (Regi hoc

Digitized by Google

hoc competit priuilegium, vt vbicunque locorum agat, non alio quam ſub procuratoris ſui nomine litiget. Licet enim etiam priuatis perſonis permittatur vti procuratore in iudiciis, hi tamen non ſuo proprio, ſed principalium ſuorum ſub nomine agunt, & reſpondent, atque condemnantur. Ita iudicatum fuit, indecorum & honore regio indignum eſſe, ſi nomine ſuo condemnetur.)

o) Communi axiomate in Gallia dicitur, *le Roy ne plaide point deſſaiſy*, vel, quod re idem eſt, *le Roy plaide la main garnie.* (Rex non litigat, niſi in poſſeſſione conſtitutus.) Axiomatis vſus non ſolum ſe exerit quando Rex actoris vices ſuſtinet, ſed etiam quando rei. Huius exemplum legimus apud Paponium *arreſtor. lib. 5. tit. 1. n. 9.* vbi Additionator ait: Rex non litigat niſi in poſſeſſione conſtitutus, niſi de plano liqueat de iure ſubditi. Senſum autem, & vires axiomatis ita explicat Bret, *de la ſouueraineté du Roy, liu. 3. chap. 11. pag. 441. C'eſt vne choſe conſtante, qu'en deux cas il eſt permis au Prince de commencer par ſaiſie, lors qu'il intente vne action contre quelqu' vn. Le premier eſt, lors qu'en matiere feodale il agit contre ſon vaſſal, à faute d'homme, droits & deuoirs non faits, & non payés: pource que s'eſtant retenu le domaine direct, il peut de luy-meſme rentrer dans ſa choſe, s'il n'en eſt pas ſeruy ſelon les conditions portées par ſon inueſtiture: & ce droict luy eſt commun auec tous les autres Seigneurs de fief. L'autre eſt, quand il eſt queſtion de reunir le Domaine de la couronne, ce qui doit y retourner apres l'appanage finy, l'vſufruict, ou le doüaire eſtaint: comme il eſt dict en l'ordonnance de Moulins, de l'an MDLXVI. artic. 14. Hors ces occaſions, ſi le Roy auoit quelque choſe à demander ſur vne terre, ou ſur quelque autre bien, il ne ſeroit pas iuſte de commencer par l'execution, & d'en chaſſer celuy, qui en auroit la iouïſſance, comme il eſt dict* in l. prohibitum, & in l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci. lib. 10. (Certum eſt, duobus in caſibus Regi permitti poſſeſſionem rei apprehendere, quando contra alium actione experiri vult. Primo, in materia feudali, quando agere vult contra vaſallum ſuum, ob defectum hominis, non præſtita ſeruitia, aut non ſoluta quæ debebant ſolui. Quoniam enim ſibi reſeruauit dominium directum, ipſe rem ſuam ingredi poteſt, caſu quo non præſtantur ſeruitia ſecundum tenorem inueſtituræ; atque hoc ius commune eſt omnibus dominis feudi. Secundo, quando quæſtio eſt de reuniendo domanio coronæ, quod fieri debet, vbi apanagium finitur, vſufructu, vel dotalitio extincto; vt habetur in ordinatione Molinenſi, anni MDLXVI. *artic.* 14. Extra hos caſus, ſi Rex aliquid prætenderet in prædium, aut bona alia, iniuſtum eſſet ab executione incipere, & poſſeſſione depellere eum, qui in ea eſt, *vt dicitur in l. prohibitum &c.*) Vide de dicto axiomate Charles de Moulin *ſur les couſtumes de Paris, article 52. n. 27. & ſeqq.* Bacquet *parte 4. du droit d'Aubaine chap. 36. pag. m. 85.* Choppin *de Domanio Franciæ lib. 3. tit.* 10. Eſtienne Paſquier *liu. 4.*

des recherches de la France chap. 9. fol. m. 204. vet. edit. vbi docet olim hanc maximam non fuiſſe in vſu.

p) Vide quæ ex Mornacio annotauimus, *ſupr. lib. 1. cap. 7. lit. m.*

q) *Combien qu' à parler tout à faict proprement, le ſubiect ne ſoit que du Roy, auquel ſeul deuroit reſider la Seigneurie, c' eſt à dire, la puiſſance publique, en proprieté; mais, tout ainſi que l' exercice de la puiſſance publique eſt par neceſſité communiqué aux Magiſtrats, & comme par abus (qui toutesfois eſt deſormais preſcrit, & eſtably) la proprieté de ceſte puiſſance publique eſt communiquée aux Seigneurs iuſticiers: auſſi par vne relation neceſſaire, le mot de ſubiect leur eſt-il referé, en tant qu' ils repreſentent, & tiennent la place du Roy en leur iuſtices. Qui eſt proprement ce, qu' a dit l' Apoſtre*: ſubditi eſtote Regi, tanquam præcellenti, & Ducibus, tanquam ab eo miſſis: Loyſeau *des Seigneuries, chap. 11. n. 5.* (Quamquam proprie loquendo, ſubditos nemo habet niſi Rex, in quo ſolo reſidet dominium, hoc eſt, poteſtatis publicæ proprietas, attamen, eodem modo, quo exercitium poteſtatis publicæ neceſſitate quadam communicatum eſt Magiſtratibus, & quaſi per abuſum, (qui tamen nunc præſcriptione ſuſceptus, & firmatus) proprietas huius poteſtatis publicæ eſt communicata Dominis, quibus data iuriſdictio; etiam, propter relationem neceſſariam dicuntur habere ſubditos, in quantum repræſentant, & tenent locum Regis in illa iuriſdictione. Hoc eſt, quod in terminis dicit Apoſtolus (Petrus *epiſt. 1. c. 2. v. 15. & ſeq.*) ſubditi eſtote Regi, tanquam præcellenti, & Ducibus, tanquam ab eo miſſis.)

r) *Ce terme de plaiſir, à l' eſgard du Roy, ſignifie la puiſſance abſoluë, comme on void, qu' à la fin de toutes lettres du Roy ceſte clauſe eſt appoſée: Car tel eſt noſtre plaiſir. qui eſt ce que dit le Poete:*

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

(Arbitrium, placitum, vel voluntas, ſi de Rege loquimur, ſignificat poteſtatem abſolutam, quemadmodum videmus omnibus Regiis literis appoſitam eſſe hanc clauſulam; *Nam hoc eſt noſtrum placitum*, quod idem eſt cum eo, quod Poëta dicit, (Iuuenal. *ſatyr. 6. v. 222.*)

Sic volo, ſic &c.)

Loyſeau *des offices liu. 5. ch. 4. n. 67.* Et P. de Lancre *liu. 2. des princes diſc. 1. pag. 430.* ait: *On a accouſtumé de mettre ſur la fin de chaque Edict, & ordonnance ces mots, pour faire entêtre, que les loix du ſouuerain, ores qu' elles fuſſent fondées en bonnes, & viues raiſons, ne dependent neantmoins que de ſa pure & franche volonté.* Vt ab omnibus intelligatur, (verba ſunt Bodini *de Republ. lib. 1. cap. 8. pag. 134.*) leges, tametſi iuſtas, ab vnius iubentis voluntate pendere. *Le pouuoir des Roys de France ſe meſure à la volonté abſoluë de leurs ſouueraines maieſtés, iuſques là, que l' Empereur Charles Quint, admirant que les Roys des fleurs de lis pouuoient tout ce qu' ils vouloient, oſa dire au grand Roy François, que c' eſtoit*

c'eſtoit commander à des beſtes. Les antiquités & recherches de la grandeur, & maieſté des Roys de France, liu. 1. diſc. 2. pag. 128.

s) *De mettre la clauſe, Car tel eſt noſtre plaiſir; n'appartient, qu'au Roy, & ne conuient pas meſme à vn Regent du Royaume; comme nous auons veu pendant ces derniers troubles, que celuy qui ſe qualifioit Lieutenant general de l'Eſtat, & couronne de France, mettoit en ſes lettres, au lieu de ceſte clauſe: Car ainſi a eſté trouué raiſonnable. Meſme l'autheur de la Francogallie nous apprend, que la clauſe; Car tel eſt noſtre plaiſir, vient de ce qu'anciennement, lors que toutes expeditions ſe faiſoient en latin, on mettoit;* quia tale eſt noſtrum placitum. *Or,* placitum *ſignifie en latin,* non libidinem, meramque principis voluntatem; ſed decretum, ratione, vel conſilio ſubnixum, quod græce ἀρεσον dicitur: Loyſeau *des offices liu. 5. chap. 2. n. 74.* (Annectere clauſulam, *nam id nobis ita placet*, non eſt niſi Regiæ poteſtatis, nec conuenit aliis, & ne quidem Regenti Regni, vel Proregi. Ita, tempore motuum vltimorum, ille, qui ſe nominabat Locum-tenentem generalem Status & coronæ Franciæ, literis ſuis, in vicem iſtius clauſulæ, inſerebat; *Nam ita viſum eſt rationi conuenire.* Et Autor, qui ſcripſit *Francogalliam*, nos docet, clauſulam, *id nobis ita placet*, originem ducere ab antiquo illo, quando omnia expediebantur in latina lingua, quod apponi ſolebat, *quia tale eſt noſtrum placitum.* Placitum autem latine ſignificat, non libidinem &c.)

t) *Le Roy pretend auoir le droit ſur les prebendes des Egliſes Cathedrales, de pouruoir à la premiere qui vient à vaquer, apres ſon ioyeux aduenement à la couronne. Les anciens appelloient ce droit* primarias preces, *pource que du commencement ils ne conferoient point, mais ils prioient ſeulement les Eueſques de conferer à ceux, qu'ils leur nommoient*: Bret *de la ſouueraineté du Roy liu. 1. chap. 18. pag. 139.* adde *le Recueil d'arreſts notables* de Bouchel & Ioly, *liu. 1. chap. 29. & 30. pag. 58. & 59.* Papon. *lib. 5. arreſtor. tit. 1. n. 4.* vbi docet, monachi vnius laici, in vnoquoque conuentu, & monaſterio conuentuali, Regni ſui, conſtituendi ius Regem habere, noui Regni ſui exortu, ſi conuentus ſit virorum, vel etiam vnius mulieris, ſi conuentus ſit mulierum. Vide *etiam n. 5. 6. & 7.* Habet præterea Rex Franciæ etiam, per priuilegium ſpeciale, (*les premieres prebendes qui viennent à vacquer, apres le ſerment de fidelité à luy preſté par les Eueſques & Archeueſques de ſon Royaume, à l'aduenement à leurs prelatures.*) Primas præbendas, quæ incipiunt vacare primum, poſtquam ſibi ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis Regni præſtitum fuit iuramentum fidelitatis, vbi ad prælaturas euecti fuerunt: Iean Rochette *és deciſions de pluſieurs queſtions & differens, qui ſe preſentent iournellement tant és cours Eccleſiaſtiques, qu'és ſeculieres, tilt. indults en benefices, fol. 119.*

u) Sunt quidem non pauci qui docent, Regem ius nominandi ad Epiſcopatus, Abbatias, aliaque beneficia, quæ conſiſtorialia appellantur, ab

antiquo obtinuiſſe, vel illud Pipino à Zacharia Papa datum fuiſſe: Verum eos erroris coarguit Bret *de la ſouueraineté, liu. 1. chap. 17. pag. 130.* & initium rei refert ad tempus Franciſci I. Regis, & Leonis X. P. M. annumq; MDXVI. *Par le concordat, faict entre le Pape Leon X. & le Roy François I. le priuilege de nommer aux prelatures a eſté accordé à nos Roys: lequel ayant changé les formalités anciennes, ne ſert qu'à charger la conſcience des Roys, & des Papes meſmes. Car pour en parler franchement, l'intereſt de nos Roys giſt ſeulement à ne ſouffrir point, que perſonne tienne prelature en leur Royaume, qui ne leur ſoit agreable, & confidente: & celuy des Papes, à cognoiſtre ſeulement des abus, qui ſe commettent aux elections des prelats, ſans conferer les benefices ſur la nomination des Roys, ou de plein droit, au preiudice des elections des Chapitres. Auſſi, depuis ce concordat nos Roys nomment le plus ſouuent aux benefices, par l'importunité des grands de leur Royaume; & les Papes, ſur leur nomination, ottroient leur prouiſion aux nommés, ſans que les vns, ny les autres, le plus ſouuent, ayent cognoiſſance de leur merite. A quelles fins ont eſté auſſi concedés les indults à tant d'officiers de robbe longue, pour achepter d'eux le ſilence, & faire ceſſer les empeſchemens, qu'ils euſſent apporté ſans cela à des abus ſi dommageables. Mais quel fruict nous reſte-il en France de ce concordat, que Simonies, confidences, commerce ouuert des benefices, & la peine de tout cela, l'hereſie?* (Priuilegium nominandi ad prælaturas, Regibus noſtris conceſſum fuit per concordata, facta inter Papam Leonem X. & Regem Franciſcum I. Poſtquam autem à forma antiqua receſſimus, tam Regis, quam Pontificis conſcientia laborat. Vt enim libere dicamus quod res eſt, id Regis ſolum intereſt, ne patiatur alium in Regno tenere prælaturam, quam quem amat, & ſibi fidelem putat. Papæ autem intereſt, vt ſolum cognoſcat de abuſibus, qui committuntur in electionibus Prælatorum, ſine collatione beneficiorum, ad nominationem à Rege factam, aut pleno iure; in præiudicium electionum, quæ fiunt à Capitulis. Poſt hæc concordata Reges noſtri, vt plurimum nominant ad beneficia, adducti importunitate procerum Regni; & Papæ concedunt prouiſionem nominatis, adeo quidem, vt perfrequenter, nec illis, nec his quicquam conſtet de capacitate, & meritis perſonæ. Sic etiam tot officiariis iuſtitiæ conceſſa fuerunt indulta, vt ab iiſdem redimeretur ſilentium, & ne ſe amplius opponerent adeo damnoſis abuſibus, quod facere alias non deſtitiſſent. At vero quem fructum nobis pepererunt concordata illa? Simonias, confidentias, manifeſtum commercium beneficiorum, & pro pœna omnium horum, hæreſin.) Scip. du Pleix *tom. 1. de l'hiſtoire generale de France pag. 325. n. 8.* Cæterum, concordata illa excipiunt nonnulla, (vt prælaturas & Abbatias, quæ electioni reſeruata ſunt) in ea vero Rex ſibi reſeruauit ius confirmandi, quod habuit antequam concordata fierent, inde *il en donne ſon breuet, ſur lequel le Pape donne ſes bulles de prouiſion, & non autrement.* Bret *d. ch. 17. p. 135.*

x) Le

x) *Le droit de Regale reluit ſour toute la dignité & ſplendeur de la maiſon Royale, & eſt vne de plus inſignes fleurons de la couronne,* (ita Briſſonius, apud Chenu *és notables, & ſingulieres queſtions de droit, queſt. 2. pag. 34.*) Soli Regi competens, non regentibus: *Car bien que les Regens ayent en toutes choſes vne puiſſance ſouueraine, neantmoins, pource qu' ils ne ſont point ſacrés, ils ne peuuent conferer les benefices vaquans en Regale, comme il fut ordonné par la Cour de Parlement, quand elle verifia la Regence de Louyſe de Sauoye, mere du Roy François I.* (Ius regaliæ maxime reſplendet inter omnia, quæ præcipua ſunt Regiæ domus ornamenta, eſtque primarius flos coronæ Regis, ſoli Regi competens, non Regentibus Regni. Licet enim Regentes in omnibus rebus habeant poteſtatem ſupremam, attamen cum non ſint coronati, aut conſecrati, non poſſunt conferre beneficia vacantia in Regaliis, vt iudicatum fuit à Curia Parlamenti, quando approbauit Regentiam Ludouicæ Sabaudæ, matris Franciſci I. Regis: Bret *de la ſouuer. liu. 1. chap. 16. pag. 123.* Autor *tractatus des antiquités & recherches de la grandeur, & maieſté des Roys de France, liu. 1. diſc. 2. pag. 190.*

y) Vocatur Regalia, Regaliæ, Regaliarum: Hottomannus *de verb. feudalibus lit. R. verſ. Regalia pro iure &c.* Et Rex dicitur habere Regaliam: Giles de Maiſtre *au traicté de Regales, chap. 4. in pr.* Eſt autem (*la Regale vn droit, que les Roys Tres-Chreſtiens ont, à cauſe de leur ſacrée couronne, par tous Eueſchés, & diſpoſer de prebendes vacantes d'iceux, quelque part du Royaume que ils ſoyent, par la mort de l'Eueſque, tant, & ſi longuement, que le ſiege eſt vacant, & iuſques à ce que le nouuel Eueſque, pourueu au lieu du decedé, ait faict au Roy le ſerment de fidelité. Le meſme eſt-il des Eueſques honorés par le Pape du chapeau de Cardinal, ſoit qu'ils ayent tiltre, ou non; d'autant que par ceſte dignité* fiunt noui homines Papæ: Fauyn *d. liu. 2. au theatre d'honneur, chap. 11. pag. 262.*) Regalia ius, quod habent Reges Chriſtianiſſimi à ſacra ſua corona, in omnibus Epiſcopatibus Regni Franciæ, vt horum fructus ſuos faciant, & diſponant de præbendis illis vacantibus (quacunque in parte Regni Franciæ ſitæ ſint) per mortem Epiſcopi, eo vſque quo ſedes vacat, & tamdiu, quo nouus Epiſcopus, qui demortui in locum ſuffectus fuit, Regi præſtiterit iuramentum fidelitatis. Idem obſeruatur, quando Epiſcopi à Papa creantur Cardinales, ſiue cum titulo, ſiue ſine eodem; quoniam dum conſequuntur hanc dignitatem, fiunt noui homines Papæ.

z) Plerique Canoniſtarum hoc Regaliæ ius calumniati ſunt, ſeu traduxerunt, poſt ea videlicet, quæ Iohannes Monachus, *in c. 2. de præb. in 6.* ſcripſit, hoc ius Regaliæ nil aliud eſſe, quam tolerantiam & diſſimulationem Papalem, ad euitandum ſcandalum, & ferme vſurpationem eſſe Regum Franciæ, contrariam & exorbitantem à iure communi. Sunt hæc ipſa prædicti Monachi verba; quibus excæcati ſunt plures, cum non aduerterent,

Digitized by Google

terent, prædictum Monachum, autorem nouæ iſtius opinionis, ab omni parte ſuſpectum eſſe, vtpote qui Papæ Bonifacii, (cuius domeſticus erat, & à quo Cardinalis factus fuerat, & Vicecancellarius) creatura, vt loquuntur, eſſet, prout ipſemet refert, *in c. 15. cui, de ſentent. excommun. in 6.* Item, cum non aduerterent, prædictum Papam Bonifacium eſſe illum, qui his temporibus totis viribus prædicto iuri Regaliæ ſeſe oppoſuit, aduerſus Regem Philippum Pulchrum: Papon. *d. lib. 2. arreſtor. tit. 3. n. 1.*

aa) Quando primum Reges Franciæ ius Regaliæ aſſumpſerint, non vna eſt traditio. Alii referunt originem ad Concilium Aurelianenſe, quo Clodoueo, quod Alaricum, Viſogothum, ab Eccleſia Chriſtiana alienum, bello deuicerat, hoc ius collatum dicunt. Idem poſtea datum fuiſſe Carolo Magno, & ſucceſſoribus eiuſdem, propter debellatos Arianos. Alii, longo tempore id introductum, & poſtea per Concilium Baſileenſe confirmatum tradunt: Giles le Maiſtre *au traiſté des Regales chap.* 1. vbi ipſe originem ex conſtitutione Philippi Regis inclareſcere docet, cuius hic tenor eſt: *Philippes par la grace de Dieu Roy de France: ſçauoir faiſons à tous preſens & à venir, que comme il ait eſté mis en doute par aucuns, ſi nous auons droit de donner les prebendes, dignités, & benefices, quand ils ſont trouués vaquans au temps de noſtre Regale, és Egliſes de noſtre Royaume, és quelles nous auons droit de Regale; nous nous tenons, & ſommes ſuffiſamment, & deuement informés, que nos deuanciers Roys de France, pour cauſe de Regale, & de la nobleſſe de la couronne de France, ont vſé, & accouſtumé, & ont eſté en poſſeßion, & ſaiſine, de donner les prebendes, dignités, & benefices vaquans, de droit & de fait, ou de droit tant ſeulement, ou trouués, non occupés, & vaquans de faict, tant ſeulement, & que nous außi en auons vſé, vſons, & entendons en vſer, comme de noſtre droit Royal, quand aucun ſemblable cas, ou aucuns des deſſus dicts eſcherra &c. donné à Vincennes, au mois d'Octobre, l'an de grace mil, trois cens, trente quatre.*

bb) Rationes huius iuris explicat Papon. *d. lib. 2. arreſtor. tit. 3. n. 1.* *Prima*, inquit, eſt antiquitas, & vſus perpetuus eius, vt quæ ab iſta traditione, à ſeculo, in ſeculum promanat. *Secunda* eſt, quod æquum ſit, vt Reges, Franciæ principes, propter magnas à ſe fundationes, & dotationes factas, hoc ius, & patronatus ſibi reſeruarent ſede vacante, quod Regalia vocatur, quæque ſpecies iuris patronatus excellentior dicitur. *Tertia* ratio, quod vacatio Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ dignitatis, feudi vacationi ſimilis ſit, ſiquidem temporalia Eccleſiarum notorie mouentur, & à Rege manarunt, eaque ratione ſucceſſores, & ordinati in prædictis Eccleſiis, iuramentum fidelitatis pro temporalibus præſtare tenentur: quod quidem idem valet, quod præſtatio fidelitatis, & hominii, & ſæpe alterum pro altero accipitur, prout ſcribit Hoſtienſ. *in c. ex diligenti, qui & allegat c. veritatis, de iureiur.* Hæc tertia ratio fuit, qua Curia Regi Ludouico XI. ſatisfecit, & in

Digitized by Google

in qua Rex acquieuit, cum noſſe vellet, qua ratione prædictum Regaliæ ius defendi poſſet. Nemini dubium eſt, vel incognitum, dominum feudalem, dum vaſalli aduentum expectat, in manu ſua tenere, id eſt, ſibi vindicare feudum, vſque quo debitum, ſeu obſequium fidelitatis, fidei & hominii, ipſi præſtitum fuerit.

cc) Olim creditum, non in omnes Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, Regaliæ ius Regi Franciæ eſſe, ſed in certos tantum. Hinc Bernard de Girard, *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France, liu. 3. pag. mihi* 403. ſcribit: *Sous le domaine eſt auſſi compriſe la Regale, qui eſt vn droit, qu'ont les Roys ſur certains Archeueſques, & Eueſques, de leur Royaume, qui ne leur ont encor fait ſerment de fidelité. Ces Archeueſches ſont, Tours, Sens, Bourges, & Lyon: & les Eueſchés, Laon, Soiſſon, Chaalons ſur Marne, Tournai, Terouenne, Amiens, Noyon, Senlis, Beauuais, Arras, Paris, Chartres, Orleans, Neuers, Auxerre, Troyes, Meaux, Angers, le Mans, Clermont en Auuergne, S. Flour, Tulles, Caſtres, Cahors, le Puy, Authun, Chaalon ſur la Saone, Bayeux, Liſieux, Eureux, Sees, Auranches, & Conſtances.* Eiuſdem opinionis fuit Ioh. Feraldus, *in tract. de priuileg. Regni Franciæ, priuilegio quinto.* Hodie autem pro re certa habetur, iuri Regaliæ omnes omnino Archiepiſcopatus, atque Epiſcopatus ſubiacere. Ita Briſſonius (apud Chenu, *és notables & ſingulieres queſtions de droit, queſt. 2. pag.* 30.) generaliter affirmat, *qu' aucun Archeueſque, & Eueſque n'eſt exempt de ce droit*: & *pag.* 32. tradit: *Ce droit de Regale ne doit eſtre tenu, & cenſé, pour vn droit ſpecial, & particulier, appartenant au Roy ſur certaines Egliſes de ſon Royaume, par priuilege, ou longue vſance, & couſtume preſcrite, ains vn droit Royal, vniuerſel, qui s'eſtend ſur toutes, & vnes chacunes des Egliſes de ce Royaume.* Idem aſſeuerans Guenois *ad lib. 1. chap. 24. de la prattique ciuile & criminelle pag.* 168. ait: *Il faut noter, qu' à preſent c'eſt vne choſe tenuë pour conſtante & reſoluë, que le Roy a droit de Regale par tout ſon Royaume, ſans exemption, meſme au pays de Normandie &c. & ſont toutes les cauſes des pretenduës exemptions appointées pour le moins au Conſeil, demeurant cependant la iouiſſance au Regaliſte.* Rageau *au traicté des droits Royaux, p.* 640. huic generalitati non ſubiici monet, *les exempts par contract, ou poſſeſſion immemorielle.*

dd) En Regale ſuffit vacance de faict, ou de droit: & n'eſt beſoing que la prebende, dignité, ou benefice vacque de droict, & de faict enſemble: Ragueau *en l'indice des droits Royaux p.* 601. *Soit qu'il y ait vacation de faict & de droit, ou de droit ſeulemẽt, ou de fait ſeulement, & ores que la vacation ſoit intellectuelle pour vn moment de temps, comme, quand vn Eueſque eſt promeu au Cardinalat*: (ſiue vacet de facto & iure, aut ſolũ iure, aut ſolum de facto, imo & tunc, vbi vacat intellectu ſolo, per momentum temporis, vt quãdo Epiſcopus promouetur ad Cardinalatum.) Coquil, *en l'hiſt. du pays & Duché de Niuern. p.* 67. *Il y a*

auſſi ouuerture à la Regale du iour, qu' vn Eueſque a commis rebellion contre le Roy, au preiudice du ſerment de fidelité, qu'il luy a faict; pourueu que la rebellion ſoit notoire & publique, comme il a eſté iugé par pluſieurs arreſts de la Cour. (Regaliæ quoque locus eſt ipſo à die, quo Epiſcopus rebellauit contra Regem, in fraudem iuramenti fidelitatis, quod præſtitit, modo rebellio ſit notoria & publica: veluti aliquoties iudicatum fuit in Curia Parlamenti.) Bret *de la ſouuerain. liu. 1. chap. 16. pag* 127. Qui eodem in tractatu (*inter omiſſa*) rationem quoque inueſtigat, cur Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, ad Cardinalatum euecto, Regaliæ locus detur, redditque eam; quod adeſſe debeant Cardinales Pontifici, vnde etiam vocentur aſſeſſores Papæ, pars corporis Papæ, & Apoſtolici coadiutores, idque adeo ſtricte à Canonum doctoribus accipi, vt tradant, propterea Epiſcopatum, aut Archiepiſcopatum, eſſe functiones incompatibiles cum Cardinalatu: Epiſcopos enim perſonaliter diœceſi ſuæ adeſſe debere. Reperiri, qui diſtinguant inter Cardinalem, qui habet titulum, & illum, qui titulum non habet: quaſi ille magis obligetur reſidere Romæ, quam alter ſupernumerarius, indeque, in eo caſu Epiſcopatus vacare dicatur, non hoc. Verum Curiam generaliter vtroque caſu vacantiam dari, pronunciaſſe, cum non-titulares æqualem dignitatem, & officium idem habeant, ac titulares; nec non vtrique Romæ debeant reſidere & intereſſe conſiſtorio. *Adde* Rouſſellum *in hiſtor. iuridict. Pontif. lib. 2, cap.* 10. *n.* 20. *pag.* 259.

ee) *La principale marque de la ſouueraineté, que les Roys de France ſe ſont reſerué ſur les terres de l'Egliſe, c'eſt, qu'ils s'en approprient la iouiſſance, ſi toſt que les Eueſques ſont decedes, & pendant que leurs ſieges ſont vaquans. Et ce droit s'appelle Regale temporelle*: Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 1. chap. 13. pag.* 17. (Primaria nota ſuperioritatis, quam Reges Franciæ ſibi retinuerunt in terris Eccleſiæ, eſt, quod ſtatim vt Epiſcopi moriuntur, ſibi earum fructus addicant, & teneant vſquequo ſedes illa vacat. Hoc ius appellatur Regalia temporalis.)

ff) *De ces fruits, que le Roy gaigne, ſont exceptés les fruicts, qui ſont de reuenu pur ſpirituel, comme l'emolument du ſeel Epiſcopal, & la collation des Egliſes parochiales: mais la Cour a iugé, que les diſmes, appartenans a l'Eueſché, n'eſtoient pas fruicts pur ſpirituels. Par le meſme arreſt la Cour a iugé, que les fruicts de l'année ſe diſtribuent pro rata temporis que la Regale a eſté ouuerte, ou cloſe*: Coquille *d. pag.* 67. (Ab illis fructibus quos Rex percipit, excipiuntur fructus, qui proueniunt à re pure ſpirituali, vt eſt emolumentum ſigilli Epiſcopalis, & collatio Eccleſiarum parochialium: Curia autem iudicauit, decimas ad Epiſcopum pertinentes non eſſe fructus mere ſpirituales. Eadem ſententia dictum fuit, fructus anni diſtribuendos pro rata temporis, quando Regalia cœpit, vel deſiit.)

gg) Quand

Digitized by Google

gg) *Quand vn Eueſché eſt vaquant par la mort de l'Eueſque, les Roys de France ont droit de pouruoir aux prebendes, iuſques au temps que le ſiege ſoit remply: & c'eſt ce, que nous appellons Regale ſpirituelle:* Bret *d. liu. 1 ch. 16. p. 127.* (Quando Epiſcopatus vacat morte Epiſcopi, tunc Reges Franciæ habent ius promouendi ad præbendas, vſque dum ſedes fuerit repleta. Hoc ius appellamus Regaliam ſpiritualem.)

hh) *La vacation de droict eſt par mort, reſignation, incompatibilité d'autre benefice,* per non promotionem ad ſacros ordines intra tempus iuris, per ingreſſum religionis, ac inde profeſſione ſecuta, per matrimonium de præſenti, *& autres moyens. Que s'il aduient, que l'Eueſque decedé auant qu'il ait conferé, ou que ſa collation ne fuſt valable, le benefice eſt ſubiect à la Regale: encore que, ſi auparauant l'ouuerture en Regale, il auoit eſté conferé à perſonne capable, & ſe trouue neantmoins vacant de faict, lors qu'il n'y a aucun, qui en ſoit poſſeſſeur de faict, & iouiſſance.* Exempli gratia: *la prebende eſt vacante en regale, d'autant que Titius, apres qu'il en fut pourueu, ne priſt poſſeſſion, & ne fut receu en chapitre, & qu' interim la mort du Prelat ſeroit interuenuë:* Iean Rochette *és deciſions de pluſieurs queſtions &c. tilt. Regales en benefice, fol. 125.* (Vacatio de iure, contingit morte, reſignatione, incompatibilitate alterius beneficii, per non promotionem ad ſacros ordines intra tempus iuris, per ingreſſum religionis, ac inde profeſſione ſecuta, per matrimonium de præſenti, modoſque alios. Quod ſi contingat Epiſcopum mori ante collationem factam, aut ipſius collationem non eſſe validam, beneficium ſubiicitur Regaliæ: ac, quamuis ante aperturam Regaliæ factam fuerit collatum perſonæ capaci, reperitur tamen facto vacare vbi Regaliæ locus factus, erit tamen impetrabile. Facto vacans eſt, quando nemo illud actualiter poſſidet, aut eo vtitur fruitur reipſa. Exempli gratia, præbenda, tanquam vacans, Regaliæ ſubiicitur, quoniam poſtquam Titio per prouiſionem collata fuit, ipſe eius poſſeſſionem non apprehendit, nec receptus fuit in capitulum, interea vêro Prælatus mortem cum vita commutauit.)

ii) *Les Roys de France, auxquels, à cauſe de la Regale, quand elle eſt ouuerte, appartiennent les fruicts de l'Eueſché, ont conferé les benefices, qui ſont à la collation des Eueſques. Conferé,* inquam, pleno iure, *& priuatiuement au Pape, & autres ſuperieurs Eccleſiaſtiques. Vray eſt, comme les Roys ont touſiours exercé leur puiſſance auec raiſon, & temperament, ils n'ont eſtendu leur dit droit, à la collation des Curés, & Egliſes parochiales, comme eſtant droit pur ſpirituel, dependant de l'impoſition des mains, & de l'ordination, que l'Eueſque faict des preſtres, lequel droit ne peut appartenir à autres qu'aux Eueſques, & ne ſe peut deleguer, ny transferer:* c. venerabilem, extr. de elect. c. aqua, extr. de conſecr. Eccleſ. vel altar. *Et eſt à noter, que le Pape ne peut par ſes collations, ou mandats,*

deroger au droit, que le Roy a de conferer les benefices: car le droit de Regale eſt beaucoup plus ancien, que n'eſt pas le droit, que les Papes ſe ſont attribués, de conferer par preuention, & par concurrence, auec tous les ordinaires: Coquille *és queſtions & reſponſes ſur les couſtumes de France chap. 153. pag. 309.* (Reges Franciæ, ad quos iure Regaliæ, vbi ea aperitur, pertinent fructus Epiſcopatus, contulerunt beneficia, quæ ſunt collocationis Epiſcopalis. Contulerunt, inquam, beneficia pleno iure, & priuatiue, reſpectu Papæ, & aliorum ſuperiorum Eccleſiaſticorum. Quemadmodum autem Reges ſemper poteſtatem ſuam cum ratione & temperamento exercuerunt, non extenderunt dictum ius vſque ad collationem parochiarum, tanquam ad rem pure ſpiritualem, dependentem ab impoſitione manuum, & ordinatione presbyterorum, quam peragit Epiſcopus, quod ius ad alium non pertinet, quam ad Epiſcopum; nec delegari, aut transferri poteſt: *c. venerabilem, extr. de elect. c. aqua, extr. de conſecr. Eccleſ. vel altar.* Notandum quoque eſt, Papam non poſſe collationibus, aut mandatis ſuis, derogare iuri, quod Regi competit in conferendis beneficiis: Ius namque Regaliæ antiquius longe eſt, quam ius, quod Papæ ſibi attribuerunt, conferendi per præuentionem, & concurrentiam, cum omnibus ordinariis.)

kk) Papon. *d. lib. 2, arreſt. tit. 3. n. 1.* Cæterum vt de hac materia plenius informetur beneuolus lector, addo priuilegia regia, quæ circa hanc collegit Ruſeus, & ex eodem refert Tholoſanus, *in Syntagm. iuris. lib.* 17. *c.* 8. *Primum*, vt ſi ſedes beneficii non ſit repleta, tam de iure, quam de facto, aperiatur via regaliarum iuri, *in conſtit. Reg. Phil. Pulchri*, & ita iudicatum refert Ruſeus *in 1. priuileg. regal.* vnde, ſi collatio alicui facta ſit ordinario canonice, nec is apprehenderit poſſeſſionem corporaliter, vacat beneficium iure regaliarum. *Secundum*, vt beneficium poſſeſſum in commendam, quocunque tempore quis obtinuerit, ſemper cadat in regalias: Ruſeus *in 3. priuileg. regal. Tertium*, quod ſi quis habuerit collationem à Rege, in vim aperturæ regaliarum, & illam non publicauerit, ſed ſuppreſſerit, ſecundus impetrans præfertur primo impetranti, potiſſimum quando eſt in notabili negligentia, per lapſum triennii: Ruſeus *in explicat.* 4. *priuileg. Quartum*, ſi litigat regaliſta, & ab ordinario prouiſus, qui pendente lite ceſſerit, vel mortuus fuerit, regaliſta conſequitur voces, vt dicunt, ſedem, iura & emolumenta beneficii, perinde, ac ſi nulla lis mota fuiſſet; quamuis alius ſuperueniat noue, qui ius & litem defuncti proſequatur: Ruſeus *in 5. priuileg. Quintum*, Capitulum non poteſt reiicere regaliſtam, quin teneatur eum recipere, etiamſi conſtaret ei de iniuſtitia, & defectu tituli: Ruſeus *in 6. priuil. Sextum*, in impetratione à principe facta beneficii regaliarum, non vitiat gratiam omiſſa qualitas, quæ expreſſa remorari poſſet principem à collatione: Ruſeus *in 7. priuileg. Septimum*, quod ea beneficia Papa, iure præuentionis,

non

non confert, ſed ſolus Rex: Ruſeus *in 9. priuileg. Octauum*, cadunt in regalias non tantum beneficia, vel præbendæ, quæ in erectione Eccleſiæ fuerunt fundatæ, ſed etiam ea, quæ poſtea inſtituta: Ruſ. *in priuileg.* 8. *Nonum*; Regaliæ poſſunt à Rege Eccleſiis remitti: Ruſ. *in* 11. *priuileg.* non tamen in alios, quam Reges, tranſmitti poſſunt; quia hoc ius eſt annexum diademati, ſeu coronæ: Ruſ. *priuil.* 16. & 27. *Decimum*, quod Rex, apertis regaliis, non ſolum prouidet præbendis, & dignitatibus Eccleſiæ cathedralis, per mortem naturalem, aut renunciationem, ſed etiam, ſi quis irregularitatem contraxerit, immiſcendo ſe ſæuis, & enormibus, vel, habitu mutato, miles ſecularis factus fuerit, vel homicidium fecerit, aut periurium incurrerit, ſtatim, non expectata ſententia priuationis: Ruſeus *priu.* 12. *Vndecimum*, vt ſi Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, promoueatur ad Cardinalatum, ſtatim in regaliam cadat ſedes: Ruſ. *priu.* 13. & 14. *Duodecimum*; vacante Eccleſia iure regaliarum, ſi is, qui beneficium habet ad eius collationem pertinens, fuerit excommunicatus à Pontifice, ſeu officiali, pro debito ciuili, & denunciatus talis fuerit publice, poteſt Rex iure hoc conferre: Ruſ. *priuil.* 20. *Decimumtertium*; per acceptationem ſecundæ præbendæ, vacat primum collata iure regaliarum, & ad Regem reuertitur: Ruſ. *priu.* 21. *Decimumquartum*: Beneficia, quæ vacarunt ante aperturam regaliarum, ſi regaliarum quoque tempore vacent, iure regaliarum conferri poſſunt: Ruſ. *priu.* 22. *Decimumquintum*; Beneficium vacans, vel de iure, vel de facto, non obſtante quod poſſeſſor poſſederit per triennium, vel XX. annos, pacifice, conferri à Rege poteſt, pendente iure regaliarum: Ruſ. 23. *Decimumſextum*; quod etſi quatuordecim annis natis tantum præbendæ metropolitanarum Eccleſiarum conferantur, tamen iure regaliarum vacante Eccleſia, à Rege ſeptenni poſſunt conferri: Ruſ. *priu.* 24. *Decimumſeptimum*; dum ius regaliarum Regi aduenit, & beneficium per incompatibilitatem vacet, non poteſt Romanus Pontifex, per diſpenſationem ſuam, rehabilitare perſonam, in præiudicium regaliarum: Ruſ. *priu.* 25. *Decimumoctauum*; Cognitio & determinatio collationum beneficiorum in regaliis vacaturorum, ad curias ſupremas ſolas, ſiue de poſſeſſorio, ſiue de petitorio agatur, pertinet: Ruſeus *priuil.* 27. *Decimumnonum*; hoc iure competente, poteſt Rex conferre præbendas vnitas, & ſuppreſſas: Ruſ. *priu.* 28. *Vigeſimum*; Regaliſta non tenetur in impetratione mentionem facere de beneficiis, alias iure regaliæ obtentis: Ruſ. *priu.* 29. *Vigeſimumprimum*; Rex, aduenientibus regaliis, facit fructus ſuos pendentes, ſiue vina, ſiue grana ſint, aut reditus annui, quocunque nomine cenſeantur: & eſt in electione Regis, ſequi locationem à præmortuo Epiſcopo factam, & ſtare colonis, & percipere fructus, vel ab ea abire. Sicut eſt receptum in domino feudi, reſpectu vaſalli ſui, deficiente homine, vel vaſallo: Ruſ. *priuil.* 30. *Vigeſimumſecundum*; Conſtitutiones Apoſtolicæ, vel

ſtatuta & conſuetudines Eccleſiarum, non impediunt, aut vinciunt Regem, quin poſſit vti, & frui, pro voluntate iure ſuo regaliarum: Ruſeus *priuil.* 31. *Vigeſimumtertium*; ſi reſignatio facta fuit in fauorem certæ perſonæ, & non alias, apertis regaliis poteſt Rex conferre alteri, quam illi, in cuius fauorem eiuratio facta eſt, & tenet collatio Regis: Ruſ. *priu.* 32. *Vigeſimumquartum*; Collatio Regis poteſt fieri ſub conditione, ſi noſtris temporibus vacauerit Beneficium, quando ignoratur, quo tempore vacatio occurrit; licet, ex diſpoſitione iuris communis, actus legitimi ſimiles non recipiant diem, vel conditionem: Ruſ. *priu.* 33. *Vigeſimumquintum*; in translatione Epiſcoporum, vel Archiepiſcoporum, non cenſentur apertæ regaliæ, niſi à die præſtiti conſenſus illius, qui vult transferri, & poſtquam abſolutus fuerit à priori vinculo Epiſcopatus: Ruſ. *priu.* 34. & 41. *Vigeſimumſextum*; per feloniam, per Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, commiſſam, & per manifeſtam rebellionem in principem, non dicitur ſedes vacare iure regaliarum, vt Rex poſſit interim iure regaliarum beneficia vacantia conferre: Ruſ. *priuileg.* 35. *Vigeſimumſeptimum*, Regaliæ ſemel apertæ, ſemper durant, neque obitu Regis ſuperueniente expirant, donec Prælatus iuramentum fidelitatis actu ipſo præſtiterit: Ruſ. *priuil.* 36. & perſonaliter, non per procuratorem: *priuil.* 43. *Vigeſimumoctauum*; Rex recipit iuramentum fidelitatis per ſuos legatos, in Curia Romana exſiſtentes, à prælatis in ea curia prouiſis: *priuileg.* 37. Nec tamen, ſi dilationem concedat prælato, ad præſtandum ſacramentum, ideo impeditur regaliarum ius ante præſtationem in conferendis: *priuileg.* 38. *Vigeſimumnonum*; ad eum modum hoc iure confert Rex beneficia vacantia in regaliis ſede vacante, quo confert Epiſcopus viuens, exceptis Eccleſiis parochialibus: *priu.* 39. niſi illæ eſſent annexæ præbendis, quas confert: *priuileg.* 46. *Trigeſimum*; non poteſt impetrari beneficium in regaliis, niſi à triginta annis: *priuileg.* 42. *Trigeſimumprimum*; aperto iure regaliarum, beneficium eius collationis non poteſt per reſignationem cauſa permutationis conferri à ſummo Pontifice, ſed vacat in regaliis, niſi reſignatio ea fiat coram Rege, aliter ſemper vacabit, donec Rex prouiderit: *priuil.* 44. *Trigeſimumſecundum*; in regaliis, ſi Rex conferat vna die beneficium vacans iure, nec expediatur prouiſio ſub ſigillo regio, & ſequenti die idem beneficium conferat alteri, cum ſubſcriptione, & ſigillo literis appenſo, potior nihilo minus prior. *priu.* 45. ſic & prior, etſi vna die facta duobus ſit collatio, præfertur: *priuileg.* 46. *Trigeſimumtertium*; Rex, ſi nominauerit ex priuilegio Apoſtolicæ ſedis, in certis Eccleſiis metropolitanis & cathedralibus, ſi poſtea aperiantur regaliæ, poteſt, omiſſo eo, quem collatori nominauit, iure proprio conferre iure regaliarum, non obſtante inſinuatione & nominatione, prius debite factis: *priuileg.* 47. *Trigeſimumquartum*; indultum Apoſtolicum de non conſecrandis Epiſcopis infra tempus iuris, non facit quo minus

minus vacet beneficium iure regaliarum, ſi alias, eo non exiſtente indulto, vacaret: *priuileg. 48. Trigeſimumquintum*; Rex, iure regaliarum conferendo præbendam, vel alia beneficia ſimplicia, tenetur ſequi naturam, & qualitatem beneficii, actu fundationi appoſitam: *priuil. 49. Trigeſimumſextum*; licet in regia prouiſione regaliſtæ nulla reperiatur de defectu natalium, quem patitur impetrans, mentio facta, prius per Romanum Pontificem, ſuper prædicto defectu natalium, ad obtinenda quæcunque beneficia ſimplicia, fuerit diſpenſatus, nihilo minus valida eſt prouiſio: *priuil. 50. Trigeſimumſeptimum*; Capellanias, & alia ſimplicia beneficia, in hoſpitalibus exiſtentia, Rex iure regaliæ confert: *priuil. 51. Trigeſimumoctauum*; Beneficia, pertinentia ad Decanum, & capitulum, & archidiaconum, coniunctim, ſeu diuiſim, non conferuntur à Rege iure regaliarum, ſed tantum illa ſede vacante; quæ ad Epiſcopum pertinent: *priuileg. 52. Trigeſimumnonum*; apertis regaliis Rex penſionem ſuper fructibus dignitatis, etiam quando ad ſucceſſores Epiſcopatus, vel dignitatis extenditur, ſoluere non tenetur: *priuil. 53. Quadrageſimum*; Vacantibus regaliis, œconomi, receptores, & alii officiarii, ſeu procuratores illis commiſſi, non poſſunt animalia in caulis, ſeu grangariis, locorum epiſcopatus, extrahere; vel de illis diſponere; quia talia animalia ſunt conſcripto loco data, ſicut oues, boues, & iumenta cum pullis, & reſeruantur futuro ſucceſſori, quod ſine illis deterior eſſet fundi commoditas, vel domus: *priuil. 54. Quadrageſimumprimum*; cuſtodes, ſeu exactores regaliarum, non poſſunt vacante ſede decimas autoritate Regis accipere; ſed tenentur eos futuro ſucceſſori conſeruare: *priuileg. 55. Quadrageſimumſecundum*; curatores regaliarum conſtituti ſede vacante, durantibus regaliis non poſſunt incidere arbores cæduas, nec piſcari in viuariis ichthyotrophiis prælaturæ, ante tempus debitum, neque alia agere, per quæ deterior fieri poſſet reditus annuus prælaturæ: *priuileg. 56. ex conſtitut. Phil. Pulchri. Quadrageſimumtertium*; durantibus regaliis, Rex non tenetur ad onera, vel ſeruitia, ad quæ Epiſcopus in vita tenebatur: *priuileg. 57. Quadrageſimumquartum*; ex Conſtitutione Philippina, vt poſtquam Epiſcopus ſacramentum fidelitatis præſtiterit Regi, requiritur, quod actualis & realis traditio fiat rerum temporalium Epiſcopo, per officiales Regios, quibus ipſa temporalia Epiſcopatus gubernanda fuerunt commiſſa: nec ſufficit quod tollatur, ſeu, vt dicunt, leuetur manus regia per gentes computorum, id eſt, per præfectos ei curiæ; id enim ita exigitur, vt prælatus poſſit conferre præbendas, & dignitates ſuæ Eccleſiæ, & vti temporalibus ſui Epiſcopatus: *priu. 58. Quadrageſimumquintum*; Rex non tenetur electum confirmatum in Epiſcopum, ſi non ſit conſecratus, ad iuramentum fidelitatis admittere; nec regaliæ ceſſant per ſolam confirmationem: quia adhuc Eccleſia dicitur vacare; ſed claudentur, id eſt, expirabunt, & ceſſabunt regaliæ ſecundo iura-

Digitized by Google

mento: *priuileg. 59.* Quæ omnia per concluſiones abunde explicat Ruſeus, *in dicto ſuo tractatu regaliarum.*

baſtard ne pouuoient ſe marier en France, ſi non à leurs ſemblables, & de condition pareille, ſans congé du Roy, ou de ſes officiers. Et s'ils auoient pris partie en France, autre que de leur condition, ils eſtoient tenus payer au Roy LX. ſols Pariſis d'amende, auec le droit de formariage, qui eſtoit la moitié, ou bien le tiers, de leurs biens, applicables au Roy. Lequel droit de formariage ils payoient auſſi au Roy, encores qu'ils euſſent obtenu permiſſion du Roy, ou de ſes officiers, de prendre femme natiue du Royaume.) obligati erant nomina & cognomina ſua profiteri apud collectorem manus mortuæ, & Regi quotannis die S. Rhemigii, perſoluere duodecim denarios Pariſienſes, ſub pœna ſeptem ſolidorum, & ſex denariorum Pariſienſium. Hoc ius vocabatur *cheuage.* Item, ſpurius, & peregrinus non poterant matrimonium contrahere in Francia, præterquam cum ſibi paribus cõditione, niſi Rex, vel eius miniſtri aliud fieri permiſiſſent. Ac ſi in Francia aliam, quam parem ſibi iunxerant, Regi mulctæ nomine ſoluere cogebantur ſexaginta ſolidos Pariſienſes, vna cum pœna matrimonii contra legem contracti, quæ erat dimidia, aut certe tertia pars bonorum, Regi applicanda. Eandem quoque pœnam ſubibant, licet obtinuiſſent licentiam à Rege, aut miniſtris eius, ducere mulierem natam in Regno: Bacquet *d. l. n. 7.* Cæterum vt Rex per diſpenſationem ſpecialem peregrinos ad officia & beneficia in regno ſuo aliquando admittit: Bret *liu. 2. de la ſouuer. du Roy chap. 8. pag. 221.* ita etiam multis priuilegio generali conceſſit, ne iuri albinagii ſubiiciantur. Horum in claſſe ſunt Belgæ, (le Mercure François *tom. 16. pag. 523. ad annum MDCXXX.*) Angli, & cæteri, qui Regni Magnæ Britanniæ ſubſunt, (le Mercure François *tom. 9. ad annum MDCXXIII.*) Gallorum progenies nata in Canada, quam nouam Franciam nominant; vt &, qui ex ſylueſtribus eius regionis ad religionem Chriſtianam conuerſi. (idem Mercure *tom. 14. pag. 245.*) mercatores peregrini, qui ad nundinas Campaniæ ac Lugdunum, proficiſcuntur, mercatores Hanſæ Teutonicæ, (Bodinus *lib. 1. de Republ. c. 6. n. 99.*) Heluetii ſatellites Regis, (Bacquet *du droit d'aubaine, parte 1. chap. 7. num. 2.*) Peregrini qui conſederunt Burdigalliæ, (Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 42. Syntagm. cap. 8. n. 25.*) vel qui moriuntur in Languedoccio. (Rebuffus *in tr. de liter. naturalit. gloſ. 2. n. 21.* Charondas *liu. 3. de ſes pandectes, chap. 2. pag. 20. Ceux du pays de Languedoc pretendent, que les eſtrangers, qui ſe ſont habitués, & retirés en Languedoc, n'ont point beſoing de lettres de naturalité, par priuilege des Roys Louys XI. & Charles VIII.* Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag. 491.* Incolæ Auenionenſes, (Tholoſ. *d. l.*) Geneuenſes, (Bacquet *d. parte 1. chap. 6. n. 8.*) ſubditi Comitatus Burgundiæ, (Bacquet *chap. 9. n. 12.*) Luſitani, (Bugnyon *liu. 1. des loix abrogees, chap. 8.* & Bacquet *d. tr. chap. 7. n. 6.*) nati in illis prouinciis, (*où les Roys de France ont anciennement commandé: car bien que pour ceder à la neceßité, qui tient en ſa puiſſance les ſuccés des affaires humaines, nous en ayons perdu la poſſeßion,*

neant-

neantmoins le droit en eſt touſiours demeuré à la couronne, qui ne perd iamais ſes droits ſur les choſes, qui ont eſté de ſon vray domaine; comme ſont les pays de Flandres, d'Artois, de Tourneſis, de Cambreſis, & les autres qui ſont mentionnés dans les traictés de Madrit, & de Cambray, qui ont eſté de toute antiquité des fiefs dependans de la couronne, tant en hommage, que reſſort. Toutesfois ceſte exemption n'a la force, qu'apres qu'on a obtenu des lettres de declaration du Roy, & tandis que les Seigneurs, qui detiennent les terres vſurpees ſur la couronne, ſont en bonne intelligence auec la France: Bret *de la ſouuerain. du Roy liu. 2. chap. 8. pag. 224.*) quibus Reges Franciæ olim imperarunt: Quamuis enim earum poſſeſſionem, cedendo neceſſitati, quæ ſucceſſus humanarum actionum ſua habet in poteſtate, amiſerimus; attamen ius coronæ ſemper ſaluum permanſit, quæ nunquam perdit ius ſuum in res, quæ vere fuerunt domaniales; quales ſunt prouinciæ, Atteſia, Torneſia, Cambreſia, & aliæ, quarum fit mentio in tractatu Madritiano, & Cambreſiano, quæ ab omni antiquitate fuerunt feuda dependentia à corona Franciæ, non ſolum reſpectu homagii, ſed etiam appellationis vltimæ. Cæterum, exemptio hæc non eſt valida, niſi poſtquam à Rege declaratoriæ literæ petitæ, ac datæ fuerunt, ac quouſque domini, qui eas prouincias detinent, in bona Regis ſunt gratia. (*Ou qui ſont nais dans les prouinces, qui ont autre fois eſté conquiſes à la couronne, & qui depuis ont eſté renduës à leurs anciens Seigneurs. Car ſi quelques vns de ces pays, ont touſiours demeuré en France depuis la conqueſte, il n'y a point de doute qu'ils doiuent eſtre tenus pour François; comme il a eſté iugé pluſieurs fois en faueur des Sauoyards, qui eſtoyent venus s'habituer en France, lors que le Roy François I. l'eut conquiſe, & qui y demeurerent apres, que l'on eut rendu leur pays au Duc Philibert Emmanuel, en faueur de ſon mariage auec la ſœur de Henry II. en l'année MDLIX.*) Aut qui nati ſunt in prouinciis, quas aliquando corona Franciæ conquiſiuit, & poſtea reddidit antiquis dominis. Quod ſi enim nonnulli ex his prouinciis ſemper commorati ſunt in Francia, poſt conquiſitionem ſemel factam, nullum dubium eſt, quin habendi ſint pro Francis, vt ſæpius iudicatum fuit pro Sabaudis, qui in Franciam conceſſerant, eo tempore, quo Rex Franciſcus I. Sabaudiam occupauerat, & in Francia habitauerant poſtquam Sabaudia reſtituta fuerat Philippo Emanueli, in fauorem matrimonii, initi cum ſorore Regis Henrici II. anno MDLIX. Bret *d. chap. 8. p. 225.* Hæc tamen non extenduntur ad Iudæos, in illis locis, atque prouinciis, natos. (Maynard *liu. 4. chap. 57.* La Roche *en ſes arreſts liu. 6. tit. 9.*) Porro nec Reges, aut Principes, qui ſuperiorem non recognoſcunt, (Bret *de la ſouuer. liu. 3. chap. 13. pag. 476.*) nec Legati, nec ipſorum comites, iuri albinagii (quantum ipſorum bona attinet) ſubiecti ſunt: (ita putat Bret *d. chap. pag. 228. per l. qui à latronibus, §. 1. ff. qui teſtam. fac.*) vti nec domeſtici Principum ſanguinis, qui cum Dominis ſuis alio ſe conferunt. Sic iudicatum in fauo-

fauorem Italorum, qui erant in comitatu Duciſſæ Ferrarienſis, quando ex Italia in Galliam redierat. Idemque dicendum monet Bret *d. p. 228.* de Gallis, qui in comitatu filiarum Regis Galliæ conceſſerunt in Hiſpaniam, Angliam, vel Sabaudiam. Denique ab albinagii onere immunes ſunt Scholares exteri, qui Lutetiæ operam dant literis (vt edicto de anno MCCCXV. probatur: Bret *dict. loc.*) necnon Germani, qui in matriculam Nationis Germanicæ Aureliis inſcripti reperiuntur (vt *ex libro Statutorum & priuilegiorum Nationis Germanicæ ibidem degentis*, tradidi *de iure publico lib. 8. c. 9. n. 68.*)

yy) *Comme il n'y a que le Roy, qui puiſſe impoſer des tailles & des ſubſides, ſur ſes ſubiects: de meſme il n'y a que luy qui en puiſſe donner l'exemption, & l'affranchiſſement; ſuiuant la maxime, qui veut, que perſonne n'aye l'authorité de diſpoſer de la loy, que celuy qui l'a faicte, & publiee*: Bret *de la ſouuerain. liu. 3. chap. 8. pag. 411.* (Quemadmodum nemo, niſi Rex ſubditis ſuis tributa & contributiones imperare poteſt, ita nemo, præter ipſum Regem, exemptionem & immunitatem ab illis concedere poteſt, ſecundum regulam, quæ ſtatuit, neminem autoritatem habere diſponendi de lege, quam illum qui eam fecit & publicauit.) Rex ſolus præſtat immunitatem à tributis: Additionator *ad arreſta Paponii lib. 5. tit. 11. arreſt. 1.* allegans *conſtitut. Aurelianenſem art. 126. & ſeqq.* & Bodin. *de republ. lib. 1. c. vlt. pag. 266.* vbi docet; vectigalium ac tributorum immunitatem, neminem, niſi illum, qui ſummam Reipublicæ poteſtatem habet, alteri largiri poſſe; idque etiam vno capite legis Molinæorum ſanciri: neque hoc ſatis, ſed etiam immunitatis diplomata apud acta Curiæ rationalium inſcribi, & ab ipſis vectigalium iudicibus probari, neceſſe eſſe.

zz) Vt ciuitatem alio transferre liceat, Regis priuilegio vel conſenſu opus eſt: Mornacius *ad l. 49. ff. de edit. ædilit.* vbi in exemplum allegat Aream, (vulgo Ieres dicitur, ſita in prouincia Phocenſi, circa Antipolim) cuius ciues ab Henrico IV. licentiam obtinuerunt, mutandi ſedem ciuitatis, eamque transferendi in locum ſalubriorem finitimum. de quo idem autor in catalogo Gallicarum vrbium:

Cœli intemperiem, & lethales Area ventos
Perpetitur: ſed eo princeps decedere portu
Ciuibus indulſit, ſtatuant vt colle propinquo
Delectam in melius, longis ætatibus vrbem.

aaa) Vide infra *lib. 3. cap. 6. lit. bb.*

bbb) *On ne peut edifier de nouueaux monaſteres, ny inſtituer aucune nouuelle congregation, ſans la permiſſion du Roy*: Bret *de la ſouuer. liu. 1. chap. 15. per totum.* (Non poteſt extrui nouum monaſterium, aut noua inſtitui congregatio, ſine permiſſione Regis.)

eee) *Entre tous les droits, & prerogatiues, que la ſouueraineté donne aux Roys, il y en a peu, qui ſoient plus anciennes, que celle qu'elle leur a reſeruée, de pouuoir ſeuls eſtablir, & fonder des Academies, dans leurs Royaumes :* Bret *de la ſouuer. liu. 4. chap. 12. pag. 648. Ce droit a pour fondement cette maxime generale, que nul ne peut faire aucune aſſemblée, ny eriger aucune compagnie pour faire vn corps, ſans l'authorité du Prince. Ce que l'on a iugé d'autant plus neceſſaire en l'eſtabliſſement des Academies, qu'il eſt du deuoir des Roys de prendre vn ſoin particulier, de l'inſtruction de la ieuneſſe, & d'empeſcher qu'on ne leur enſeigne point de maximes, qui ſoient contraires à la Religion, & aux loix fondamentales de l'Eſtat. Ce que pluſieurs eſprits brouillons pourroient facilement entreprendre, s'il eſtoit permis à tout le monde d'ouurir des eſcholes de ſon authorité priuée, & ſans la permiſſion du Prince, ou du Magiſtrat.* Idem *d. chap. 12. p. 659.* (Inter omnia iura, & præcipua, quæ maieſtas attribuit Regibus, pauca ſunt quæ antiquitate vincant ius erigendi & fundandi Academias, ſuis in Regnis. Hoc ius pro fundamento habet regulam generalem, qua dicitur, non poſſe inſtitui hominum conuentus, nec collegium, corpus aut vniuerſitatem, citra autoritatem Principis. Quod eo magis neceſſarium eſſe iudicatum fuit, in conſtituendis Academiis, cum Regi incumbat, ſpecialem adhibere curam, quo iuuentus probe inſtituatur, atque impedire, ne doceatur regulas contrarias religioni, & legibus fundamentalibus Status: id quod facile tentari poſſet à turbatoribus, ſi vnicuique permitteretur aperire ſcholas autoritate priuata, & ſine permiſſione Principis, aut Magiſtratus.)

ddd) Loyſeau *des Seigneuries, chap. 8. n. 103.* allegat arreſtum Curiæ, anno MCCLXIX. latum contra Comitem de Chaſteau-Roux, in agro Bituricenſi, & aliud contra Epiſcopum Claromontenſem, in quibus legitur, quod nullus in Regno poteſt facere feriam (*foire*, id eſt, nundinas) ſine permiſſu Domini Regis. Sed olim contrarium obtinuiſſe docet Coquille, *ſur les couſtumes de Niuernois, chap. 1. de iuſtice, & droits d'icelle, article 25. pag. 60.* vbi ait: (*En la grande ancienneté, les Princes, & les Seigneurs des prouinces, auoient droict d'octroyer les foires & marchés; mais comme les officiers du Roy, pas à pas ont esbranslé, & en fin aboly les droits, & prerogatiues des Seigneurs, pour exalter la puiſſance du Roy, ce droit a eſté aboly auec les autres; & tient-on au iour d'huy, qu'au Roy ſeul appartient d'octroyer foires, & marchés.*) Antiquitus, principes, & dynaſtæ prouinciarum, habebant ius concedendi nundinas & mercatus: verum poſtquam officiarii Regis pedetentim concuſſerunt, & tandem ſuſtulerunt iura, & prærogatiuas magnatum, quo augeretur poteſtas Regis; ius concedendi nundinas, vna cum cæteris, abolitum fuit: & hodie pro regula habetur, ſolum Regem concedere facultatem habendi nundinas, & mercatus. Quod tamen cum hac moderatione accipiendum eſt. (*pourueu qu'il n'y ait point de couſtumes, bien & deuëment emologuées en la*

 Cour,

Cour, & auec le Procureur general, qui en diſpoſent autrement: Comme eſt la couſtume d'Aniou, qui attribuë nommément ce droit aux Chaſtelains, par l'article 43. Et ie me ſouuiens (ait Bret *de la ſouuerain. liu. 4. chap. 13. pag. 673.*) *de l'auoir veu interpreter ſi fauorablement pour eux, que comme le vaſſal d'vn Chaſtelain, de cette prouince, eut obtenu du Roy des lettres patentes, pour eſtablir en ſa terre vne foire tous les ans, & vn marché toutes les ſepmaines, ſur l'oppoſition, que forma le Seigneur Chaſtelain, l'impetrant en fut debouté. Mais hors ceſte couſtume, il n'y a point de doute, que perſonne, quel qu'il ſoit, n'oſeroit entreprendre d'vſer de ce droit, ſans l'expreſſe permiſſion du Roy.*) modo non ſint conſuetudines, approbatæ in Curia, interuentu Procuratoris generalis, quæ aliud diſponant. Talis eſt Andegauenſis, quæ expreſſe hoc ius adſcribit Caſtellanis, *per artic.* 43. ac memini id tanto fauore pro illis expoſitum, vt, cum vaſallus Caſtellani, in dicta prouincia, obtinuiſſet literas patentes à Rege, quibus ei concedebatur licentia habendi nundinas anniuerſarias, & mercatum hebdomadarium, ad contradictionem Caſtellani literæ fuerint ſine effectu. Extra hunc conſuetudinis caſum, ſine dubio, & certum eſt, neminem plane audere vti hoc iure, citra expreſſam permiſſionem Regis. Ne autem Regis conceſſio alteri nimium nocua ſit, (*la Cour de Parlement a de couſtume, auant que de proceder à la verification des lettres d'erection de foires, & de marchés, d'ordonner, qu'on informera, ſi à quatre lieuës à l'enuiron, & à pareils iours, il y a d'autres foires, & marchés. Cela neantmoins n'a pas de lieu pour les foires, que le Roy voudroit eſtablir dans les villes, & les terres qui ſeroient de ſon Domaine, encore qu'elles portaſſent dommage à ceux, qui auroient des foires voiſines; comme autresfois il a eſté iugé: pource que perſonne ne ſe peut plaindre du Roy, lors qu'il vſe de ſes droits ſouuerains.*) Curia Parlamenti conſueuit, antequam progrediatur ad approbationem literarum, quibus confertur ius habendi nundinas & mercatus, curare, vt inquiratur, annon intra quatuor leucas circum circa, & iiſdem diebus, aliæ habeantur nundinæ, & mercatus. Id tamen locum non habet quoad nundinas, quas Rex vellet inſtituere in terris ſui domanii, licet damnum inferrent illis, qui in vicinia nundinarum ius habent. Ita aliquando iudicatum fuit: Cum nemo poſſit incuſare Regem, quando ſuo iure maieſtatis vtitur: Idem Bret *d. chap.* 13. *pag.* 682. Ita iudicatum fuiſſe anno MCCLXXI. refert Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag.* 314. cuius annotata *pag.* 313. *& ſeq.* digna ſunt, quæ huc transferantur. Celebriores ſunt nundinæ, quam mercatus, *& ſont les iours des foires exempts des tributs, & impoſitions ordinaires, qui ſe leuent és marchés, à la charge, que les impetrans ne pourront leuer, ny exiger aucuns deuoirs ſur les denrées & marchandiſes, qui y ſeront apportées: toutesfois, aucuns Seigneurs leuent certain loyer des places, és quelles on eſtale & debite marchandiſe à iour de foire. Auſſi les lieux, & iours des foires ſont priuilegiés, tant pour les obligations,*

Digitized by

ctions, & ſchedules, qui s'y paſſent pour marchandiſe, que pour la franchiſe, immunite, & ſauf conduit d'icelle: tellement que le crime, ou delict, commis en foire, eſt plus grief, que s'il eſtoit commis en autre temps, ou lieu, & en aucuns lieux la quinquenelle, ou reſpit, n'a lieu contre vne debte faite en foire, & les marchands allans, ou venans au Lendit ne peuuent eſtre empriſonnés pour debtes. Les foires, & marchés ne doibuent eſtre tenus és iours de dimanche, & feſtes annuelles & ſollemnelles, par l'ordonnance d'Orleans.

eee) In Francia nemo poteſt propria autoritate, citra Regis permiſſionem, menſariam & argentariam exercere, quin hoc ipſo delinquat, & puniri poſſit; & eſt id à Curiis ſupremis iudicatum, & citra dubium omne obſeruatur, ac in iure fundatum eſt. Nam antiquitus, huiuſmodi viri autoritate publica conſtituebantur certo numero, & argentarii vocabantur: *l. argentarius, in pr. ff. de edend.* Paponius *lib. 5. arreſtor. tit* 1. *n.* 8. Fuit aliquando hac in re diſtinctio introducta edictis Regiis, inter regnicolas & extraneos. *Tous eſtrangers,* (ita habet conſtitutio Caroli IX. de anno MDLXIII.) *qui voudront exercer fait de banque, ſeront tenus, & contraints, bailler preallablement caution de cinquante mil eſcus, des gens reſeans, & ſoluables, par deuant nos Iuges ordinaires, deſquels ils ſeront tenus prendre permiſſion, apres caution baillee, & receuë, & icelle renoueller de cinq en cinq ans.* (Exteri, qui volunt argentariam exercere, debebunt aute omnia præſtare cautionem quinquaginta millium ſcutatorum, interponentibus fidem ſuam perſonis idoneis, & quæ ſoluendo ſunt, coram iudicibus noſtris ordinariis, à quibus accipere debebunt permiſſionem, tunc, quando præſtita fuerit cautio, eruntque obligati renouare cautionem ſingulis quinquenniis.) Conſtitutio autem Henrici III de anno MDLXXIX. *artic.* 157. regnicolis cautionem præſtare præſcripſit quindecim millium ſcutatorum: Rochette *és deciſions de pluſieurs queſtions &c. tit. Signatures en cour de Rome, fol.* 75. Alia quoque diſtinctio à Guidone Papa, *quæſt.* 287. annotata legitur, nempe, in Delphinatu omnes mercatores tenere, pro libitu voluntatis, bancas cambii; idque inueterata conſuetudine ibidem receptum eſſe; in Regno autem Franciæ, nullum audere bancam cambii tenere, niſi auctoritate Regia, & contrarium facientes acerrime puniri.

fff) Regii iuris in Francia eſt, literis legitimare ſpurios, eoſque habiles reddere ad quælibet officia ſuſcipienda: Bret *de la ſouuer. du Roy liu.* 2. *chap.* 9. *pag.* 221. *Les baſtards prennent du Roy lettres de legitimation, en forme de chartre, pour pouuoir tenir benefices, & offices, & à fin qu'ils puiſſent succeder à leur parens, & au contraire, tout ainſi que s'ils eſtoient engendrés en loyal mariage; & pour tenir & poſſeder tous biens, meſmes choſes feudales, & en diſpoſer tant entre vifs, que par teſtament, & autrement, non obſtant la macule & defaut de geniture & naiſſance: & conuient, que les lettres ſoyent verifiées en la*

chambre des Comptes, & prendre acquit de la finance, qui aura eſté taxée pour le Roy, lequel ſeul peut legitimer en ſon Royaume: Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 417. Sunt autem ſpurii non vnius generis, ſed variorum, vnde etiam diuerſi legitimationis effectus, vt mox explicabo. Reſpectu Regis, ſpurii ſunt, vel ab ipſomet procreati, vel ab aliis: vtriusque vero generis, nati vel ex ſoluto & ſoluta, vel ex adultero coitu, vel etiam ex inceſta cohabitatione. Rex ſpurium ſuum legitimare poteſt ad omnia, præterquam ad ſucceſſionem in Regnum: hanc enim leges fundamentales Regni denegant, vt ſupra *lib.1.c.8.lit. mm.* docui & dicam infra *cap.22.* *Il les legitime* (inquit Loyſeau *des ordes chap. 7. n. 91.*) *en tout, & par tout, fors pour la ſucceſſion du Royaume, & ce par lettres expreſſes, qui portent clauſe, qu'ils marcheront immediatement apres les Princes du ſang; lettres, qu'il fait verifier au Parlement.* Quod alienos ſpurios attinet, qui ex ſoluto atque ſoluta nati ſunt, & communiter naturales liberi dicuntur, in Francia neceſſe eſt, vt pro his literæ legitimationis petantur à Rege, per patrem naturalem, aut vt ab eodem earundem verificatio petatur fieri in Camera Computorum, hæcque ideo, ne baſtardi impudenter ſeipſos inſerere conentur familiis magnis, & clariſſimis, vt monet Bret *d. c. 9. pag.* 238. Sufficit autem conſenſus patris ad hanc legitimationem, nec agnatorum quoque interueniat neceſſe eſt. Sic vero legitimatus, vt maxime parentis heres fiat, non tamen ius vllum primogenituræ in ſucceſſione nanciſcitur, ſi fratrem habeat legitime natum, licet ætate poſteriorem. Caſu, quo agnatorum patris, matrisque conſenſus in legitimatione non interuenit, legitimatus illis ab inteſtato heres non eſt, licet agnati illi huius heredes fiant, ſi ſine patre, matre ac liberis decedat. Quod licet contra regulam de reciprocis eſſe videatur; ita tamen fieri vſu in Gallia inualuit: Bret *pag. 239. & ſeq.* De legitimatione ex inceſtu, vel adulterio natorum, dubitari poterat, an licita? multa enim à Bretio *p.233. & ſeq.* adducuntur, quæ eam impugnant. *Il ſeroit expedient* (ait Ragueau *d. tr. pag. 418.*) *que le Roy n'oſtroyaſt lettres de legitimation aux baſtards, qui ſont nais de preſtres, de Religieux, de gens mariés, ou par inceſte.* Idem tamen Bretius *pag.* 236. fatetur, vſu aliud receptum, ſed ita, vt hæc legitimatio tantum legitimatum habilem reddat ad obtinenda officia & beneficia, non vero ad ſucceſſionem parentum, etiamſi in literis legitimationis id expreſſe dictum fuerit, idemque poſtea teſtamento patris ſolemni firmatum, niſi magnæ rationes proſtent, quibus inceſtus excuſetur: *arg. l. qui in prouincia 57. §. 1. ff. de ritu nuptiar.* Notabile porro illud eſt, quod baſtardi nobilium, licet à Rege legitimati fuerint, à collectis & contributionibus immunes non ſint, ſed vt plebeii & ignobiles ad eaſdem obligentur, niſi præter legitimum ſtatum nobilitatem quoque à Rege obtinuerint, propter merita, vel ſua, vel parentis. Quod quidem conſuetudini, antiquitus in Francia vſitatæ,

tatæ, contrariatur; at quis dubitet, extra legitimum matrimonium natos deterioris conditionis merito eſſe debere, quam in eo natos? *Neantmoins ie ne voudrois pas* (addit Bret *pag. 243.*) *comprendre en ceſte regle les baſtards des grandes & illuſtres maiſons, dont la nobleſſe eſt cognuë de tout le monde. De façon que l'on peut tenir pour maxime generale, que les baſtards des Roys ſont Princes, que ceux des Princes ſont Seigneurs, que ceux des Seigneurs ſont Gentilshommes, & que ceux des Gentilshommes ſont roturiers, s'ils ne ſont legitimés, & annoblis par le Roy.* (Nolim tamen hac regula comprehendere baſtardos magnatum & illuſtriſſimarum familiarum, quarum nobilitas toti mundo eſt cognita. Sic quidem pro regula generali tenendum erit, baſtardos Regis eſſe Principes, Principum baſtardos eſſe Dynaſtas, Dynaſtarum eſſe nobiles, nobilium autem eſſe plebeios, niſi à Rege ſint legitimati, & nobilitati.) Eadem docet Loyſeau *des ordres chap. 5. n. 63. & 64. & n.61.* adducit conſtitutionis de anno MDC. *artic. 26.* iſthæc verba: *Encor que les baſtards ſoient iſſus de peres nobles, ne ſe pourront attribuer le tiltre, & qualité de Gentilshommes, s'ils n'en obtiennent nos lettres d'annobliſſement, fondées ſur quelque grande conſideration de leurs merites, ou de leurs peres, verifiées où il appartient.*

ggg) Noſtri Reges, nihil tam regium eſſe arbitrantur, quam ſupplicio eripere damnatos: at ne magiſtratus quidem Ducum, ac Principum, de reſtitutione damnatorum cognoſcere patiuntur; tametſi de venia cognoſcunt, cum ſcilicet ſceleris purus, caſu quodam vna cum ſicariis cædi ſe affuiſſe confitetur. Ac cum Franciſcus maior, Francorum Rex, matri poteſtatem feciſſet, damnatos reſtituendi: Curia Pariſiorum Regem admonendum decreuit, illud cum ſubditis, ſine maieſtatis deminutione, communicari non poſſe: quo Senatusconſulto mater admonita, iure ſibi conceſſo vti nolle Senatui declarauit: at ne Reginæ quidem id concedi poteſt, &c. Ipſe quidem in actis Curiæ Pariſiorum legi, Arnaldo Corbiæ, Francorum Cancellario factam eſſe poteſtatem (à Carolo VI. Rege, literis XXIII. Martii anno MCCCCI. Caſſan *liu. 2. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France, chap. dernier pag. 254.*) damnatos reſtituendi, ſed verius dici potuit, Cancellarium, ſigillorum magiſtrum, ac primicerium, in iura maieſtatis, furioſo Rege, ac perturbata Republica, nullo vetante, inuaſiſſe: (vel quod Rex non ſanæ mentis fuerit: Bret *de la ſouuerain. liu. 4. ch. 6. pag. 559.*) Quod ſi quis obiiciat, Præſides prouinciarum pleroſque damnatos reſtituiſſe; id enim prætores Hannoniæ, ac Delphinatum præſides, (Guido Papa *in deciſ. Delphin. 233.*) ipſumque Ambronum Pontificem (Guido Papa *deciſ. 468.*) arripuiſſe conſtat: hæc, ſeu beneficia, ſeu priuilegia, erepta, & à Regibus contra leges extorta, Ludouici XII. lege (anno MCDXCIX. Loyſeau *des Seigneuries chap. 3. n. 34.*) abrogata ſunt: ita Bodinus *de Republ. lib. 1. c. vlt. pag. 258.* Noui ego olim à Regibus hanc poteſtatem dandi veniam de-

lictorum capitalium multis, præter modo dictos, conceſſam, atque à multis etiam eam ſibi competere aſſertum fuiſſe, & à nonnullis adhuc hodie prætendi. Ludouicus XI. conceſſit hanc poteſtatem Palamedi de Forbin, Gubernatori Prouinciæ (Caſſan *d. liu. 2. de la recherche &c. ch. dern. p. 254.*) eandem quoque dedit idem Principi Auraico (Choppin *de LL. Andium municipal. lib. 1. cap. 48. n. 5. p. 389.*) *Les Capitouls de Thoulouſe iouiſſoyent anciennement de la meſme faculté.* (Caſſan *d. p. 254.*) Dux Alenconius in ſuo diſtrictu eadem olim vſus; item Andium Dux, atque Rex Iuetoti in Neuſtria. (Choppinus *d. pag. 389.*) *L'Archeueſque, Doyen, Chanoines, & Chapitres de Rouën pretendent auoir le priuilege* (quod vocatur *de la Fierté*, vel *de la Chaſſe S. Romain*) *de pouuoir eslire en leur chapitre chacun an, le iour de l'aſcenſion de noſtre Seigneur, vn priſonnier, pour quelque cas qu'il fuſt detenu, & iceluy mettre hors des priſons, & a pure deliurance, ſans que puis apres il peuſt eſtre recherché, ny inquieté pour les crimes par luy commis*; Le Mercure François *tom. 1. p. 180.* Quo de Bodinus quoque teſtatur, *d. lib. 1. c. vlt. p. 259.* cuius verba integra referre pretium operæ videtur. Ait ille: Obiiciet, opinor, aliquis ſingulare beneficium Eccleſiæ Rothomagenſi, Principum inſcitia dicam, an infamia, conceſſum, quod *Diui Romani priuilegium* appellant: cuius fiducia Curiæ Rothomagenſi, ac iudicibus omnibus interdicunt, pridie quo feſta dies coli conſueuit, ne damnatos ſupplicio afficiant: quod mihi, cum procurator à principe, ad prædiorum publicorum vindicationem, datus eſſem, non ſine dolore videre contigit: & quoniam Curia damnatos, aduerſus interdictum ſupplicio affecerat, ſacerdotes apud Principem queſti ſunt; quos aduocatus fiſci, oratione in Senatu habita, refellere non dubitauit. Sed cum maiorum Pontificum gratia plus valeret, quam ratio, beneficium illud, vel potius veneficium, cum publico dedecore, ac detrimento continuatum eſt. Hæc Bodinus, admonens lectorem, cum libros *de Republica* latinos faceret, ab Henrico III. Rege priuilegium illud ſublatum fuiſſe. Verum in vſum poſtea rediiſſe obſeruauit Arniſæus, *de iure maieſtatis lib. 2. cap. 3. num. 6.* & adhuc tempore Henrici IV. contentionem inter Regis aduocatum, atque Capitulum Rothomagenſe, de eiuſdem priuilegii vigore, fuiſſe, abunde ex Mercurio Francico *d. tom. 1. pag. 184. & ſeqq.* patet. Ex eodem quoque, *tom. 18. pag. 812. & ſeqq.* cognoui, Epiſcopum Aurelianenſem adhuc A. MDCXXXII. veniam delictorum conceſſiſſe, atque à pœnis liberaſſe ingentem maleficorum numerum. Quicquid vero horum, quæ diximus, fuerit, Choppinus docet (*d. pag. 389.*) hodie à ſolo Rege peti capitalis veniæ codicillos: & communiter Galli, *qu'il n'y que le Roy, qui puiſſe donner les graces, les pardons, les remiſſions & les abolitions des crimes*: Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 4. chap. 6. pag. 538.* Bouchel *lib. 8. decret. Eccleſ. Gallic. tit. 77. & au threſor du droit François tom. 1. pag. 7. §. abolition des crimes.*

hhh) Tu-

hhh) Tutius agit ſummus magiſtratus, ſi in atrocium delictorum coërcitione magis in pœnam, quam in veniam propendeat. Etenim vbi iuſtiam adminiſtrat, non ſolum conſcientiæ ſuæ, verum etiam ſecuritati pubicæ conſulit; vbi vero pœnas remittit, & magis clemens quam iuſtus cupit audire, non raro laborat contra proprium, & Reipublicæ commodum, & impingit in iuris præceptum, quod vult vnicuique ſuum tribui, ſcilicet, bonis præmium, malis pœnam. Ante oculos itaque habeat, beatos eſſe qui faciunt iuſtitiam in omni tempore: *Pſalm. 106. verſ. 3.* quod Pſalmiſtæ dictum cum legeret Ludouicus IX. Rex Galliæ, gratiam, quam paulo antea capitis reo conceſſerat, ſcelus perpetratum condonando, irritam fecit, & iuſtitiæ ſatis fieri iuſſit: Gentillett. *Antimathiauell. lib. 3. theorem. 7.* Inter atrociora autem delicta numerantur, I. Crimen læſæ maieſtatis, quo vitæ Regis, vel Delphini inſidiæ ſtruuntur. *La Cour* (teſte Scipione du Pleix *en l'hiſtoire de Henry le Grand pag. 403. n. 18.*) *tient pour vne loy inesbranslable, que le Roy ne peut donner grace, ni abolition en crime de leze Maieſté, touchant vn attentat ſur ſa perſonne, ou celle du Dauphin, d'autant que tel crime regarde le repos de l'Eſtat, & de tout le peuple.* Lentus, ſcilicet, in ſuo dolore ſit; Reipublicæ iniurias ne largiatur: Tacit. *Annal. lib. 3. c. 70. Encores que la Clemence ſoit l'vn des plus dignes ornemens du ſouuerain, ſi eſt-ce qu'il ne luy eſt pas permis d'en vſer, lors qu'elle peut eſtre preiudiciable au public: L'Hiſtoire du miniſtere du Card. du Richelieu, part. 1. pag. 315.* II. Parricidium, vel ſimplex etiam homicidium, deſtinato conſilio commiſſum; & alia eiuſmodi delicta, quæ lege diuina capitalia ſunt, (niſi ex illis fortaſſe ſint, quæ ſoli Reipublicæ Iudaicæ ſtatum concernere videntur) aut gentium cultiorum iure. Illud perniticioſiſſimum iudico, (ait Bodinus *d. lib. 1. cap. vlt. pag. 260.*) quod D. Romani beneficio tributum erat, vt eo frui nemo poſſet, qui leuiter peccarat, ſed is tantum, qui ſcelerum, ac flagitiorum execrabilium immanitate omnes omnium impietates longe ſuperarat, vt quæ nec diuinis poſſent, nec humanis legibus, nec principum gratia, condonari, ea D. Romani obiecta ſpecie abolerentur. Id autem cum impietate maxima coniunctum eſt, vt veniam eo gratiorem immortali Deo fore putent, quo grauius, ac deteſtabilius peccatur. Ego vero, nec principibus vllis, nec mortalium cuiquam veniam largiri licere ſtatuo, ſi ſcelus diuina lege capitale fuerit: Ac, ſi quidem iudex infamiam contrahit capitalem, qui priuatos, legibus ciuilibus, quæ paulo momento mutabiles ſunt, ſoluit: (*l. ſeruos, C. de vi publ. l. 1. C. de priuat. carcer. l. 2. C. de commerc. l. nulli, C. ne ſacrum baptiſma. l. 1. C. de deſertor. & ibi* Lucas de Penna: Felin. *in c. de cauſis, col. 6. de offic. delegati.*) quis parricidam, ac inceſtibus omnibus delibutum hominem, legibus diuinis iure ſolui poſſe confidat? Quod ſi ne Principi quidem fas eſt, quod alterius vel minimum interſit, aut iniuriam alteri illatam condonare, quonam modo contumeliam

meliam Deo illatam, aut parricidium conſulto perpetratum, quod lege diuina capitale eſt, diſſimulare poterit? In quo igitur, dicet aliquis, Principum commiſeratio ſeſe oſtentabit, aut elucere poterit, ſi venia ſicarii omnes excludantur? elucebit, inquam, ſi caſu cædes admiſſæ, vel ab eo, qui vim illatam repellat; vel, ſi quid in leges ciuiles peccatum ſit: vt ſi arma geſtare, vel commeatum hoſtibus dare capitali pœna interdictum fuerit; commiſeratione dignus ſit, qui aduerſarii metu armatus incedat; aut qui hoſtibus frumenta, cum ære alieno premeretur vendiderit; aut ſi furti pœna lege ciuili capitalis ſtatuatur, boni principis eſt, pœnam ciuilem lege diuina, id eſt, quadrupli pœna metiri, quæ vetus eſt, duodecim tabulis, ac populorum fere omnium legibus, conſtituta: at parricidam, aut eum, qui ex inſidiis alium occiderit, diuina lex ab altaribus ſacris auelli, ac mactari iubet; quo ſupplicio Deus placabilem ſe, ac propitium mortalibus futurum pollicetur. Fere tamen principes eo die, quem ſanctiſſime coli iubent, execrabili ſcelere conuictum hominem iudicibus eripere conſueuerunt. Inde peſtes, bella, ſterilitates, clades Rerumpublicarum conſequuntur: at lex diuina ſceleratorum vltione diuinam vltionem arceri teſtatur. Vix enim centeſimum ſcelus magiſtratibus innoteſcit, & eorum qui accuſantur, magnam partem, probationum ac teſtium inopia dilabi videmus; quod ſi rei veritate perſpecta, ſcelerati Principum beneficio effugiant, quæ tandem peccatorum vltio in Republica futura eſt? at plerique, quod à ſuo principe non poſſunt, à peregrino ſe adepturos confidunt. Inde Hiſpanorum querelæ aduerſus Henricum II. Regem Francorum, (anno MDLII.) qui à Philippo Rege, vt exules pleroſque reſtitueret, obtinuit, qui domum reuerſi, iudices occiderant. Omnium autem peccatorum, quæ à principibus condonantur, nulla laudabilior venia, quam cum injurias ſibi illatas ignoſcunt; & pœnarum capitalium nulla acceptior, & gratior eſt, quam quæ acerbiſſime de contumelia immortali Deo illata exigitur. Hactenus Bodinus, cuius mentem integre huc transferre volui, vt ex Gallo diſcamus, quid Regi Galliæ hoc in paſſu licere debeat.

iii) *Le Roy ſeul peut donner rappel de ban, & de gallere, grace, pardon, ou remiſſion du crime:* Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 639. Hæc remiſſio, & in priorem ſtatum reſtitutio, non ſolum fieri poteſt literis expreſſe hoc atteſtantibus, ſed etiam facto alio. *Dés les temps de la premiere lignée de nos Roys,* (inquit Fauyn, *au theatr. d'honneur liu.* 2. *ch.* 12. *pag.* 480.) *les criminels & coupables, de quelque qualité qu'ils fuſſent, appellés aupres de leur perſonne, & qu'ils admettoient, & receuoient à leur table, eſtoient par ce moyen remis en leurs biens temporels, charges, & dignités.*

kkk) Has literas petunt illi, qui exercuerunt actus, quibus nobilitas obfuſcatur, vel ſuſpenditur. Quo de ita docet Loyſeau, *des ordres ch.* 5. *n.* 102. *& ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq. La nobleſſe n'eſt pas eſteincte abſolument par les actes derogeans, ains eſt ſeulement tenuë en ſuſpens; de ſorte, que le Gentilhomme eſt touſiours ſur ſes pieds, pour rentrer à ſa nobleſſe, quand il voudra s'abſtenir d'y deroger. Toutesfois, pource qu'on ne cognoiſtroit pas publiquement ſon intention, s'il ne s'en trouuaſt quelque declaration publique, on a accouſtumé, en ce cas, de prendre lettres de rehabilitation du Roy, qui ſont lettres de iuſtice, qui s'expedient ſans cognoiſſance de cauſe, & qu'on n'a point accouſtumé de refuſer, ains ſeulement ſont inuentées, pour faire eſclatter d'aduantage la puiſſance du Roy. Encore pourroit on ſouſtenir, qu'il n'en faudroit point au Gentilhomme de race, qui a derogé, ni à ſes deſcendans, pource que c'eſt vn droit commun, que les droits de ſang, & de nature, ne peuuent eſtre perdus par moyens ciuils. Mais i'eſtimerois, auec Choppin, ſur la couſtum. d'Aniou, contre Bacquet, au traicte des francs fiefs, chap. 9. que ces lettres ſont neceſſaires abſolument à la gentilfemme de race, qui eſt veuſue d'vn roturier, pource que ſans la grace du Prince elle ne peut rentrer à ſa premiere condition, qu'elle a perduë, en ſe mettant par mariage en vne famille roturiere. Comme auſſi, ces lettres ſont ſans doubte neceſſaires aux enfans, deſquels le pere, & l'ayeul, ont derogé; pource que, comme la nobleſſe des deſcendans eſt preſumée par la noble vie du pere, & de l'ayeul; auſſi ſemble qu'elle ſoit perduë par leur vie ignoble, ſi le Prince ne la reſtablit. Laquelle rehabilitation M. le Bret, en ſon XXXVII plaidoyé, tient eſtre ſuffiſante, pourueu que la derogation n'ait continué iuſques au ſeptieſme degré, auquel cas il faudroit vn ennobliſſement tout nouueau. Ce que ie tien deuoir auſſi eſtre dict du fils de l'ennobly par dignité, qui auoit derogé à ſa nobleſſe, ſans auoir eſté rehabilité de ſon viuant. Car i'eſtime, que ſa nobleſſe eſt du tout eſtainte; & encor pluſtoſt de celuy, qui la pretend à cauſe des offices ennobliſſans du pere, & de l'ayeul, par la raiſon qui vient d'eſtre dicte n'agueres. (Nobilitas non omnino extinguitur per actus ei derogantes, ſed ſolummodo ſuſpenditur, ita vt omiſſione illorum actuum reuiuiſcat. Quoniam vero publice non conſtaret de propoſito eius, qui illos actus omittere in animo habet, niſi publica interueniret declaratio; moris eſt, hoc in caſu à Rege petere literas rehabilitationis, quæ ſunt literæ iuſtitiæ, & expediuntur citra cauſæ cognitionem, nec petenti denegari ſolent; quoniam ſolum propterea inuentæ ſunt, vt poteſtas Regis ſit illuſtrior. Dici tamen poterat, has neceſſarias non eſſe nato ex nobili familia, qui nobilitati ſuæ derogantes exercuit actus; vti nec eius deſcendentibus: cum iuris commune ſit axioma, iura ſanguinis, & naturæ, per modos ciuiles tolli haud poſſe. Ego vero cum Choppino, *ad conſuetudines Andegauenſes*, contra Bacquetum, *tract. de feudis francis cap. 9.* ſtatuo, has literas omnino eſſe neceſſarias fœminæ, natæ ex familia nobili, viduæ ignobilis viri; quandoquidem ſine gratia Principis non poteſt redire ad primum ſuum ſtatum nobilem, quem perdidit nubendo ignobili, & ſic tranſeundo in familiam ignobilem. Sine dubio

quoque eiuſmodi literæ neceſſariæ ſunt liberis, quorum pater, & auus, derogantia nobilitati exercuerunt. Quemadmodum enim nobilitas deſcendentium probatur per vitam nobilem, quam vixere pater & auus; ita videtur eam amiſſam eſſe per vitam ignobilem, niſi reſtituatur à Principe. Hanc rehabilitationem, Dominus Bretius *in actione* 37. putat eſſe ſufficientem, modo derogationis actus non fuerint continuati vſque ad ſeptimam generationem; hoc enim caſu noua nobilitatione opus fore. Quod ego etiam dicendum puto de filio eius, qui dum ad nobilitatem perueniſſet dignitate aliqua, quæ nobilem facit, nobilitati ſuæ derogauit, nec vnquam, quouſque vixit, rehabilitatus fuit. Eius enim nobilitatem omnino extinctam fuiſſe iudico, & magis etiam illius, qui nobilitatem ſuam deducit ab officiis patris, & aui, nobilitatem conferentibus, propter rationem paulo ante à nobis allatam.)

lll) Ius amortizationis, ſeu morticinii, eſt relaxatio legum, quæ prohibent Eccleſiis immobilia acquirere: Tholoſan. *de Republ. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 3. *Ce droict appartient au Roy ſeul, perſonne ne pouuant amortir que luy. Toutesfois l'Archeueſque de Rheims, les Eueſques de Noyon, & de Langres, comme Pairs de France, peuuent donner amortiſſemens à gens d'Egliſe, pour terres tenuës mediatement de leurs Egliſes en arriere-fiefs, mais non pour celles, qui ſont tenuës noblement d'eux en fief, & immediatement*: Crot, *au traicté des aydes &c. p.* 47. Cum omnia à Rege poſſideantur, & moueantur, definitum, conſtitutumque eſt, ad ipſum ſolum ius amortizandi & amortizationis indulgendæ, ſpectare, quæ nihil aliud eſt, quam indulgentia, diſpenſatio, & conceſſio, facta iis, quos *manus mortuas* vocant, bona immobilia poſſidendi, vt maxime ab alio Domino immediate moueantur: Papon. *lib.* 1. *arreſtor. tit.* 14. *n.* 1. *in f.* Manus autem mortuæ dicuntur, Eccleſiæ, capitula, collegia, communitates, monaſteria, hoſpitalia, nec non corpora ciuilia vniuerſitatum, quæ nunquam mori dicuntur, quod per ſubrogationem ſimilium perpetuo viuere dicantur: *l. proponebatur* 76. *ff. de iudic. l. eum debere* 33. *ff. de ſeruit. præd. vrb.* Hinc, quando feudum nobile peruenit titulo acquiſitionis, vel donationis, aut alio, ad Eccleſiam, dicitur peruenire ad manum mortuam, eoque dictum feudum non poteſt à manu, ſeu poſſeſſione eius regulariter exire, cum patrimonium Eccleſiæ ſit perpetuum, & inalienabile: *l. iubemus* 14. *C. de SS. Eccleſ.* Proinde qui ex corpore eius Eccleſiæ ſunt, tenentur ex lege dicta rebus, aut emancipare illa bona, ſeu extra manum ponere, & diſtrahere prædictum feudum, intra annum & diem, à die acquiſitionis, aut pro eius ſeruitio dare, & conſtituere principi hominem viuentem, morientem, & confiſcantem, id eſt, talem, qui obire poſſit munera, & ex cuius morte, & vita, aut facto, feudum poſſit ſubire mutationes, & actiones, ex quibus prouentus, & iura renouantur Domino Principi. Niſi, ſi Principi viſum

fuerit,

Digitized by Google

fuerit, illis dentur codicilli morticinii, ſeu amortizationis, quibus eximuntur res feudi, & feudum ab illis obſequiis & iuribus. Quocirca pro hoc iure amortizationis, ſeu exemptionis, datur principi ſemel tertia pars integræ æſtimationis totius feudi: (*La finance, que le Roy a droit de prendre pour amortir eſt reglee par l'ordonnance de Charles VI. de l'an MCCCCII. mais elle n'eſt pas touſiours ſuiuie, ains on fait compoſition eu eſgard à la valeur des choſes amorties:* Crot *des aydes pag.* 48.) atque literæ exemptionis præſcribuntur à Camera computorum, ſeu ratiociniorum Regiorum; ratione quarum, in poſteтum tale feudum, vel poſſeſſores eius, non tenentur ad debita, quæ iubet exigi Rex à francis feudis, & nouis quæſitis, & quæ exiguntur à poſſidentibus ab eo feuda, aut alia bona non amortizata, & à plebeiis poſſidentibus feuda nobilia: Tholoſanus *de republ. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 16. Quod de feudo hic dictum, id etiam in allodialibus verum eſt: quia & hæc vbi de nouo acquiſita fuerunt, compelluntur Eccleſiæ ponere extra manum, niſi ius morticinii, ſeu amortiſationis, impetrauerint à Rege, cuius intereſt bona temporalia ad Eccleſiam, vel capitula, vel alias perſonas, vel loca, quæ dicuntur manus mortuæ, transferri: quia inde minui poſſunt vires Regni, tranſeuntibus rebus, iure perpetuo, ad perſonas, quæ viuere cenſentur perpetuo: & ideo principes priuantur iuribus, quæ acquiruntur ex morte, vel delictis poſſeſſorum, vel ex mutatione dominorum; imo, quod res eximantur à commercio hominum, quod fiant inalienabiles, vt religione perpetua, eius patrimonium ſit perpetuum: Tholoſan. *de republ. d. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 40. Cæterum & corpora quoque ciuilia egent amortizatione, in rebus poſſidendis, quæ eis obtigerint, alioquin tenentur emancipare, vel dare hominem viuentem, morientem, & confiſcantem, in illis, quæ ſi non ſunt amortizata, dicuntur noui conquæſtus: Idem Tholoſan. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 18. Ad maiorem huius iuris cognitionem faciunt, quæ ſcripſerunt de eodem Giles de Maiſtre, *inter deciſ. notabiles, tractatu primo, des amortiſſemens:* Bacquet *des droits de iuſtice chap.* 24. *n.* 5. *& ſeqq.* & *in tractatu du droit d'amortiſſement, qui facit quartam partem tractatus, des droits des francs fiefs:* Paponius *arreſt. lib.* 1. *tit.* 15. *per totum:* Choppinus *de Domanio Franciæ, lib.* 2. *cap.* 13. Ragueau *des droits Royaux, pag.* 12.

mmmm) Il eſt au Roy, d'eriger des Pairies, Duchés, Marquiſats, Comtés, & autres telles dignités Seigneuriales. (Regiæ poteſtatis eſt erigere Pariatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & eius generis alia.) Loyſeau *des Seigneuries chap.* 3. *n.* 23. *& chap.* 4. *n.* 74. *On ne ſe contente pas à preſent d'en auoir les lettres patentes du Roy, ains encor on les fait verifier & enregiſtrer au Parlement, ce que pourtant ie n'eſtime pas eſtre abſolument neceſſaire, ſors és erections de Pairie, qui ſont offices de la couronne, & du corps du Parlement, mais quant à l'erection des autres Seigneuries, ce n'eſt point vne alienation de Domaine, ni*

ne, ni vn priuilege contre les loix: bref, rien n'empeſche, à mon aduis, que le Roy ſeul puiſſe faire ces erections à perpetuité. (Hodie non ſufficiunt literæ patentes Regis, ſed eas præterea approbatione Parlamenti ad acta referri curant impetrantes: quod tamen mihi non videtur præciſe eſſe neceſſarium, exceptis erectionibus Pariatuum; nam Pares ſunt officiarii coronæ, & membra Parlamenti. Quod autem erectiones cæteras attinet, illis nil quicquam à domanio alienatur, nec fiunt contra leges. Breuibus, meo iudicio, nihil obſtat, quo minus Rex ſolus illas erectiones perficere poſſit, ac reddere perpetuas.)

nnn) Debet hoc intelligi, non de Principibus ſanguinis, ſed de illis, qui principes ſunt nomine & dignitate, at tali, quæ poſt Duces, & Comites eſt. *A preſent* (inquit Loyſeau *des ordres chap. 7. n. 86.*) *c'eſt vn droit eſtably en France ſans controuerſe, que le tiltre, & le rang de Prince, ne peut prouenir que de race, n'eſtant la Principauté datiue, ains natiue. Car tant s'en faut, que ces petites Seigneuries, erigées en tiltre de Principauté, produiſent l'ordre, & le rang de Prince, qu'au contraire, les Duchés & Comtés les deuancent ſans difficulté. Et me ſouuient d'vne rencontre du feu Comte de S. Paul, Prince du ſang, de la maiſon de Bourbon, qui dit au Roy François, luy demandant aduis ſur l'erection d'vne telle Principauté; que ſa Maieſté ne pouuoit faire des Princes, qu'à la Royne.* (Nunc pro certo habetur in Francia, titulum & ordinem Principis non aliunde eſſe, quam à familia, cum dignitas Principis non poſſit conferri, ſed ſolum proueniat à ſanguine. Non enim exiguæ iſtæ terræ, quibus nomen principatus collatum fuit, poſſeſſores in ordinem Principum referunt, ſed ſine vllo dubio poſtponuntur Ducatibus & Comitatibus. Recordor hic faceti dicti Comitis Sancti Pauli, Principis ſanguinis, ex familia Borbonia nati, qui, cum à Rege Franciſco vrgeretur, vt quid de erectione eiuſmodi Principatus ſentiret, verbis exprimeret, reſpondit: Regem non poſſe facere Principem, niſi Reginæ.)

ooo) *L'ennobliſſement par lettres, ne peut eſtre faict que par le Prince, que Dieu (duquel tout honneur procede) a eſtabli diſtributeur en ce monde, de ce don diuin. C'eſt pourquoy, ioint que l'ennobliſſement diminue les droicts du ſouuerain, on a oſté, à bon droit, aux Ducs, & Comtes, le pouuoir de faire Cheualiers, & meſme d'ennoblir, qu'ils auoient iadis vſurpé, parmy les autres droicts de ſouueraineté. Voire, ceux-là meſme d'entre eux, qui iouiſſent des droits de ſouueraineté, ont eſté exclus, & empeſchés de ceſtuy-cy: teſmoin l'ancien arreſt, contre le Comte de Flandres, de l'an MCCLXXX. rapporté par* Pithou, *ſur les couſtum. de Troyes,* quo dictum fuit, quod, non obſtante contrario vſu, ex parte Comitis Flandrenſis propoſito, non debebat facere de villano militem, ſine autoritate Regis: (*& par vn autre arreſt de l'année MCCLXIX. vn Comte de Neuers fut condamné à l'amende enuers le Roy, pour auoir anobly deux de ſes ſubiects, qui*

furent

furent auſſi condamnés, chacun en mille liures d'amende, pour s'eſtre meſpris ſi lourdement, en vne choſe qui dependoit de la ſeule authorité du Roy: Bret de la *ſouuer. du Roy, liu. 2. chap. 7. pag. 206.*) *Et au pareil, par pluſieurs ordonnances on a retranché ce droit aux Gouuerneurs des Prouinces, meſmement de celles, qu'on pretend n'eſtre pas tout à faict vnies, & incorporées au Royaume, comme celle de Prouence, & de Dauphiné, & deſquelles partant les Gouuerneurs pretendent auoir plus d'authorité, que ceux des autres prouinces*: Loyſeau *des ordres chap. 5. n. 52. & ſeq.* (Nobilitas quæ literis confertur, à ſolo prouenit principe, quem Deus, à quo omnis honor eſt, conſtituit diribitorem diuini huius doni, in mundi huius theatro. Vnde, ac cum per collationem nobilitatis, iura ſuperioritatis imminuantur, optimo iure adempta fuit Ducibus, & Comitibus, poteſtas creandi equites, ac nobiles, quam olim vſurparunt cum aliis iuribus ſuperioritatis. Imo etiam illi, qui inter eoſdem gaudent ſuperioritate, ab hoc excluſi fuerunt, & impediti, quo minus illud exercerent. Teſtimonii loco nobis ſufficit vetus ſententia, lata contra Comitem Flandriæ, MCCLXXX. qua, referente Pithœo, *ad conſuetudines Tretenſes*, dictum fuit, quod non obſtante contrario vſu, ex parte Comitis Flandrenſis propoſito, non debebat facere de villano militem, ſine autoritate Regis: (ac alia ſententia, anno MCCLXIX. Comiti cuidam Niuernenſi dicta fuit mulcta Regi ſoluenda, quod duos ex ſubditis ſuis nobilitaſſet, qui & ambo coacti fuerunt ſoluere ſinguli mille libras, nomine mulctæ, cum in re à ſola Regis autoritate dependente, tam enormiter peccaſſent.) Simili modo variis conſtitutionibus, circa hoc ipſum, limitata fuit poteſtas Gubernatorum prouinciarum, etiam illarum, quas non omnimode cum corona vnitas prætendunt, vt Prouinciæ, & Delphinatus, quarum Gubernatores propterea maiorem poteſtatem ſibi competere arbitrantur, quam alibi aliis.)

ppp) *Comme la loy eſt l'outil de la ſouueraineté, auſſi les officiers en ſont les miniſtres, qui mettent la loy en œuure. C'eſt pourquoy il eſt vray de dire, en bonne iuriſprudence, que comme il n'appartient qu'au Souuerain, de faire les loix, qui ſont Magiſtrats muets, auſſi il n'appartient qu'à luy, d'eſtablir les Magiſtrats, qui ſont les loix viues & parlantes.* Solus, *dit Claudian*, iura magiſtratusque facit. *Auſſi eſt-ce à luy, que la puiſſance publique appartient entierement, & parfaictement: & en ceſte parfaite puiſſance conſiſte la ſouueraineté, & eſt vray de dire, que autre que luy, ou de par luy, ne peut auoir aucun commandement ſur les ſubiects du Prince. Mais d'autant qu'il ne peut eſtre par tout, ni dõner ordre en tous lieux, il eſt contrainct de communiquer l'exercice de ceſte puiſſance publique à ceux, que nous appellons Officiers, à ce qu'au faict de l'office à eux attribué, ils repreſentent ſa perſonne, & facent ſa fonction publique, comme ſes commis, ou Procureurs.* (Quemadmodum lex eſt inſtrumentum ſuperioritatis, ita officiarii eius ſunt miniſtri, qui legem mandant executioni. Itaque, in iuriſprudentia verum

Digitized by Google

eſt, vt quemadmodum non niſi ſupremus poteſt condere leges, quæ ſunt magiſtratus muti, ita nemo niſi ille poteſt conſtituere magiſtratus, qui ſunt leges viuæ, & loquentes. *Solus*, inquit Claudianus, *iura, magiſtratusque facit.* Nempe ad eum ſolum poteſtas publica pertinet integre, atque perfecte; atque in hoc conſiſtit ſupremum imperium, eſtque certum, neminem præter illum poſſe tenere poteſtatem publicam, eaque vti, nec quicquam iniungere ſubditis Principis. Quoniam autem vbique eſſe non poteſt, nec ipſe omnia vbique diſponere, neceſſe habet communicare exercitium huius poteſtatis publicæ, illis, quos appellamus officiarios, vt in officio ſibi attributo repræſentent perſonam Principis ſummi, & expediant quæ eius ſunt muneris publici, tanquam commiſſarii, aut procuratores.) Loyſeau *des Seigneuries chap. 3. n. 17. & 18.* Duas autem exceptiones habet hæc doctrina, quas idem *d. l. n. 22.* inculcat (*L'vne, que les Seigneurs de France, qui anciennement n'eſtoient qu' officiers, ayant vſurpé la proprieté de leur charge, en conferent l'exercice aux officiers de leur iuſtice. L'autre, que les chefs d'office de la maiſon du Roy, ont gardé iusques à preſent ce droit, de pouruoir aux menus offices, ou pluſtoſt milices, ou places de compagnies, dependantes de leur charge.*) *Vna*, quod magnates Franciæ, qui olim tantum erant officiarii, poſtquam vſurparunt proprietatem muneris ſui, conferant eius exercitium officiariis, quos iuſtitiæ ſuæ præfecerunt. *Altera*, quod magiſtri officiorum domus Regiæ, quaſi capita illorum, hucuſque ſoliti ſunt minores conſtituere officiarios, dependentes ab officiis maioribus. *Tertiam* nobis ſuppeditat Bret, *de la ſouuerain. liu. 2. chap. 1. pag.* 146. quando docet; ſolum hodie Gubernatorem Delphinatus habere, inter cæteros, poteſtatem *de pouruoir à tous les anciens offices de la prouince, excepté à ceux du Parlement, de la Chambre des Comptes, des Generaux, & Threſoriers de France.*

qqq) *Combien que toutes iuſtices dependent du Roy, tant en ce qu'elles procedent de luy, & retournent à luy, ainſi que tous les fleuues ont leur ſource, & leur cheute en la mer, qu'en ce qu'elles luy appartiennent toutes, ou en pleine proprieté, ou du moins en directe Seigneurie, releuans neceſſairement de luy en fief: ſi eſt-ce que les vnes ſont exercées en ſon nom, & par ſes officiers; les autres au nom des Seigneurs particuliers, & par officiers pourueus pour eux: c'eſt pourquoy celles-cy ſont appellées Seigneuriales, & celles-là, particulierement Royales.* (Licet omnes iuriſdictiones dependeant à Rege, tam inde, quod ab eodem procedant, & ad eundem redeant, non ſecus ac omnia flumina à mari ſunt, & in mare feruntur; quam etiam, quod illius ſint omnes, aut pleno, aut, ad minimum, directo dominio, à quo neceſſario recognoſcuntur in feudum: attamen res ita ſe habet, quod nonnullæ ipſius nomine exerceantur, & ab officiariis ſuis; nonnullæ autem nomine dominorum particularium, & ab officiariis ab his conſtitutis: vnde hæ vocantur Dominicæ, illæ ſpeciatim Regiæ.) Loyſeau *des Seign. ch. 13. n. 2.* *rrr) Au-*

rrr) *Autre que le Roy ne peut creer des Seigneuries, ni eriger des iuſtices nouuelles. C'eſt ce que dit le grand couſtumier liu. 1. chap. 3. où parmi les droicts Royaux, & de ſouueraineté, il met ceſtuy-cy;* Item, *au Roy ſeul appartient de donner, & creer nouuelles iuridictions par tout ſon Royaume, & nul autre ne le peut faire ſans ſon congé:* Loyſeau *des Seigneuries chap. 4. n. 47.* Cum iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi, ſequitur illam ab alio non poſſe introduci, quam ab eo, apud quem omne imperium, omniſque iuriſdictio reſidet, qui eſt ſummus princeps: *l. 1. ff de conſtit. princip. & par conſequent, autre que luy ne peut demembrer de ſon eſtat, ceſte puiſſance publique, pour la conferer a perpetuité à vne terre, en telle ſorte, que les poſſeſſeurs d'icelle ayent à iamais la proprieté du commandement, & la puiſſance perpetuelle d'eſtablir des magiſtrats, & officiers, qui puiſſent iuger des biens, de l'honneur, & de la vie de tout vn peuple; car ce qu'on permet à vn Seigneur ſubalterne d'eſtablir des officiers en ſa iuſtice, eſt à cauſe de la conſequence, que la loy nous apprend,* quod cum iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videantur, ſine quibus explicari non poteſt: Loyſeau *d. l. n. 48. & 49.* (Vnde ſequitur, nullum niſi ſummum principem poſſe hanc poteſtatem publicam auellere à ſtatu, vt eam conferat in perpetuum certæ terræ hoc modo, vt qui hanc poſſident, in perpetuum habeant proprietatem iuriſdictionis, & poteſtatem perpetuam conſtituendi magiſtratus & officiarios, qui poſſint iudicare de bonis, honore & vita vniuerſi alicuius populi. Quod enim ſubdomino permittitur conſtituere officiarios iuſtitiæ ſuæ, ex conſequentia eſt, quam lex nos docet, quod cum iuriſdictio data eſt &c.) *Secundo*, intereſſe Regis hic vertitur, quod ab illo qui ab eodem dependet, imminui haud debet. *Les Seigneurs ſubalternes, concedans des iuſtices au deſſous de leurs, eſloignent d'vn degré le reſſort du Roy, en ſorte que ce qui ſouloit reſſortir immediatement en la iuſtice Royale, n'y reuient plus qu'en ſecond degré d'appel: ce qui eſt vne diminution de ſon pouuoir, & quand & quand vn dommage à ſes droits, & de ſes officiers: dommage, dont luy, ny eux, ne ſont indemniſés, ou recompenſes en aucune façon.* (Subdomini, concedendo iuriſdictionem ſua inferiorem, appellationem, quæ fit ad Regem, vno gradu protrahunt, ita vt, cum prius immediate appellaretur ad iuſtitiam Regis, nunc id fiat mediate, & ſecundo appellationis gradu: quod certe redolet imminutionem poteſtatis Regis, & ſimul damno afficit eiuſdem iura, & officiarios, quod nullo rependitur emolumento.) Hoc eſt, quod ſcribit Faber *ad tit. Inſtit. de vulgari ſubſtit.* Barones non poſſunt plures gradus iudicum ſub ſe conſtituere, quia ex hoc poſſet reperiri via, quod nunquam appellaretur ad principem, ſi ſeniores plures gradus facerent, cum non liceat tertio prouocare, ſicque hoc eſſet in præiudicium Reipublicæ, & ſuperiorum, ad quos cognitio appellationum deuolui debet. Idem ſentit Molinæus, *ad artic. 12. conſuet. gloſ. 5. num. 50.*

Tertio,

Tertio, è re populi eſt vt hoc ſtatuatur. *Car quelle apparence y a-il, ſous pretexte, qu'vn Seigneur aura voulu gratifiér ſon vaſſal d'vne nouuelle iuſtice, que les paures ſubiects, qui releuoient directement deuant le Iuge Royal, n'y reſſortiſſent plus qu'immediatement, & en ſeconde inſtance d'appel, & ainſi ſoient ſurchargés d'vn nouueau degré de iuriſdiction, ſans leur faict, & conſentement.* (Quæ enim ratio ſubeſt, vt ſub prætextu gratificationis, qua dominus vaſallo nouam conceſſit iuſtitiam, miſeri ſubditi, qui directo appellabant ad iudicem Regium, cogantur carere hoc beneficio, nec eo aliter vti poſſint, quam in ſecunda appellatione, ſicque adhuc vno gradu iuriſdictionis aggrauentur, nullo ſuo facto, & conſenſu.) Loyſeau *d. l. n.* 50. *&* 53. Concludendum itaque eſt, illum demum iuriſdictionem dare poſſe, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet: *l. more* 5. *ff. de iuriſdict.*

sss) Hoc Chaſſanæum tradere *ad conſuetud. Burgundiæ, tit. des iuſtices, §. & droit d'icelles, n.* 101. *& ſeqq.* monet Arniſæus, *de iure maieſtat. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 13. & id expedire populo, ne tot ſubalternis iuriſdictionibus dominorum vexaretur, eundem *d. l. n.* 106. opinari, tradit Tholoſanus *de Republ. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 36. vbi ſuam adiiciens cenſuram, ait: Mihi tamen videtur, tribunos, centuriones; & alios gradus iudicum recte Moſen (*Exod. cap.* 18.) ex conſilio Iethro diſtinxiſſe, & Ioſaphat Regem (1. *Paralipom. cap.* 19.) per diuerſa loca iudices poſuiſſe. Quare non arbitrarer, principem debere omnes ad regales iuriſdictiones reuocare, ſublatis inferioribus. Quia & inferiores ab illo habent poteſtatem, & dehinc appellatio in Gallia iuridicum dominorum ad Regios iudices peruenit, trutinatis negotiis diligentiori calculo, & à diuerſis iudicibus. Non inficias ibo tamen, abuſus plures, & vexandi pauperes litigantes occaſiones oriri ex gradibus diuerſis iudicum: ſed quia & in maioribus ſedibus, vt in minoribus, apparent abuſus, & quædam incommoda cum commodis admiſcentur, ſatius aget princeps, mea ſententia, ſi iam prudentia conſtituta in ſua integritate conſeruet, & deterſis maculis, vel ex tempore, vel ex malitia hominum contractis, ad puritatem & candorem, & primitiuum ſanctum ſtatum reuocet.

ttt) Hoc Ludouicus XIII. Rex Franciæ, anno MDCXX. edicto cauit, quod extat apud le Mercure François *tom.* 6. *pag.* 259. Verba ad rem noſtram facientia hæc ibi leguntur: *Nous auons par cettuy noſtre preſent Edict perpetuel, & irreuocable, dit, ſtatué & ordonné, diſons, ſtatuons, & ordonnons, qu'à nul autre qu'à nous n'appartiendra cy-apres, d'eſtablir des procureurs, poſtulans, & autres officiers, en toutes nos Cours ſouueraines, & iuriſdictions Royales, de cettuy noſtre Royaume, terres & Seigneuries de noſtre obeiſſance, comme eſtant vn droit Royal. Et faiſons defenſes à tous nos officiers, de quelque qualité & condition que ils ſoyent, d'en receuoir, & eſtablir aucuns à l'aduenir, ſans nos lettres de prouiſion, bien, & deuëment expediées & ſeellées de noſtre grand ſeau.*

uuu) *En France le dernier reſſort de la iuſtice eſt tellement droit de ſouueraineté, que meſme en commun langage, il eſt appellé ſouueraineté: comme quand es conceſſions des fiefs, ou des appanages, le Roy reſerue à la couronne la foy & hommage, reſſort & ſouueraineté; la foy & hommage concernent la feudalité, & ſeigneurie priuée, & directe; le reſſort & ſouueraineté, concernent la iuſtice & ſeigneurie publique, & ſouueraine. Auſſi les compagnies des iuges, qui ſoubs le nom du Roy iugent en dernier reſſort, ſont appellées Souueraines.* (Vltimæ cognitionis iuriſdictio adeo ſuperioritatis propria eſt, vt vulgari dicendi more ſuperioritas vocetur: vt, quando in conceſſionibus feudorum, & apanagiorum, Rex coronæ reſeruat fidelitatem ac homagium, vltimam prouocationem, & ſuperioritatem: fidelitas & homagium, concernunt feudalitatem, & dominium priuatum, vel directum; vltima autem prouocatio, & ſuperioritas, reſpiciunt iuſtitiam, & imperium publicum, atque ſupremum. Ipſæ quoque Curiæ, quæ nomine Regis ſententias ferunt, à quibus appellare non licet, nominantur ſupremæ.) Loyſeau *des Seigneuries d. chap. 3. n. 31. & 32.* cui adde Bodinum *de republ. l. 1. c. vlt. pag.* 254. Hoc ius, quod ab antiquis extremum iudicium, ab aliis vltima prouocatio dicitur, ſuo comprehendit ambitu, iudicandi poteſtatem de appellationibus (*des iugemens des appellations*), de ſupplicationum ciuilium libellis (*des requeſtes ciuiles*), de oppoſitione erroris, contra latam ſententiam (*des propoſitions d'erreur*), de contrarietate ſententiarum latarum (*des contrarietés d'arreſts*), annullationem ſententiæ (*caſſation de l'arreſt*), euocationes, interdictiones vel obnunciationes conſilii dirimptrices, (*des interdictions*), denique regulas & leges iudiciarias. *Primo* loco appellationes collocauimus, de quibus notandum, antiquiſſimo tempore eas inter Francos non fuiſſe in vſu. Nec enim earum in antiquis legibus Salicis, Francicis, Allemannicis, Ripuariis, & Burgundicis, vlla fit mentio; ſed hoc docetur, Reges illorum temporum audiuiſſe eorum querelas, qui ſibi à iudicibus iuſtitiam denegatam, vel ſententiam iniuſtam, aut iniquam, dictam eſſe, affirmabant; quod non per modum appellationis, ſed ſupplicationis peragebatur. Rationes eius rei fortaſſe erant duplices: I. Quoniam tunc lites maioris momenti iudicio commiſſariorum, quos miſſos dominicos vocabant, ſubiiciebantur. Hi vero iudicabant abſolute, nemoque audebat ab eorum ſententiis prouocare, ne ſcilicet eorum autoritatem, ſimulque Regis, à quo miſſi, iniuria afficere vel deſpicere videretur. Minoris autem ponderis litigia decidebantur à Comitibus, Scabinis, eorumque vicariis, quorum, vt rerum exiguarum gratia, propudioſum æſtimabatur conſcientiam iudicis accuſare. II. ratio eſſe potuit, quod appellationes, tam in materia ciuili, quam criminali, habebantur pro medio impediendi iuſtitiæ curſum, & multiplicandi proceſſus, à quo maxime abhorrebant. Conſtat quoque, appellationes, apud Romanos

primum non fuiſſe in vſu, ſed demum anno ab Vrbe Condita CCXLIV. introductam fuiſſe, in gratiam populi, apud quem tunc ſumma erat poteſtas. Docet hoc Liuius *lib. 2. hiſtoriæ ſuæ cap. 8.* quando Publicolam ait legem tuliſſe, in vulgi gratiam, de prouocatione aduerſus Magiſtratus ad populum. Poſtquam deinde ſumma poteſtas translata fuit in Imperatores; tantæ curæ his fuit illud ius, vt etiam, Suetonio teſte, prouocationes à Senatu ad ſe fieri volupe ducerent: quod durauit ad tempora Hadriani Imperatoris, qui primus id abrogauit. In Gallia, ſi verum eſt, quod nonnulli tradunt, ſub Philippo Pulchro demum appellationum vſus inualuit, ſed extrema prouocatio ad Reges delata, qui Parlamentis, aliiſque iudicibus conceſſerunt poteſtatem iudicandi iure ſummæ & vltimæ cognitionis. *Secundo*, libelli ſupplices ciuiles, qui contra ſententias à ſupremis curiis latas, Regi offeruntur, & à quo etiam eius rei cauſa impetrantur literæ, cum contra arreſta, ipſius nomine pronunciata, dirigantur, ob reuerentiam illi debitam ita formari debent, ne opprobrium ingerant, ſed humillima oratione referant grauamen ad dolum, technas, & oppreſſiones partis aduerſæ, vel fundamentum trahant ex Edictis, & conſtitutionibus Regiis, maxima ex parte conuenientibus cum *l. Diuus 33. ff. de re iudic.* Non autem Rex ipſe ſuper his iudicat, verum iiſdem iudicibus, qui ſententiam dixerunt, negotium committit. In quo differentia notabilis cernitur, quæ eſt inter curias ſupremas, & iudices inferiores. Horum enim poteſtas, vbi ſemel ſententiam tulerunt, ceſſat, vt huic nihil addere vel demere poſſint. Illi vero de nouo rem examinare, & iudicare poſſunt, virtute literarum Regis, quas is, qui ſupplicem libellum obtulit, ab eo ad Curiam obtinuit. *Tertio*, oppoſitio erroris, (quæ olim erat vnicum remedium contra arreſta curiarum ſupremarum) fundari debet in errore facti, non iuris, ne, ſi aliter fiat, exiſtimatio iudicis offendatur. Quæ vbi Regi oblata fuit, eam non aliter admittit, quam ſi hoc fieri ſuadeant Magiſtri libellorum ſupplicum, qui ex inuentariis proceſſus, ſibi communicatis, merita cauſæ, & cætera cognouerunt. Remittit autem hoc caſu quoque Rex negotium ad eoſdem iudices, qui antea de eodem iudicarunt, vt cognoſcant de errore, & ſententiam vel corrigant, vel corroborent. *Quarto*, contrarietas ſententiarum, vel eſt earum, quæ in diuerſis curiis ſupremis, inter eoſdem litigantes, & eadem in cauſa, latæ ſunt; vel, quæ in vna eademque Curia. Hoc caſu regulariter contrarietas iſta conuertitur in libellum ſupplicem ciuilem; vnde quemadmodum de eodem paulo ante diximus, eius cognitio ad eandem Curiam remittitur. Illo autem caſu, quoniam diuerſæ illæ Curiæ poteſtate ſibi pares ſunt, Rex, vt ſupremus, cognitionem de contrarietate ſententiarum attribuit Conſilio magno, quod aliis prætorianum, & Regii comitatus, vel aulicum, dicitur. *Cætera*, nempe ſententiæ annullatio, euocationes, interdictiones & iudiciorum

regulæ,

regulæ, quoniam magni momenti ſunt, Rex cognitionem de iiſdem conſilio ſuo reſeruauit. Inprimis autem, quando annullatio ſententiæ petitur, quod contra vtilitatem publicam, contra iura coronæ, vel autoritatem Regis, lata ſit, (licet hoc raro contingat) non eſt dubitandum, Regem eam reſcindere poſſe. In eo tantum differentia obſeruatur, an ea ſententia lata fuerit à Curia Parlamenti Lutetiani, an vero ab alio Parlamento, aut ſupremo iudicio. Quando enim de reſciſſione ſententiæ, à Parlamento Lutetiano latæ, agitur, & neceſſe eſt audire Præſidentes & Conſiliarios, qui iudicio interfuerunt, cur ita iudicarint, id fieri debet præſente ipſo Rege, quod ad honorem eius Curiæ pertinet, quæ generaliter actionum ſuarum rationem ſoli Regi reddere tenetur, tanquam illa, in qua principaliter cum maiori ſplendore thronum iuſtitiæ ſibi conſtituit. Aliud obtinet, quando de reſciſſione ſententiæ ab alio Parlamento, vel iudicio latæ, agitur, hoc enim in Conſilio Status (*au Conſeil d'Eſtat*), aut interiori (*au Conſeil priué*), expeditur, etiam abſente Rege. Idem Conſilium cognoſcit de euocationibus; quoniam ſuprema poteſtate hic opus eſt, cum ſit inſtar priuilegii, quod contra regularem ordinem iurisdictionum datur, qui eſt, vt quilibet coram ſuo indice litiget. Sunt autem eiusmodi euocationes expreſſe prohibitæ edictis, nec aliter permittuntur, niſi partes litigantes, parentes, vel agnatos, in illa Curia habeant, eo numero, atque coniunctione, de quibus edictum loquitur; vel, niſi Præſidentes, aut Conſiliarii, eam cauſam, quæ apud ipſos agitanda, ſibi propriam fecerint, vel conſulendo, aut ſcribendo, ſollicitando, aut impendia, ad curſum proceſſus neceſſaria, ſubminiſtrauerint, &c. Quanquam vero Regiæ poteſtatis eſt, ſibi retinere cognitionem cauſæ, quæ euocari meretur, nihilo minus vt plurimum eam commendat proximiori Parlamento, niſi fortaſſis vterque litigantium petat, vt ea in conſilio Regis terminetur, aut cauſa concernat iura Regis, &c. Quando de lege & regulis inter iudices conſtituendis quæſtio eſt, vbi inter Curias ſupremas, & alios à quorum ſententia appellare non licet, contentio eſt, licet olim hoc ad Conſilii magni (*du grand Conſeil*) expeditionem pertinuerit, hodie tamen Conſilium intimius, vel ſanctius (*le Conſeil priué*) ſibi id adſcriptum tenet: Bret *de la ſouuerain. liu.* 4. *chap.* 2. *pag.* 490. *& ſeqq.* Etſi autem Vlpianus *in l.* 1. § 1 *ff. à quibus appellare non licet*, ſtultum eſſe putat, illud admonere, à principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit qui prouocetur: innotuit tamen exemplis, à Rege Franciæ (æque vt ab Imperatore, quemadmodum dixi *de iure publ. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 108. *& ſeqq. ac in addit. ad eundem numerum*) ad Regem Franciæ appellatum fuiſſe, eodem modo, quo Machætas ille à Philippo dormitante ad eundem vigilantem & attentum olim prouocaſſe legitur, apud Plutarch. *in apophth.* Eo genere prouocandi vſus eſt (A. MDLX.) Ludouicus Borbonius Princeps Condeus (*du Roy mal conſeillé, au Roy bien conſeillé*: Caſtelnau *en ſes*

Memoires liu. 2. pag. 98.) à Rege male conſulto ad Regem bene conſultum: à ſententia Franciſci II. Regis Francorum, quam in Senatu cauſa cognita, tuliſſe dicebatur: quod & Baldus ipſe probat *in l. 1. C. de relat.* Et quidem (ſuaſore Bodino *d. lib. 1. de republ. c. vlt. pag. 256.*) omnes Reges illius Macedoniæ exemplum, & intueri, & imitari debent. Is enim prouocationem illam admiſit; & quoniam res à ſe iudicatas reſcindi turpe ducebat, quo minus leuitatis, & inconſtantiæ, coargueretur; Machetæ, quem inique condemnauerat, damnum illatum de ſuo ſarciuit.

xxx) Olim non erat ſic. Multi enim, vel vt alii tradunt, plerique, antiquo tempore in Gallia, Epiſcopi, Duces, Comitesque, monetam cudi curarunt, vel vſurpatione iuris, vel ex conceſſione Regis: Loyſeau *des Seigneuries d. ch. 3. n.* 40. Inter Epiſcopos monetam cudit, Turonenſis; (vnde etiam adhuc nomen nummi Turonenſis in memoria hæret, etiam extra Galliam: Bodinus *de Republ. lib. 6. p.* 1068.) Cœnomanenſis (*l'Eueſque de Mans*), quæ cum Normanniæ nummum bonitate ſuperaret, prouerbio locum dedit, *que vn Manceau vaut vn Normand & demy*: Pariſienſis, (vnde adhuc nummi Pariſienſis recordatio eſt) qui, quoniam in ciuitate totius Regni primaria cudebatur, reliquos omnes bonitate præcellebat: Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 2. ch.* 10. *p.* 247. Bellouacenſis (*l'Eueſque de Beauuais*) Antoine L'Oiſel *es memoires des pays de Beauuais ch. 1. n. 8. p.* 30. Ebrodunenſis (Papon. *lib. 5. arreſtor. titulo 1. n.* 1.) Agathenſis, Cadurcenſis, Meldenſis. (Bodinus *de republ. d. lib. 1. cap. vlt. p.* 263.) Inter principes ſeculares iure cudendi monetam vſi fuerunt, Dux Borbonius: (Arniſæus *de iure maieſt. lib. 2. cap. 7. n.* 6. allegans Petr. Greg. Tholoſanum *ſyntag. iuris part. 3. lib. 36. c. 3 n.* 25.) Comites, Niuernenſis, Marchiæ, Blœſenſis, Sancti Pauli, (Bodinus *d. lib. 1. de republ. c. vlt. p.* 263.) Vicecomes Turenenſis. (Bodin. *d. l.* Caſſan *liu. 2. de la recherche des droits du Roy & de la couronne de France ch. ult. p.* 252.) Ludouicus Hutinus autem (*fut fort ſoigneux de remettre ce droit en ſon domaine, & le rachepta à prix d'argent de pluſieurs Ducs & Comtes, ce que firent auſſi ſes ſucceſſeurs: & en fin le Roy François, par Edict general, reuoqua toutes ces vſurpations, & caſſa tous ces priuileges.*) ſumma cura allaborauit, quo hoc ius ad domanium reuocaret, & dato pretio illud à multis Ducibus & Comitibus ſibi redemit, quod etiam fecerunt eius in regno ſucceſſores. Tandem Franciſcus I. Rex edicto generali reuocauit omnes has vſurpationes, & ſuſtulit omnia monetandi ius concernentia priuilegia: Loyſeau *des Seigneuries d. ch. 3. n.* 41. Ab hoc tempore vsque ad præſens noſtrum, ceſſarunt Franciæ proceres monetam cudere, nec vlli ex iiſdem à Rege eadem cudendi facultas data hactenus fuit. Niuernenſis quidem monetandi iure vſus fuit, ſed extra Franciam, in Carolouilla (*Charleuille*), quam condidit anno nono huius ſeculi *en ſa ſouueraineté d'Arches, qui eſt au delà de la Meuſe.* Le Mercure François *tom. 1. pag.* 363. Itaque hoc egit,

non

ſoni vt Niuerniæ Dux, ſed vt ſupremus Arcenſis ditionis, quam à nemine recognoſcit, Dominus. Sic quoque Dux Montpenſerius monetam cudit, non earum ditionum reſpectu, quæ à Rege Franciæ habuit, ſed tanquam ſupremus Dombarum Dominus. Quamquam enim Licetus, aduocatus fiſci, vt ex Bodino conſtat, *lib. 1. de republ. c. 9. p. 199.* Principatum Dombarum in fiducia Regum Franciæ eſſe, oratione copioſa aliquando diſſeruit, nec Ducem Allobrogum Imperatoris autoritate, cuius Vicarium ſe ferebat, Imperio Germanico attribuere potuiſſe, quod temporibus calamitoſiſſimis belli ciuilis factum fuiſſe diſputabat, cum Dux Aurelius, & Burgundiæ, vniuerſum Regnum in partes diſtraxiſſent, anno M CCC XCVIII. attamen hucusque Dominatus iſte Dombarum pro ſupremo habitus fuit, vnde Monpenſerii filia, quæ anno M DC XXVI. nupſit Gaſtoni Duci Aurelianenſi, Regis Ludouici XIII. fratri, ſine contradictione ſe ſcripſit in ipſis matrimonii tabulis, (apud Corbin *in Codice Ludouici XIII. tom. 2. liu. 26. tit. 3. p. 531.) Marie de Bourbon, ſouueraine de Dombes, Ducheſſe de Montpenſier. &c.* Conſimili iure monetandi vtuntur, Pontifex Aueniōni & Auraicus Princeps, in principatu ſuo. Licet enim vtraque hæc ditio in Francia ſita ſit, neutra tamen à Rege dependet, ſed vtraque ſui iuris eſſe cenſetur, vt dixi ſupra *lib. 1. c. 5. lit. p. & q.*

yyy) Fabrica monetæ aureæ, ſemper ſoli Regi Franciæ in regno ſuo competiit: Bret. *d. tr. & loco. p.* 248. qua eum ita vſum cognoſcimus, vt vnicum ſolum exemplum notum ſit, quod indicet, aliquando eam alii à Rege conceſſum fuiſſe. Factum hoc anno M CC LXXI. quando Iohannes, Dux Bituricenſis, à Rege Carolo id iuris obtinuit, & exercuit, aureum nummum cudens, qui hodie audit, *Moutons d' or*, propter imaginem veruecum, inſignia Bituricenſia, illi impreſſam. Atque in Gallia pro maxima habetur, priuilegium cudendi monetam, non comprehendere facultatem cudendi monetam auream: François Grimaudet, *des monnoyes chap. 2. n. 9. p. 8.* Hinc Ludouicus XI. Franciſco, Britanniæ Duci, qui auream monetam cuderat, denunciari fecit, *qu' il ne pouuoit ſouffrir cet attentat, contre ſon authorité, ne eſtant licite a perſonne de faire battre de la monnoye d' or, ſans vne conceſſion particuliere*: Bret *d. p.* 248. Si Bodino credimus, *de republ. d. lib. 1. c. vlt. p. 263.* Rex iniuriam bello vindicauit. Cæterum, ſpecies monetæ aureæ Regni Galliæ, vt pondere diſtinctæ, ita ſunt & nomine. Notiſſimus inter omnes eſt vel fuit *l' eſcu ſol*, aureus ſolidus, quem nonnulli aureum ſolarem, eine Sonnencron/ ſed ridicule, vt Bodinus *de republ. lib. 6. c. 3. p.* 1074. iudicat, nominarunt. (*Les vieux eſcus de France faiſoient ſoixante & quatre au marc, le poids de huict onces au marc, & d' alloy à vingt quatre carats, vn quart de carat de remede.* Fauyn *au theat. d' honneur liu. 3. p.* 940.) *Eſcu* autem, quod latinis ſcutum ſonat, dicitur, *pour l' eſcu de France, auquel il eſt marqué*: Gri-

maudet *d.tract. chap.7. n.13.* quia ſcutum, hoc eſt, inſignia Regni, fert. Alius vocatur *eſcu couronne, (qui du temps de Budee, ſous François premier, ne fut eſtimé par Edict du Roy, que trente cinq ſols, & eſtoit changé communement trente huict ſols : par Edict de Louis douzieſme il fut eſtimé ſoixante, & changé ſoixante cinq*: Ranchin. *d.tom.2.pag.*101.) alius *Franc à pied, Franc a cheual*, alii, *Royaux d' or*, alius *double Henry* ; vt ex declaratione Regis Ludouici XIII. & *nouueau reglement ſur le faict des Monnoyes*, anno M DC XXXVI. XXVIII. Iunii, *pag.12. & ſeqq.* diſcimus. His acceſſit paucos ante annos noua ſpecies, cuius nomen *Louys d' or.*

zzz) Monetæ argenteæ ſpecies Regni Galliarum variæ ſunt ; inter maiores refero Ludouici XIV. nummum, qui valoris quindecim baciorum apud nos eſt; *le Franc, (Franc, ou liure, c' eſt tout vn, d' autant qu' en l' an 1400. & auparauant, vne liure, à cauſe de la forte monnoye, valoit vn franc d' or, qui vaudroit de preſent autant qu' vn eſcu ſol, & plus. Comme en l' an 1575. le Roy Henry III. a faict forger des francs d' argent, de la valeur de vingt ſols Tournois. Et anciennement y auoit des Francs, ſols, liures, ou deniers, Tournois, Pariſis, Viennois, Mancais, Blancs, Angeuins, Bourdelois* : Ragueau *en l' indice des droits Royaux, pag.329. & ſeq. ac pag.744. & ſeq.*) Francum, *le demy franc, le quart de franc, quart d' eſcu, le demy quart d' eſcu* : (*quart d' eſcu* dictus, quod quartam partem ſcuti, qui ſexaginta ſolidis computatur, faciebat, hoc eſt, æſtimabatur quindecim ſolidis ; poſtea anno M DC II. edicto Regio valere juſſus eſt ſedecim ſolidos, (Scipion du Pleix *en l' hiſtoire generale de France, en la vie de Henry le Grand, p. 483. n.19.*) & edicto Regis Ludouici XIII. anno M DC XXXVI. viginti ſolidos) *teſton*, capitatum, vt Hottomannus vertit *illuſt. quæſt.15. p. m.* 88. (cuius valor edicto Regio anno M DC II. cum antea quatuordecim ſolidos, & dimidium feciſſet, ad quindecim & dimidium adſcendit. Du Pleix *d. l.* edicto autem dicti anni M DC XXXVI. ad nouendecim & dimidium.) *Le Roy Henry III. en a faict battre, qui ont eſte appelles teſtons de Pologne* : Ranchin *d.tom.2.pag.*101. *demy teſton &c.* Inter minores numero, *le liard (qui auſſi eſt dit quadrain*, teruncius, & quadrans : Grimaudet *des monnoyes chap. 7. n.14.*) *ſols*, ſolidus, qui alio nomine dicitur *douzain*, quod inſtar aſſis duodecim partes contineat, quas *deniers* nominant. (*Louys Debonnaire redigea le ſol de la monnoye de France à douze deniers, qui iuſques à ſon regne eſtoit composé de 40. deniers* : Fauyn *au theat d' honn. liu.2. ch.6.pag.181.*) Solidis autem illis exigua portio argenti ineſt, adeoque *quatre marcs de ſols ne contiennent qu' enuiron vn marc d' argent le Roy, de haute loy* : Sauot *au diſcours ſur les medailles antiques, parte 2.chap.5.pag.148.* argenti optimi regalis, id eſt, cui tantum vigeſima quarta pars ad puriſſimi argenti bonitatem deeſt; vt explicat Bodinus *de republ. d. lib. 6. c. 3. p.* 1068. Cæterum *le poids de marc, auquel on peſe l' or, l' argent, & les groſſes perles, n' a que huict onces en*

France

France, l'once comprenant vingt quatre deniers, & le denier peſant vingt quatre grains. Le marc peſe vingt & quatre carats, le carat pris pour le tiers d'vne once, duquel poids de marc ſe ſeruent les changeurs, orfeures, & monnoyers: Ranchin *d. pag.* 101.

aaaa) Ex ære, vel cupro, in Francia fiunt *les doubles*, (quos Philippus IV. Rex primum cudi curauit: Charron *en l'hiſtoir. vniverſ. chap.* 135. *pag.* 1010.) dupli, ita dicti, reſpectu denariorum, nam *vn double vaut deux deniers*, vel ſextam partem aſſis (vnde ſextantes appellantur à Grimaudet *d. tr. ch.* 7. *n.* 14. aut ſolidi partem. item *deniers*, denarii, quorum duodecim faciunt ſolidum, *vn ſols*. Improbatur quidem à Bodino, *de republ. d. lib.* 6. *c.* 3. *p.* 1070. moneta quæ ex cupro fit, tum, quod nullum metalli genus citius ære rubiginem contrahat; tum etiam, quod æris vbique, & ſemper fuerit pretium incertum. debere autem rationem nummariam ſibi conſtare, nec vlla temporum aut locorum varietate mutari, idque maxime propter iura commerciorum, populis omnibus inter ſe communia. Verum rationes iſtæ in Gallia non attenduntur. Et ſane, quoniam tantum minutiſſimæ nummorum ſpecies ibi æreæ ſunt, quæ ad rerum viliorum commercium fere indies adhibentur, & de manu in manum transeunt, frequentior ille vſus impedit, quo minus rubiginem contrahant. Nec altera quoque ratio, à Bodino prolata, quicquam contra vſum Galliæ facit: ea enim conciuibus, & domeſticis ſuis tantum hos annumerat nummos, ad commercia vero cum exteris, non adhibet. Vt autem harum ſpecierum magna eſt copia, ita non Regi ſolum, ſed etiam illis, qui officinis earundem præpoſiti ſunt, ſi lucrum præferant bonæ fidei, quæſtuoſa eſt. De Pinatello memorat Bodinus, *d. lib* 6. *cap.* 3. *pag.* 1079. cum à Curia monetalium accepiſſet poteſtatem cudendorum denariorum, ac duplorum, quod tantam vim talium numiſmatum ſignauerit, vt rationibus omnibus ſubductis, à iudicibus quæſtionum centies fere ſeſtertium depeculatus eſſe compertum fuerit. nec dubitaſſe ſeſtertium pellici Regiæ numerare, quæ flagitioſiſſimi hominis ſupplicium quidem diſtulerit, non ſuſtulerit tamen. Dixi, etiam Regi monetam æream quæſtui eſſe; quod inde eſt, quoniam æſtimatio ſuperat materiam. Non credo tamen vllum monarcham, in hac materia, lucro ante Hiſpaniarum Regem eſſe, ſi veritate nititur relatio Autoris *du diſcours de l'Eſtat, & couronne de Suede, chap.* 8. *pag* 100. Affirmat ille, cupreas monetas, *quartos* & *quartillos*, dictas, in Hiſpania maxime frequentes, eo numero cuſas fuiſſe, vt earum pretium quadraginta milliones auri æquet. Materiam, quam Rex comparauit viginti coronatis, vbi in monetam conuerſa, expendi centum coronatis, *reduiſant, par la ſeule authorité de ſon coing, vingt eſcus de metal, en cent de monnoye courante.* Cæterum præter auream, argenteam, nigram (*monnoye noire, non blanchie d'argent*: Ragueau *d. tr. pag.* 746. vnde quam *deniers ou ſols*

ou ſols nerets, dictos putat idem Autor *d. tr. pag.* 493. ad differentiam monetæ albæ) & cupream, etiam coriaceam monetam aliquando in Gallia fuiſſe memorant. Cominæus *comm. libr.* 10. *non procul à fin.* tradit; capto ab Anglis Ioanne Valeſio, Francorum Rege, Galliam ad extremam inopiam redactam fuiſſe, vt corio, cui modicum erat infixum argenti, loco pecuniæ vteretur.

bbbb) Numerus officinarum monetalium dependet à voluntate Regis, vnde non ſemper vnus & conſtans. Aliquando viginti quinque fuerunt huiusmodi officinæ, ſparſim per ciuitates Regni Galliæ, quas poſtea Franciſcus I. edicto ſuo Blœſenſi, anno MDXL. reuocauit ad ſeptendecim, iuſſitque, vt præfecti earum ſinguli certum imprimerent monetæ characterem, quo cognoſceretur locus, atque opifex, vbi & à quo vnaquæque facta: Grimaudet *d. tr. des monnoyes, chap.* 2. *n.* 17. Bodinus (*dicto lib.* 6. *de republ. cap.* 3. *pag.* 1077.) ſuo tempore, numerauit fere viginti. Laurens Bouchel, *en la Bibliotheque ou threſor du droit François, tom.* 2. *pag.* 843. enumerat viginti quatuor, hoc catalogo, quo & ciuitas, & nota monetæ, ad cognitionem, vbi quælibet cuditur, faciens, exprimitur.

A.	*ſignifie* Paris.	I.	Limoges.	R.	Villeneufue, lés Auignon.
B.	Rouën.	K.	Bourdeaux.	S.	Troyes.
C.	Sainctlo.	L.	Bayonne.	T.	Nantes.
D.	Lyon.	M.	Thoulouſe.	V.	Amiens.
E.	Tours.	N.	Montpelier.	X.	Aix.
F.	Angiers.	O.	Rion.	Y.	Bourges.
G.	Poictiers.	P.	Diion.	Z.	Grenoble.
H.	la Rochelle.	Q.	Narbonne.	9.	Rennes.

Diſplicet hæc copia Bodino, *dict. pag.* 1077. ſuadetque idem, quo fraudibus eorum, qui auro, argento, ære, flando feriundo præficiuntur, iniiciatur frænum, vnam tantum nummorum officinam in Regno conſtitui, & quidem in vrbe omnium maxima, vt publice, ſpectantibus magiſtratibus, nummi percutiantur. Romanos, in tanto imperio, vnam tantum monetarum officinam habuiſſe, ſcilicet Iunonis templum, in quo Tresuiri monetales, trium metallorum, auri, argenti, æris, nummos, ſine vlla mixtura, ſignauerunt. Late quoque patuiſſe imperium Francorum, Carolo Magno Rege; omnes tamen monetarum officinas in palatium coëgiſſe, quo ſeuerius, & accuratius nummi fabricarentur, ac probarentur; poſtea vero, quum officinas plures habere, & procul à principe metalla miſcere licuit, rationem quoque nummariam deprauari cœpiſſe. Certe, copia monetæ, quæ in Gallia cuditur, non impediret hoc conſilium. Anno MDLXXXV. ab Auberto obſeruatum, *qu'en toutes les prouinces, ſubiectes à la couronne de France, il n'y auoit plus de ſoixante millions de liures, qui ſont vingt millions d'eſcus*: Bouchel

andit threſor, tom. 3. pag. 827. Ponamus, hanc auri & argenti ſummam in moneta Gallica fuiſſe, multorum tamen annorum, non paucorum id opus fuit: at, quod annuatim cuditur, ſine dubio Pariſiis, in officinis ad hoc extruendis, perfici poſſet, niſi obſtaret difficultas, carbones, & alia materialia, eum in locum comportandi, quæ variæ prouinciæ ſuppeditare ſolent.

cccc) Ita poteſtatem cudendi monetam exercuiſſe Franciæ Reges, ſcribit Bret *de la ſouuer. du Roy, liu.* 2 *ch.* 10. *p.* 254. *qu'ils ont touſiours remporté cet honneur, d'auoir eu la monnoye d'or & d'argent la plus pure de l'Europe.* Quod tamen dubio non caret, ſi monetæ Gallicæ comparatio fiat cum Anglicana; & falſum omnino eſt, ſi de omni ſeculo intelligatur. Nam ipſo Bodino teſte (*de republ. lib. 6. cap. 3. p.* 1064.) Philippo Bello, Regi Francorum, à Dante, Poëta Italo, probro datum eſt, quod numiſmata corrupiſſet, ac dimidiam æris partem (Grimaudet, *des Monnoyes chap.* 3. *n.* 6. refert, duas æris partes & tertiam argenti fuiſſe) argento miſcuiſſet; vnde frequentes in tota Gallia tumultus: cuius facti cum Regem ſero pœnituiſſet, ac nummos priſtinæ bonitati reſtituiſſet, Ludouicum filium admonuit, ne deinceps adulterari numiſmata pateretur. Cæterum, nec ab eo quoque tempore vna, & conſtans, tam aureæ quam argenteæ monetæ Gallicæ, bonitas ſemper fuit. Anno enim cxx. poſt Philippi Belli ætatem, argentei nummi, quos ad puritatem ipſe reduxerat, vix tertiam argenti partem habuerunt. Carolus VII. Rex, ineunte imperio, tametſi rebus afflictis, numiſmata argenti optimi, vt populi gratiam iniret, cudi iuſſit; ſed extremis fere imperii temporibus argenteos nummos labefactauit, cum deteriores, quam Philippus Bellus, cudi iuſſiſſet. deinceps enim argentea numiſmata minui cœperunt, non tantum materiæ bonitate, ſed etiam pondere ipſo: (quod & Ragueau notat *en l'inuentaire des droits Royaux pag.* 478.) Quos enim ſolidos Franciſcus I Rex cudi mandauit, non tantum ſuperioribus leuiores, verum etiam multo deteriores fuiſſe videmus; quippe, qui duas amplius partes æris haberent, tertia pars non tota ex argento conſtabat. Deteriorem tamen ſolidum cudit Henricus filius; deterrimum Carolus IX. ſcilicet dimidia fere parte leuiorem quam auus, admixtis etiam duabus æris partibus, vt argenti tertia tantum pars reſtaret. Id quidem finitimorum principum exemplo, quaſi neceſſitate quadam coactos, Reges Franciæ feciſſe, docet Bodinus *d. lib. 6. de Republ. cap.* 3. *p.* 1073. at Bret *d. liu.* 2. *chap.* 10. *pag.* 254. improbat conſilium, quod Regi datur, vt idem agat. *Ie n'ay iamais eſté* (inquit) *de l'aduis de ceux, qui ont eſtimé, que nous deuions faire noſtre monnoye egale à celle des Princes voiſins, c'eſt à dire, l'affoiblir comme eux, diſant par pretexte, que par ce moyen on les empeſchera d'en leuer noſtre bonne monnoye, & la conuertir en la leur, qui eſt beaucoup plus foible que la noſtre. Car, outre que c'eſt faciliter le chemin aux faux monnoyeurs, c'eſt encores diminuer la gloire de nos Roys, qui ont touſiours rem-*

remporté cet honneur d'auoir la monnoye d'or, & d'argent la plus-plure de l'Europe. (Nunquam mihi placuit opinio illorum, qui putarunt nos debere monetam noſtram æqualem cudere monetæ principum vicinorum, id eſt, eam debilitare, ad illorum exemplum. Prætexunt quidem, hoc medio rem eo perduci poſſe, ne noſtram bonam monetam amplius ad ſe trahant, & flando feriundo in ſuam conuertant, quæ bonitate noſtra eſt inferior. At vero, præterquam quod hoc modo via ſternitur falſarum monetarum fabris, etiam gloriæ Regum noſtrorum adſpergit maculam, qui ſemper ea vixerunt in laude, monetam eorum, tam auream, quam argenteam, optimam eſſe inter omnes monetas Europæi orbis.) Porro, vt argentea numiſmata in Gallia aliquando imminuta fuerunt, ita eandem fortunam ſubierunt quoque aurea. Aureus, quem veterem appellant, drachmam pendit: idem vero, Carolo V. Rege, duobus ſcrupulis minutus eſt. Ad Caroli VIII. Regis imperium, aureus tribus ſcrupulis antiquo leuior, & ceratii dodrante deterior, paulatim cuſus fuit. Ac, tametſi Franciſcus I. pondere ac bonitate meliores ſignari voluiſſet, tempore tamen, quo Bodinus hæc ſcripſit (*d. lib. 6. pag.* 1075.) leuiores ſcrupulo, & ceratii ſemiſſe deteriores cuſi feriebantur. Quod ſi hæ imminutiones veniam admittunt, certe non admittit illa, quæ autore, vt fertur, Cancellario Galliæ facta fuit, in fraudem Caroli V. Imperatoris, & Regis Hiſpaniarum, quando lytron Franciſci I. exſoluendum erat; ingenue hoc confitente Scipione du Pleix; *en l'hiſtoire generale de France, tom. 3. pag. 385. n. 7. & 8.* cuius verba ita ſe habent: *Anne de Montmorancy, Mareſchal & Grand-Maiſtre de France, fut deſpeché auec l'argent, pour l'apporter aux deputés de l'Empereur, retirer les deux fils du Roy, & les reconduire en France, auec la Royne Eleonor. En quoy ſe rencontrerent de grandes difficultés, que la deffiance faiſoit naiſtre d'vne part & d'autre, & meſmement du coſté des Eſpagnols, apres qu'ils eurent deſcouuert vne fraude, de l'inuention du Chancelier du Prat, (qui n'agueres auoit eſté faict Cardinal) meilleur meſnager d'argent, que de la reputation de ſa Nation. C'eſt, que faiſant faire le payement en eſcus d'or, il en fit affoiblir l'aloy. Mais les Eſpagnols, ayant eu la patience, de mettre quatre mois à les faire toucher, peſer, & compter, par des orfeures de leur nation, le deſchec fut appretié à quarante mille eſcus; tellement, que de ce beau meſnage, il ne reuint aux François, que perte, honte, & confuſion, & au Chancelier, particulierement, blaſme & reproche. Certes S. Louys proceda de meilleure foy, enuers les Sarrazins, lors qu'il leur fit payer ſa rançon: Car eux s'eſtans meſcomptés de trente mille francs (dix mille liures*, ſecundum Fauyn *au theatre d'honneur liu. 9. p. 1564.* quam ſummam etiam habet dicti Regis, familiaris & coætaneus, le Seigneur de Ionuille *en la Chronique & vie de S. Louys c. 50. pag. m. 176.*) *il leur fit payer ſoudain cette ſomme.* (Annas Montmorantius, Mareſchallus, & magnus Magiſter Franciæ, miſſus fuit anno MDXXX. cum pecu-

pecunia, ad deputatos Imperatoris, vt, ea perſoluta, duos Regios filios reduceret in Franciam, vna cum Regina Eleonora. Huic negotio diffidentia vtriusque partis varia impedimenta oppoſuit, præſertim ab Hiſpanorum latere, poſtquam recognouiſſent fraudem, cuius autor fuerat Cancellarius Franciæ, Pratæus, (qui non pridem ante fuerat receptus in Collegium Cardinalium) frugalior in ſoluenda pecunia, quam in conſeruando honore Nationis ſuæ. Cum enim eius conſilio fieret ſolutio nummis aureis, eorum bonitatem imminui curauerat. Hiſpani autem, quatuor menſium curſu, patienter examinantes monetam illam, (à Francis oblatam) opera aurifabrorum ſuorum, lapide Lydio, lance, & numero, deprehenderunt deficere XL. millia coronatorum. Hinc ea frugalitas Gallis peperit damnum, ignominiam ac confuſionem, & ſpeciatim Cancellario vituperium, ac opprobrium. Certe, Ludouicus Sanctus meliori fide Saracenis lytrum ſuum repræſentari fecit. Cum enim illi in calculo, vſque ad ſummam XXX. millium librarum, erraſſent, defectum ſtatim ſuppleri iuſſit.) Denique nec hoc ſilentio inuoluendum, Reges Franciæ, non ſolum impendia, quæ faciunt in fabricam monetarum, *pour le braſſage, c'eſt à dire, pour les frais & les ſalaires des monnoyers*, ab ipſa maſſa, quæ cuditur, detrahere, verum etiam inde deducere lucrum, quod *Seigneuriage* appellatur, quoniam (*il eſt deu au Roy, à cauſe de la ſoueraineté; Et ces deux droits ſe montent a quatre liures, quinze ſols, pour marc d'or; & quatorze ſols, quatre deniers pour marc d'argent. C'eſt pourquoy on ne trauaille aux monnoyes d'or, que ſur le tiltre de 23. carats, & d'argent le Roy, ſur le tiltre d'onze deniers, douze grains; de ſorte que le ſurplus du fin, qui eſt le vingt quatre carat, & le demy denier, reuiennent au prouſit du prince.*) debetur Regi, vt ſupremo domino. Duplex vero hoc ius accedit ad quatuor libras & quindecim ſolidos, pro marca auri, ex qua fiunt nummi, ad quatuordecim autem ſolidos, & quatuor denarios pro marca argenti. Itaque bonitas monetæ aureæ, materiam ſi ſpectes, eſt viginti trium ceratiorum; argenteæ vero, vndecim denariorum, & duodecim granorum, & quod puritati ſupremæ, quæ in auro eſt viginti quatuor ceratiorum, deeſt, & dimidius ille denarius in argento, principi cedunt in lucrum: Bret *d. l. p. 259.* (paulo aliter rem explicat Ragueau, *en l'indice &c. pag. 694. Droict de Seigneuriage, qui appartient au Roy pour la fabrication des monnoyes, auquel auſſi reuiennent de bon les eſcharcetes & foiblages des monnoyes. Le Roy prend ſoixante & cinq ſols pour marc d'or, quatre ſols ſix deniers pour marc d'argent, vingt deniers tournois pour marc de billon, & y a autres droits pour les ouuriers. Et faut noter, que ledit droit de Seigneuriage peut changer, ſelon la valeur des marcs d'or, & d'argent, & ſelon le prix, qui eſt donné au Maiſtre pour ſon braſſage.*) Eſt autem & illud quoque notatu dignum, quod alicubi ſubditi ſoluerint certam pecuniam, hanc ob cauſam, ne moneta à principe immutaretur.

Digitized by Google

Monneage, c'eſt vne aide de douze deniers pour feu, qui eſt deuë au Duc de Normandie, de trois ans en trois ans, afin qu'il ne face changer la monnoye, qui court en Normandie, au preiudice des ſubiects, & des marchans eſtrangers. Comme auſſi le peuple d'Arragon promit de payer à ſon Roy, de ſept en ſept ans, vn Marauedi pour feu, en recompenſe de ce que le Roy auoit iuré aux Eſtats, de ne changer iamais la monnoye: Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 478.

dddd) Cauſas potiſſimum duas probas, & ſufficientes agnoſcunt. *Vna* eſt magna & vrgens neceſſitas (ob quam etiam Romani, cum, bello Punico primo, impenſis Reſpublica non ſatisfaceret, aſſes ſextantario pondere, vt Plinius *lib.* 33. *nat. hiſt.* memorat, feriri fecerunt.) Boërius *deciſ.* 327. *Mais quand l'on eſt reduit à ces extremités, l'on doit obſeruer* (ita tradit Bret *de la ſouuer. liu.* 2. *chap.* 10. *pag.* 252.) *deux choſes: l'vne, que celuy, qui a le commandement, & qui donne cours à telles monnoyes, s'oblige de reparer la perte, que le peuple en peut receuoir, quand la neceßité ſera paßée. L'autre, que l'on ne doit rien innouer en la fabrique de la monnoye, que de l'aduis, & par vne commune deliberation, de tous les Ordres: ce que l'on a touſiours pratiqué en ce Royaume, comme nous enſeignent les anciennes ordonnantes, celles de François I. Henry II. & III. & les dernieres. Deinde,* eodem Bretio *d. c.* 10. *p.* 259. monente, *le fin de l'or, & de l'argent, en la monnoye s'affoiblit legitimement par le moyen de deux droits qu'on leue ſur ſon ouurage: dont le premier s'appelle Seigneuriage, pource qu'il eſt deu au Roy, à cauſe de ſa ſouueraineté. Et quelques fois les Princes, craignans d'empirer la monnoye, le remettent liberalement à leurs peuples. L'autre eſt pour le braſſage; c'eſt à dire, pour les frais, & les ſalaires des monnoyeurs. bien que le Roy Henry II. pour la meſme conſideration ait ordonné, que ces frais ne ſe prendroient plus ſur la monnoye, mais bien ſur le public, par forme de taille; qui eſtoit auſſi l'aduis de la gloße ſur la loy* 1. *ff. de contr. empt. Mais ceſte ordonnance a depuis eſté reuoquée par le Roy Charles IX.* (Verum, quando ad eam extremitatem peruenimus, duo obſeruari debent: *Primo*, cui imperium in cæteros eſt, & qui talem monetam expendit, promittere debet, ſe populum ſeruaturum indemnem, vbi neceſſitas ceſſauerit. *Secundo*, nihil innouare in moneta debet, niſi communi conſilio & placito omnium ordinum, quod in Regno Franciæ ſemper obſeruatum fuiſſe nos docent conſtitutiones antiquæ, Franciſci I. Henricorum II. & III. & nec non recentiores. Deinde, eodem Bretio monente, puritas auri & argenti in moneta legitime imminuitur per duo iura, quibus ſupremus in cudenda moneta ſibi proſpicit; quorum *primum* dicitur *Dominicale*, quia Regi, vt ſupremo Domino, competit. Aliquando quidem Principes, nolentes monetam deteriorare, hoc ius liberaliter remittunt, vtilitatis ſubditorum cauſa. *Alterum* eſt, quod concernit ſumptus, qui fiunt in fabricanda moneta, & ſalaria eorum, qui rem monetariam curant, atque promouent. Henricus II. ne bonitas monetæ

Digitized by Google

netæ imminueretur, conſtituit, ne iſti ſumptus amplius ab ipſa moneta detraherentur, ſed vt populus eos refunderet, tributo peculiari: quod etiam viſum fuit gloſſæ *ad l. 1. ff. de contrah. empt.* Verum hæc conſtitutio poſtea reuocata fuit à Rege Carolo IX.) Præterea, eſt etiam alia monetæ imminutio, quæ accidentalis, non enim fit ex propoſito, vnde & aliquando augmentum quoque prouenire deprehenditur. Hæc tamen, æque vt illa, non magni eſt momenti. Oritur autem inde, quoniam fere impoſſibile eſt omnes nummos ita excudere, vt pondere omnino æquales ſint. Quod cum ita ſe habeat, (*le Prince donne vn certain nombre de grains ou quantité de poids, ſur tout le marc, ſoit ſur le foible, ou ſur le fort: (C'eſt à dire, au deſſous, ou au deſſus du poids du marc) en ſorte, que s'il ne s'en faut que le nombre ſuſdit des grains, que toutes les pieces qui doiuent faire le poids du marc n'y reuiennent, les pieces ſont receuës comme bonnes, & de poids; mais le maiſtre de la monnoye doit payer ce defaut de poids, au Prince. Que ſi leſdites pieces excedent de la quantité du nombre ſuſdit le poids du marc, le Prince en doit dedommager le maiſtre de la monnoye. Ce nombre de grains s'appelle remede de poids, lequel s'il eſt pris au deſſous du poids du marc, on le nomme remede ſur le foible, que s'il eſt au deſſus, on le qualifie remede ſur le fort. En France, au moins à preſent, on ne pratique le remede ſur le foible, pour rendre le maiſtre de la monnoye redeuable, & non pas le Roy, qui le feroit, ſi le remede eſtoit ſur le fort. Ce remede n'eſt pas egal en toutes eſpeces de monnoye: Car il n'eſt pour les eſcus que de deux felins, qui valent 14. grains, & $\frac{2}{5}$. pour les quarts, & demy quarts d'eſcu, de 36. grains, autrement d'vn denier, douze grains; pour les pieces de vingt, de dix, & de cinq ſols, de 33. grains; pour les ſols, du poids de deux ſols & demy: & pour les doubles tournois, du poids de quatre doubles: de ſorte qu'il eſt plus grand ſur l'argent que ſur l'or, ſur le billon, que ſur l'argent, & ſur le cuiure que ſur le billon:* Sauot *au diſcours ſur les medailles, parte 2. chap. 21. pag. 221.*) Princeps conſtituit certum aliquem numerum, aut aliquam quantitatem ponderis, propter ſingulas marcas, ſiue id faciat reſpectu defectus, vel exceſſus, id eſt, infra, vel ſupra marcam. Ita quidem, vt ſi præter numerum dictorum granorum nihil amplius deficiat, quo minus omnes nummi, qui marcam pondere æquare debent, iuſtum exacte aſſequantur pondus, ſinguli habeantur, ac expendantur, tanquam boni, & iuſti ponderis. Is tamen, cuius curæ officina monetæ commiſſa eſt, quem *Magiſtrum monetarium* dicunt, debet principi ſoluere id, quod deeſt ponderi. Vbi vero nummi ſuperant, vel excedunt pondus marcæ totidem granorum, Princeps debet Magiſtrum monetarium indemnem ſeruare. Hic granorum numerus dicitur remedium ponderis, quod, ſi intelligatur de eo caſu, quo defectus in pondere marcæ deprehenditur, appellatur remedium defectus, vel debilitatis; ſi de illo, quando exceſſus deprehenditur, dicitur remedium exceſſus. In Francia, vt hodie ſe res habet, remedium

defectus tantummodo in vſu eſt, vt magiſter monetarius obligetur ſatisfacere Regi, non hic illi, quod fieri neceſſe eſſet, ſi & alterum obſeruaretur. Porro hoc remedium non eſt æquale in omnium nummorum ſpeciebus; in coronatis, ſiue ſcutatis, eſt duorum, vt loquuntur, felinorum, qui conſtituunt quatuordecim grana, cum $\frac{2}{5}$: in quadrantibus, vel ſemiquadrantibus ſcuti, eſt 36. granorum, ſiue eſt denarius & duodecim grana; in nummis qui valent ſolidos viginti, decem, aut quinque, eſt 33. granorum; in ſolidis, pondus duorum ſolidorum & dimidii, & in duplis Turonenſibus, pondus quatuor duplorum: ita ſcilicet maius eſt hoc remedium in nummis argenteis, quam aureis, in æreis quam argenteis &c.

prattique encor en Angleterre, & Polongne, où les Roys ne peuuent faire aucune leuée ſans le conſentement des Eſtats. Mais ie croy qu' à preſent le contraire s'obſerue par tout ailleurs, & qu'il n' y a plus d'autres Princes ſouuerains, voire meſme de Princes ſubiects, qui n'ayent preſcrit droit de leuer deniers ſur le peuple; de ſorte, qu' à mon aduis, il ne faut plus doubter, qu' en France (qui eſt poßible au iourd'huy la plus pure, & plus parfaicte Monarchie du monde) noſtre Roy, n'ayant d'ailleurs presque plus d'autre fonds de finance, ne puiſſe faire des leuées de deniers, ſans le conſentement des Eſtats, qui n'ont aucune part en la ſouueraineté. Car puisque la puiſſance publique du ſouuer[ain] s'eſtend außi bien ſur les biens, que ſur les perſonnes, il s'enſuit, que, comme il peut commander aux perſonnes, außi peut il vſer des biens de ſes ſubiects. Mais, comme le commandement des perſonnes ne les rend pas eſclaues, außi ceſt vſage des biens ne les reduit pas en la Seigneurie priuée du Prince: pource que la Seigneurie priuée eſt la parfaicte proprieté, dont on peut vſer à diſcretion; mais l'vſage de la Seigneurie publique doit eſtre reglé par iuſtice, voire eſtre dirigé à la propre vtilité & neceßité du Peuple: eſtant bien raiſonnable, que ſon Prince, à qui Dieu l'a baillé en garde, le puiſſe tirer du peril, à meſme ſa bourſe, malgré qu'il en ait, comme le malade qu'on medicamente contre ſa volonté. Et de faict, Dion in Auguſto *nous apprend, que l'vne des dependances du pouuoir ſouuerain des premiers Empereurs de Rome, ores qu'ils ne fuſſent que Princes ſubiects, eſtoient de faire des leuées de deniers.*) Politici moderatiores docent, Reges iure non poſſe tributa exigere à ſubditis, poteſtate ordinaria, ſine conſenſu populi, non minus quam alteri bona ſua auferre. Poteſtatis enim publicæ ius verti in mandato & autoritate, non autem extendi in dominium rerum, quæ ſpectant ad ſingulos priuatos: In quo conſiſtit differentia Monarchiæ dominatus, & Monarchiæ ſuperioritatis; illa enim coniunctim tenet dominium publicum & priuatum, perſonarum & bonorum ſubditorum ſuorum; altera vero ſolam habet ſuperioritatem, & dominium publicum. Atque hoc eſt, quod ſapiens ille politicus, Philippus Cominæus, quodammodo repræſentare voluit, in comitiis Turonenſibus, vt *ex eiuſdem commentariis* patet. Si rem ipſam excutimus, certum eſt, tributa olim in Francia nec ordinaria, nec perpetua fuiſſe, qualia nunc ſunt, nec potuiſſe imponi citra conſenſum populi, & ceſſaſſe ceſſante cauſa, ob quam erant impoſita. Imo vero potiſſimum comitia cogebantur hunc in finem, vt ordines Regni conſentirent in noua tributa. Populus quoque eligebat illos, qui debebant exigere & colligere tributa, vel oblationes, & auxilia; (ita enim appellabantur, quod populus ſponte Regi his ſubueniebat, in tempore neceſſitatis.) hanc eandem ob cauſam adhuc hodie vocantur Electi, illi qui tributa exigi curant in ſingulis prouinciis; Generales vero (ſiue tributorum reſpectu, ſiue cognitionis & iuriſdictionis circa eadem) dicuntur illi, qui ſupremi inſpectores negotii ſunt. Idem adhuc obtinet in

Anglia,

Digitized by Google

Anglia, & Polonia, vbi Regibus noua tributa à ſubditis exigere haud licet, niſi Status in id conſentiant. Mihi videtur hodie contrarium in cæteris Regnis omnibus obſeruari, Principeſque ſupremos, imo & non ſupremos, præſcriptione ſibi acquiſiuiſſe ius imponendi ſubditis tributa. Sic quidem, vt meo iudicio, nunc extra dubium ſit, in Francia, (quæ forte hodie eſt inter omnes maxime pura, & perfecta Monarchia orbis) Regem, vbi aliunde vix quicquam redituum habet, poſſe exigere tributa ſine conſenſu ordinum, qui quoad ſuperioritatem cum illo nullatenus concurrunt. Quoniam enim poteſtas publica ſupremi domini extenditur non minus in bona, quam perſonas ſubditorum, ſequitur, vt quemadmodum perſonis imperat, ita quoque vti poſſit bonis ſubditorum. Cum autem imperium illud perſonas non redigat in claſſem mancipiorum, ita nec vſus ille bonorum, ea ſubiicit dominio priuato Principis. Dominium namque priuatum eſt perfecta proprietas, qua vti poſſumus pro placito; verum vſus dominii publici pro regula habet iuſtitiam, atque vtilitatem, & neceſſitatem populi. Rationi quippe omnino conueniens eſt, Principem, cui Deus cuſtodiam populi credidit, quo eum liberet à periculo, habere quoque marſupium eiuſdem, etiam eo innito; Sic enim & inuitos, datis medicamentis, ſanitati reſtituimus. Certe, à Dione *in Auguſto* diſcimus, à ſuprema poteſtate primorum Imperatorum Romanorum, etiam tunc, quando erant Principes, & nondum abſoluti, dependiſſe ius imponendi tributa.

bbbbb) Comme on void chacun des membres du corps humain contribuer ſes facultés à la nourriture d'iceluy, auſſi eſt-il raiſonnable, que tous les membres de l'Eſtat contribuent à ſes neceſſités, ce qui eſt de leur puiſſance. Neantmoins, encore que la Nobleſſe de France employe ſa propre vie, pour la defenſe du Royaume, & le tiers Eſtat ſes biens, les Eccleſiaſtiques ont touſiours maintenu, que c'eſtoit aſſés qu'ils y contribuaſſent leurs prieres vers Dieu; mais quant à leurs biens, ils ſe ſont faits à croire, qu'ils eſtoient hors de l'Eſtat, & exempts de la puiſſance temporelle. De ſorte qu'ils n'en ont voulu faire aucune contribution, fors en un ſeul cas, à ſçauoir, lors qu'il a eſté queſtion de quelque guerre ſaincte: Loyſeau *du droit des offices liu. 2. chap. 9. n. 1.* (Quemadmodum deprehendimus ſingula membra corporis humani contribuere ad eiuſdem nutrimenta, ita quoque rationi conuenit, vt omnia membra Status contribuant pro facultatibus ſuis, id quod neceſſe eſt ad conſeruationem ſui. Licet autem ordo nobilium Franciæ propriam vitam exponat pro defenſione Regni, & ordo plebeius, quem tertium dicimus, conferat facultates ſuas; Eccleſiaſticus tamen ordo ſemper aſſeruit, ſatis eſſe, ſi ad eundem finem preces ſuas & vota conferat: bona autem quod attinet, nobis perſuadere voluit, illa poteſtati temporali non ſubiacere, ſed quaſi extra Statum eſſe. Itaque tributa ſoluere ſemper recuſauit, vnico illo caſu excepto, quando bellum ſacrum ſuſcipiendum fuit.)

ccccc) *La premiere contribution faicte par le Clergé, au moins dont l'hiſtoire de France face mention, fut à la guerre, que Charles Martel entrepriſt pour la defenſe du Pape, contre les Lombards, pour laquelle ils fournirent la dixieſme partie de leur reuenu, appellee en Latin* decima. *Ils fournirent encore vne autre decime ſoubs Philippe Auguſte, au premier voyage de la terre Saincte, qui fut appellée, decime Saladine; pource qu'elle fut promptement leuée ſur le bruit arriué, que Saladin auoit pris Hieruſalem. Pareillement, en ce grand Concile de Latran, tenu ſoubs Innocent III. il fuſt ordonné, que pour ſemblables voyages de la terre ſaincte, il ſeroit priſe vne decime ſur les Eccleſiaſtiques. Et depuis ce temps, à meſure qu'il s'eſt preſenté quelque guerre, où les Eccleſiaſtiques ont eu tant ſoit peu d'intereſt, on n'a ceſſé de leuer ſur eux des decimes, tantoſt pour la defenſe des Papes, (notamment lors qu'ils reſidoient en Auignon, ce leur eſtoit quaſi vn reuenu ordinaire) tantoſt pour le Roy, par permiſſion du Pape; de ſorte, que, comme dit le vieil annaliſte, le Pape, & le Roy pratiquoient l'vn enuers l'autre c'eſt ancien dire, donne m'en, ie t'en donray. Pour le regard des decimes, que les Papes auoiens pris couſtume de leuer, elles furent retrenchées par le Concile de Conſtance, fors en cas de conſentement vniuerſel des prelats. Et de faict, il n'en a point eſté leué du depuis en France, comme auſſi les Papes n'en ont eu grand beſoing. Mais quant à celles des Roys, elles leur ont eſté ſi ſouuent concedées par les Papes, ou accordées par les Eccleſiaſtiques, qu'à la parfin, en ce Royaume, de conſequence elles ont eſté reduites en ſubſide ordinaire, tout ainſi que les tailles du tiers Eſtat, qui au pareil n'eſtoient du commencement impoſées, ſi non pendant la guerre, & du conſentement du peuple. On tient communement que ce fut ſoubs le Roy François I. que les decimes furent conuerties en ſubſide ordinaire; ce qui n'eſt pas vrayſemblable, attendu l'Edit du Roy Henry II. ſon ſucceſſeur, de l'an MDLVII. contenant l'erection d'vn Receueur des deniers extraordinaires, & caſuels, pour, entre autres deniers, receuoir (porte l'Edit) les dons gratuits & charitatifs, equipollens à decimes, quand ils nous ſont, & ſeront accordés par les Prelats diocesains de noſtre Royaume. Noms qui furent premierement attribués à ceste ſubuention du Clergé, par le reſcrit du Pape Boniface VIII. lors qu'il permit au Roy Philippe le Bel, de faire vne leuée ſur les Eccleſiaſtiques, pour la defenſe du Royaume, comme il ſe void au vieil ſtyle du Parlement,* tract. de iur. Reg. Franc. *où elle n'eſt pas appellée decime, pource qu'il n'y auoit que les leuées faictes pour les guerres ſainctes, qui fuſſent proprement appellées ainſi. Mais ie tien pour certain* (verba ſunt de Loyſeau *d. tr. des droits d'offices, d. liu. 2. chap. 9. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*) *que ce fut ſeulement du temps du Roy Charles IX. pendant la continuation des guerres de la Religion, qu'on fut contraint d'auoir recours annuellement à ceſte ſubuention; à laquelle partant on redonna le nom de decime, comme eſtant faite pour vne guerre ſaincte: toutesfois d'autant qu'au fort de la guerre elle eſtoit mal-aiſée à leuer, auſſi que la decime n'eſtoit pas ſuffiſante aux grands frais, &*

prompres

promptes neceſſités de ceſte guerre (à laquelle neantmoins les Eccleſiaſtiques auoient le principal intereſt, pource que c'eſtoit principalement à leurs perſonnes, à qui on en vouloit, & leur reuenu qu'on vouloit vſurper) on s'aduiſa d'emprunter pour eux à rente grandes ſommes de deniers, ſoubs le nom & credit des Preuoſts des Marchans, & Eſcheuins de Paris, auſquels le Roy tranſporta par engagement ſes aydes & gabelles à proportion, dont les Eccleſiaſtiques luy baillerent indemnité, & lui promirent, de racquitter ces rentes apres la paix. Et de fait en l'an MDXCVIII. eux-meſmes ſe chargerent directement de ces rentes, & les aſſignerent, & realiſerent ſur leurs domaines & reuenus ſolidairement; moyennant laquelle aſſignation, les Preuoſts des Marchans, & Eſcheuins de Paris rendirent au Roy les aydes, & gabelles, dont ils iouiſſoient par engagement, ou aſſignat. En outre, les Eccleſiaſtiques promirent d'acquiter & amortir entierement lesdites rentes, dans dix ans, afin que le Roy, & l'Hoſtel de ville de Paris, en fuſſent entierement deschargés. Ce que n'ayant faict depuis ce temps, il a fallu continuer par chacun an à faire leuée de decimes ſur le Clergé, pour payer les arrerages de ces rentes. (Vide infra h. lib. 9. lit. rr.) *Car encor qu'il maintienne à preſent, que dans ces dix ans il fut leué des deniers à ſuffire pour racquiter entierement le ſort principal d'icelles, outre les arrerages, & que pourtant il pretende en eſtre quitte, neantmoins ſi ainſi eſt, que la leuée ait eſté faite, il faut que les deniers ayent eſté diuertis, & baillés aux defuncts Roys, à meſure qu'ils en ont eu beſoing. C'eſt pourquoy en l'an MDLXXX. les Eccleſiaſtiques conſentirent, que la leuée de treize cent mil liures par an fut continuée pendant ſix ans ſeulement: en l'an MDLXXXVI. ils la renouuellerent pendant dix ans. Et finalement en l'an MDCVI ils l'ont encor renouuellée pour dix ans, touſiours ſoubs de belles proteſtations, de n'eſtre tenus de ces rentes, & que ce qu'ils les payent, c'eſt ſeulement de grace, & pour contenter le Roy. De ſorte que c'eſt en effect, comme les indictions de l'Empire, qui n'eſtoient faictes que pour quinze ans, mais ſe renouuelloient touſiours de quinze en quinze ans, qui fut cauſe, qu'en fin l'indiction ſignifia le temps de quinze ans. Ou bien, comme les premiers Empereurs Romains ſe faiſoient eslire tous les dix ans par le Senat, auec beaucoup de magnificence, à cauſe qu'Auguſte, ayant propoſé au Senat de quitter l'Empire, & redonner l'ancienne liberté au peuple, fut prié d'en attendre encor dix ans, & apres ces dix ans fut derechef prié d'en attendre dix autres; mais tout cela n'eſtoit que pour la forme. Car ces Empereurs, ni poſſible Auguſte meſme, n'auoient pas deſſeing de quitter l'Empire, ſi l'on l'euſt pris au mot: comme au pareil ce n'eſt pas l'intention des Roys, de quiter ceſte indiction, ou ſubſide des Eccleſiaſtiques apres les dix ans.* (Prima contributio Clericorum, cuius hiſtoria Franciæ mentionem ingerit, facta fuit ad bellum, quod Carolus Martellus ſuſcepit pro defenſione Papæ, contra Longobardos, cuius cauſa ſoluerunt decimam partem ſuorum redituum, quæ inde latino nomine dicta fuit *decima*. Aliam poſtea contribuerunt, quando

Philip-

Philippus Auguſtus primam expeditionem ſuſcepit in terram ſanctam, nomine decimæ Saladinæ; fuit enim facta citra moram, tunc, vbi euulgatum fuerat, Saladinum occupaſſe Hieroſolymam. Similiter, in magno Concilio Lateranenſi, ſub Innocentii III. Pontificatu, conſtitutum fuit, vt ad ad eiuſmodi expeditiones in terram Sanctam, Eccleſiaſtici decimam conferrent. Poſt illud tempus, prout bellum ſuſcipiendum, in quo vel tantillum intereſſe Eccleſiaſticorum deprehenſum, non intermiſſum fuit ab illis exigere decimas, nunc pro defenſione Pontificis, (potiſſimum quando Auenioni reſedit; tunc enim id fere fuit ordinarium) modo pro Rege, permiſſu Pontificis, ita vt, ſecundum hiſtorici veteris dictum, inter Pontificem & Regem frequentabatur contractus *da, & dabo.* Decimæ, quas Pontifex exigere ſolebat, limitatæ fuerunt in Concilio Conſtantienſi, atque redactæ ad ſolum caſum vniuerſalis conſenſus prælatorum: & ſic poſtea in Franciæ exigi ceſſarunt, cum & Pontifices illis haud habuerint opus. Illæ vero, quæ Regibus ſoluendæ, toties Regi conceſſæ fuerunt à Pontificibus, aut permiſſæ ab Eccleſiaſticis, vt tandem in hoc Regno conſequenter fuerint redactæ in numerum ſubſidiorum ordinariorum, ad exemplum tributorum tertii ordinis, quæ olim quoque, & in initio, non imponebantur niſi tempore belli, ac conſenſu populi. Communis quidem eſt opinio, decimas illas ſubſidium ordinarium factas fuiſſe, regnante Franciſco I. Sed ea mihi non videtur eſſe veroſimilis, propter ſucceſſoris eius Regis Henrici II. edictum anno MDLVII. quo conſtituitur Quæſtor redituum extraordinariorum, & dependentium à caſu, qui inter alias pecunias, vt verba edicti ſonant, recipiat dona gratuita & charitatiua, æquipollentia decimis, quando Regi ſunt & erunt promiſſa à Prælatis diœceſanis Regni. Quæ nomina primum attributa fuerunt ſubuentioni Clericorum, reſcripto Pontificis Bonifacii VIII. quando permittebat Regi Philippo Pulchro, tributum imponere Eccleſiaſticis, pro defenſione Regni; vt videre eſt in Stylo Parlamenti, *tract. de iure Reg. Franc.* vbi non dicitur decima; quoniam tributis, quæ imponebantur belli ſacri cauſa, hoc nomen proprie attribuebatur, non aliis. Ego pro certo habeo, ſub Carolo IX. eueniſſe, quod Franciſci tempori adſcribi audiuimus. Cum enim tunc bella religionis cauſa continuarent, neceſſe fuit, quotannis hiſce tributis vti, quibus tamen iterum nomen decimæ dabatur, quod ſolueretur quaſi ſacri cuiuſdam belli cauſa. Verum, cum, bello nimium graſſante, difficulter decimæ colligerentur, nec ſufficerent neceſſitatibus belli, (quod maxime concernebat intereſſe Eccleſiaſticorum, de quorum corio & bonis ludebatur) placuit horum nomine mutuo accipere magnam pecuniæ ſummam, interueniente opera Præpoſiti Mercatorum, & Scabinorum Pariſienſium, quibus Rex, ſecundum proportionem mutui, addicebat ſua vectigalia & gabellam; Eccleſiaſticis promittentibus, ſe illum indemnem

ſerua-

ſeruaturos, & ceſſante bello omnia ſoluturos. Anno deinceps MDXCVIII. illi directo ſeſe obligarunt pro iſto mutuo, & ſuos propterea onerauerunt reditus; quo facto, Præpoſitus mercatorum, ac Scabini Pariſienſes, Regi reddiderunt vectigalia & gabellas, quibus eouſque, tanquam pignore, aut aſſignatione, vſi fuerant. Eccleſiaſtici præterea promittebant, ſe intra decennium, ſoluto debito, pignus luituros, atque ita Regi, & Curiæ ciuitatis Pariſienſis ſatisfacturos. Quod cum facere ſuperſediſſent, neceſſe fuit ſingulis annis à Clero decimas exigere, indeque ſoluere reliqua, & vſuras, vel fructus mutui. Nunc quidem prætendere ſolent, per illos decem annos ſufficientem ſummam ad ſoluendum mutuum, vſuras & reliqua, collectam fuiſſe, ſicque ſe liberatos à debito; at ſi ita ſe res habet, credendum eſt, argentum illud alios in vſus conuerſum, datumque fuiſſe Regibus, prout neceſſitas tunc poſtulauit. Anno MDLXXX. Eccleſiaſtici conſenſerunt, vt exactio librarum tredecies centenorum millium per ſexennium modo continuaretur; anno MDLXXXVI. eiuſdem continuatio facta fuit in decennium. Tandemque anno MDCVI. extenſio facta eſt in aliud decennium: ſemperque cum ſolemni proteſtatione, ſe non obligari amplius quicquam ſoluere, ratione debiti olim contracti, ſed ſponte hoc agere, in gratiam Regis. Ita, in effectu, hæc exactio ſe habet ad inſtar indictionum in Imperio vſitatarum, quæ per quindecim annos durabant, quibus elapſis, iterum extendebantur alios quindecim in annos, vnde natum, vt nomen indictionis poſtea ſignificarit quindecim annos. Aut, quemadmodum primi Imperatores Romanorum curabant ſe magna ſolemnitate eligi per Senatum, ſingulis decem annis exactis, poſtquam Auguſtus in Senatu declarauerat ſe depoſiturum imperium, & redditurum populo antiquam libertatem, rogatus autem fuerat, vt imperio adhuc per decennium præeſſet; & iterum, elapſo illo termino, vt per aliud decennium præeſſet; omnia tamen dicis ſolum cauſa fiebant. Illi enim Imperatores, & fortaſſis ipſe etiam Auguſtus, nunquam habebant in animo cedere Imperio; Sic quoque Regum noſtrorum mens nunquam fuit, indictiones illas, atque ſubſidia, à Clericis promiſſa, elapſo decennio remittere.)

ddddd) Priuilegium conceſſum exiſtimatur Regibus Galliarum in perpetuum, per Bonifacium VIII. antequam Philippo Pulchro infenſus eſſet, de imponendis vectigalibus, vel colligendis auxiliis ab Eccleſia, dum expediret Reipublicæ: cuius priuilegii & conſtitutionis facit mentionem Guillel. Benedict. *ad c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine, n. 136. de teſtam.* Nec ad rem facit, quod ipſe Bonifacius VIII. reuocauit hoc priuilegium, & alia ſimilia, *c. clericis, §. fin. de immun. Eccleſ. in 6.* Nam poſtea Clemens V. in Concilio Viennenſi expreſſe reuocauit illam decretalem Bonifacii, incipientem, *Clericis, in Clement. vnic. de immunit. Eccleſ.* propter ſcandala, quæ inde

oriebantur, & reſtituit ſimpliciter Concilium Lateranenſe; quo non licet exactiones vllas Eccleſiis imponere, ſine autoritate ſummi Pontificis, & conſequenter reſtituit, aut conſeruauit priuilegium conceſſum Regi Galliarum, propter ſingularia beneficia, quæ collata ſunt à Regibus Francorum, ſeu Gallorum, in ſedem Apoſtolicam, quæ meruerunt maiora priuilegia, conceſſa aliquando non ſolum in bona Eccleſiaſtica, & beneficia, & inueſtituras, ſed etiam in ordinationem Sedis apoſtolicæ. Quin & liberales ſummi Pontifices, in auxilium Regni permiſerunt Regibus aliquando colligere auxilia ex beneficiis ipſis, quæ decimarum nomine appellantur. Sic cum inuaderetur Franciſcus I. anno Domini MDXXII. vndique ab inimicis; nempe in Italia, in Ducatu Mediolani, ab Hiſpanis, Italis & Alemanis; in Picardia, à Flamingis, Sicambris, & Anglis; in Campania ab Alemanis; in Aquitania & Vaſconia, ab Hiſpanis; vi illius bullæ Bonifacianæ, petiit ſubſidium ab Eccleſiis Galliæ, compulſus neceſſitate, in qua etiam ſine autoritate ſummi Pontificis, dum tempus non patitur dilationem, Princeps repente inuaſus, & imminente periculo Regni, poteſt petere ſubſidium ab Eccleſia, ſi modo ſit princeps qui non habeat ſuperiorem. (Lucas de Penna *ad. l. 2. de quib. munerib. nemini liceat ſe excuſ. lib. 10. Cod.*) Ita Tholoſanus *de Republ. lib. 3. c. 8. n. 46.*

eeeee) Priuilegii huius, ſiue bullæ Pontificiæ (quæ extare dicitur in libro *liliorum*) tenorem exhibet Choppinus *de domanio Gall. lib. 3. tit. 30. n. 18.* & ante eum expreſſit Feraldus *in tr. de priuilegiis Regni Franciæ, priuileg. 4.* hiſce formalibus. BONIFACIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis, electis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Capitulis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, nec non & nobilibus viris, Ducibus, Comitibus, Baronibus, militibus, & cæteris per Regnum Franciæ conſtitutis, ad perpetuam rei memoriam. Etſi de ſtatu Regni cuiuslibet, in quo Catholicæ fidei viget ſignaculum, paternæ ſolicitudinis ſtudio cogitemus; ad ſtatum tamen Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, in quo ſemper anteactis temporibus erga Romanam matrem Eccleſiam viguit deuotionis integritas, reuerentiæ plenitudo ſplenduit, & feruentis obedientiæ promptitudo, tanto ſolertius arcem confidentiæ extendimus, & circa illud cogitationis noſtræ verſatur inſtantia, quantum ipſum vlteriori fauore proſequimur, & ſincerius gerimus in viſceribus charitatis. Dudum ſiquidem paſtoralis officii debitum exequentes; in fauorem Eccleſiarum, & Eccleſiaſticæ libertatis, autoritate Apoſtolica duximus ſtatuendum, ne Prælati & perſonæ eccleſiaſticæ, cuiuscunque dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſtant, ſub adiutorii, mutui, vel doni nomine, Imperator, Reges, ſeu principes, aut aliter præſidentes, ea imponere, & exigere vel recipere, ab eiſdem Prælatis, & perſonis eccleſiaſticis, au-

cis, audeant, certis pœnis adiectis nihilo minus in hac parte. Verum nonnulli noſtræ intentionis ignari, ſuæque prudentiæ innitentes, huiuſmodi conſtitutionem noſtram, non rationabili, aut æquitati conſonæ, ſed voluntariæ interpretationi ſubiicere moliuntur, non attendentes, quod ad eum, qui condidit, interpretatio noſcitur pertinere. Nos igitur huic morbo congruam intendentes adhibere medelam, & vt cuiuslibet ambiguitatis ſcrupulus in hac parte tollatur, & veritatis puritas eluceſcat, autoritate præſentium declaramus, quod conſtitutio ipſa, vel eius prohibitio, ad donaria vel mutua, ſeu quæuis alia voluntaria Prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum, eiuſdem Regni, cuiuscunque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtunt, omni prorſus coactione, aut exactione ceſſante, ſe aliquatenus non extendat; licet ad id forſitan chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Philippi Regis Francorum illuſtris, vel ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerint, aut officialium eorundem, ſeu Ducum, Comitum, Baronum, nobilium, vel aliorum dominorum temporalium de Regno prædicto, requiſitio ciuilis, & amica procedat; omniaque feudalia, cenſualia, ſiue iura quælibet, in rerum Eccleſiaſticarum datione retenta, vel alia ſeruitia conſueta Regi, eiusque ſucceſſoribus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & aliis temporalibus dominis ſupradictis, tam de iure, quam de conſuetudine, à perſonis Eccleſiaſticis debita, prædicta conſtitutio non includat, vel aliquatenus non comprehendat. Et quod perſonæ Eccleſiaſticæ, pro Eccleſiarum ſuarum vtilitatibus, compoſitionis, aut tranſactionis vigorem in his contingat aliquatenus impediri; conſtitutioque eadem clericos clericaliter non viuentes, ſed ſe mercatoribus & mercimoniis, præſertim inhoneſtis & vilibus, vel obſcœnis immiſcentes actibus, non defendat. Adiicimus inſuper huiusmodi declarationi noſtræ, quod ſi prædicto Regi, ac ſucceſſoribus ſuis, pro vniuerſali, vel particulari eiuſdem Regni defenſione, periculoſa neceſſitas immineret, ad huiusmodi neceſſitatis caſum ſe nequaquam extendat conſtitutio memorata; quin potius idem Rex, ac ſucceſſores ipſius, poſſint à Prælatis & perſonis eccleſiaſticis dicti Regni, petere & recipere pro huiusmodi defenſione ſubſidium, vel contributionem, illudque, vel illam, Prælati, & perſonæ prædictæ, præfato Regi, ſuisque ſucceſſoribus, inconſulto etiam Romano Pontifice teneantur, & valeant ſub quotæ nomine, aut alias etiam impertiri, non obſtante conſtitutione prædicta, ſeu quouis exemptionis, vel alio quolibet priuilegio, ſub quacunque verborum ſerie confecto, à ſede Apoſtolica impetrato. Eiusque neceſſitatis declaratione ſupra dicti ipſius Regis, & ſucceſſorum ſuorum conſcientias onerari, eisque innoteſcere volumus, quod quicquid recipi vltra ipſius defenſionis caſum contigerit, in ſuarum recipiant periculum animarum. Super quo niſi ſalubriter ſibi prouideant, attendere poterunt in quo periculo remanerent. Si

vero, defenſionis prædictæ tempore, huiuſmodi & aliis, annum vigeſimum præfati non excellerint ſucceſſores, declaratio neceſſitatis eiuſdem Prælatorum, clericorum & laicorum, qui de ipſorum ſucceſſorum ſtricto conſilio, ſeu maioris partis ipſorum fuerint, conſcientiis relinquatur. Quorum ſimiliter conſcientias onerari volumus, eisque plenius aperiri, quod ſi quid vltra caſum defenſionis recipietur, eiusdem in diſpendium ſalutis conſiliariorum reciperetur ipſorum, illudque reſtituere teneantur. Præterea intentionis noſtræ non extat, nec exiſtit, per conſtitutionem prædictam ſeu declarationem præſentem, iura, libertates, franchiſias, ſeu conſuetudines, quæ præfatis, Regi & Regno, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, quibusuis aliis poteſtatibus, Dominis, editionis præfatæ conſtitutionis tempore, ac etiam ante illud competere noſcebantur, tollere, diminuere, & quouis modo mutare, aut eis in aliquo derogare, ſeu nouas ſeruitutes, vel ſubmiſſiones imponere, ſed iura, libertates, franchiſias & conſuetudines ſupra dictas & prætactas, Regi, & aliis, illæſa & integra conſeruare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel in eam temerario auſu attentare. Si quis hoc autem attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem veterem 11. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio. Porro Feraldus *d. priuileg.* 4. ait, eundem Bonifacium, Pontificatus ſui anno XIII. illud ius extendiſſe, pro redemptione perſonarum Regis, Reginæ & filiorum.

fffff) Molinæus *in additionibus ad dictum locum Feraldi*, bullam Bonifacii fictam, & ſuppoſititiam dicit: tum, quia nulli Bonifacio ante Bonifacium VIII. & multo minus poſt eum, adaptari poſſit; Bonifacium autem VIII. fuiſſe acerrimum hoſtem Philippi, & Regni: tum quia in eadem fiat mentio de anno Pontificatus decimo tertio Bonifacii: at Philippum ſedulo prohibuiſſe eum implere nonum annum pontificatus. Captum enim Papam, Romamque ductum miſerabiliter ibi periiſſe: ingreſſum vt vulpem, regnaſſe vt lupum, mortuum vt canem.

ggggg) De his clericis, qui prædia poſſident, ſublimis autoritas tua (ita reſcribit Imper. Conſtantinus ad Taurum præfectum prætorio *in l. 3. C. de Epiſc. & Cleric.*) non ſolum eos aliena iuga nequaquam ſtatuet excuſare: ſed etiam pro his prædiis, quæ ab ipſo poſſidentur, eosdem ad penſitanda fiſcalia perurgeri. Vniuerſos namque Clericos, poſſeſſores duntaxat prouinciales, penſitationes fiſcalium, translationesque faciendas recognoſcere iubemus. Et Vrbanus Papa ipſe dicit: De exterioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitus eſt, pro pace & quiete, quia nos tueri & defenſare debent, Imperatoribus perſoluendum eſt: *can. tributum, 23. q. 8.* Nec vero ab oneribus, quæ poſſeſſionibus indicuntur, vlla priuilegia excuſant: *l. ab his*

one-

Digitized by Google

oneribus 10. *l. ſunt munera* 11. *in pr. ff. de vacat. & excuſat. muner.* imo nec officium pontificis; *l. fin. §. ab huiuſmodi* 24. *ff. de muner. & honor.* vbi gloſſa *in verbo, Pontifex*, rationem notabilem addit; ergo, inquiens, neque Clericus, neque Eccleſia immunes ſunt ab his muneribus & collectis patrimonialibus, quia, vt prædia poſſideant, à lege humana eſt. Atque hæc ſunt ſtatuta primi Eccleſiaſticæ immunitatis fundatoris: alter eiuſdem reſtaurator, Carolus Magnus, ad angarias, parangarias, aliaque, quæ regalis expeditio requirit, vel ipſas Eccleſias teneri ſtatuit, *in Capitular.* Arniſæus *de ſubiectione & exemptione clericorum cap. 4. n. 12. ad f.* adde Rouſſellum *hiſtor. iuriſdict. Pontific. lib. 1. cap. 4. n. 2. p. 22.* ac le Sieur de Ceriziers *en ſes reflexions ſur la vie des Roys de France pag. 283.*

hhhhh) Viarum quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ, quædam vicinales; Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς, noſtri prætorias, alii conſulares vias appellant. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales ſunt viæ, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas eſſe quidam dicunt; quod ita verum eſt, ſi non ex collatione priuatorum hoc iter conſtitutum eſt. Hæc de ſuo tempore Vlpianus, *in l. 2. §. 22. ff. ne quid in loco publico.* De differentiis viarum autem in Gallia, Bouteiller (apud Loyſeau *des Seigneuries chap. 9. n. 68. & ſeq.*) ita docet: *Trauerſe, eſt vn chemin, qui trauerſe d'vn village en autre, & eſt commun à tous, pour gens, & pour beſtes, & pour charroy. & doiſ ſçauoir, qu'en France au Roy appartient trauerſes garder, & maintenir. Si doit contenir de large, comme le plus des couſtumes ſont d'accord, iuſques à vingt, ou à vingt deux pieds. Item, chemin Royal, ſi eſt le grand chemin, qui va d'vn pays en autre, & d'vne bonne ville à autre, & doit contenir quarante pieds de large, ſur l'amende de ſoixante ſols au Roy: Car au Seigneur ſouuerain apppartient le gouuernement & cognoiſſance des grands chemins Royaux, & des cas qui y aduiennent, iacoit qui ils paſſent en & parmy la terre d'vn haut-iuſticier.*

iiiii) Viam publicam (ait Vlpianus *d. l. 2. §. 21. d. t.*) eam dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt: non enim ſicut in priuata via, ita & in publica accipimus. Viæ priuatæ ſolum alienum eſt, ius tantum eundi & agendi nobis competit: Viæ autem publicæ ſolum publicum eſt, relictum ad directum certis finibus latitudinis, ab eo qui ius publicandi habuit, vt ea publice iretur, commearetur.

kkkkk) Vias Regias ita dictas putat Loyſeau, *d. ch. 9. n. 74. comme les plus grands & excellens. Et de faict* (ait idem) *il eſt notoire, qu'ils ont eſte appellés Royaux par les Romains, & autres peuples, qui n'auoient point des Roys.* (quod ſint maiores, & excellentiores. Certe notorium eſt eas dictas fuiſſe Regias à Romanis, & aliis populis, qui non habuerunt Reges.)

lllll) Bret *de la ſouuer. du Roy, liu. 2 chap. 13. p. 393.* Quia ſolum viæ publi-

Digitized by Google

publicæ eſt reipublicæ, erit & principis in eo autoritas, & poteſtas, cura eius, & compendium ex ea: Tholoſan. *de Republ. lib. 9. c. 1. n. 21.* Fatetur Loyſeau *d. tr. les Seigneur. chap. 3. n. 79. que les princes ſouuerains ſouſtiennent communement, que tout ce qui n' appartient a perſonne, leur doit eſtre eſtimé propre, par le moyen de leur ſeigneurie vniuerſelle ; de ſorte que des cinq ſortes de choſes, rapportees au titre,* de rerum diuiſione, *ils s' en ſont attribué communement les quatre,* nimirum, communes, publicas, vniuerſitatis & nullius, *& n' ont laiſſe aux particuliers que la cinquieſme eſpece, a ſçauoir,* res ſingulorum. (Principes ſupremos communiter aſſeuerare, id, quod nullius eſt, ad ſe pertinere, propter dominium vniuerſale, quo gaudent. Ita ex quinque illis generibus rerum, quæ exprimuntur in titulo, *de rerum diuiſione,* ſibi attribuerunt quatuor, nempe, communes, publicas, vniuerſitatis & nullius, ac ſubditis reliquerunt quintum genus, id eſt, res ſingulorum.) Sed hoc contradictione non carere docet idem *n. 80. & ſeqq.* Et vias quidem publicas quantum attinet, in ſpecie *d. lib. ch. 9. n. 75.* aſſerit, quod vera earum proprietas non pertineat ad Reges: *Car* (ita enim ratiocinatur) *on ne peut dire, qu' ils ſoyent de leur domaine, ains ils ſont de la categorie des choſes, qui ſont hors de commerce, dont partant la proprieté n' appartient a aucun, mais l' vſage eſt a vn chacun, qui par cette cauſe ſont appellees publiques, & par conſequent la garde d' icelles appartient au Prince ſouuerain, non comme icelles eſtans de ſon domaine, mais comme luy eſtant gardien, & conſeruateur du bien public. Ie dis notamment la garde principale, c' eſt à dire, la ſuperintendance: car en France, ce qui concerne le intereſt public, eſt commis en premiere inſtance aux Seigneurs hauts-iuſticiers, qui ont le premier degré de ſeigneurie publique, notamment la police, & la punition des crimes. C' eſt pourquoy ie conclu, que la police, ou iuſtice ordinaire, de tous les grands chemins, tendant à la conſeruation & manutention d' iceux, appartient aux iuges ordinaires des lieux, du moins à ceux, qui ont droit de Baillage & Chaſtellenie, & partant c' eſt a eux de cognoiſtre de la reparation d' iceux, & des entrepriſes qui s' y font, comme ont decide preſques toutes les couſtumes, qui ont traicte de ceſte matiere. Mais quant a la ſuperintendance, & police generale d' iceux, ſans doute elle appartient au Roy ſeul, priuatiuement à ſes propres officiers, comme d' abolir, de changer, de croiſtre, ou diminuer les chemins: voire meſme, c' eſt vn cas Royal, de cognoiſtre ſi vn chemin eſt public, ou non: & ſur tout, à cauſe de ceſte ſuperintendance du Roy, c' eſt la vraye charge du grand Voyer de France, auquel le Roy l' a remiſe, & qui repreſente le Roy au fait de ſa charge, de ſuppleer a la negligence des iuges ordinaires, ſoit Royaux, ou ſubalternes, qui laiſſent entreprendre ſur les chemins publics, ou qui n' ont ſoing de les faire entretenir en bon eſtat; voire meſme il eſt tolerable, que les Iuges Royaux en cognoiſſent, en cas de negligence, ou conniuence des ſubalternes.* (Non enim dici poteſt, quod ſint de ipſorum domanio, ſed quod contineantur ſub categoria rerum,

Digitized by Google

rum, quæ ſunt extra commercium; vnde earum proprietas nullius eſt, vſus autem omnium; quam ob cauſam appellantur publicæ; ac propterea protectio illarum pertinet ad ſummum principem, non quaſi ſint ſub ipſius domanio, ſed cum ille ſit cuſtos & protector bonorum publicorum. Dico protectionem principalem harum rerum ei incumbere, ac inſpectionem ſupremam: nam in Francia, id quod publice intereſt, in prima inſtantia commiſſum eſt Dominis altæ iuſtitiæ, qui ſunt conſtituti in primo gradu dominii publici, & habent ius politiæ, ac puniendi crimina. Propterea concludo, politiam, aut iuſtitiam ordinariam omnium maiorum viarum, tendentem ad conſeruationem earum, pertinere ad iudices ordinarios locorum, ad minimum illos, quibus ius eſt præfecturæ & Caſtellaniæ, ac propterea ad illos ſpectare cognitionem reparationis, & rerum quæ ibi ſuſcipiuntur; in quo quaſi omnes conſentiunt conſuetudines. Quod autem viarum inſpectionem ſummam, & politiam generalem attinet, illa ſine dubio ſolius Regis eſt, priuatiue, reſpectu ſuorum officiariorum. Huc refero abolitionem, mutationem, augmentum, ac diminutionem viarum; dicoque ius Regium eſſe, iudicare an via ſit publica, vel priuata. Ac, propter hanc ſupremam inſpectionem, muneris magni viariæ rei in Francia præfecti eſt, (cui Rex illam inſpectionem commiſit, & qui Regem in hoc munere repræſentat) ſupplere, diligentia ſua, ea, quæ negliguntur à iudicibus ordinariis, vel Regiis, vel ſubalternis, dum permittunt vias publicas diminui, aut damno affici, aut non ſatis bene conſeruari. Denique, non abs re eſt, etiam ipſos iudices regios de his cognoſcere, quando iudices ſubalterni negligenter agunt, aut conniuent.)

mmmmm) Inuenta in via publica, ſeu regia, oberrantia, aut deperdita, & pro derelicto habita, ad dominum viæ, nempe principem, aut rempublicam, pertinent. Vocant *Eſpaue*, proprie de animalibus, quæ dum aberrant ſine perſecutore, pauefacta, vel territa ab aliquo, ſub incerto dominio videntur, *per l 3. §. Nerua 13. ff. de acquir. poſſeſ.* Ioannes Faber *ad §. examen apum, Inſtit. de rer. diuiſ.* tradit, apum examen errans in iuriſdictione, & iuſtitia dominorum territoriorum, effici illorum, & illud vocari *Eſpaue*: quod & quoad alias res inuentas, & dum ignoratur dominus, qui amiſit, obſeruatur, quod ſanctiſſime introductum videtur: dum enim ignoratur dominus rei vacantis, vel deperditæ, non poteſt interim à priuatis, ſine ſuſpicione furti, retineri, & vſurpari: quia non conſtat adhuc rem dominum habuiſſe pro derelicto. Ideo ad dominum loci, & ſi in via regia, ad officiarios, vel magiſtratus regios deferri debent, vel animalia duci; vt ibi tuto ſeruentur per aliquot dies, reddenda dominis, ſi appareant: ſin minus, in publicum conuertantur: Tholoſan. *de Republ. d. lib. 9. c. 1. n. 22.*

nnnnn) La cognoiſſance de tous les cas, qui arriuent aux chemins publics, appartient au Roy, & à ſes officiers, ſi ce n'eſt, que par des tiltres bien exprés il en

ye *octroyé la iuriſdiction à d'autres* : Bret *de la ſouuer. du Roy, liu. 2. chap. 15. p.29.* Omnia maleficia (inquit Iulianus Tabœtius, *in paradoxis Regum, ſect. 2. n. 72.*) in viis & itineribus publicis admiſſa, referuntur ad examen regium, & à regiis caſtigantur magiſtratibus, velut antiquioris & eximiæ cognitionis, quæ ſuſcipitur aduerſus quoſcunque, ſiue ſint ordinis eccleſiaſtici, ſiue patricii, vel plebeii, quamuis territorium viæ contiguum ſit alienum, vt Pontificium, municipale, Eccleſiaſticum (allegat Bartol. *in l. per Bithyniam* 2. *C. de immunitat. nem. conced. lib.* 10. *& in l. iubemus nullam* 10. *C. de SS. Eccleſ.*) Nam in via delinquentes publica, Regiam videntur ſecuritatem violare, & fidem contemnere publicam. Viarum quippe publicarum ſecuritas, atque protectio, ad ſummum refertur principem. Cæterum Loyſeau *des Seigneuries d. ch. 9. n. 79.* improbat doctrinam, *de vouloir ſouſtenir, que la cognoiſſance des delicts, commis dans les grands chemins, appartienne aux iuges Royaux, à la excluſion des Barons de France, attendu qu'on ne peut nier, qu'ils n'ayent leur territoire tout entier, & que la proprieté des chemins n'appartienne non plus au Roy, qu'à eux. Mais quand elle luy appartiendroit, voire quand la police entiere des grands chemins ſeroit cas Royal, ſi ne s'enſuiuroit-il pourtant, que les delicts faicts en iceux fuſſent cas Royaux, non plus que les crimes commis en vne Egliſe, cemetiere, ou terre vague, voire meſme en vn heritage du domaine du Roy, qui ſeroit enclaué dans le territoire d'vne iuſtice Seigneuriale. Car ce n'eſt pas la proprieté du lieu, où le delict eſt commis, qui en reigle la iuſtice, ains le pourpris & enclaue du territoire. C'eſt pourquoy ie conclu, qu'il n'y a aucune apparence, de mettre entre les cas Royaux les delicts, perpetrés dans les grands chemins, pourueu qu'ils ne ſoient faits auec ports d'armes, & en aſſemblee illicite.* (qua aſſeritur, cognitionem delictorum, commiſſorum in viis maioribus, pertinere ad iudices Regios, excluſis Baronibus Franciæ, cum non poſſit negari, illos integrum habere territorium, ac proprietatem viarum non magis Regis eſſe, quam ipſorum. Quod ſi vero hæc proprietas omnino ad Regem ſpectaret, imo ſi tota politia maiorum viarum pertineret ad caſus regios, non inde tamen ſequeretur, delicta in illis commiſſa eſſe caſus regios, non magis ac delicta, quæ perpetrantur in Eccleſia, vel cœmiterio, aut in loco domanii Regis, qui incluſus eſt territorio alicuius iuſtitiæ dominicalis. Non enim proprietas loci, in quo delictum commiſſum eſt, iuriſdictionem excitat, ſed territorium, in quo locus ſitus eſt. Concludo itaque, mihi non videri, delicta in maioribus viis commiſſa referri debere inter caſus regios, niſi acceſſerit geſtatio armorum, & illicita hominum coitio.)

ooooo) Vectigal, lato ſignificatu tributa complectitur, de quibus ſupra *hoc cap. lit. nnnn.* diximus, eorũ impoſitionem Regiæ poteſtatis eſſe: ſtrictius autem vectigal hic nobis ſignificat pecuniam illam, quæ in itinere præſtatur (loquor cum Vlpiano *in l. ſi quis* 21. *in pr. ff. de donat. inter vir. & vxorem*) à trans-

Digitized by Google

transeuntibus, ſiue exigatur reſpectu perſonarum, animalium, vehiculorum, aut mercium, quæ hodie teloniorum nomine exprimitur. Vſu Gallico dicitur *peage*, quod alii in pedagium transformarunt. Vocatur quoque in eiuſdem Regni conſtitutionibus, & conſuetudinibus, *Barrage, à cauſe de la barre aßiſe ſur le chemin, pour marque d'iceluy; Pontenage, quand il ſe paye au paſſage d'vn pont; Billette, à cauſe du petit billot de bois, qu'on pend à vn arbre, en ſigne d'iceluy; Branchiere, à cauſe de la branche d'arbre, où ce billot eſt pendu; Couſtume, mot, qui ſignifie generalement toute preſtation, introduite plutoſt par couſtume, que par tiltre particulier; Droit de Preuoſté, combien que la Preuoſté comprenne toute ſorte de menus droits caſuels d'vn Seigneur, dont le collecteur eſt appellé Preuoſt des amendes, à la diſtinction du Preuoſt & garde de la iuſtice*; aliquando *Trauers, à cauſe qu'il eſt deu par ceux, qui trauerſent la terre du Seigneur.* quamquam differentia inter pedagium & transuerſarium in eo verſari videatur, *que le peage ſe paye indifferemment par tous ceux, qui conduiſent de la marchandiſe dans le chemin Royal, où la billette eſt aßiſe: & que le trauers eſt deu ſeulement par les ſubiects du Seigneur, qui transportent leurs meubles, ou marchandiſes, hors ſon territoire, par quelque chemin, ou paſſage, que ce ſoit, ce qu'on appelle desgarnir la terre: lequel droit eſt appellé Leuage, en la couſtume d'Aniou. Ce trauers fut inuenté du temps, que les Ducs, & les Comtes, ſe diſans ſouuerains, & reputans leurs voiſins pour eſtrangers, ne vouloient pas qu'on en leuaſt, & transportaſt rien de leurs pays, ſans leur permißion, & ſans qu'on en leur payaſt tribut, ainſi que font au iour d'huy les potentats ſouuerains d'Italie, & d'Allemagne: dont s'enſuit, que c'eſt vn droit de ſouueraineté; & partant ce eſt vn crime de leze maieſté, quelque preſcription qu'on en vueille pretendre, ne eſtans les droits de ſouueraineté preſcriptibles par les particuliers, qui meſmes ne ſont capables de les poſſeder. Mais quant aux peages, ils ſont fondés ſur des cauſes plus pertinentes, à ſçauoir, que les chemins Royaux, trauerſans de pays en autre, ont accouſtumé en toute Republique d'eſtre reparés aux deſpens du public. Or n'y a-il en France autre fonds deſtiné pour leur entretien, que le peage, qui ſe paye par ceux, qui par iceux conduiſent de la marchandiſe, laquelle, à ſucceßion du temps, rompt & enfondre le chemin, & pour la conduite de laquelle les marchands ont intereſt particulier, que les chemins ſoient bien entretenus. C'eſt pourquoy, toutes les couſtumes, qui authoriſent les peages, chargent par exprés les Seigneurs, qui les leuent, de l'entretien des chemins, ponts, paſſages, & chauſſées, qui eſt außi vn droit commun, que les ordonnances veulent eſtre obſerué par tout. Il y a encor vne autre charge, & obligation, fort importante, dont les anciens arreſts du Parlement (deſquels Ragueau ſur le mot, Peage, en rapporte cinq, ou ſix, fort notables) ont chargé les Seigneurs prenans peage, à ſçauoir, qu'ils ſont obligés de tenir les chemins ſeurs & libres, & partant ſont garans, & ciuilement tenus des voleries, qui s'y font entre deux Soleils.* Loyſeau *d. ch. 9. à n. 81. vſque ad n. 96.*

Cæterum, quoniam hæc vectigalia ad tributorum claſſem pertinent, de quibus ſupra dictum fuit, ea à ſolo Rege imperari, *il faut tenir pour tout certain, que nul peage ne peut eſtre permis, ny impoſé par autre, que par le Roy*: idem Loyſeau *d. chap. 9. n. 99.* cui iunge Bret *de la ſouuer. liu. 2. chap. 13. pag. 294.* & Tholoſanum *de Republ. lib. 9. c. 1. n. 30.* A ſolutione autem vectigalium, vel pedagiorum, in Gallia immunes ſunt: (1. *Les Gens d'Egliſe & les Gentils-hommes pour leurs prouiſions, & les fruicts, qu'ils recueillent de leurs terres, & de leurs heritages: ſi ce n'eſt, qu'auant que de les faire paſſer, ils les euſſent vendus à des marchands non priuilegiés, ſuiuant l'ordonnance de Charles V. que l'on lit dans le regiſtre, intitulé,* Antiquæ. 2. *Les Eſcoliers de l'Vniuerſité.* 3. *Les domeſtiques des Roys, des Roynes, & des Princes du ſang.* 4. *Les viures & les munitions, qui ſe meinent dans les armées Royales.* 5. *Les Ambaſſadeurs. Ce que l'on doit entendre, non ſeulement pour les peages, qui ſe leuent ſur les chemins, mais auſſi ſur les fleuues nauigables*: Bret *d. chap. 13. pag. 296.*) I. Eccleſiaſtici & Nobiles, quoad ea, quæ ad illorum ſuſtentationem pertinent; vt & fructus, quos colligunt in prædiis ſuis, niſi tamen eos ante translationem vendiderint mercatoribus non priuilegiatis, ſecundum conſtitutionem Caroli V. quæ legitur in indice, cui titulus *Antiqua.* II. Scholares Vniuerſitatum literariarum. III. Domeſtici Regum, & Reginarum, nec non Principum ſanguinis. IV. Nec etiam pedagia ſoluuntur de commeatu, qui transportatur ad exercitus Regios. V. Ab iiſdem porro immunes ſunt legati. Atque hæc intelligi debent non ſolum de pedagiis, quæ exiguntur in viis, ſed etiam de iis, quæ in fluminibus nauigalibus coguntur.

ppppp) *Poſté, par e maſculin, vient de Latin* poteſtas, *& ſignifie territoire auec iuridiction*: Coquille *en l'hiſtoire du pays, & Duché de Niuernois pag. 44.* *Poſte* vero, ſine accentu, ſignificat curſorem ipſum, & nuncium alipedem, deducta origine à *poſitus*, per ſyncopen *poſtus*; quia huiusmodi curſores ſunt certis in locis poſiti, ſeu diſpoſiti, ad curſum excubantes. Godeſc. Steuuichius, *in not. ad Veget. lib. 1. pag. 7.* Choppin. *de doman. Gall. lib. 3. tit. 29. n. 31. p. 705.* Hodie Gallis dicuntur *courriers, apoſtres*: Ragueau *des droits du Roy, pag. 40.* *poſtillons*, quod Italorum *poſtiglioni* reſpondet. Significat etiam *poſte* locum, vbi equi diſpoſiti habentur, & actum quoque ipſum, vt *courir la poſte, arriuer en poſte &c.* Credo, nomen apud Germanos ante Caroli V. tempora non fuiſſe in vſu; ac huius ſub imperio, vt peregrina alia complura, ita & hoc cœpiſſe vſurpari. Certe, non memini in actis publicis poſtæ nomen extare, ante annum MDXXII. vt ita primum reperiri credam in dem Reichs Abſchied zu Nürnberg anno 1522. auffgericht/ §. Item iſt bedacht/ *pag. 149.* Videtur ab initio nomen in genere maſculino vſurpatum; ein Poſt: R. A. zu Eßlingen anno 1526. §. Vnd nach dem Kaiſerliche Maieſtät/ *pag. 173.* R. A. zu Speier/ anno 1542. §. Vnd damit/ *pag. 268.*

ſed

ſed hodie fere in fœminino enunciatur, eine Poſt / die Poſt. Probabile eſt, primum vtilitatis publicæ cauſa à Monarchis poſtas inſtitutas, quo velocius, quid rerum hinc inde tempore belli pacisque ageretur, perciperent, citiusq; mandata ſua, literæ, & animi ſenſus, alio perferrentur. Poſtea vero etiam priuatis poſtarum vſus permiſſus eſt, (apud Romanos quidem, vt videtur, peculiari diplomate, vnde duplomate vti, *courir la poſte*, explicat Gothofredus *ad l. 137. §. 1. lit. S. de V. O.*) & hodie omnibus conceſſus, niſi aliud à ſummo principe imperetur. *Parmy nous* (inquit Bret *audict liu. 2. chap. 15. pag. 307.*) *il eſt libre a tout le monde de prendre la poſte, quand on veut faire quelque voyage; ſi ce n'eſt, qu'en certaines rencontres, le Roy aye defendu aux maiſtres des poſtes, de donner des cheuaux ſans billet de ſa part.* Recte enim Menochius *de arbitr. iudic. quæſt. 229.* monet, belli tempore nemini concedendum, vt poſtis, ſine principis licentia ſpeciali, vtatur. Porro, quoniam magnum pondus rerum in celeritate conſiſtit, ſiue vt cognoſcamus quid agatur, ſiue vt aliis ſignificemus, quid agi debeat; inde factum, vt non Græcis modo, ſed etiam Romanis, aliisque populis, hoc curæ fuerit, quamquam non vno medio omnes vſi. Alii enim equis, ſed his diuerſimode, alii pedeſtri curſu, alii hominum voce, alii auium & aliorum animalium miniſterio, alii flamma & fumo. Cyrus curſores in vniuerſas Regni ſui prouincias diſtribuerat (præſertim quando contra Scythas bellum mouebat: Taboetius *in paradoxis Regum ſect. 2. pag 112.*) ad eam diſtantiam, quantum equus vno continuo tractu conficere poterat. Ordinauerat quoque quolibet loco quendam, qui tum ad literas allatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus eſſet, quique defatigatos equos & homines exciperet, ac recentes ſubmitteret: ex Xenophontis *lib. 2. Cyropæd. ad f.* Arniſæus *de iure maieſt. lib. 3. cap. 5. n. 1. pag. m. 387.* Briſſonius *de regno Perſar. lib. 1. pag. 146.* Romani idem fere aliquando egerunt. Liuius *lib. 37. c. 7.* annotauit, Sempronium Gracchum per diſpoſitos equos, prope incredibili celeritate, ab Amphiſſa die tertio Pellam perueniſſe. Cui conſonat, quod Cæſar memorat *lib. 3. de bell. ciuil. cap. 101.* nuncios de Cæſaris victoria per diſpoſitos equos Meſſanam fuiſſe allatos: Nec non, quod Capitolinus ſcribit, *in vit. Maximini ſenior. cap. 25.* nuncium, mutatis animalibus, cucurriſſe, vt cædem Maximini Romam indicaret. Auguſto alius modus placuit, quem exponit Suetonius *in eius vita c. 49.* Quo celerius, inquit, ac ſub manum annunciari cognoſcique poſſet, quid in prouincia quaque gereretur; iuuenes primo modicis interuallis, per militares vias, dehinc vehicula, diſpoſuit. Commodius id viſum eſt, vt qui à loco eidem perferrent literas, interrogari quoque, ſi quid res exigerent poſſent. Ex Paulo Veneto *lib. 29. cap. 10.* conſtat, magnum Tartariæ Chamum per totum ſuum Regnum curſores equeſtres & pedeſtres diſpoſitos habere, quorum celeritate intra quadraginta octo horas

percipere poteſt, quid in locis, decem dierum itinere ab aula diſſitis, agatur: quod ſi extraordinaria diligentia requiratur, curſorem talem vna die conficere ducenta & quinquaginta milliaria: Claude Expilly *és plaidoyés part. 2. chap. 21. pag. 323.* In Peruuia Indiana, viri per vias diſpoſiti erant, qui iter facientes humeris portarent, tanta agilitate, vt medio curſu ſibi inſidentem ex humeris reiicerent in alterius occurrentis, nec vel minimum eum in finem ſubſiſterent. (*Au Peru ils couroyent ſur les hommes, qui les chargeoient, ſur les eſpaules a tout des portoires, par telle agilité, que tout en courant les premiers porteurs reiettoient aux ſeconds leur charge, ſans arreſter vn pas.* Michel de Montagne *liu. 2. des eſſais, chap. 22. in f.*) Memini quoque me legere, Turcarum Imperatorem habere præcones, *Vlacides* dictos, qui mandata eius perniciſſimo curſu, quacunque velit, deferant, & ſi quid nouarum rerum accidat, ad portam, hoc eſt, aulam, citiſſime aduolent. In itinere, vbi in equitem quicunque ille ſit, incidant, eum confeſtim equo deſilire iubere, eundem inſilire, eoque vti, donec in alium recentem & validum inciderint. Obſeruaui tamen hoc paulo aliter à Nicolao, in deſcriptione itineris Conſtantinopolitani, quod fecit le Sieur d'Aremond, *liu. 3. chap. 8. & 9.* referri, nempe; Turcarum Imperatorem curſores pedeſtres habere; *qui vont d'vne viſteſſe incroyable, & qu'ils font autant, & plus de chemin, que feroit le meilleur cheual de Turquie: qu'ils ont des pieds auſſi durs, que la crampe des pieds des cheuaux, & meſme qu'aucuns ſont ferrés.* De Gallorum antiquorum more, per vocem res arduas celeriter notificandi, teſtatur Cæſar *lib. 7. de bello Gallico, cap. 3.* Vbi maior, inquit, atque illuſtrior incidit res, clamore, per agros, regionesque, ſignificant: hunc alii deinceps excipiunt, & proximis tradunt, vt tunc accidit. Nam quæ Genabi, oriente Sole geſta eſſent, ante primam confectam vigiliam in finibus Aruernorum audita ſunt: quod ſpatium eſt millium paſſuum circiter CLX. *Les Roys de Perou font porter en ceſte ſorte leurs nouuelles: Ils ont ſur les grands chemins des poſtes, ou cabannes, ordonnées de demy lieuë en demy lieuë, le premier courrier crie au ſecond ce qui luy eſt commandé, le ſecond le porte de meſme courſe au troiſieſme, & ainſi, iusques il arriue, où il eſt ordonné*: Pierre Matthieu *liu. 11. de l'hiſtoire de Louys XI. p. 696.* Apud Perſas (annotante Apuleio *lib. de mundo p. m. 124.*) erant excurſores diurni, & nocturni exploratores, & nuncii, ſpecularum incenſores aſſidui. Tum horum per vices incenſæ faces, ex omnibus regni ſublimibus locis, in vno die Imperatori ſignificabant, quod erat ſcito opus. Conſimile quid in Anglia, adhuc eo tempore, quo eam inuiſi, in vſu fuit, & vt credo adhuc eſt. De auium, & aliorum animalium miniſterio in rebus celeriter annunciandis, legi poteſt Lipſius *epiſtol. 59. centur. ſingular. ad Italos & Hiſpanos, & lib. 6. Saturnal.*

qqqqq) Hinc equos publico curſui deputatos (*l. 1. C. de curſu publico, lib. 12.*) curſuales vocauit Caſſiodorus *lib. 1. epiſt. 29. lib. 4. epiſt. 47. lib. 5. epiſt.*

Digitized by Google

epiſt. 5. de quibus, vt tractandi, & ne nimium onerentur, ex conſtitutionibus Imperatorum docui, *de iure publ. lib. 2. cap. 9. n. 139.* Notabile præterea eſt edictum Galliæ Regis, anni MDXCIX. *des Poſtes & Relays,* cuius vi *le Maiſtre des relais, & poſtes, eſt tenu, s'il baille vn meſchant cheual, ou de moindre prix que de vingt cinq eſcus, qui ſoit cauſe que celuy qui le monte eſt offenſé. dont il y a arreſt de Paris du XXIII. Iuin MDCI.* Automne, *en la conference du droict François auec le droit Romain, ad l. ſi commodauero, ff. commod. pag. 251.* Cæterum, in Gallia, ante non longum tempus, in vicem curſualium, vel poſtarum, etiam equi alii vſui fuerunt, quibus breui tempore longum iter confici potuit. Meminit eorum Claude Expilly, *ſupra allegata parte 2. des plaidoyés chap. 21. pag. 329.* quando ait: *On ſe ſert auiourd'huy en France de certaine ſorte de cheuaux, qu'on nourrit & dreſſe tout autrement que les autres. On les a fait venir d'Irlande, & ſont appellés Quintrots, du nom de celuy, qui premier les amena en France: ils vont viſtement, font de grandes traites, & courueés, ſans repaiſtre, ny debrider; de maniere, que ſi l'vn va de Lyon à Rome, par les poſtes ordinaires, l'autre ſur Quintrots, ce dernier y arriuera long temps deuant l'autre, quelle diligence qu'il face.* Relationis fides ſit penes autorem; hoc ſolum noui, fuiſſe Nobilem Germanum, ex familia Gunterotorum, qui horum equorum curam, & vſum primus docuit. Vnde, ſi ab ipſo nominandi ſunt, *Gunterots* potius, quam *Quintrots* audient.

rrrrr) Curſores publicos inſtituere ad Regiam maieſtatem pertinet, ſicut in Anglia, & Gallia, Regum autoritate introducti ſunt: Arniſæus *lib. 3. de iure maieſt. cap. 5. n. 1. pag. m. 387.* A Gallorum Monarchis (ait Tabœtius *in paradoxis Regum ſect. 2. pag. 113.*) fuit inſtitutus curſus equeſtris, non vehicularis, propter viarum incommoditatem: cuius procuratio, moribus aulicis, adſcribitur Archihippocomo (*au Grand Eſcuyer de France*), qui magnus appellatur Scutarius. Exemplo Romanorum, in Gallia curſus ille publicus ſuas habet ſtationes, breuibus diſtinctas paralangis (*de deux en deux lieuës*: Ranchin *d. tom. 2. pag. 102.*) Hæc quidem certa ſunt, & in ſenſus incurrunt; at qui primum inter Reges Franciæ poſtas inſtituerit, controuertitur. Ludouico XI. hoc adſignat Cominæus, *comment. lib. 8. in pr.* Rex, inquit, nuper in Galliis inſtituerat curſores, qui per diſpoſitos equos, incredibili celeritate, iter conficerent, rem plane nouam & inuſitatam in Galliis, ante id tempus. Eorſum ex parte propendere videtur etiam Tabœtius *d. tr. pag. 112.* vbi Ludouicum XI. ſtationarios regionatim curſores poſuiſſe, & illorum cuilibet pro ſalario centies ſeſtertium dediſſe, (*cent ſou trois ſols, ſix deniers, ou dix eſcus par an pour gage*) memorat. In contrarium abeunt alii, docentque, poſtas ante Ludouicum XI. in Gallia vſitatas fuiſſe, ſed ſub eodem, cum aliquod per tempus neglectæ iacuiſſent, reſtitutas. *On fait Louys XI. autheur* (verba ſunt de Pierre Matthieu, *en l'hiſtoire de Louys XI.*

liu. 11. pag. 696.) de l'eſtabliſſement des poſtes. Ie n'ay peu recouurer aucun edict, ny ordonnance de ſon temps, ny de ceſte inſtitution. L'vſage en fut bien plus-ancien, mais il ne fut reſtably que ſous ſon regne. Adde Bret *de la ſouuerain. du Roy lib. 2. chap. 15. pag. 396.*

sssss) Celeritatis exemplum refert Moreau, *au tableau des armoiries de France, chap. 2 pag. 96. Gilbert Chauueau, heraut du Roy Louys XII. apporta lettres de Milan à ſon maiſtre, eſtant en ſon chaſteau d'Amboiſe, en moins de trois iours.* (Gilbertus Caluulus, Ludouici XII Fecialis, intra triduum nondum perfectum literas Milano pertulit ad Dominum ſuum, Ambœſiis tunc commorantem.) Francofurto Barcinonem (Hiſpaniæ ciuitatem) nono die perueniſſe dicitur ille, qui Carolo V. electionem ſui in Regem Romanorum primus denunciauit: Sleidan. *de ſtat. religion. & Reipubl. lib. 1. fol. m. 20. Les nouuelles de la mort de Charles IX. Roy de France furent portées au Roy de Pologne, Henry, par le Comte de Chemerault, qui partant de Paris le iour de la pentecoſte, à neuf heures du ſoir, fit telle diligence, que dans treize iours en poſte il vint à Cracouie:* Fauyn *au theat. d'honneur, liu. 7. pag. 1150.* (Nuncium de Caroli IX. Galliæ Regis morte, ad Henricum Poloniæ Regem à Comite Chemeraldio allatum fuit, qui feſto Pentecoſtes die, ſub horam nonam veſpertinam, Lutetia profectus, tanta vſus eſt diligentia, vt intra tredecim dies per celeres equos iter Warſouiam decurreret.) At vero, licet equi ad curſum maxime apti ſint, inter homines tamen alius alium induſtria eos agitandi, atque in ferendo labore, antecellit. Ex actis Concilii Tridentini, gallice editis *liu. 2. de l'hiſtoire du Concile de Trente pag. 156.* habeo, quod in dicto Concilio fuerit (*vn Archeueſque portatif, & titulaire ſeulement, nommé l'Archeueſque d'Armancan en Irlande, (nommé Robert Vuaucop, Eſcoſſois) homme de tres-courte veuë, mais renommé pour le meilleur coureur de poſte du monde.*) Archiepiſcopus quidam titularis, vocatus Archiepiſcopus Armancanus, nomine Robertus Vuaucoup, Scotus, oculis parum proſpiciens, ſed equis meritoriis expeditiſſime currendi fama commendatiſſimus.

ttttt) Quant aux riuieres, & riuages d'icelles, combien qu'en droit elles fuſſent toutes publiques, & la peſcherie permiſe à vn chacun: §. flumina, Inſtit. de Rer. diuiſ. *ſi eſt-ce qu'en France on diſtingue les nauigables d'auec les non nauigables; & pour le regard de non-nauigables, elles ſont dominii priuati, & appartiennent aux particuliers, & par cõſequent, au haut iuſticier, à faute d'autre maiſtre. Mais les nauigables, eſtans publiques, ainſi que les grands chemins, le Roy, s'en eſt attribué la ſeigneurie, & par conſequent des Isles, & atterriſſemens, eſtans dedans icelles; de ſorte que le* §. inſula, *au meſme titre, & toute la matiere des alluuions du droict Romain, n'eſt prattiquée en France; & auſſi la peſcherie n'eſt point permiſe à vn chacun, comme au droit Romain.* (Quod ripas & flumina attinet, licet iure Romano fuerint publica, & piſcatio in iis omnibus permiſſa: §. *flumina*

mina 2. Inſtit. de R. D. attamen in Francia diſtinctio obſeruatur inter nauigabilia & non-nauigabilia. Hæc ſunt dominii priuati, & priuatis adſcribuntur, ac conſequenter alto iuſtitiario, ſi alius non ſit, qui eorum dominium habet. Nauigabilium vero (cum referantur inter res publicas, non minus quam maiores viæ) dominium Rex ſibi adſcripſit, ac conſequenter etiam inſularum, & terrarum, quæ in illis ſunt, & naſcuntur. Sic *§. inſula 22. d. tit.* & tota materia alluuionum, quæ tractatur in iure Romano, non obſeruatur in Francia; atque illa quoque piſcatio non eſt omnibus permiſſa, vt fuit iure Romano.) Loyſeau *des Seigneuries, chap. 12. n. 120.* De eadem materia verba faciens Taboetius, *inter paradoxa Regum ſect. 2. pag. 83.* ait: Omnia flumina nauigationis capacia, ſunt Regis, quoad curſum aquæ, quoad vectigalia, & quoad portoria: quoad tutelam, quoad nauigationes antennales, & quoad publicam fidem: quoad clientelam, quoad ſecuritatem, & quoad ſummum dominium. Quoad piſcationes maiores retibus exercendas, & quoad iurisdictionem liberam & dictatoriam. Cæterum, ex permiſſione Regis etiam aliis vectigalium ius eſſe poteſt, in flumine nauigabili, vt in Ligeri &c. Bret *de la ſouuer. liu. 3. chap. 11. pag. 447.*

uuuuu) Rex Franciæ (*iouit du pouuoir, que ſes predeceſſeurs ſe ſont acquis, par leur valeur, ſur les mers, qu'ils ont occupees, & ſur celles qui approchent de leurs terres, ſpecialement pour ce qui eſt de la iuridiction, pour la peſché, pour les ſubſides, que l'on y leue à l'entrée, & à la ſortie de leurs ports, pour les congés de long cours, pour le fret des nauires: & en fin pour tous les autres droits, dont ils ſont de tout temps en poſſeſſion &c. Qui ſont des prerogatiues ſi particulieres à la ſouueraineté, que perſonne n'oſe s'en approprier la iouyſſance, ſans vne expreſſe permiſſion du Roy. Et de fait, l'on void dans le Treſor des Chartres, vne tranſaction, qui fut paſſée en Parlement, dés l'an MCCCLXXVII. entre le Roy Charles V. & le Comte & la Comteſſe d'Eu, par laquelle ceux-cy ſe deſiſterent de la poſſeſſion & iouyſſance, qu'ils diſoient auoir de la iuſtice, pour tous les faicts de la Marine, & du dixieſme des choſes gagnées en Mer ſur les ennemis: d'autant que ces deux droits dependent entierement de l'authorité ſouueraine du Prince, & partant ils ne peuuent eſtre communicables à perſonne. Auſſi Louys XIII. par ſa derniere ordonnance, reuoque tous les dons, que ſes predeceſſeurs en auoient faict auparauant. Il y a d'autres droits, qui bien que par la loy Romaine ils appartiennent à l'inuenteur, & par quelques couſtumes aux hauts-iuſticiers, comme ſont les droits de Lagan, de poiſſons Royaux, & des autres choſes croiſſantes en la Mer, & que le flot a iettées ſur le riuage; toutesfois, ſi quelqu'vn monſtre, qu'il ſoit en poſſeſſion immemoriale de iouyr de ces eſpaues en certaines choſes, il n'y a point de doubte qu'il ne l'emporte: comme il fut iugé par arreſt de Bourdeaux, pour vne eſpaue d'ambregris, au profit de Monſr. d'Eſpernon, aprés auoir verifié, que luy, & ſes predeceſſeurs en auoient de tout temps iouy, ſuiuant la maxime, qui veut, que in*

his

Digitized by Google

his quæ ad maria & fluuios ſpectant, poſſeſſio iure ſcripto ſit potior, vt Bartolus docet, *in l. vlt. ff. de vſucap.* Bret *d. c. 11. pag. 270. & ſeq.*) vtitur poteſtate, quam prædeceſſores eius, virtute ſua ſibi acquiſiuerunt, ſupra maria, quæ occuparunt, & quæ Franciæ prouincias alluunt. Ad hanc poteſtatem pertinet iuriſdictio, piſcatio, vectigalia, quæ in portu exiguntur ab intrantibus, & abeuntibus, nec non ſubſidia, quæ ſoluuntur pro conceſſione faciendi longum iter, pro inſtructione & locatione nauium, ac denique pro omnibus aliis iuribus, quæ ab antiquo exercuerunt. Atque hæ prærogatiuæ adeo peculiares ſunt maieſtatis, vt nemo ad illarum vſum manus admouere audeat, citra expreſſam permiſſionem Regis. In theſauro literarum habetur tranſactio, facta anno MCCCLXXVII. inter Regem Carolum V. & Comitem atque Comitiſſam Eudenſem, qua hi deſiſtunt à poſſeſſione, & vſu, quem ſibi competere aſſerebant, exercendi iuſtitiam in negotia marina, nec non à decimis rerum in mari hoſtibus ablatarum: quoniam hæc duo iura ex alſe dependent à ſuprema poteſtate principis, ac propterea nulli poſſunt communicari. Hinc etiam Ludouicus XIII. vltima ſua conſtitutione reuocauit omnia dona, quibus anteceſſores eius hæc iura imminuerant. Sunt quoque & alia iura, quæ licet iure Romano pertineant ad inuentorem, ac ſecundum nonnullas conſuetudines, ad dominum altæ iuſtitiæ, qualia ſunt, ius quod dicitur *de Lagan*, piſcium Regiorum, & rerum aliarum, quæ creſcunt in mari, ac quæ fluxus maris ad littora protrudit. Vbi tamen aliquis oſtendit, ſe eſſe in poſſeſſione immemoriali percipiendi hæc bona, aut nonnulla ex iiſdem, ea ſine dubio aufert. Ita iudicatum fuit Burdigalæ, pro Domino Eſpernonio, qui ſuccinum, vel ambram leucophæam ad ſe pertinere contendebat, probabatque ſeſe, atque anteceſſores ſuos, hoc iure omni tempore vſos fuiſſe. Regula eſt, in his quæ ad maria, & fluuios ſpectant, poſſeſſionem iure ſcripto potiorem eſſe, vt docet Bartolus *in l. vlt. ff. de vſucap.*

xxxxx) Quoniam æquor, ac mare ipſum, priuatorum proprium eſſe non poteſt, iure quodammodo Principum omnium, maris accolarum, communi receptum eſt, vt ſexaginta miliaribus à littore, Princeps legem ad littus accedentibus dicere poſſit: (Bald. *ad rubr. de rer. diuiſ. col.* 2. *& in l. cum proponas, de naut. fœn.* atque ita iudicatum eſt in cauſa Ducis Allobrogum: Bodin. *de republ. lib. 1. c. vlt. p. 267.*) quod poſtea extenderunt, alii ſecundum menſuram ditionum imperii ſui, alii etiam vlterius in immenſum: Bret *de la ſouuer. liu. 2. ch. 11. p. 263.*

yyyyy) *Le riuage de Bretaigne porte infinis poiſſons &c. Les poiſſons qu' ils appellent Royaux, s' y trouuent, comme le Dauphin, l' Eſturgeon, le Thun, le Marcouin, dont la priſe appartient au Roy, neantmoins que quelques Seigneurs & Prelats en pretendent la peſche*: Bertrand d' Argentré, *en l' hiſtoire de Bretaigne liu. 1. ch. 18. fol. 43. lit.* C.

zzzzz(Con-

Digitized by Google

zzzzz) Conſuetudine multorum locorum, nauigia, quæ naufragium paſſa, vt & bona in illis, vbi ad littus, vel terram peruenirent, ad dominum loci pertinuerunt. Quod Imperator Fridericus conſtitutione ſua (quæ nomine authenticæ *legi 18. C. de furtis* ſubiecta) generaliter, ſublata omnium locorum conſuetudine, (omnium puta, quæ eius imperio ſuberant) ſuſtulit, iuſſitque tam nauigia, quam nauigantium bona, illis integra reſeruari, ad quos ſpectabant, antequam nauigia huiusmodi periculum incurriſſent. Cumque huic conſtitutioni non ſatisfieret, imo etiam alicubi conſuetudo, non ſolum in nauigium, & bona, verum etiam in corpus ipſius naufragi, ab antiquo ſæuiret: (ſic olim contra Fridericum Comitem Stadenſem diſputatum, ab Archiepiſcopo Bremenſi, eum ſeruili ventre natum fuiſſe, quod ipſius mater, facto in Albi naufragio, in Archiepiſcopi poteſtatem iure naufragii veniſſet: ex Spangenberg. *Chron. Querfordenſi*, Kirchnerus *de Republic. diſput. 16. concluſ. 7.*) Carolus V. Imper. *ordinat. criminali, artic. 218.* has conſuetudines reprobauit, ac vetuit, ne impoſterum reuocentur in vſum. Optima ſane ratione vterque Imperatorum: Quod enim ius habere poteſt fiſcus vel Dominus loci in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur? *l. 1. C. de naufragiis lib. 11.* vel, vt Theodoricus, Gothorum Rex, *conſtit. 79.* (apud Goldaſt. *conſtit. Imper. tom. 3. p. 55.*) loquitur, crudelitatis genus eſt, vltra naufragium velle deſæuire, in naufragium paſſos, & illos ad diſpendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania pericula ceſſiſſe. Hinc eiusmodi conſuetudines, vt plane iniuſtas, humanitati contrarias, conſcientiæque damnoſas, atro carbone notant, Grotius *de iure belli & pacis lib. 2. c. 7. n. 1.* Couarruuias *part. 3. relect. c. peccatum, §. 1. n. 5. in f. de R. I. in 6.* Gailius *pract. obſeru. lib. 1. obſ. 18. n. 1. & vlt.* aliique, vt & Bodinus (quem hoc defendere, ex errore videtur ſcripſiſſe Grotius, *in annot. ad d. c. 7. §. 1.*) *lib. 1. de republ. c. vlt. p. 267.* barbarum id, & antiquis inuſitatum dicit, vt, cuius opes, ac fortunæ, naufragio miſere perierint, & quem noſtris opibus ſubleuare debeamus, eius reliquias, quas ad littus eiectas bona fide reſtitui oportebat, turpiter dirimi patiamur. Sic tamen viuitur, vt qui portus habent, eam crudelitatem tum in ciues, tum in peregrinos exequantur. Ius quæris? error ius facit; (*l. 3. §. vlt. ff. de ſupellect. legat.*) at ſi non peccatur errore, ſed ſcientia, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur. Ita Bodinus. Mihi hic errorem ius facere videtur, non autem iuſtum, non aliter, quam cum prætor ius reddere dicitur, dum inique decernit: *l. 11. ff. de I. & I.*

aaaaaa) Diſtinguit Loyſeau, *des Seigneuries ch. 12. n. 125. & ſeq.* inter *Varech, & droit de bris.* (*Ce, qu' eſt dict eſpaue ſur terre, eſt en mer appellé varech, à ſçauoir, tout ce que la mer iette à bord, en telle ſorte, qu' vn homme de cheual y puiſſe toucher du bout de ſa lance, dit la couſtume de Normandie, chap. 23. artic. 583. & eſt different des choſes peries, qui ſont celles, qui ont eſté peſchées à*

 flot,

flot, & tirées du fond de la mer (Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag. 721.) ſur leſquelles ſe prend droict de bris,* ius naufragii, *qui appartient au Roy, ou aux officiers de l'Admirauté: au lieu, que le droict de Varech appartient au Seigneur de lieu.)* Quod in terra *eſpaue* (*ἀδέσποτον*) dicitur, in mari appellatur *varech*, ſcilicet, omne id, quod mare ita impulit in littus, vt equo inſidens illud cuſpide lanceæ ſuæ contingere poſſit; *vt legitur in conſuetud. Normanniæ cap. 23. artic. 583.* Differt autem *Varech* à rebus quæ perierunt, quales ſunt, quas educimus ex fluctibus, aut à fundo maris extrahimus; de quibus ius naufragii competit Regi, au officiariis thalaſſiarchiæ: ius autem quod Varech dicitur, pertinet ad dominum loci. Verum hæc duo ab aliis tam exacte non diſtinguuntur, & fere vnum valet quantum alterum. Fortaſſis etiam vocabulum *Varech* (quod pure Germanicum eſt, & ſcribi deberet *Varecht*, à *varen*, quod cum noſtro fahren idem eſt, & Recht: vt latine dici poſſit, ius vecturæ, vel vehendi) nonnullos decepit, cum illius originem, & inde deſcendentem ſignificationem non ſatis noſſent, vnde factum arbitror, quod Loyſeau *varech*, hoc eſt, ius, pro rebus quæ huic iuri ſubiectæ ſunt, acceperit, ac aliis, pro *varech*, *vareſche* placuerit; nec non ab vna corruptione ad aliam ventum fuerit, qua res huic iuri ſubiectas *vereſques*, & *vabares*, quæ omnia cum Normannis ac Britannis primum in Galliam veniſſe, & poſtea corrupta eſſe, credo. Cæterum de *Varech* verba faciens Tholoſanus, *lib. 9. de republ. cap. 1. n. 29.* illud ius regale, ad Regem pertinens, ratione Ducatus Normanniæ, vt ſi per tempeſtatem, aut infortunio alio quopiam maris, res quædam impellantur in littus, ſiue nauis ſit, aut aliud quippiam, eodem iure ad principem pertineat, ſi intra ſex hebdomadas non compareat, qui poſſit eas res delatas vindicare. Bertrand d'Argentré *en l'hiſtoire de Bretaigne liu. 1. ch. 26. fol. 101. lit. f.* diuerſa, aut ſaltem non omnino ſimilia, tradit de iure *de Bris.* Ait ille: (*Le droit de Bris, n'eſt pas en Bretaigne ſeulement, car il ſe trouue des eſcriuains, principalement Iuriſconſultes, par les Potentats, Royaumes, & Nations, qui teſmoignent, que tous les princes du monde prennent ce deuoir en leur finage. Ce qui auroit quelque apparence, quand il ne ſe trouueroit point de pourſuiuans, & que la mer auroit pouſſé à bord quelques biens, deſquels le Seigneur ſeroit incognu; mais ſe trouuant, qui les aduouë, c'eſt vn cruel exploit d'accroiſtre le malheur d'vne pauure perſonne, & qu'à vn infortuné, la mer, & la terre ſe rendent ennemis tous deux enſemble, ſans merite, ny offenſe.*) Ius naufragii non ſolum obſeruatur in Britannia; ſunt enim nonnulli autores, potiſſimum ex Iureconſultis, variis in regnis & nationibus, qui teſtantur, omnes Principes hoc iure vti in ſuis prouinciis mari finitimis. Haberet autem hoc aliquam iuris ſpeciem, ſi nemo eas res vindicaret, ac mare res ad littus impuliſſet, de quarum domino haud conſtaret: Verum cum præſto ſit, qui eas ſuas eſſe aſſerat, crudelitatis eſt, ſi afflicto afflictio augeatur, & mare atque terra inſontem proſequantur odio.

bbbbbb) Au-

Digitized by Google

bbbbbb) Audiuimus modo à Tholoſano, Regem res in littus impulſas ſibi proprias facere, ſi intra ſex hebdomadas non compareat, qui poſſit eas vindicare. Sed Bret. *de la ſouueraineté du Roy, liu. 2. ch. 11. p. 274.* annuum tempus ponit. *Si celuy qui a fait naufrage, reclame ſon bien dedans l'an, qu'on le luy rende, en payant ſeulement les frais du ſauuement: mais qu'apres l'an expiré, il n'y eſt plus receuable, & qu'il appartient, partie au Roy, & partie à ſon Admiral.* (Naufrago bona ſua, intra anni ſpatium repetenti, reſtitui debent, deductis quæ in conſeruationem eorum impenſa ſunt: Sed poſt annum elapſum admittendus non eſt, & illa partim ad Regem, partim ad eius Thalaſſiarchum pertinent.) Verum nec vnum nec alterum ſemper in Gallia obſeruatum fuiſſe, docet Bodinus *d. lib. 1. c. vlt. p. 267.* Cum enim legatus Cæſaris, anno M D LVI. coràm Henrico II. Francorum Rege, queſtus eſſet, duas naues ad littus eiectas, & ab Iordane Vrſino captas eſſe, easque reſtitui poſtularet; Annas Mommorantius, Magiſter Equitum, reſpondit, ea quæ ad littus fuiſſent eiecta, gentium omnium iure ad Principes, qui littoribus imperarent, pertinere. Ita ius inualuit, vt ne Andreas quidem Doria queſtus ſit de nauibus in littus Celticum eiectis, & à præfecto claſſis Galliæ direptis. Nec vero conſtitutio illa, quæ Admiralii Franciæ iura enumerat (cuius ſuo loco ex Fontanone mentionem fecimus) vllius termini, aut redditionis meminit. Articulus XII. ita diſponit: *Tout ce qui eſt prins en & dedans la mer, à flot, grif & graffe, le tiers eſt à qui le trouue, & ſauue, & les deux parties audit Admiral.* Articulus XIII. ait: *De tout ce qui eſt ietté de la mer à terre, tant eſpaues, veresques, que vabares, & hors du flot, la tierce partie ſeulement en appartient à l'Admiral, pour la cognoiſſance, droit, & dignité de ſon office: Et le ſurplus eſt au Roy, & aux Seigneurs, à qui le Roy a donné tels droits en leurs terres. Et pareillement de tous nauires, & autres marchandiſes, peris, & peſchés en la mer.* Item articulus XIII. *Tout ce qui ſeroit allé au fons de la mer, & par engins, ou par force, ſe pourroit peſcher, & tirer hors, les deux parts en appartiennent audit Admiral, & la tierce partie à celuy, ou ceux, qui l'auroit peu peſcher, ou ſauuer.* Ita ſcilicet haud raro honeſtati præfertur vtilitas, quæ hic exigua non eſt. Chriſtianum, Regem Daniæ, lege de naufragorum bonis confiſcandis abrogata, dixiſſe refert Grotius, *in annotatis ad d. c. 7. lib. 2. de iure belli & pacis* §. 1. ſibi ſic periiſſe annua centum aureorum millia.

cccccc) Vide ſupra, *hoc capite, lit. xx.*

dddddd) Peregrini in Francia liberi quidem viuunt, ſed ſerui moriuntur; hoc eſt, bona ſua, dum viuunt donare (modo hoc non fiat in fraudem fiſci: Papon. *arreſt. lib. 5. tit. 2. n. 6.*) vendere, permutare poſſunt: quoniam huiusmodi contractus introducti ſunt à iure gentium, quod omni humano generi commune eſt, & quo omnes gentes vtuntur. Serui autem moriuntur, quia de bonis ſuis, quæ in Gallia tenent, teſtari non poſſunt: Alciatus

Digitized by Google

tus *lib. 1. parerg. cap. 15.* nec ſucceſſores habere ab inteſtato. *Ils ne peuuent teſter, ny diſpoſer par teſtament des biens, qu'ils ont en France, ſoient meubles ou immeubles, que iuſques à cinq ſols Pariſis, & au deſſoubs.* Bacquet *du droit d'aubaine, part. 5. chap. 23. n. 1.* (Non poſſunt teſtari, aut teſtamento diſponere de bonis quæ habent in Francia, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, excepta ſumma quinque ſolidorum Pariſienſium, aut minori.)

eeeeee) Peregrinus, qui in Regno quædam bona acquiſiuit, ſi reſideat, & commoretur extra Regnum, in prædictis bonis legitimos heredes ſuos habet ſucceſſores, etſi peregrini ſint, excluſo Rege: ita Paponius *d. lib. 5. arreſt. tit. 2. arreſto* 3. vbi ſic iudicatum fuiſſe arreſto Pariſienſi, A. MDXIIX. XXIII. Febr. atque rationem eius rei bonam eſſe, docet, quod huiuſmodi acquiſitio non ſit facta ex pretio, quod in Regno fuerit quæſitum. Contrarium autem inculcat Bacquet, *d. tr. chap. 12. n. 1.* Charles de Bouques, & Antoine des Peilles, *au traicté des ſucceſſions part. 2. n. 83.*

ffffff) Rex ſuccedit peregrino in bonis, quæ habet in Francia: Bugnyon *au 1. liure des loix abrogées, chap. 8.* Guiac. *ad tit. de caduc. tollend.* Papon. *d. lib. 1. arreſt. tit. 2. arreſto* 1. excluſis agnatis, cognatis, & vxore: Taboëtius *in paradoxis Regum ſect. 3. pag. 156.* nec non illarum terrarum dominis, in quibus in Gallia bona peregrini reperiuntur, vel quorum in territorio peregrini mortui ſunt: Bacquet *d. tr. part. 1. chap. 4. n. 2. ac part. 4. chap. 27. & au traicté des droits de iuſtice chap. 22.* Licet vero Molinæus, *ad artic. 40. conſuetud. Andegauenſ.* dicat, quod ſecundum vſum antiquum Francorum, alti iuſtitiarii habuerint ius occupandi bona, quocunque modo vacantia, etiam albinorum, & ſpuriorum; ſed nuper, memoria ſua, quæſtuarios fiſcales iura dominorum illorum, contra veterem conſuetudinem, reſtringere cœperint in ſucceſſionibus peregrinorum, & habuerint multos emptitios Iudices propitios; nihilo minus tamen, quantum ius albinagii attinet, (*il y a vne grande raiſon de l'attribuer au Roy ſeul; raiſon, qui n'eſt aucune de celles rapportées par Bacquet, au traicté, qu'il en a faict; à ſçauoir, qu'il n'y a point de vacance, ny desherence abſoluë en l'eſtranger, qui ordinairement a des parens, auſſi bien que le naturel François; mais, ils ſont empeſchés de luy ſucceder, non par le droict de nature, ou des gens, ains par la loy particuliere du Royaume, qui priue l'eſtranger d'eſtre heritier, & de laiſſer heritiers en France: loy, qui regarde la police generale de l'Eſtat, & partant appartient au Roy ſeul, comme faicte pour l'augmentation du Royaume, & non pour accroiſtre & aduantager les Seigneurs particuliers d'iceluy.*) prægnans ratio id Regi ſoli attribuit, cuius nullam, inter alias, mentionem fecit Bacquetus, in tractatu, quem de hac materia ſcripſit. Quando peregrinus moritur, non vera eſt bonorum vacantia, nec heredum defectus, quoniam ordinarie habet cognatos, non minus quam Francus naturalis: impediuntur autem ei ſuccedere, non quidem

iure

Digitized by Google

iure naturali, aut gentium, ſed Regni lege peculiari, quæ prohibet peregrinum eſſe heredem, aut habere in Francia heredem. Hæc lex generalem politiam Status reſpicit, ideoque ad ſolum Regem pertinet, vtpote quæ facta fuit in emolumentum ipſius Regni; non Dynaſtarum particularium: Loyſeau *des Seigneuries d. chap. 12. n. 107. & 108.* Atque hoc ius, albinis ſuccedendi, tam tenaciter Regi adhæret, vt ab eodem non poſſit alienari, nec à Domino altæ iuſtitiæ præſcribi: Bacquet, *en la 4. partie du droit d'Aubaine, chap. 28.* Vnde, cum Rex Reginæ Margarethæ dediſſet Comitatum de Lauroguois, cum omnibus iuribus Regiis, & ſimul cum iure albinagii, eo non attento, ſolemni arreſto Curiæ Parlamenti Tholoſani iudicatum fuit, ad Regem adhuc illud albinagii ius pertinere: L'Eſtang *au 1. arreſt.*

gggggg) Sub regula comprehenduntur peregrini, ſiue domicilium ſibi in Francia elegerint, & ibidem perpetuo reſideant, ſiue ad tempus; imo, etiamſi ſolum per Regnum tranſeuntes ibidem moriantur: Bacquet *d. parte 1. chap. 1. n. 1. & chap. 12. n. 1.* Ac licet olim Rex Franciæ Sabaudiam ad ſe pertinere contenderit, vt & Lotharingiam; ſunt tamen Sabaudi, non minus quam Lotharingi, iuri albinagii ſubiecti: Bacquet *d. part. 1. chap. 6. num. 2. & 4.* Excludit porro Rex defuncti patrem, matrem, liberos, fratres, cognatos, atque vxorem, regulariter; ſi & hi ſint peregrini, imo etiam ex his nonnullos, etiamſi non ſint peregrini: Bacquet *d. tr. part. 4. chap. 32. n. 1.* Guil. Ranchinus *in tr. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 23. n. 4.* Exceptiones regulæ, vel reſpiciunt illum qui mortuus, vel eius ſucceſſores, vel bona, quæ reliquit. Quod mortuum attinet, Rex eius heres, excluſis agnatis & cognatis &c. non eſt; I. ſi eum ex peregrino ciuem fecerit; vel, vt loquuntur, naturaliſauerit; vel peculiari ſaltem priuilegio ab albinagii onere liberauerit: Bacquet *d. tr. part. 5. chap. 37. n. 9.* II. Si obſtet dignitas perſonæ: (*Le droit d'aubaine n'a point de lieu entre les Princes ſouuerains: pource qu'ils ſont tous freres & enfans du Roy des Roys, qui les a eſtablis ſes vicaires, & ſes lieutenans, pour commander aux peuples de la terre:* Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 3. chap. 13. pag. 478.*) Ius albinagii non exercetur in principes ſupremos, quoniam Regis fratres ſunt, & filii Regis Regum, qui eos vicarios ſuos in terris fecit, ad imperandum populis. III. Si obſtet conditio perſonæ, nempe, ſi legatus ſit: Bret *d. tr. lib. 2. chap. 8. pag. 227.* Reſpectu eorum, qui peregrino mortuo ſuccedere volunt, ius albinagii ceſſat; I. Si ſint liberi, qui peregrino ex legitimo matrimonio nati fuerint in Francia: Bacquet *d. tr. part. 4. chap. 32. n. 3. & 5.* Hoc admittit Paponius *d. lib. 3. arreſt. tit. 2. arreſt. 2.* dummodo prædicti liberi in regno nati fuerint ex vxore regnicola, non peregrina, & ſi ipſi liberi in regno reſideant; vnumque ſine altero non ſufficere tradit. At Charles de Bouques & Antoine des Peiſſes *d. tr. des ſucceſſions, part. 2. n. 90.* docent, hoc procedere, etiamſi pater, materque fuerint peregrini; allegantes

Digitized by Google

Bacquet *au d. chap. 32. n. 3.* contra Rebuffum *in tr. de liter. naturalit. gloſſ. 1. n. 3. & 5.* II. Si liberi naturaliſati fuerint, & in Francia degant, ibidem patri & matri ſuccedunt, qui peregrini mortui ſunt: Bacquet *d. chap. 32. n. 8.* Quod ſi vero liberi peregrini ſint, non ſuccedunt, imo ne quidem legitimam conſequuntur: Bacquet *d. part. 4. chap. 31. n. 3. & 4.* III. Si pater, qui literas naturalitatis, quod ſucceſſionem attinet, hac conditione impetrarit, dummodo liberos habeat regnicolas, aliquem nominis ſui adoptet in filium. Caſu tali eueniente, etiam reclamante procuratore Regio, adoptiuo ſucceſſionem, arreſto VIII. Iun. MDLXXVI. adiudicatam fuiſſe Bergeronius *in appendice ad d. tit. lib. 3. arreſt. Paponii n. 2.* docuit. IV. Si vidua ſit Albini, qui ius ciuitatis impetrauit, & regnicola fuit, illa marito mortuo, excluſo Rege ſuccedit. Ita iudicatum in Camera inquiſitionum, & infirmata ſententia conſiliariorum Theſaurenſium, *vt in d. appendice n. 4. legitur.* Reſpectu bonorum, Rex Albino non ſuccedit in bona alia, quam quæ in regno habuit: extra illud enim poteſtate caret.

bbbbbb) Qui ius albinagii approbant, ii vel rationes exponunt, vel exempla aliarum gentium allegant, & antiquitatem ipſam. *Le droit d'aubaine eſt vn des plus anciens priuileges du Royaume de France, & de la Grande Bretaigne: ita legitur aux articles entre les Roys de France, & de la grande Bretaigne, de l'an MDCXXIII. XIV. d'Auril, artic.* 20. Hoc in argumento præ cæteris operoſior fuit Bodinus *lib. 1. de republ. c. 6. p. 96. & ſeqq.* poſtquam enim docuit, Athenis ciues ab omnibus tributis immunes fuiſſe, à peregrinis vero tributum ſingulare, quod μετοίκιον dicebant, exactum fuiſſe, addit: Iam vero teſtamenta ciuibus, non item peregrinis condere licebat; aut ſi cui quid à peregrino legatum eſſet, earum rerum, quæ extra patriam quæſitæ fuiſſent, caducum fieri legatum, ac principis fiſco ceſſiſſe, noſtriſque moribus cedere, contritum eſt. Hoc enim iure in vniuerſa Gallia vtimur, quod Italis fere omnibus, ac Siculis, imo etiam Aſiaticis, & Africæ populis commune eſt; idque *Albinagium* noſtro ſermone vocatur. Quamquam Turcarum principes, non modo peregrinorum hereditates vniuerſas cernere, ſed etiam eorum, quos ipſi *Timariotas*, ſeu *beneficiarios* appellant, prædia, & reliquæ plebeiorum multitudinis hereditates decimare conſueuerunt. Id ab antiquis Athenienſibus & Romanis originem traxiſſe videtur: nam hi totam hereditatem peregrinorum; illi ſextam partem, ſeruoſque omnes in vrbe natos, fiſco vindicabant. Itaque fallit Diodorus, qui Ægyptios æque ac Romanos bona peregrinorum legitimis heredibus reliquiſſe ſcribit: quod ſatis illum coarguit in Romano iure fuiſſe peregrinum. Quid enim frequentius occurrit, (*l. 1. C. de hered. inſtit. l. 1. §. 2. de legat. 3. l. quidam, de pœnis. l. neque, §. 1. de militari teſtam. l. 1. §. penult. de iis quæ non pro non ſcriptis*) quam peregrinorum bona fiſco cedere? &c. Et quemadmodum in Gallia perinde vt in An-

in Anglia, priuati quoque hereditates capiunt peregrinorum, qui modo in ſuæ iuriſdictionis finibus moriuntur: ita quoque Romani peregrinorum, quos in clientelam ſuam receperant, hereditaria bona Romæ relicta, more maiorum capiebant; idque *ius applicationis* appellabant. Ex quo perſpicuum eſt, ius illud, ſiue applicationis, ſiue albinagii, antiquiſſimum ac vetuſtiſſimum eſſe, & quidem omnium fere populorum commune. Cui Fridericus II. Germanorum Imperator derogare cupiens, (*Auth. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſ.*) permiſit omnibus condere teſtamenta, ac voluntate, arbitrioque ſuo heredes ſcribere, aut ſi morerentur inteſtati, proximum quemque hereditatem cernere. Sed legis illius, ne in Germania quidem vlla vis eſt; multo minus in Italia, vbi cum peregrinis multo acerbius agitur, quam in Gallia. Nam moribus noſtris, ac legibus, licet peregrino prædia tum vrbana, tum ruſtica, & pecuniarum vim infinitam, quærere, & quæſita prædia ſe viuo, ac ſpirante, vendere, ac diſtrahere; vel etiam peregrinis, æque ac ciuibus, largiri; iusque ciuium exigua pecunia in ærarium publicum collata, impetrare, vt teſtamenta legare, aut heredem ſcribere, quem velit, poſſit. At in pleriſque Germaniæ regionibus, & in vniuerſa Bohemia, ac pæne tota in Italia, præcipue Ferrariæ, ne glebam quidem agri peregrinis iure dominii habere fas eſt, nec poſſeſſionem prædiorum peregrino accipere licet, moribus Peruſinorum; at ne vſumfructum quidem Mediolani, aut cum peregrinis connubia contrahere, pœna publicationis bonorum indicta. Hoc vero iniquius, quod cum peregrinis bona prædia debitorum addicta ſunt, eadem ciuibus vendere neceſſe eſt. Nec ita pridem Carolus V. Imperator peregrinos omnes, lata lege, à ciuium Mediolanenſium hereditatibus ſummouit. Venetorum etiam moribus peregrino ciuem obligare licet; ea tamen obligatione non tenentur heredes, niſi quantum ad eos emolumenti peruenerit, in quo iuri ciuili Romanorum inique derogatur. At moribus Brixiorum, vxor peregrini bona, prædia, aut prædiorum æſtimationem in peregrinos transferre nullo modo poteſt. Nihil eſt ergo cur Itali de Gallis queratur, cum ne pignori quidem Anglorum prædia peregrini creditores ſubiicere poſſint: qua de re legati exterarum gentium ſæpius conqueſti ſunt; proximos tamen peregrinorum ſupellectilem, ac pecuniam capere permittunt; contra quam fit in Lituania, Moſcouia, Tartaria, & in vniuerſo Turcarum imperio; quibus locis peregrinorum morientium pecunia fiſco vindicatur, perinde vt in Gallia &c. Ætate noſtra Crozilus, Turonenſis, qui mercaturam quæſtuoſiſſimam antea fecerat, cum moriens ducenta fere aureorum millia reliquiſſet, nihil ad proximos peruenit, ſed omnia Turcarum Princeps Abrahamo, præfecto prætorio, dono dedit. Hactenus Bodinus. At vero idem ius albinagii à iure ciuili, quod Imperator Leo ſtatuit, *per titulum, non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua ad externum deferre, libi*

Cod.

Cod. 11, ortum habere videtur Tabœtio, *in paradoxis Regum, part.* 3. *p.* 156. Imo Moſen oraculo ſuperiore monitum inſtituiſſe hoc ius non iniuria cenſeri autumat (*d. p.* 156.) *Numerorum capite nouiſſimo*, quando cauet, ne fiat alienatio, neque confuſio bonorum & poſſeſſionum vnius familiæ, atque translatio in aliam inconſulto principe. Addunt denique alii, quod hoc iure Rex non inique repetat ea, quæ beneficio Reipublicæ peregrinus lucratus eſt.

iiiiii) Paradoxis annumerant nonnulli, ſeruum, vt primum Galliam intrauit, liberum fieri, (*vide ſupra lib.* 1. *cap.* 6. *lit. ccc.*) & liberum peregrinum ibi mori vt ſeruum; miranturque Gallos de hoſpitalitate ſua erga exteros tantum gloriati, (vide Loyſeau *des ordres, ch.* 5. *n.* 113. *& ſupra lib.* 1. *c.* 3. *lit. f.*) cum nihil magis hoſpitalitati contrarium ſit, quam albinagii ius, quod in peregrinos ibi exercetur. Rotunde Grotius, *de iure belli & pacis lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 14. *inf.* Quod alicubi externis teſtamentum facere non conceditur, id non ex iure gentium, ſed ex iure proprio illius ciuitatis, & ni fallor, ab illa veniens ætate, qua externi quaſi pro hoſtibus habebantur: itaque apud moratiores populos merito exoleuit. Laudatur à pleriſque, vt humanitatis plena, conſtitutio Friderici II. Imperatoris, per epitomen redacta *in auth. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſ.* hac verborum ſerie: *Omnes peregrini, & aduenæ, libere hoſpitentur vbi voluerint. Et hoſpitati ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si vero inteſtati deceſſerint, ad hoſpitem nihil perueniet, ſed bona ipſorum, per manus Epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, heredibus tradantur, vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes vero, ſi aliquid ex talium bonis contra hanc conſtitutionem noſtram habuerit, Epiſcopo triplum reſtituat, quibus viſum ei fuerit adſignandum; non obſtante ſtatuto aliquo, aut conſuetudine, ſeu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc noſtram conſtitutionem venire præſumpſerint, eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, in quo deliquerint, alias prout culpæ qualitas exegerit puniendi.* Hanc conſtitutionem Gallorum iuri præferendam ſtatuit Arniſæus, *de iure maieſtat. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 20 quia, qui prohibet aliquem teſtari, aufert ipſi ſuarum rerum dominium, iure communi conceſſum; & qui hoſpitem durius tractat, ius hoſpitalitatis violat, quod Chriſtianis eo religioſius obſeruandum eſt, quo ſeuerius ſibi inuicem detrahere, aut damnum inferre prohibentur. Quin etiam Reipub. intereſſe dicit Cicero, 2. *officior.* multos ad eam inuitari hoſpites liberalitate ciuium, vt, quandoquidem ita comparatum eſt, vt nulla Reſpublica ſibiipſi ſine ope alterius ſufficere poſſit, eo genere officiorum ciues in aliena Repub. viciſſim non careant. Nam quanquam diſtincti ſunt Rerumpubl. limites, & ciuibus in ſua cuique Reipubl. prærogatiua debetur, hoſpites tamen, ab earum vſu prorſus prohibere, æquum non eſt, ſecundum legem

Digitized by Google

legem naturæ, qua cuique ſibi prodeſſe conceditur, modo alteri non noceat: *l. 1. §. iidem aiunt 11. de aqua pluu. arcenda* Ioh. Superior *l. quoties 15. n. 1 ff. de ſeruitut.* Mihi videtur, ſi rem penitius conſidero, bona peregrini diſtiguenda eſſe, in illa quæ ſecum in Galliam intulit, quæ mobilia, aut ſe mouentia ſunt, & in alia, quæ in illa acquiſiuit, quæ eſſe poſſunt, vel immobilia, vel mobilia, aut ſe mouentia. Illarum diſpoſitione, quæ ſecum attulit, peregrinum priuare, aut poſt mortem eius, excluſis illis, ad quos iure gentium, ſanguinis, aut inter Chriſtianos ciuili ratione recepto, pertinet, ſibi attribuere (vt fieri in Gallia docet Bacquet *part. 1. du droit d'Aubaine chap. 12. n. 1.* & ex eodem Charles de Bouques, & Antoine des Peiſſes *d. tract. des ſucceßions part. 2. n. 83.*) humanitatis lineam excedit. Hoc humanitas requirit, cuſtodire bona illa, ac petentibus illis, ad quos defuncti hereditas iure pertinet, reſtituere. Imo vero, ſi conſtet vbi degant iſti, conſcientiæ conſulitur, ſi illis mors notificetur, & offerantur bona defuncti. Quod ſi non conſtet vbi degant, intimatio mortis ibi fieri poterit, vbi in notitiam nationis, ex qua defunctus fuit, peruenire queat. Plane, vt conſcientia ſalua ſit, nihil intermittendum, ſecundum qualitatem, vel quantitatem bonorum relictorum, ex quibus impendia quæ neceſſario fiunt, ſumi poſſunt, quo mortem peregrini, & quid bonorum reliquerit, reſciſcant illi, quorum intereſt. Quod ſi vero, his præuiis, nemo compareat, qui doceat demortui hereditatem, vel bona, ſibi deberi, eaque ſibi reddi petat, albinagio locus dabitur. Quamquam ſi ad ſubtilius ius reſpicere volumus, omnium optimum fuerit, vbi aliud non conſtat, quam cuius nationis fuerit defunctus, bona quæ reliquit eiuſdem nationis ſummo Principi, vel magiſtratui offerre. Quoniam enim eius ſubditus eſſe non deſiit, quod ex patria in Galliam iter fecerit, atque ita ſubditus Principis ſui, non Regis Franciæ deceſſit, magis ſecundum æquitatem videtur eſſe, in ſucceſſione illa Principem patriæ Regi extero præferri. Porro, ſi de bonis quæſtio ſit, quæ peregrinus in Gallia acquiſiuit, puto non inepte dici, modum acquiſitionis ante omnia examinari debere, & poſtea rem ipſam, an mobilis ſit, an vero immobilis. Modi acquiſitionis aut lucratiui ſunt, aut non: Lucratiui, aut omnino tales, aut certo reſpectu tantum. In illis, qui omnino lucratiui, non ita durum, ſi conditio à lege Regni adiecta intelligatur, vt peregrino ſine teſtamento mortuo, ſuccedat Regnum. At teſtamenti factionem de his bonis peregrino omnino denegare, durius eſt, quam ſi permittatur illi teſtamenti factio, reſtricta tamen, ne peregrinum inſtituat heredem. Quod vero peregrinus ſua pecunia, quam in Galliam intulit, ibi res mobiles, quarum commercium exteris non interdictum, emerit, quo minus illas vel teſtamento, vel ab inteſtato ad ſuæ nationis homines deuoluere poſſit, obſtare nihi debet; tantundem enim Regno rependit, quantum extra illud ad alios defertur.

fertur. Iniquum quoque videtur, ſi heredes peregrini, qui debitam ſibi pecuniam quam in Gallia accepiſſet, & antequam ad ſuos reuerſus, ibidem decedens, teſtamento nulli adſignaſſet, Rex à ſucceſſione excluderet. Aliud autem fortaſſis dicendum de peregrino, qui ſuo ære bona immobilia in Gallia comparauit, ſi conſcius peregrinis illic non aliter eiuſmodi bona emere concedi, quam hoc cum onere, ne in peregrinos, vel per teſtamentum, vel ab inteſtato, poſt mortem ſuam, deuoluantur.

kkkkkk) Baſtardi non legitimati, nec genus, nec gentem habent, vnde nec ſucceſſorem alium ab inteſtato, niſi Regem: Bret *de la ſouuer. liu. 2. chap. 9. pag.* 241. ſi ſcilicet decedant non relictis liberis, aut non condito teſtamento. Nam liberi eorum Regem excludunt, & teſtamentum obtinet vires: *pag.* 242. Controuerſum hoc ius, ſuccedendi ſpuriis, fuit inter Regem, & altæ iuſtitiæ dominos, ſed tandem eo ventum, vt Rex ſolus ſpuriis non legitimatis ſuccedat, (*fors qu'en trois cas concurrens, à ſçauoir, qu'ils ſoient nas demeurans, & decedés en la terre des hauts-iuſticiers; encore en faut-il adiouſter vn quatrieſme, que leurs biens y ſoient ſitués, & trouués. Mais à l'esgard des baſtards legitimés, leur ſucceſſion n'appartient ny au Roy, ny au haut-iuſticier, ains on tient maintenant à bon droit, qu'elle appartient à leurs parens legitimes, ores qu'ils n'ayent conſenti à leur legitimation, voire qu'ils n'ayent eſté aduoués par le pere, ou mere, du coſté deſquels ils leur ſont parens, pource que toute macule de leur natiuité eſt oſtée par la legitimation, qui les ente en la famille & parenté, dont ils ſont iſſus, & que par icelle le Roy renonce à leur ſucceſſion purement, & ſans aucune condition.*) exceptis tribus caſibus concurrentibus, nempe, quando fuerunt nati, & habitarunt, ac deceſſerunt in terris alti iuſtitiarii. His quarto addi debet, quando ipſorum bona ibi ſita ſunt, vel extant. Quod autem baſtardos legitimatos attinet, illis neque Rex, neque altæ iuſtitiæ dominus ſuccedit; ſed, vt recte nunc docetur, eorum hereditas defertur ad cognatos legitimos, etiam eo caſu, vbi hi non conſenſerunt in legitimationem, imo licet, à patre, aut matre, quorum reſpectu baſtardis conſanguinei ſunt, baſtardi nunquam pro liberis agniti fuerint. Legitimatione enim tollitur omnis natiuitatis macula, & legitimati referuntur in familiam ac cognationem, ex qua nati ſunt: ſic etiam Rex legitimando renunciat pure, & ſine conditione, ſucceſſioni eius, quem legitimat: Loyſeau *des Seigneuries* 4. *chap.* 12. *n.* 113. & 114.

llllll) Ioh. Lucius *lib.* 1. *placitor. curiæ* §. 6. generaliter bona *ἀδέσποτα*, quæ ſine domino particulari inueniuntur, merito ad Principem eius loci, vbi inueniuntur, pertinent, & inter regalia bona vacantia reponuntur. Cuius nomine multa continentur, vt inprimis mortuorum bona, decedentium ſine legitimo herede ab inteſtato, & fiunt incorporationes eorum cum bonis & ſubſtantia principis; bona ſine herede, ſine domino, dicuntur, ideo

ideo tanquam vacantia fiſco deferenda. Quo iure vſi Reges Italiæ ſunt, quorum Comites rerum priuatarum illud exigebant. Vocatur hoc ius in Gallia *droit de desherance*, id eſt, ex defectu heredis. (*Desherance, c'eſt à dire, le droit, qu' a le Roy de ſucceder à quelqu'vn, qui n'a point d'heritier legitime, ny teſtamentaire:* Bret *de la ſouuer. liu. 3. chap. 12. pag.* 448. *En quelques couſtumes la desherance eſt appellee ligne eſteinte, ligne fallie, en Normandie, deſcheance, comme en Sicile, excadentie.* (Idem *d. chap. pag.* 452.) In Italia hoc iure vſus Rex Theodoricus. Dehinc, nomine vacantium, pertinent ad principem res mobiles, ſeu immobiles, quæ à nullo poſſidentur, vel pro derelicto, & inculta relinquuntur, vt & domus non reparata. (*l. 1. ff. de iure fiſci.*) Manauit edictum à Rege Galliæ VII. Septembris anno MDLXXIV. & alio tempore, de alienatione terrarum vacantium, quæ ad libellarium contractum conceſſæ ſunt per partes, diſcretis fundis, ſub minutis cenſibus & pecunia, cum reſeruatione laudimiorum, ſi reuenderentur aliis poſſeſſoribus priuatis. Hæc poſtquam ſcripſit Tholoſanus *de republ. lib. 9. cap. 1. n.* 25. addit, *numero ſequente*, hodie in Gallia ad Dominos iuridicos altos iuſtitiarios, & vaſallos Regis, ex eius conceſſione, vel permiſſione, vacantia bona aliquando pertinere. Bodinus *de Repub. lib. 1. c. vlt. p.* 268. illis attributum nunc eſſe, ait, quibus imperium eſt, aut iuriſdictio, legibus, vel moribus conceſſa, res amiſſas aut deſertas, poſt ſtatum tempus, quod in re mobili quadraginta dierum interuallo, poſt publicationem definitur, niſi à domino vindicata ſit, vſurpare fas eſſe. Sed de his diſtinctius Loyſeau, *des Seigneuries d. ch. 12. à n.* 83. *vſque ad n.* 12. vbi explicat, quid Regii hic iuris ſit, quidue dominis iuridicis, altis iuſtitiariis. De iure autem, quod ex defectu heredis Regi in bona defuncti competere deberet, Bret *d. liu. 3 chap. 12. pag.* 450. annotauit, (*que les officiers du Roy ont eſté ſi negligens à conſeruer ce droit, que ſa Maieſté maintenant n'en a la iouiſſance, que dans les terres, qui ſont de ſon domaine, & dans les lieux, où les couſtumes le diſent en termes exprés. Car par tout ailleurs, ils ont laiſſé vſurper ce droit par les hauts-Iuſticiers, auec la meſme conniuence qu'ils auoient toleré ces entrepriſes, pour les droits d'Aubaine, & de baſtardiſe, ſi la Cour de Parlement de Paris n'y euſt remedié par ſon arreſt general, de l'an MDLXXXV. Mais elle euſt merité plus de louange, ſi elle euſt ordonné la meſme choſe pour le droit de desherance, & les autres droits, qui ont eſté vſurpés par les hauts-Iuſticiers, ainſi qu'elle l'auoit autre fois iugé par vn arreſt de l'an MCCXCII. qui ſe lit reg. 2. fol.* 108. *en ces termes:* Quia filii Baſſi non inueniebatur aliquis heres de parte patris, pronunciatum fuit, quod bona mobilia ipſius filii, ex latere patris prouenientia, tanquam vacantia ad Dominum Regem pertinerent, & non ad alium. *Car de dire, que la desherance ſoit vn des fruicts, & des emolumens de la iuſtice, c'eſt vne propoſition ridicule: pource que proprement les profits de la iuridiction ne conſiſtent qu'aux confiſcations, & aux amendes:* Dd. *ad l.*

 fin.

ſin. ff. ſol. matrim. D'où vient, que Ioannes Faber, *ſur le* §. *ſin. de rer. diuiſ. &* Benedicti *ſur le chap. Raynutius, verbo, vxorem, n. 370. reiettans cette raiſon, blaſment de temerité & d'iniuſtice l'vſurpation, que les hauts-Iuſticiers ont faicte de tous ces droits, & ſpecialement de celuy de desherance, comme eſtant tout Royal.)* Officiarios Regios adeo neglexiſſe conſeruationem huius iuris, vt iam eo haud alibi fruatur, quam in terris domanii ſui, & illis, in quibus conſuetudines id fieri debere expreſſe docent. In cæteris locis omnibus permiſerunt altæ iuſtitiæ dominos hoc ius vſurpare, eadem plane conniuentia, qua vſurpare illos paſſi, ius albinagii, & baſtardiæ, niſi Parlamentum Lutetianum ſe oppoſuiſſet ſententia generali, lata anno MDLXXXV. Verum maiorem meruiſſet laudem, ſi idem conſtituiſſet de caſu, vbi deficiunt heredes, aliiſque iuribus, quæ vſurpatunt altæ iuſtitiæ domini; vt aliquando iudicauerat, anno MCCXCII. Sententia legitur &c. Statuere, quod deficiente herede, bona defuncti, tanquam fructus & emolumenta iuſtitiæ, ad altæ iuſtitiæ dominum pertineant, irriſione dignum eſt; proprie enim fructus iuriſdictionis conſiſtunt in confiſcationibus, & mulctis: Dd. *ad l. ſin. ff. ſolut. matrimon.* Hinc Ioh. Faber *ad* §. *ſin. Inſt. de rer. diuiſ. &* Benedictus *ad c. Raynutius, verb. vxorem, n. 370.* reiicientes illam doctrinam, vſurpationem factam à dominis altę iuſtitiæ horum iurium, & in ſpecie, vbi deficiunt heredes, temerariam & iniuſtam eſſe dicunt, ſoli enim Regi competere affirmant. Et *p.* 453. *(Quant aux autres biens, vacans par autre moyen, que par desherance, & qu'on appelle ἀδέσποτα, & ἀκληρονόμητα, il n'y a point de doubte, que par les meſmes raiſons ils deuroient appartenir au Roy. Que ſi les couſtumes, par la conniuence des officiers, les ont deſnié à ſa Maieſté, quelle raiſon y auoit-il de les donner, à ſon excluſion, aux hauts-iuſticiers, veu que ces droits ne dependent en rien, ny de leur fief, ny de leur Iuſtice? Il euſt mieux valu les auoir laißes à l'inuenteur, ou les rendre au proprietaire, ou à ſon defaut les donner aux pauures, ſelon l'aduis de pluſieurs Theologiens, rapportés par* Couarruuias §. 1. *reg. peccatum, 3. parte. Mais l'vſage ayant preualu contre la raiſon, tous les hauts-Iuſticiers s'en mettent maintenant en poſſeßion apres certaines proclamations, & le Roy n'en iouit que dans les terres de ſon domaine.)* Quod alia bona vacantia attinet, quæ appellantur ἀδέσποτα, ac ἀκληρονόμητα, certum eſt, propter eaſdem rationes ad Regem pertinere. Et ſi conſuetudines, conniuentibus officiariis, ea Regi ademerunt, quæ quæſo ratio, excluſo Rege ea adſcripſit altæ iuſtitiæ domino, cum iſta iura nullo modo dependeant vel ab illorum feudo, aut iuſtitia? melius actum, ſi eas res addixiſſent inuentori, aut reddidiſſent proprietario, aut ipſo deficiente, contuliſſent pauperibus, ſecundum opinionem plurimorum Theologorum, relatorum à Couarruuia §. 1. *reg. peccatum, parte 3.* Verum, quoniam vſus vicit rationem, omnes altæ iuſtitiæ domini apprehendunt earum rerum poſſeſſionem, poſt aliquot proclamationes

nes

Digitized by Google

tes præmiſſas, ac Rex eaſdem conſequitur non niſi in terris domanii ſui.

mmmmmmm) Il n' appartient qu' au Roy, d' eſcrire aux armées, & aux Parlemens, en corps: ce qui a eſté permis auſſi aux Gouuerneurs des Prouinces, qui en de certaines rencontres peuuent eſcrire aux Parlemens, qui ſont dans leurs Gouuernemens. Et quand il arriue, que les Princes du ſang leur enuoyent des lettres, leurs Regiſtres portent, qu' ils peuuent bien les receuoir, à cauſe du reſpect, que l' on eſt obligé de rendre à leur eminente qualité, mais qu' on les doit enuoyer au Roy toutes cachetées: Bret. *d. liu. 2. ch. 15. p.* 308. (Solius Regis eſt, literas dare ad totum exercitum, ac ad Parlamenta integra. Gubernatoribus tamen prouinciarum, certis in caſibus, etiam permiſſum fuit, Parlamenta, quæ in iſtis prouinciis ſita ſunt, literis appellare. Quod ſi vero ſanguinis Principes ad Parlamenta literas ſcribunt, eas quidem ob reſpectum, qui ſublimi ipſorum conditioni debetur, accipere poſſunt; non reſignatas tamen ad regem mittere tenentur.)

nnnnnn) Anciennement il n' y auoit que les Roys, qui euſſent le droit de auoir des Bois de haute fuſtaye; & perſonne ne pouuoit en laiſſer croiſtre, ſans leur permiſſion: Bret *de la ſouuerain. du Roy. liu. 3. chap. 3. p.* 355.

CAPVT IIX.

De Domanio, & bonis Regis Franciæ.

IN omnibus fere Imperiis, & Regnis, recepta diſtinctio eſt (*a*), inter bona quæ Imperatoris, Regis, vel Principis ſunt, iure patrimoniali & proprio, ac abſoluto, vel quæ ſunt Reipublicæ, cuius vſusfructus tantum ad Principem pertinet, tanquam dotis (*b*), quam Reſpublica, cuius ſit maritus, in eum contulit. Eadem vero diſtinctio, an in Rege Franciæ quoque obtineat, dubitatione non caret, propter legem fundamentalem (*c*), quæ omnia patrimonialia Regis, ſtatim atque ad coronam accedit, Coronæ bonis appropriari, idemque de bonis, quæ poſtquam Rex factus, quocunque titulo acquirat, ſtatuere dicitur. Eſt etiam nonnemo, qui Regem ipſum regni eſſe, indeque nihil proprii habere poſſe, affirmet (*d*). Contrarium qui docent, & priuata prædia Regis à Reipublicæ dominio, & vſu diſtincta eſſe tradunt (*e*), partim Ludouici XII. qui titulo *patriæ*

Digitized by Google

parentis (*f*) clarus, exemplo innituntur, qui cum ſceptra regni adeptus eſſet, priuata prędia, nempe, Blœſas, Caſſiacum & Montfortium, ab Aureliorum Ducatu, cæteriſque prædiis publicis disiungi, ac rationes vtrorumque ſeorſim reddi iuſſit (*g*). Fatentur alii, bona Regis propria non omnia ipſo iure coronæ bonis vniri, ſed facto opus eſſe (*h*); quo ceſſante, duplicem illum bonorum reſpectum adhuc vigere volunt. Quidam conſuetudine introductum aſſerunt, Regi licere de his bonis per ſpatium X. annorum diſponere, tanquam de propriis (*i*). Conſtat porro, Henricum IV. bona peculiaria ad tempus tenuiſſe, nec ea cum coronæ bonis coniungi voluiſſe, hancque eius mentem à nonnullis Curiis approbatam fuiſſe (*k*). Bona coronæ, vel regni, plerumque domanium (*l*) appellant, quandoque demanium (*m*), dominium (*n*) forſan, ad linguam latinam ſi referas, elegantius dixeris, nam ad imitationem Romanorum (*o*) hoc factum eſſe ipſi Galli aſſerunt. Quando domanii nomen vſurpari cœperit, mihi non conſtat, percepi tamen, antiquitus dictum fuiſſe *Treſor* (*p*), quod theſaurum notat. De re ipſa tria potiſſimum notari merentur; origo, augmentum, & imminutio. *Originem* referunt ad primos Francorum Reges (*q*), qui variis victoriis inclaruerunt. *Augmentum* pedetentim factum, & fieri adhuc poteſt, variis acquirendi modis, vt, bello (*r*), emptione (*s*), donatione (*t*), ſucceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, confiſcatione (*u*), incorporatione (*x*), quam lex (*y*), conſuetudo, vel pactum introduxit. *Imminutionem* quod attinet, ea vel violenta eſt, quando nempe armorum vi aliquid ex regni bonis ab hoſte occupatur, quod repetitioni obnoxium manet (*z*) regulariter (*aa*): vel non violenta, quæ pure voluntaria eſt, vel non pure, quæ ex cauſa fit, vel etiam ex negligentia contingit. De his generaliter traditur, domanium neque alienationem (*bb*), neque præſcriptionem (*cc*) admittere; idque non ex lege aliqua ſpeciali, ſed communi omnium regnorum (*dd*), quæ cum ipſis nata, bona ratione (*ee*) introductum fuiſſe; Regem quoque ad conſeruationem domanii ſe obliga-

re

Digitized by Google

re iuramento (*ff*), quod præſtat, quando coronam regni ſuſcipit. At, quod commune regularum eſt, etiam hic obtinet, vt exceptionibus locus detur (*gg*); quarum alii pauciores (*hh*), alii plures (*ii*) admittunt (*kk*). Omnes tamen, quotquot fuerint, fundamentum habent, in neceſſitate (*ll*), vtilitate, & honeſtate (*mm*). Verum, non ſola cauſa ſufficit, vt alienatio domanii valeat, ſed cum intereſſe totius Regni concurrat, examinari cauſa (*nn*), quæ prætenditur, (niſi iamdum lege approbata ſit, vt conſtitutio apanagii exemplo eſt) vel ab ordinibus regni, vel ab illis, ad quos horum vice pertinet, atque eorum conſenſu & approbatione negotium perfici debet, præuiis ſolemnibus ordinariis (*oo*). Obſeruandæ quoque ſunt, in alienationibus iſtis, cautiones, quas vtilitas regni præſcripſit, ſiue eæ generales ſint, ſiue ſpeciales, cuiusque alienationis modi. In venditione, (quæ aliquando tam frequens facta dicitur, vt fere nihil ſuperfuerit, quod vendi amplius potuerit (*pp*), conditio redhibitionis, ſeu reluitionis, perpetuo in vſu eſt, ſiue expreſſe de ea conueniatur (*qq*), ſiue non (*rr*), & quod alterum, emptor pretium ſoluere debet paratis nummis (*ss*). Transfertur autem in emptorem potius vſusfructus rei (*tt*), quam res ipſa, ita vt eam non pro ſua, ſed potius pro pignore, & vt olim loquebantur, non mancipio, ſed vſu tantum poſſideat, teneatque; cuius conſectaria varia à iuris Gallici peritis recenſentur, quæ tamen ad apanagium non pertinent. Fidelitatis iuramentum, quod feudorum nomine, ab alienata illa terra dependentium, præſtandum venit, non emptori, ſed Regi præſtari debet. Honores (*uu*), prærogatiuæ, & præeminentiæ dominicæ, non tranſeunt in emptorem, niſi expreſſe hoc caueatur (*xx*). Emptor, non poteſt in re empta iuſtitiæ actus exercere ſuo nomine, nec conferre beneficia, quæ iuri patronatus adhærent, nec deſtituere officiarios à Rege, antequam venderet domanium, ibi conſtitutos (*yy*). Excipiuntur quoque, in eiusmodi venditionibus, ſyluæ procerarum arborum (*zz*), aut licet expreſſim earum vſusfructus in alienationem deducatur, Regi tamen arbores cædendi, & vendendi

Digitized by Google

dendi ius ſaluum manet (*aaa*). Olim etiam Reges in venditione terrarum, & diſtrictuum domanialium, ſemper excipere ſoliti ſunt fortalitia, & loca munita (*bbb*). Denique, domanium occupatum, vel tranſlatum cum corona iterum conſolidatur, redditione (*ccc*), apprehenſione armata (*ddd*), eiectione è poſſeſſione (*eee*), reluitione (*fff*), confiſcatione (*ggg*), & finito apanagio (*hhh*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Iure Romano rerum, in imperio & ditione exiſtentium, quatuor numerantur ſpecies: aliæ namque ipſius Imperatoris patrimoniales ſunt, aliæ fiſcales, aliæ publicæ, aliæ priuatæ. Patrimoniales, poſteriorum Imperatorum Romanorum ætate, appellatæ ſunt, quæ propriæ ipſius Principis erant, non principatus, ſed patrimonii iure: quæ idcirco de propria principis ſubſtantia eſſe dicuntur: *l.* 3. §. 1. *C. de quadr. præſcript.* veluti, ſi cui è proceribus imperium à populo delatum eſſet, certum eſt ea bona, quæ ante delatum illum honorem propria ipſius erant, in ipſius dominio manſiſſe, non qua Imperator, ſed qua Valens, aut Honorius, aut Theodoſius; idque in libris iuris ciuilis ſacrum patrimonium paſſim appellatur: *l. vlt. C. de vectigal. l.* 1. *C. de indict.* Fiſcus autem, ſiue fiſcalia bona dicuntur, quæ principi, ad tuendam dignitatem ſuam populi voluntate attributa ſunt, ſiue ea in pecunia numerata, ſiue in prædiis, ſiue in iure conſiſtant. Quamuis enim fiſci nomen ſtricte proprieque ad Theſauros pertineat: *d. l.* 3. *C. de quadr. præſcript.* (quod etiam origo appellationis oſtendit) tamen etiam ad fundos & prædia productum eſt; quæ in fiſci patrimonio eſſe dicuntur: *l.* 2. §. 4. *ff. ne quid in loco publ. l.* 49. *ff. locati. l.* 38. §. 1. *ff. ad municipalem.* quin etiam iura vectigalia, mulctæ pecuniariæ, priuilegiaque omnia principi conceſſa, eo nomine continentur, vti patet *ex t. t. ff. & C. de iure fiſci.* Hottoman. *in Francogallia c.* 8. *p.* 63. *& ſeq. & in libro quæſtion. illuſtr. quæſt.* 1. *p. m* 4. *& ſeq.*

b) Bona Reipublicæ principi dantur pro dote, pro oneribus ferendis: Tholoſ. *de Republ. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 4.

c) De qua ſupra *lib.* 1. *capite* 8. *lit. pp.*

d) *Les propres termes de l'Edict de reunion de Henry IV. de ſon ancien domaine à la couronne, monſtrent clairement,* (dit Corbin *au Code de Louys XIII. tom.* 2. *liu.* 1. *poſt tit.* 10. *p.* 40.) *qu'il n'y a point en la perſonne des Roys de France deux ſortes de Domaine, & public, & particulier, n'ayans rien de particulier, eux-meſmes eſtans à la France, & tout ce qu'ils ont appartenant à la couronne.*

e) Bodinus *lib.* 1. *de Republic. c. vlt. p.* 268. Loyſeau *du droit des offices. liu.* 2. *ch.* 2. *n.* 35.

f) Cum

Digitized by Google

f) Cum Ludouicus XII. tueretur vnice plebeios aduerſus impotentes manus Nobilium, dictus ex eo fuit pater populi. Tam ægre id ferebant prouinciales cuiuſque loci reguli, vt illum inter ſeipſos, plebeianum, aut, vt loquimur, Roturarium Regem vocarent. Succeſſorem autem Franciſcum, à quo ſenectus Regni, qui laſciuiis eorum, imperiiſq; licentioſiſſimis indulgeret, vocabant à contrario Regem Nobilem: Mornac. *ad l. 28. C. de pactis.*

g) Nullus autem ſubſequentium Regum hoc exemplum imitatus vnquam fuit. (*pas vn de ſes ſucceſſeurs n'a ſuiui ſon exemple.*) Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 3. c. 1. pag. 328.*

h) *Bien que les Gens du Roy du Parlement tiennent, que ceſte vnion ſe face ipſo iure, ſi toſt que la Couronne eſt eſcheuë au Roy, comme ie l'ay eſtimé* (ait Bret *d. l. pag. 329.*) *auec eux, pour le regard de ce qu'il poſſedoit lors de ſon aduenement à la couronne: Toutesfois, pour ce qu'il acquiert, & ce qui luy eſt eſcheu depuis, il ſemble qu'on en vſe autrement. Car l'on tient, que l'vnion de ces biens-là ſe doit faire, ou en vertu de lettres patentes, ou par vne iouyſſance de dix ans, par les mains des Receueurs ordinaires du domaine, ſuiuant l'ordonnance de l'an MDLXVI. que l'on a publiée ſur l'exemple de ce, que l'on obſeruoit parmy les Romains, lors, qu'on vouloit incorporer au domaine public les biens, qui eſtoient nouuellement eſcheus à l'Empereur. Car ceux qu'ils appelloyent* Catholicos, & Comites rerum priuatarum, *qui gardoient l'eſtat de tous les biens de l'Empire, en faiſoient vn enregiſtrement ſolennel, & y appoſoient les armes du Prince, comme il ſe void* en la loy 3. C. de bon. vacant. & incorpor. l. 2. C. de aquæduct. & l. fin. ff. de requir. reis &c. *Et ils tenoient, comme nous, que iuſques à ce que l'on euſt fait ceſte incorporation publique, le Prince en pouuoit librement diſpoſer: Ce qu'ils obſeruoient de la ſorte, afin de luy donner moyen d'exercer ſa liberalité, qui eſt la plus noble vertu des Princes.* (Licet officiarii Regis, in parlamento conſtituti, aſſeuerent, quod hæc vnio fiat ipſo iure, eo momento quo corona ad Regem deuoluitur, quod etiam mihi viſum, bona quod attinet, quæ habuit tunc, quando in Regnum ſucceſſit: attamen, quantum concernit bona illa, quæ poſtquam Regnum obtinuit, acquirit, ac nanciſcitur, videtur vſu aliud obſeruari. Putant enim vnionem horum bonorum fieri debere, vel virtute codicillorum, vel vſu decem annorum percepto à domanii quæſtoribus ordinariis, ſecundum conſtitutionem latam anno MDLXVI. publicatamque ad exemplum Romanorum, qui idem obſeruare conſueuerunt, vbi actum de incorporandis domanio publico bonis, quæ nouiter Imperatori obuenerant. *Catholici*, vt vocabantur, aut *Comites rerum priuatarum*, quorum curæ omnia Imperii bona ſubiecta erant, ea ſolemniter referebant in indicem, illiſque apponebant inſignia Imperatoris, vt patet *ex l. 2. C de bon. vacant. lib. 10. l. 2. C. de aquaduct. l. fin ff. de requir. reis &c.* Prætereaque in eo nobiſcum conueniebant, vt, antequam publica iſta incorporatio facta

 fuiſſet,

fuiſſet, Princeps de illis libere diſponeret; ſcilicet, vt ſic haberet, quo liberalitatem exercere poſſet, quæ inter virtutes Principis nobiliſſima eſt.)

i) *Il eſt permis, par vne ancienne couſtume receuë, aux Roys, qui ont apporté cet accroiſſement à leur couronne, d'en diſpoſer dix ans durant, à compter de leur aduenement à la couronne*: ita ex Beloy tradit Pierre Olhagaray, *liu.* 4. *de l'hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn, & Nauarre, pag.* 764. (Antiqua, & recepta conſuetudine permiſſum eſt Regibus, intra decennium, numerandum à tempore, quo in Regnum ſucceſſerunt, diſponere de bonis, quæ ad Regnum peruenientes habuerunt.)

k) Vide quæ annotaui ſupra *d. lib.* 1. *c.* 8. *lit. pp.*

l) *Les terres, & les Seigneuries des Roys de France, ont merité, ſur tous les autres biens qu'ils poſſedent, d'eſtre nommées, par excellence, le domaine de la couronne*: Bret *d. liu.* 3. *chap.* 1. *pag.* 322. (Terræ & dominia Regum Franciæ, præ aliis bonis omnibus, quæ poſſident, obtinuerunt per excellentiam vocari domanium coronæ.)

m) Sciendum eſt, antiquitus inſtitutum fuiſſe, vt Francorum Regibus non modo fiſcalia iura, qualia Romanis Imperatoribus conceſſa erant, verum etiam certa quædam fruenda prædia, ad regiam ſuam dignitatem tuendam, aſſignarentur, quæ barbaro vocabulo *Demanium* Regium appellantur; plerumque autem *Domanium*: Hottomannus *in Francogallia cap.* 9. *pag.* 66.

n) Dominium, ſcilicet ſecundum excellentiam.

o) Domanium dictum fuiſſe, fortaſſe ad imitationem Romanorum, qui prædia principis dominica vocabant: Bret *d. pag.* 322.

p) *On appelloit anciennement le domaine de la couronne, Treſor, comme eſtant le vray treſor, ſur lequel nos Roys deuoient eſtablir le fonds de leurs deſpences. Et de ceſte ancienneté encores en auons-nous ceſte remarque en la Chambre des Comptes de Paris, parce qu' entre les ſix Chambres des Auditeurs, il y en a vne particuliere, que l'on appelle Chambre du Treſor, en laquelle on doit diſtribuer tous les Comptes, concernans de domaine.* (Antiquitus domanium coronæ dictum fuit *Theſaurus*, cum eſſet verus theſaurus, pro Regiis expenſis. Ab hac antiquitate nobis reliqua eſt nota illa in Camera computorum Lutetiæ, in qua inter ſex Cameras Auditorum, vna peculiaris eſt, quam Cameram Theſauri appellamus, in qua diſtribui debent omnes computationes, concernentes domanium.) Eſtienne Paſquier, *és recherches de la France liu.* 2. *chap.* 7. *f. m.* 58. *F. edit. veter.*

q) *Ce furent nos premiers Roys, qui, iettans les fondemens de ceſte Monarchie, donnerent l'origine à ce domaine*: Bret *d. pag.* 322. (Primi noſtri Reges, fundando hanc Monarchiam, originem huic domanio dedere.)

r) Varias bello ditiones ſibi regnoque Reges Franciæ acquiſiuiſſe, notum eſt.

s) Exem-

Digitized by Google

s) Exempli loco eſſe poteſt Delphinatus, quem alii emptionis titulo ad Regem Franciæ perueniſſe tradunt, vt ſupra *lib.* 1. *c.* 4. *lit. nn.* diximus.

t) Varia donationum, aliarumque acquiſitionum exempla, vide ſupra *d. lib.* 1. *c.* 8. *lit. qq.*

u) *Combien qu'il ſe peut compter autant de bons & vertueux Roys en ce Royaume de France, qu'il en fut oncques en Monarchie de la terre, ſi eſt-ce qu'on y peut voir, le domaine n'auoir point eu plus grand accroiſſement, que par confiſcations, ou par donations forcées.* Ita Bodinus *de la Repub. liu.* 5. *chap.* 3. *p.* 726. *in fin.* in editione prima, quam in vernacula ſua edidit: in latina autem *pag.* 845. ſcribit: Tametſi quamplurimos habuit Gallia principes, integritate, fide ac iuſtitia clariſſimos, & quidem plures, opinor, quam vlli populi; nulla te tamen regales opes maius incrementum quam publicis proſcriptionibus acceperunt. Quis D. Ludouico pietate ac iuſtitia comparandus? hic tamen Petri, Druidarum Comitis, agros ac prædia fiduciaria iudicio publico proſcripſit. Theobaldus vero, Campaniæ Comes, iudicio maieſtatis poſtulatus, ne damnaretur, Bræorum, Fortionum, & Monſtrolenſium agros late patentes, eiuſdem Regis ditioni conceſſit: vt Raymundus, Tholoſatium Comes, vniuerſam Septimaniam, & agrum Tholoſatem, Alphonſo D. Ludouici fratri, dotis nomine, quam ei deſponderat, ea lege donauit, vt Alphonſo ſine liberis moriente, in Regis poteſtatem venirent: quod metu magis, quam ſponte feciſſe dicitur, vt bella ciuilia, quibus premebatur, religionis ſpecie, exitum aliquem reperirent. Aquitaniam vero totam, Andes, Cænomanos, Turones, Auernos, proſcriptionibus in Philippi Auguſti poteſtatem veniſſe conſtat: vt Alenzonius, ac Perticenſis ager, Carolo VII. Rege. Quid commemorem Petragorios, Ponticos, Marchianos, Angoliſmæos, Saluciarum denique Comitatum, & omnes Caroli Burbonii fortunas? omnia hæc proſcriptionibus fiſco quæſita videmus. Si vero ſingulos perſequar, infinitus ſim. nulli tamen ex iis iniuſte damnati memorantur. Adde ſupra *d. lib.* 1. *cap.* 8. *lit. qq.*

x) Vide ſupra *hoc cap. lit. h.*

y) *On a inuenté vn expedient tres-propre, pour augmenter le domaine, c'eſt, que les proprietaires des terres, qui ont eſté erigées en titre de Duché, de Marquiſat, & de Comté, depuis l'ordonnance de l'an MDLXVI. & celle des Eſtats de Blois, de l'an MDLXXIX. qui la confirme, venans à deceder ſans hoirs masles, procreés de leurs corps, en legitime mariage, ſont vnies au domaine de la couronne, ſans en pouuoir puis apres eſtre ſeparées, ny par des lettres contraires, ny par d'autres diſpoſitions des Roys.* (Modus commodus augendi domanium, poſt conſtitutionem, anno M D LXVI. factam, & Blœſiæ in comitiis Regni anno M D LXXIX. approbatam, excogitata fuit; nempe, latifundia eorum, quorum propria bona noua benignitate Regis in Ducatus, Marchionatus, ac Comi-

tatus conuerſa fuerant, ſi ſine liberis maſculis, in legitimo coniugio natis, decedant, cum domanio coronæ vniuntur, adeo, vt poſtea ab eo non poſſint ſeparari, nec per literas contrarias, nec alia diſpoſitione Regum.) Bret *d. l. 3. chap. 1. p. 330.* Hanc conſtitutionem laudat Loyſeau, *des Seigneur. ch. 5. n. 68.* vbi ait: *Ordonnance, qui ſeroit fort vtile au Royaume, ſi on n'y derogeoit point.* & *chap. 6. n. 42.* expreſſe docet, derogationes, iſto in caſu, ſatis eſſe frequentes, nec legem hic poteſtati Regiæ dari poſſe. (*C'eſt choſe notoire, que ordinairement par ces erections on n'oublie gueres de deroger expreßément à la dite ordonnance, & combien qu'elle porte, qu'il n'y pourra eſtre derogé, neantmoins il eſt certain, que la puiſſance ſouueraine ne peut eſtre bornée. C'eſt pourquoy quand ſa Maieſté y deroge, elle adiouſte à ſes lettres la clauſe derogatoire au derogatoire d'icelle; & ſi on adiouſte encore, que ſans ces clauſes l'impetrant n'euſt accepte l'erection. C'eſt pourquoy il n'y a nulle apparence, qu'aduenant le defaut de maſles il perde ſa Seigneurie. Vrai eſt, qu'il y a apparence, que la qualité de Duché, Marquiſat, ou Comté, doit eſtre eſteinte en ce cas, ce que meſme ſouuent le Parlement ordonne, en verifiant telles erections.* (Notorium eſt, quod ordinarie literis eiuſmodi erectionum addatur clauſula expreſſe derogans dictis conſtitutionibus. Licet vero conſtitutiones illæ nominatim prohibeant derogationes fieri, nihilo minus tamen certum eſt, poteſtatem ſupremam non poſſe limitari. Hinc, quando Rex iſtis conſtitutionibus derogare vult, literis ſuis addit clauſulam derogatoriam derogationi, & præterea annectitur, niſi hæ clauſulæ additæ fuiſſent, impetrantem noluiſſe erectionem acceptare. Sic itaque, deficientibus maſculis non perdit dominium, ſed hoc caſu videtur qualitatem Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus extingui debere, quod etiam ſæpius Parlamentum approbans eiuſmodi erectiones, fieri iubet.)

z) Bret *d. tr. liu. 1. chap. 3. pag. 17. liu. 2. chap. 8. pag. 224.* & plenius *d. liu. 3. chap. 2. pag. 342.* vbi ita: *Pour le regard des terres, & des Seigneuries de la couronne, qui ont eſté vſurpées par force, ou par ſurpriſe, ſur la France, il eſt certain, qu'attendu le vice de ceſte poſſeßion, l'vſurpateur ne peut acquerir aucune preſcription, pour les retenir: principalement quand le debat eſt entre deux Princes ſouuerains, qui ne releuent point d'autre que de Dieu, & de l'eſpée: pource que ceſte violente poſſeßion ne peut eſtre naturellement interrompue, que par vne plus grande force: & moins encore ciuilement; D'autant que, ſi l'vſurpateur eſt reſolu de retenir ce qu'il a occupé, il ſe mocquera de toutes les ſommations, les proteſtations, & les procedures, que l'on fera contre luy. Et cependant ſeroit-il raiſonnable, que ceſte preſcription peuſt nuire à celuy, qui preßé par d'autres occaſions plus vrgentes, auroit eſté contraint d'abandonner la poſſeßion de ſon bien? Außi voyons nous, que l'Empereur Honorius declara, par vne conſtitution expreſſe, qu'il n'entendoit point, que le temps, durant lequel les Vandales auoient occupé les*

Digitized by Google

les Eſpaignes, peuſt nuire aux Eſpagnols. Nouella de præſcript. xxx. annor. *Valentinian III. ſon ſucceſſeur, fit la meſme ordonnance, contre les meſmes Barbares, en faueur des anciens Seigneurs, & des habitans du pays. Et quelque temps apres, l'Empereur Iuſtinian fit vne ſemblable declaration, pour la famille de Titions, dont pluſieurs auoient eſté contraincts de ſe retirer en Allemagne; & paſſer les Alpes, pour la crainte des armées des Oſtrogots, que Belliſaire deffit en Italie. La conſtitution de ceſt Empereur nous a eſté reſtituee par le* Docteur Cuias, *lib. 10. obſeru. cap. 21. &c. Ie me ſuis autrefois ſeruy de ces raiſons, pour iuſtifier les droits, que le Roy a ſur les villes de Mets, Toul, & Verdun, qui ſont de l'ancien domaine de la couronne, apres auoir eſté reconquiſes ſur ceux, qui les auoient vſurpées ſur la France. Ce que l'on peut auſſi dire de toutes les pretentions, que nos Roys ont ſur les Royaumes, de Nauarre, de Naples, de Portugal, ſur la Flandre, ſur le Milanois, & ſur vne partie de la Sauoye, & du Piedmont, qui, ayans autrefois eſté acquis à la Couronne de France, n'ont peu eſtre alienés, ny preſcrits par aucun temps.* (Quod attinet terras & ditiones coronæ, quas alius, vel vi, vel interceptione, vſurpauit, certum eſt, propter vitium poſſeſſionis vſurpatorem non poſſe rem vllo modo præſcribere, & retinere, potiſſimum eo caſu, quando contentio eſt inter duos principes ſupremos, qui neminem, præter Deum & enſem, pro ſuperiore recognoſcunt. Etenim, violenta hæc poſſeſſio, non poteſt naturaliter interrumpi, niſi fortiori manu; minus autem ciuiliter: quoniam ſi is, qui rem occupauit, eam vult retinere, nihili faciet partis aduerſæ interpellationes, proteſtationes, & eius generis alia. Eſſet autem à ratione alienum, dicere, hanc præſcriptionem illi nocere poſſe, qui aliis occaſionibus, magis vrgentibus, impeditus, coactus fuit eouſque re ſua carere. Imperator Honorius peculiari conſtitutione (*Nouella ſcilicet de præſcript. XXX. annor.*) declarauit, nolle ſe tempus, quo Vandali Hiſpaniam tenuiſſent, Hiſpanis nocere. Eiuſdem in imperio ſucceſſor Valentinianus III. idem decreuit contra eoſdem barbaros, in fauorem antiquorum dominorum, & incolarum illius prouinciæ. Poſthæc Iuſtinianus Imperator ſimile conſtituit, pro familia Titionum, ex qua plurimi coacti fuerant Alpibus tranſcenſis ſe recipere in Germaniam, propter furorem Oſtrogothorum, quos Beliſarius deinde in Italia debellauit. Hanc conſtitutionem nobis reſtituit Cuiacius *lib. 10. obſeruat. cap. 21.* Ego olim hiſce rationibus vſus fui, ad corroborandum ius, quod Regi competit in ciuitates, Metim, Tullum & Verodunum, portiones antiqui domanii coronæ, poſtquam illas Rex recuperauerat, & ademerat illis, qui eas vſurpauerant, in damnum Franciæ. Idem quoque dici poteſt de omnibus prætenſionibus, quas Reges noſtri habent in Regna, Nauarræ, Neapolitanum, Luſitanum, nec non in prouincias Flandriæ, Mediolani, ac partem Sabaudiæ, & Pedemontii; quæ, cum aliquando ad coronam Franciæ pertinuerint, non potuerunt vnquam contra illam præſcribi, aut ab ea auelli.

aa) Exceptiones à regula has format Silhon, *en ſon Miniſtre d'Eſtat, part.1. liu.1. diſc.11. p.m.* 128. & repetitioni locum concedit, *pourueu qu'il n'y ait point quelque traité, ou quelque conuention preallable, par laquelle ils ayent renoncé leur droit; qu'ils n'ayent point faict d'action, qui luy ſoit contraire, & qu'vn ſi grand interualle de temps ne ſe ſoit eſcoulé, qu'il tienne la place d'vne formelle demiſſion de ce droit, & enueloppe le conſentement vniuerſel de toutes les nations, & de tous les peuples, en faueur du poſſeſſeur. Ainſi, le Roy peut legitiment garder, Mets, Thou & Verdun, quand bien ces places auroient eſté iniuſtement occupées. Ainſi nous pouuons pretendre en conſcience à la ſouuerainete de Flandres, & aux Eſtats de Milan, de Naples & de Nauarre, puiſque pour cela nous auons des moyens bien fondés, ou des tiltres indubitables: que nos pretenſions ont touſiours eſtc en chaleur, qu'elles ſont connuës de tout le monde, & que nous n'auons fait traité, ny action, qu'en ait amorti la force. Ainſi, nous aurions tort, de vouloir recouurer les pertes des premiers ſucceſſeurs de Charlemaigne, & deterrer ces vieilles querelles, dont à grand peine l'hiſtoire a pu conſeruer quelque veſtige, qui fuſt entier, & quelque lumiere, qui ne fuſt point troublée.* Vide ſupra *lib.1.cap.5.lit.n.*

bb) Domanium Regibus vſu datum, non mancipio: habent illud in bonis, ſed non ex iure Quiritium, nec plena proprietate: Briſſonius *apud* Chenu, *inter quæſtiones notabiles, quæſt.2.n.34. Combien que le Roy ait pleine, entiere, & libre adminiſtration de ſon domaine, & droits dependans d'iceluy; toutesfois, cela s'entend, ſans le pouuoir aliener, en tout, ny en partie. Et pour ceſte cauſe, le domaine de la couronne, comme inalienable, eſt comparé à la tunique ſans couſture, qui ne fut diuiſée:* Bacquet *part.1. du droit de francs fiefs ch.14.p.52.* (Licet Rex habeat plenam, & liberam adminiſtrationem domanii ſui, & iurium inde dependentium: attamen hoc intelligi debet, vt excipiatur alienatio totius & partis. Hanc ob cauſam domanium coronæ, tanquam inalienabile, comparari conſueuit tunicæ inconſutili (Saluatoris noſtri), quæ non fuit diuiſa.

cc) *Le Domaine a le meſme priuilege, que les choſes ſainctes & ſacrées: & que, comme elles ne ſe peuuent preſcrire, d'autant qu'il n'y a que Dieu, qui s'en puiſſe dire le Seigneur, que ce ſeroit vne choſe abſurde de penſer, que la preſcription peut courir contre luy: de meſme le Domaine, qui apres les choſes diuines nous doit eſtre en plus-grande recommendation, que toutes les autres ſortes de biens du Royaume, n'eſt point ſuiet à la preſcription. Pource qu'il n'y a perſonne, qui s'en puiſſe dire le maiſtre, & le proprietaire, que la Couronne, à qui il appartient. Car le Roy meſme n'en iouit que par forme d'vſufruit: & bien qu'il l'ait poſſedé par quelque temps, que ce ſoit, neantmoins il n'en peut iamais acquerir la proprieté.* (Domanium eodem gaudet priuilegio, quo res ſanctæ & ſacræ, & ſic æque vt hæ præſcribi nequit: quoniam ſolus Deus, dominus earum dici poteſt, & abſur-

Digitized by Google

abſurdum eſſet arbitrari, præſcriptionem contra illum currere. Similiter etiam domanium, quod poſt res diuinas nobis inter omnia bona Regni maxime curæ eſſe debet, præſcriptioni non ſubiacet. Nemo enim eſt qui ſe domanii dominum, & proprietarium dicere poſſit, excepta corona, ad quam illud pertinet. Rex ipſe, eo haud aliter vtitur, quam quaſi vſufructu quodam; ac, quanquam illud poſſedit tempore, quantumcunque etiam illud ſit, nunquam tamen eius proprietatem ſibi acquirere potuit.) Bret *d. liu. 3. ch. 2. p. 338.* Quanquam vero centum annorum præſcriptione dominalia bona acquiri docet gloſſa, *ad Nou. 7. c. 2.* Bald. & Angel. *ad l. 3. C. commun. de vſucap.* Alexander *conſ. 35. lib. 5. &* Dd. comun. *ad auth. quas actiones, C. de SS. Eccleſ.* tamen Edicto Franciſci I. Regis, anno M D XXXIX. expreſſe aliud ſancitum legitur: Cui inhærendum eſſe omnino, docet Bret *d. c. p. 341.* quicquid etiam eximius quidam practicus Galliæ in contrarium ſcripſerit, Franciſci illam legem, nec in conſulendo, nec in iudicando vnquam obſeruatam fuiſſe, & Curiæ quoque Parlamentorum eo inclinent. Obſeruaſſe ſe, ſecundum conſtitutionem Franciſci iudicatum fuiſſe in conſilio Regis. Videri quidem eam rudem, & inhumanam eſſe, cum quemadmodum centum anni terminum conſtituant longiſſimæ vitæ hominum, vnde & ſeculum ſit dictum, quod ſit tempus longiſſimum ſeneſcendorum hominum, ſecundum Varronem; ita quoque rationi conueniens ſit, vt labori & inquietudini hominum terminum ponant; idque maxime, vbi continuata fuerit poſſeſſio, vidente & ſciente Rege, nec vlla interruptione interueniente: Attamen cum lex ita ſcripta ſit, & duritiem penſet vtilitas, quæ publico inde accreſcit, eam obſeruari debere.

dd) Le Domaine de France eſt vni, & incorporé à la couronne, & eſt inalienable; qu' aucuns ont dit eſtre le dot que la Republique apporte au Roy à ſon aduenement en mariage politic. (Domanium Franciæ vnitum & incorporatum eſt Coronæ, ac inalienabile. Hoc nonnulli dixerunt eſſe dotem, quam Respublica Regi confert, quando quaſi politico matrimonio iungitur Coronæ.) De huius alienationis prohibitione nulla fuit lex ſpecialis, ſed generalis omnium Regnorum, cum ipſis Regnis nata; vt de lege Regia ſiue Auguſta, ſcriptum eſt, cum ipſo Imperatore natam eſſe: Ragueau *en l' indice des droits Royaux p. 237.* Quod ita accipiendum, non quaſi nunquam vlla lex de domanii alienatione in Francia lata fuerit, ſed quod iſthæc alienatio in Francia ex iure generali Regnorum primum improbata, vel, quod leges Regni Franciæ, alienationem illam improbantes, non ſpeciali aliqua ratione nitantur, ſed generali omnium Regnorum: atque ita ius potius acceptum, quam conſtitutum dici debeat. Nam niſi hoc admittatur, tradita à Ragueau cedant neceſſe eſt Franciſci I. enunciato, quod legitur *au Corps du droict de France liu. 10. tit. 1, in pr. Nous conſiderans, noſtre domaine, & patrimoine de la*

de la couronne de France, tant par loy de noſtre Royaume, & conſtitution de nos predeceſſeurs Rois, comme de diſpoſition de droict ciuil & Canonic, & par le ſerment, que nous & nos predeceſſeurs Rois auons fait, & ont accouſtume de faire les Rois de France, à leur Sacre, eſtre inalienables, par quelque eſpece, ou maniere, que ce ſoit, directement, ou indirectement, par iouyſſance, poſſeſſion, vſurpation, detention, ou autre façon & maniere, de le vouloir acquerir: attendu, que ledit domaine, & patrimoine de noſtre couronne eſt repute ſacre, & ne peut tomber au commerce des hommes. (Conſiderantes, domanium, & patrimonium Coronæ Franciæ, tam lege Regni noſtri, & conſtitutionibus Regum anteceſſorum noſtrorum, quam lege ciuili, & canonica, ac iuramento, quod nos & noſtri anteceſſores, præſtitimus, & Reges Franciæ præſtare ſolent tempore inaugurationis, non poſſe alienari vllo modo, directe, vel per indirectum, vſu, poſſeſſione, vſurpatione, detentione, aut alio medio acquiſitionis: quandoquidem illud coronæ noſtræ domanium pro ſacro, & extra hominum commercium eſſe cenſetur.)

ee) Rationes communis huius iuris aliquot conſignauit Tholoſanus *de Republ. lib. 3. c. 8. n. 2. & ſeqq.* I. Reſpublica cenſetur corpus perpetuum, quod per ſubrogationem ſimilium perſonarum immortale habetur: *(l. proponebatur 76. ff. de iudic.)* ideo eius patrimonium perpetuum & immutabile cenſetur, iuxta ea quæ traduntur de bonis Eccleſiarum, quarum patrimonium, vt ipſa religio, perpetuum dicitur: *(l. iubemus 14. C. de SS. Eccleſ.)* Atque planum eſt, publica bona inter ſancta eſſe, quia ſanctum dicitur, quod violari non debet *(l. ſanctum 8. pr. ff. de rer. diuis.)* imo & nullius in bonis eſſe, vt ſacra *(l. 1. pr. ff. d. t. de rer. diuis.)* quibus rationibus nec alienari poſſunt: (Tholoſ. *in ſyntag. iur. lib. 25. c. 7.)* II. Bona quæ committuntur principi à Rep. ſubiecta reſtitutioni ſunt, proinde alienari non poſſunt in præiudicium ſucceſſorum in Regno, aut Reipublicæ adminiſtratorum, exemplo eorum, quæ à priuatis reſtituenda diſtrahi ab illis nequeunt: *(l. fin. §. ſed quia noſtra maieſtas 2. C. commun. de legat.)* III. Bona Reipublicæ principi data ſunt pro dote, pro oneribus ferendis; quare exemplo rerum dotalium, tanquam ſponſus eius, non poteſt ea diſtrahere, vel conſentiente populo; vt nec maritus dotalia non æſtimata, conſentiente vxore *(l. vn. §. & cum lex Iulia pen. in fin. C. de rei vxor. act. pr. Inſtit. quib. alien. licet vel non. l. lex Iulia 4. ff. de fundo dot.)* Et quamuis dominium ciuile dotis dicatur eſſe penes maritum, tamen verum dominium eſt dotalium rerum penes vxorem: *(l. in rebus 30. C. de iur. dot.)* eodem modo & dotales Reipublicæ res, in dominio proprio ſunt eiusdem. IV. Quod etiam principes, ad regnum vel principatum venientes, iuramento ſe obſtringunt in inauguratione, de non alienandis bonis dominii principatus, & proinde contractus & alienationes in contrarium factæ, redhibitioni, & nullitati ſubiacent: ſaltem repetitioni locum faciunt, reſtituto

pretio,

pretio, ſi quod in vtilitatem Reipub. ex ea alienatione ſolemni, conuerſum fuerit. V. Hoc videtur eſſe ius gentium, quia fere omnia regna eo vſa ſunt & vtuntur. VI. Dignitas Regis indiuiſibilis eſt, & ſi plures ſint Reges deſinit eſſe monarchia, ita & ius regium, & quæ regiæ annexa ſunt dignitati, quæ nec diuidi, nec cedi, aut communicari pluribus poſſunt.

ff) Briſſon apud Chenu *d. loc.* Bacquet *d. loc.* *On a tenu, iuſques à preſent, le Domaine ſi ſainct, & ſi ſacre, que les Roys meſmes s'obligent par le ſerment, qu'ils font à leur Sacre, de le maintenir, & le conſeruer de toute leur puiſſance: & que c'eſt vne maxime inuiolable, que l'on ne le peut aucunement aliener, ſi ce n'eſt en certains cas, qui ſont ſpecifiés par l'ordonnance de l'an MDLXII.* (Domanium adeo ſanctum eſſe huc vſque creditum fuit, vt Reges ipſi iuramento, quod in inauguratione ſua præſtant, promittant, ſeſe illud ſaluum & integrum conſeruaturos. Maxima etiam eſt inuiolabilis, domanium non poſſe alienari, niſi certis caſibus, qui recenſentur in conſtitutione, facta anno MDLXII.) Bret *d. liu. & chap.* 1. *p.* 324.

gg) Regis procurator generalis, apud Paponium *lib.* 5. *arreſt. tit.* 10. *arreſto* 12. tres omnino caſus ex veteribus conſtitutionibus enumerat, in quibus alienatio domanii Regis permittatur. *Primum* eſſe, pro apanagio liberorum maſculorum Franciæ, ſed ita, vt huiuſmodi apanagium conſolidationi obnoxium ſit; itemque pro filia Franciæ ſub onere luitionis, ſiue redemptionis perpetuæ. *Secundum*, pro fundatione Hoſpitalis, aut Eccleſiæ. *Tertium* pro repellendo hoſte. Idque omne ſub onere permutationis, & redemptionis.

hh) Inprimis putantur cauſæ legitimæ (vt tradit Tholoſanus *de Repub. d. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 8.) ad alienationem ineundam tres præcipuæ. *Prior*, ſi princeps habeat liberos: Nam moriens, cum omnes præter vnum, nequeant principatum monachicum obtinere, poteſt quædam domanialia illis poſſidenda diſtribuere, ſine iure tamen Regiæ poteſtatis, vocant *apanagium*, quod adhuc conceditur fiduciario nomine; nempe ea lege, vt ſi mori eos ſine liberis maſculis contigerit, eadem bona in apanagium data, redeant ad ius diadematis & coronæ. *Dehinc*, domanii alienationi cauſam iuſtam dat neceſſitas belli vrgentis, ingreſſo iam hoſte, vel impendente. Poſſet & pro redemptione Principis, & aliis cauſis, pro quibus mulier alienare poteſt pendente matrimonio dotem; ſecundum reſponſum ICti Pauli *in l. quamuis* 20. *ff. ſolut. matrim.* & Vlpiani, *in l. ſed & ſi* 21. *d. t.* In quibus notantur caſus alienationis dotis permiſſæ vxori, vel marito, qui transferri poſſunt ad cauſas legitimas alienationis dotis Reipublicæ. I. Si ſoluatur creditoribus ex dote, ſi videlicet onerata ſit Reſpublica debitis. II. Si alia res magis idonea, & vtilis, pro priori diſtracta, ſit ſubroganda, & in dotem conſtituenda. III. Si velit conſulere mulier filiis ex alio viro ſuſceptis: qua in re ius apa-

nagii fundamentum habere poteſt, cum de dote Reipub. datur liberis prioris principis defuncti. IV. Si mulier velit filios ſuos, aut parentes, multo magis ipſum maritum, ab hoſtibus redimere. Cui caſui etiam redemptio captiui principis, vel filiorum eius, ſubnixa videtur. Eoſdem caſus recenſet iterum Paulus *in l. mutus 73. §. 1. ff. de iure dot.* *Addi* poteſt defenſio Reipublicæ inter cauſas neceſſarias, & iuſtas, ſi alio modo, quam per eam venditionem, conſuli ei nequeat.

ii) Bret *d. p.* 324. diſtinctim, non ſolum eos caſus, quos lex anno MDLXII. lata permittit, ſed etiam quos vſus introduxit, hoc recenſet ordine. *Le premier eſt; quand il s'agit de fonder vne Egliſe en l'honneur de Dieu, pour le remercier d'vne victoire obtenuë ſur les ennemis, ou pour auoir receu quelque faueur ſignalée de ſa diuine bonté. Car en ceſte occaſion ce n'eſt pas proprement l'aliener, mais pluſtoſt c'eſt le remettre entre les mains du Roy des Roys, de qui dependent tous les ſceptres, & toutes les couronnes de la terre. Le ſecond eſt, lors qu'il faut appanager les Enfans de France: d'autant que c'eſt choſe iuſte, que puis qu'ils ſortent de la Maiſon Royale, qu'on leur donne du reuenu ſuffiſant, pour paroiſtre dans le monde, ſelon de rang qu'ils tiennent, & pour entretenir leurs maiſons auec ſplendeur. Mais quand on leur donne ces appanages, c'eſt ſans aucun droit de ſouueraineté, (car elle doit demeurer toute entiere en la perſonne du Roy) & à la charge encores de reuerſion à la Couronne, les maſles venans à faillir, & l'appanage eſtant finy. Outre ces deux cas, l'vſage a depuis donné la liberté de l'aliener en d'autres occaſions: ſçauoir eſt, quand il faut rachepter le Roy, & payer ſa rançon, lors qu'il eſt pris par ſes ennemis; & pour ſecourir en temps de guerre, & de neceſſité, l'Eſtat, & le Royaume affligé: veu qu'en telles rencontres, rien ne nous doit eſtre plus cher ny plus precieux, que le ſalut public, pour lequel on ne pardonne pas meſme aux choſes les plus ſainctes. Et en fin, pour recompenſer les ſeruices des Seigneurs eſtrangers, qui ont quitté leur pays, & abandonné leurs biens, pour ſe donner entierement au ſeruice de nos Roys: qui eſt vn deuoir, qu'on ne peut obmettre ſans reproche d'vne extreme ingratitude: comme il fut dit autrefois en plein Parlement, lors qu'on voulut retirer la terre de Conereſſault, qui auoit eſté donné au Seigneur de Stuard, Eſcoſſois, pour recompenſe de ſes ſeruices. L'on a encore adiouſté vn ſixieſme cas: pour recognoiſtre quelque ſeruice notable, & extraordinaire, que quelqu'vn des ſubiects du Roy a faict à la Couronne; comme il fut arreſté au meſme Parlement, lors qu'en conſequence de l'Edict du Roy François I. de l'an MDXXXIX. on voulut retirer les terres, que Philippes le Bel auoit données à ce courageux Nogaret* (vide Bodinum de Rep. lib. 6. cap. 2. pag. 1001.) *pour auoir eſté iuſques à Rome, faire reparer les iniures, que le Pape Boniface VIII. auoit faictes à ſon Maiſtre, & à toute la France. Toutesfois ie ne voudrois pas faire force ſur cet exemple, pour s'en ſeruir comme d'vne loy: car la conſequence ſeroit trop dommageable, ioint que les Roys ne manquent point d'autres moyens*

Digitized by Google

moyens, pour recognoiſtre la vertu, & les ſeruices des hommes illuſtres. (Primus eſt, quando agitur de fundanda Eccleſia, in honorem Dei propter victoriam inſignem ab hoſte reportatam, aut ob aliud magnum beneficium, ab illius bonitate in nos collatum. Hoc caſu non fit vera alienatio, ſed potius remiſſio in manus Regis Regum, à quo dependent ſceptra & coronæ orbis. Secundus eſt, quando apanagium filiis Regum Franciæ conſtituendum. Iuſtum enim omnino eſt, cum ex familia Regis ortum trahant, vt ad tuendum eius ſplendorem reditus habeant ſufficientes. Eiusmodi vero apanagia illis aſſignantur, ſine vllo iure ſuperioritatis (hæc enim integra apud Regem remanere debet) & cum conditione, vt maſculis deficientibus, & finito apanagio, reuertantur ad coronam. Præter hos duos caſus, vſus poſtea permiſit alienationem domanii etiam alias ob cauſas; nempe, quando pro Rege, ab hoſtibus capto, lytron perſoluendum eſt, aut Regno, bello vel alia neceſſitate laboranti, ſuccurrendum. Hoc enim in rerum ſtatu, nihil nobis charius eſſe debet, quam ſalus publica, cuius gratia etiam res ſanctiſſimas impendimus. Denique, quando dynaſtis exteris remuneratio datur, qui, relicta patria, & bonis, ſe totos ſeruitio Regis addixerunt. Debitum hoc eſt, quod non poteſt negligi citra notam ingratitudinis, vt dictum aliquando fuit in pleno Parlamento, cum de reuocanda ditione Concreſſotenſi ageretur, quæ data fuerat domino Stuardo, Scoto, in remunerationem ſeruitiorum, quæ Regi exhibuerat. Sexto loco additur, quando remuneratio facienda eſt ſubdito Regis, ob inſignem & extraordinariam operam, quam Regno præſtitit, vt iudicatum fuit, ab eodem Parlamento, quo tempore, vigore edicti Regis Franciſci I. anno MDXXXIX. agebatur de reuocandis terris, quas Philippus Pulcher donauerat generoſo illi Nogareto, quod Romam vſque cum exercitu profectus eſſet, ad vindicandas iniurias Regi & regno Franciæ à Pontifice Bonifacio VIII. illatas. Nolim tamen hoc exemplum pro regula habere, inde enim promanantia conſectaria nimis damnoſa videntur: neque Regibus deſunt media alia, quibus virtutem, & ſeruitia perſonarum illuſtrium penſare poſſunt.) Ad hunc caſum pertinet exemplum Caroli VII. qui *pour les merites, & bons ſeruices de la maiſon de Longueuille, au recouurement de la Normandie, que les Anglois occupoient, luy fit donation de pluſieurs biens, dependans de ſon domaine, deſquels elle iouit encore au iour d'huy*: Taix *ès memoires des affaires du Clergé de France pag.* 114.

kk) Cauſis, modo adductis, addi in ſupplementum, aut extenſionem poteſt, permutatio: quando nempe Rex, in vtilitatem Regni bona domanialia cum aliis permutat. Sic Franciſcus I. tempore infortunii ſui, à Montpenſerio nonnullas accepit ditiones, quas Carolo V. Imperatori & Hiſpaniarum Regi dedit, atque Montpenſerio in vicem earum conceſſit Ducatum *de Montague*, Comitatum *d'Auge*, & dominia alia: Taix *dict. loco.*

Sic Henricus IV. accepit à Sabaudiæ Duce agrum Breſſianum, (*le pays de Breſſe*) & terras alias, eique contra aſſignauit Marchionatum Saluciarum. At vero in his permutationibus accuratum interuenire debet examen, ne Regnum detrimentum capiat. Vide ſupra *lib. 1. cap. 4. lit. r. & ſeqq.*

ll) Generalis admonitio eſt Tholoſani, *de republ. d. l. 3. c. 8. n. 9.* in hoc negotio excuti ante omnia debere de cauſa alienandi, an vrgeat, an vera ſit quæ proponitur. Dehinc, ſecundo, an in bonis reipubl. ſint ad manus pecuniæ, ex quibus, abſque alienatione, ſuccurri poſſit neceſſitati. Et ſi requiratur diſtractio, tunc debere expendi, num ſatius ſit obligare, quam vendere: nam ſi poſſent pecuniæ ſub obligatione inueniri mutuo, poſſe interim reditus pignoratarum rerum extenuare ſortem debiti. Quod ſi commode obligari nequeant, & venditio facienda, illam rem potius diſtrahendam, quæ minus vtilis ſit reipublicæ: diſtractionem vero fieri debere, non ad maiorem quantitatem, quam qua egeat reſpublica. Diſcuſſionem hanc coram Senatu expediendam, adhibitis ante proceribus regni, qui norint patrimonium reipublicæ, & facultates reditus eius: *arg. l. fin. C. de vendend. reb. ciuitat. lib. 11. & l. 2. C. de præd. Decur. lib. 10.*

mm) *La Loy de France porte, qu' vn Roy ne peut aliener le Domaine, & patrimoine Royal, ſans neceßité, & ſans le conſentement des Eſtats. Et ſi falloit, que ceſte neceßité fut cognuë & approuée par les Cours ſouueraines, & par les Chambres des Comptes, leſquelles y procedoient ſi meurement, & auec ſi grande diffiulté, & diſcretion, que iadis peu de gens pourchaſſoient telles alienations, ſçachans qu' elles n' eſtoient valables, ny aſſeurees, & qu' elles pouuoient eſtre ſubiectes à rendre ce qu' ils auroient pris.* (Lege Franciæ cauetur, ne Rex quicquam de domanio, & patrimonio regni alienet, niſi propter vrgentem neceſſitatem, & interueniente Statuum conſenſu. Atq; eiuſmodi alienationes neceſſarias expendebant, & approbabant ſupremæ Curiæ & Cameræ computorum, quæ maturo conſilio præuio, & non niſi difficulter conſentiebant, adeo vt olim pauci eiuſmodi alienationes fieri peterent, non ignari, eas nec validas, nec ſecuras, & reuocationi obnoxias eſſe: Girard *de l' Eſtat & ſuccés des affaires de France liu. 3. p. 175.* Statuum conſenſum quod attinet, ex Guicciardino, *lib. 17. hiſt. in pr.* conſtat, Franciſcum I. erga Pontificem, & Venetos, eius neceſſitatem allegaſſe: *Non hauere mancato di dire molte volte quello, che per loro ſteſſo poteuano ſapere, & che credeua anche eſſere commune à gli altri Regni, che in poteſtà del Rè di Francia non era obligarſi ſenza conſentimento de gli Stati generali del Reame, ad alienare coſa alcuna, appartenente alla coronna.* Atque ob hoc, Madricenſe fœdus ruptum fuit, quod contra ius omnium gentium commune, contraque legem Franciæ Regni, Carolus V. Burgundiæ ac Belgiæ dominatu Regem Franciſcum I. cedere coëgiſſet: inquit Bodinus *de republ. lib. 6. c. 2. p. 1001.*

nn) *L' on*

nn) *L'on ne peut proceder à l'alienation des terres du domaine, qu'en vertu de lettres, bien & deuëment verifiées en la Cour de Parlement, & en la Chambre des Comptes, à qui les Roys ont principalement commis la garde, & la protection de leur domaine*: Bret *d. liu. 3. ch. 1. p. 326.* Docet hoc Franciſcus I. quem, captiuum in Hiſpania, ita loquentem introducit Serres, *en ſon inuentaire, p. m. 378. Ie mourray pluſtoſt priſonnier, que pour ma deliurance faire aucune breſche à mon Royaume, dont ie ne veux, ni ne puis aliener aucune partie, ſans le conſentement des Cours ſouueraines, & des Officiers, entre les mains duquel reſide l'authorité de tout le Royaume.* Idem inculcat Paponius *lib. 5. arreſt. tit. 10. arreſto 2.* In alienatione facta à Rege alicuius rei domanii ſui, etſi ſecundum legem facta ſit, nihilo minus niſi autoritatem ei proceres Regni præſtent, id eſt, Curia Parlamenti Pariſienſis, quæ tutrix, & conſeruatrix eſt iurium coronæ, effectum ſortiri non debere. Hinc quoq; non ſufficit adprobatio, & decretum alienationis à Camera Ratiociniorum, etiamſi ſexagenaria poſſeſſio acceſſerit: Papon. *d. tit. 10. arr. 5.* ſemper enim ad Parlamentum quoque eundum eſt; quia omnis generis alienationes à Rege factæ, ibidem publicari, ac in Regeſta Parlamenti referri oportet, ſi validæ eſſe debeant: *d. tit. 10. arreſt. 9.*

oo) Alienatio domanii effectum ſortiri non poteſt, ſi vel minima ſolemnitatum, quæ ad eam requiruntur, omiſſa fuerit: veluti ſi cauſa alienandi non bene cognita fuerit, ſi non aliunde pecunia parari potuerit, ſi non commodum & incommodum perpenſum fuerit, pretium item competens, niſi proclamationes præceſſerint, itemque publicatio & ratihabitio Curiæ. Et quamquam, vt concilio Meldenſi deciditur, Reges Franciæ legibus ſoluti ſint, nihilo minus maieſtas ipſorum regulas iuris non dedignatur: Papon. *d. arreſt. 2.*

pp) Franciſcus I. tantum de Domanio vendidit, vt poſtea domanii nulla amplius mentio ſuperfuerit, id eſt, nullum domanium fuerit, quod non venditum: Papon. *d lib. 5. arreſt. tit. 10. arreſto. 4.* Quo de grauiter queſtus eſt edicto ſuo Franciſcus II. publicas opes ſic afflictas eſſe, vt, quæ prædia publica, iuraque prædiatoria reſtarent, vix oneribus prædiorum ſubeundis ſufficerent. Sed de ſuis temporibus teſtatur Bodinus *lib. 6. de Rep. c. 2. p. 1004.* conquerendi cauſam habuiſſe poſteros multo quam Franciſcus II. grauiorem, cum nihil amplius, quod diſtrahi poſſet, reſtare videretur.

qq) *Si c'eſt à cauſe de la neceßité, que l'on eſt contrainct de faire l'alienation du Domaine, l'on ne peut la permettre, qu'à la charge de rachapt perpetuel, comme n'eſtant pas vne pure alienation, mais pluſtoſt vne antichreſe, ou engagement.* (Quando neceſſitas requirit aliquid alienari de domanio, alienatio fieri debet cum conditione reluitionis perpetuę: nec enim pura eſſe debet alienatio, ſed potius antichreſis, aut hypotheca.) Bret, *d. liu. 3. ch. 1. p. 327.*

 rr) Edi-

lized by Google

rr) Edicto Franciſci I. de anno MDXLIV. res domaniales viliſſimo pretio addici conſueuerunt, æſtimatione ſcilicet (decimaria conditione, id eſt, vt habita ratione rerum alienatarum æſtimationis dextantes fructus colligeret Rex. Sic Paponii tranſlator latine vertit, *d. lib.5. arreſtor. tit.10. arreſto 4.* vel, vt Galli, *ſur le pied du denier dix.*) cum tamen in priuatis, ac perpetuis venditionibus, ſæpiſſime triginta, ſæpe quadraginta, interdum etiam quinquaginta annorum ratio habeatur; ita factum, vt qui publica prædia ſibi coëmerant, eodem anno maiores ex ipſa iuriſdictione fructus perceperint, quam pretium fuerit fiſco ſolutum. Bodinus *d. lib. 6. c. 2. p. 1002.* Pretium tam leue placuiſſe, alii dicunt, quo facilior rei eſſet reluitio. Poſtea vero aliud inualuit & plus offerenti res addicta. *Bien qu' anciennement le Domaine ne ſe peuſt aliener, que ſur le pied du denier dix, afin de faciliter le moyen de le pouuoir retirer: neantmoins cela ne ſe pratique plus, & l' on vend au plus offrant: pource, que l' on en a tant aliené, qu' il eſt maintenant comme impoſſible de le pouuoir retirer, ſi ce n' eſt celuy, qui a eſté vendu à meilleur marché que du denier dix, dont le Roy pourroit tirer vn notable ſecours, s' il y eſtoit bien ſeruy*: Bret *d. p. 327.*

ss) *Ceſte alienation ne ſe doit faire qu' à deniers comptans*, & non habita fide de pretio; *ſuiuant la diſpoſition de la loy*, ſi curator, §.1. ff. de iure fiſci. *comme il s' obſerue en l' alienation des biens de l' Egliſe, & des mineurs; & ſans qu' on puiſſe faire entrer en payement aucunes debtes du Roy, ſuiuant les Reglemens, que l' on a faits au Conſeil d' Eſtat, ſur ce ſuiet.* (Alienatio hæc fieri non debet, niſi pretium ſoluatur in parata pecunia, non habita fide de pretio, ſecundum diſpoſitionem *l. ſi curator 5. §. 1. ff. de iur. fiſc.* prout obſeruatur in alienatione bonorum Eccleſiæ, & minorum: nec in pretium computari debent debita Regis, vt fiat compenſatio; hoc ita conſtituente conſilio Status.) Bret *d. p. 327.* Sed hæc male obſeruata fuiſſe, docet Girard *d. liu. 3. p. 248.* *On n' a gueres plus d' esgard*, inquit, *a ces loix du domaine non alienable; on le vend, on le donne en payement de vieilles debtes, & en achapt de choſes inutiles.* (Vix amplius obſeruantur leges, quæ de alienatione domanii loquuntur, venditur, alienatur, datur pro antiquis debitis, ac impenditur in emptiones rerum inutilium.)

tt) *Il faut obſeruer, que comme l' acquereur des terres du domaine, quand elles ſont alienées pour de l' argent, & en cas de neceſſité, ne iouit pas de la Seigneurie directe, mais ſeulement de l' vtile; & qu' il ne les poſſede point* pro ſuo, ſed pro pignore; *ou, comme parloient nos anciens Iuriconſultes*, non mancipio, ſed vſu tantum: *auſſi ce n' eſt point à luy, que la foy & l' hommage des terres & Seigneuries qui en releuent, ſe doit faire, mais au Roy ſeulement.* (Illud notari debet, quod, quemadmodum is, qui acquirit terras domaniales, dato pretio, & tempore neceſſitatis, non vtitur dominio directo, ſed ſolummodo vtili, nec

Digitized by Google

nec eas poſſidet pro ſuo, ſed pro pignore, aut, vt loquebantur antiqui ICti, non mancipio, ſed vſu tantum: ſic etiam nec illi, ſed ſoli Regi præſtatur iuramentum fidelitatis propter terras & domania, vt feuda ab illis dependentia.) Bret *d.l.p* 332. Hoc tamen, vt & ſequentia, fallunt in apanagio, quod pinguioris eſt naturæ, quam alia alienatio: Loyſeau *des droits des offices liu.* 4. *ch.9.n.27. & ſeqq.*

uu) *Comme auſſi* (pergit Bret *d. p. 332.*) *les honneurs, les prerogatiues, & les preeminences de Seigneur, ne luy appartiennent point, iuſques là, que pluſieurs ont tenu, qu'il ne pouuoit retirer, par puiſſance de fief, les terres mouuantes de ce qu'il a acquis, en cas de mutation: pource que ce droit n'ayant point d'autre but, que la reunion du fief ſeruant au fief dominant, cela ne ſe peut faire, que par celuy, à qui appartient la Seigneurie directe; ſi ce n'eſt, que par le contract d'engagement le Roy luy en euſt fait ceſſion expreſſe: eſtant veritable, que bien que ce droit* non tranſeat cum vniuerſitate, *neantmoins le Roy le peut expreſſément ceder à vn autre, comme il ſe pratique au iour d'huy, non obſtant ce que dit* Guido Pape en ſa deciſion 411. & Boërius *ſur la couſt. de Bourges, tilt. de la retenuë des choſes venduës en fief.* & Ch[illegible]n *ſur la couſtume de Bourgongne, in tit. des cenſes, §.1. in verbo, retenuës.* (Neque etiam ad eum pertinent honores, prærogatiuæ, & præeminentiæ Domini, ita vt plures ſtatuerint, eum non poſſe iure feudi ad ſe trahere terras ab illis dependentes, caſu mutationis contingente. Quoniam enim hoc ius pro fine tantum habet, vt feudum ſeruiens vniatur cum feudo dominante, non poteſt exerceri niſi ab illo, qui eſt rei directus Dominus, excepto caſu, vbi Rex per contractum hypothecæ expreſſe hoc fieri permiſerit. Licet enim hoc ius non tranſeat cum vniuerſitate; Rex tamen illud expreſſe alii cedere poteſt, vt hodie fieri videmus, non obſtantibus illis, quæ ſcribit &c.

xx) *Et par ceſte meſme raiſon* (addit Bret *d. l. p. 333.*) *l'on obſerue, que les acquereurs des terres du domaine ne peuuent faire exercer la iuſtice en leurs noms, ny pretendre aucun droit de patronage, comme le contient l'article 333. de l'Edict de Blois. Et par vn article precedent, qui eſt le 331. il eſt nommément dict, qu'ils ne iouiront des offices extraordinaires de ces terres, ny pareillement des autres droits Royaux, qui dependent de la couronne, encores que les lettres d'acquiſition, & d'engagement, ou autre tiltre, le portaſt expreſſement, auec defenſes tant au Parlement, qu'à la Chambre des Comptes, d'y auoir aucun eſgard. Et cela eſt notable, que le Parlement de Roüen, procedant à la verification de cet Edict, declara, qu'entre les droits inceſſibles l'on comprendroit les droits de garde noble, & de patronage, appartenans au Roy, à cauſe de la ſouueraineté en la prouince de Normandie.* (Et ob hanc ipſam rationem illi, qui acquirunt terras domaniales non poſſunt iuſtitiam exercere ſuo nomine, nec prætendere ius patronatus, vt articulus CCCXXXIII. edicti Blœſenſis, conſtituit. Ac per ar-

ticulum

ticulum alium præcedentem, nempe CCCXXXI. expreſſe introductum, quod non gaudeant officiis extraordinariis harum terrarum, nec etiam aliis iuribus Regiis, quæ dependent à corona; licet literis acquiſitionis, & oppignorationis, aut alius tituli, contrarium expreſſe inſertum legeretur: has enim Parlamentum & Cameram computorum inſuper habere debere. Notabile quoque eſt, quod Parlamentum Rothomagenſe, decreto ſuo hoc Edictum approbans, declararit, inter iura quæ cedi nequeant, etiam referri debere ius tutelæ nobilis, & patronatus, ad Regem pertinentis, in prouincia Normanniæ.

yy) Officiarios Regios deſtitui non poſſe, vt maxime Rex domanium ſuum, & dominium, alienauerit, cuius eſt prædictus officiarius, annotauit Paponius *lib. 4. arreſtor. tit. 12. arreſto 4.* non obſtante, quod ſucceſſor particularis colono ſtare non teneatur. Verum quidem eſſe, *per l. emptorem 9. C. de locat. & conduct.* emptorem non cogi ſtare delegatis à venditore, ſed tamen & illud verum eſſe, ſi pacto expreſſo, tacito, vel aliter, id ita cautum fuiſſet, vel actum, ſtari oportere: *d. l. emptorem 9.* In venditionibus autem domanii Regem ſemper hanc mentem habere, ſequi id, quod per legem ei licet, non aliud, nempe, vt nolit, neque poſſit, officiarios ſuos eo redigere, vt libere, & ad nutum reuocari poſſint.

zz) *En toutes les alienations du domaine, l'on a de couſtume d'excepter les bois de haute fuſtaye, pource que par les maximes communes de droit, elles ne ſont point tenuës au nombre des fruicts, mais de faire vne partie du fond:* l. agri, l. arbores, ff. de uſuf. *Et bien que ces loix, ſelon l'aduis du Iuriſconſulte Labeo, en exceptent les bois chablis, & qui ont eſté abbatus par l'impetuoſité des vents; & que en ſuitte de ceſte opinion pluſieurs autres ayent ſouſtenu, que les amendes, & les reſtitutions appartiennent à l'vſufruictier, ains qu'il ſe pratiquoit autrefois au Palais: Neantmoins l'ordonnance du mois de Iuin MDCXI. a tranché tous ces doubtes, & a voulu nommément, que les chablis, les amendes, les forfaictures, les confiſcations de bois, & tous les autres emolumens & profits, qui peuuent eſtre adiugés pour les delicts, & les maluerſations, qui ſont commiſes dans les bois de haute fuſtaye, ſoient cenſes, & reputés domaniaux, & de la meſme nature du fond, & ſans qu'ils puiſſent appartenir à d'autres qu'au Roy, & à ſes ſucceſſeurs Roys: & pour cet effect elle les a reunis inſeparablement au domaine: bien que les contracts des vſufruictiers, & engagiſtes, portaſſent le contraire; & ſans qu'à l'aduenir ils y puiſſent rien pretendre. Et elle leur a laiſſé ſeulement les paiſſons, les glandées, les amendes, les reſtitutions, & les confiſcations, qui viennent des maluerſations, que l'on a commiſes dans les taillis:* Bret *d. tr. liu. 3. chap. 3. p. 353.* (In omnibus alienationibus domanii ſolent excipi in ſyluis arbores proceræ, quia non referuntur inter fructus, ſed conſtituunt partem fundi: *l. agri 18. l. arbores 59. ff. de vſufruct.* Quamquam vero, ſecundum Iuriſconſultum Labeonem, exci-

excipiuntur arbores vi ventorum euulſæ, atque ex fundamento huius opinionis plures alii docuerunt, mulctas, & reſtitutiones ad vſufructuarium pertinere, vt aliquando in Curia obſeruatum fuit; attamen edictum anno MDCXI. menſe Iunio promulgatum, remouit omne dubium, & expreſſe ſtatuit, arbores vi tempeſtatis euerſas, mulctas, confiſcationes lignorum, & alia compendia omnia, quæ ex delictis, in ſyluis procerarum arborum, commiſſis, proueniunt, haberi debere pro domanialibus, & eiuſdem naturæ cum fundo, ita vt ad nullum alium quam ad Regem, & eius in Regno ſucceſſores pertineant: proinde Edictum illa cum domanio inſeparabiliter coniunxit, nec voluit attendi tenorem contractus vſufructuarii, vel oppignorationis, contrarium exprimentis: Solummodo illis vſufructuariis reliquit paſtionem, glandes, mulctas, reſtitutiones & confiſcationes, quæ fiunt ob delicta in ſyluis cæduis commiſſa.)

aaa) *On doit remarquer, que non obſtant l'alienation des bois de haute fuſtaye, à titre d'vſufruict, ou d'engagement, le Roy ne laiſſe pas toutesfois de les pouuoir vendre, pour ſoubuenir à ſes vrgentes affaires: mais i'ay veu* (verba ſunt Bretii *pag. 354.*) *au Conſeil du Roy, qu'on a de couſtume en ce cas, de desdommager les vſufruictiers, & les engagiſtes, pour la perte qu'ils font de la glandée.* (Notandum eſt, Regem, non obſtante alienatione ſyluæ procerarum arborum, facta titulo vſusfructus, aut oppignorationis, poſſe illam, quando pecunia opus habet, vendere. Vidi tamen vſu obſeruatum, hoc caſu indemnitatem præſtari vſufructuariis, vel quibus ſylua oppignorata; propter glandes, quarum fructu priuantur.)

bbb) *Nos anciens Roys, lors que, forcés par la neceſſité, ils ont vendu les terres du domaine, ou qu'ils les ont alienés ſous vn autre titre, ont touſiours excepté les fortes places, ſoit qu'elles fuſſent ſituées ſur les frontieres, ou dedans le Royaume: ayans eſtably ceſte loy, que les Chauſteaux, & les Fortereſſes, ſont inalienables, & inſeparables de la Couronne; & que perſonne, que les Roys, n'en doiuent auoir la garde, s'eſtans reſerués ce droit pour vne marque de leur ſouueraineté*: Bret *d. liu. 3. chap. 5. pag.* 380. (Antiqui noſtri Reges, quando, neceſſitate ducti, terras domanii ſui vendiderunt, aut alio modo alienauerunt, ſemper excipere ſoliti fuerunt loca munita, ſiue in finibus Regni, ſiue alibi ſita, regulam conſtituentes, caſtra, & fortalitia eſſe inalienabilia, & inſeparabilia à corona, eorumque cuſtodiam nulli præterquam Regi competere debere, ex iure ſuperioritatis.)

ccc) Si is, qui bona domanialia detinet, ſponte ea coronæ reſtituat; quod rarum eſt contingens, licet conſcientiæ, malæ fidei, vel violenti poſſeſſoris, maxime ſit ſalutare.

ddd) Vide ſupra *h. cap. lit. z.* & exceptiones *ſub lit. aa.*

eee) *Les acquereurs du domaine ne peuuent, par les regles du Conſeil, eſtre*

 depoſ-

depoſſedés de leurs acquiſitions, qu'en deux cas, ſçauoir, par Edict general, ou par tiercemens; qui ſe peuuent faire ſur le prix de leurs acquiſitions. Dequoy l'on excepte les grandes terres, que le Roy peut retirer des acquereurs, quand bon luy ſemble, en les rembourſant: Bret d. liu. 3. chap. 1. pag. 336.

fff) *Ceſte maniere d'vſufruict finit par le rachapt, tout ainſi que le vray vſufruict par la mort*: Loyſeau des droits des offices, liu. 4. chap. 9. n. 26.

ggg) *Les hauts-Iuſticiers ne peuuent pretendre le droit de confiſcation ſur les biens du domaine, qui ſont dans leurs Seigneuries, & qui ont eſté confiſqués ſur les particuliers: Car c'eſt vne maxime, que le domaine ne paſſe iamais entre les mains d'vn autre, à cauſe d'vn crime, qui auroit eſté commis par celuy qui le poſſedoit, mais en ce cas il appartient au Roy, priuatiuement à tous autres*: Bret *d. liu.* 3. *chap.* 13. *pag.* 462.

hhh) Vide ſupra *h. cap. lit. ii.*

CAPUT IX.

De reditibus, & vectigalibus, ad Regem & ærarium pertinentibus.

INcerta maximam partem ſunt, quæ de Regum, atque Principum reditibus vulgo referuntur (*a*), dum pleriqu quoquo modo audita pro compertis tradunt. Secreta enim patrimonii magnatum paucis innoteſcunt (*b*), & fere ſolum illis, quibus reticentia iuramento imponitur. Præterea, nec omnes reditus certi, & conſtantes ſunt, ſed augmentum & decrementum admittunt. Vnde veniant, plures noſſe poſſunt; quanti ſint, paucorum notitiæ concreditur. Poſtquam vero priuatorum curioſitas etiam hac in re licentiam obtinuit inueſtigandi, venia mihi dabitur, ſi quæ ab aliis de Regis Franciæ reditibus, vectigalibusque ſcripta ſunt, exponere aggredior, ſemper periculo eorum, à quibus accepi: ex ingenio ſuo quiſque his demat, vel addat fidem; neutrum me anget. Ante vnum vel alterum ſeculum, reditus Regii, quia aurum & argentum tunc rarius, quam poſtea; vel, quia Reges, patrimonio ſuo contenti, ſubditos benigne habebant, non admodum magni erant (*c*). Creuerunt autem poſtea, prout quiſque Regum ſuo tempore indictiones vel introduxit, vel auxit (*d*).

Tempo-

Tempore Ludouici XI. iam eo peruentum erat, vt interrogatus, quantum ex regno quotannis perciperet? reſponderit (*e*), ſe id facile non poſſe exprimere, percipere autem tantum, quantum ſibi placeret (*f*). Regnum pratum eſſe fertiliſſimum (*g*), quod meteret in annos, & toties quoties vellet, falce pauliſper ſuſpenſa, herbam noua luxuria recreſcere. Ferunt, Ludouicum XII. ſcutatorum millia circiter quindecies centena, Franciſcum I. tricies centena (*h*), Henricum II. quinquagies vel ſexagies centena (*i*), Carolum IX. pæne ſeptuagies centena (*k*), Henricum III. vltra centies centena (*l*), redituum loco tuliſſe. Certi temporis compendia alii particulatim (*m*), nempe ſub Franciſco II. vel ſub Henrico II. vſque ad Henricum III. ab anno MDXLVII. vſque ad annum MDLXXX. (*n*) ſub Henrico IV. (*o*) ac Ludouico XIII. (*p*) imperfecte deſcripſerunt. Omnia tamen ad duas fere claſſes referri poſſunt, ita, vt alii reditus ſint patrimonii, & domanii Regis, alii impoſitionum. Ad domanium non ſolum pertinent illi, qui ex fundis Regiis, ſed etiam, qui ex iuribus Regiis (*q*), percipiuntur, quorum nonnulli licet certam & perpetuam cauſam habeant, incerti tamen, & caſuales ſunt, ac à rerum contingentia dependent. Fundos quod attinet, illos vel Rex pleno (*r*) tenet iure, vel non pleno (*s*). Quos pleno iure tenet, eorum fructus vel colligit ipſe, opera ſuorum miniſtrorum, vel colligendos locat aliis. Non pleno iure tenet illos, in quibus vtile dominium conceſſit aliis, quales ſunt feudales, emphyteutici &c. De prioribus non eſt quod agamus in ſpecie, nihil enim ſingulare in perceptione eorum fructuum Rex obtinet, ſed illos percipit, vt quilibet alius, qui rerum vſufructuarius; paucis exceptis, in quibus pinguior Regis eſt conditio (*t*). Feuda Regi quæſtuoſa ſunt, quanquam non omnia vno modo. Compendium habet ex amortiſatione (*u*), ex releuamentis (*x*), ex venditione, ex permiſſione vt ignobiles feuda nobilia teneant (*y*), &c. Ad iura, ex quibus Regi commodum pecuniarium paratur, refero, regaliam (*z*), venditionem officiorum (*aa*), *la paulette* (*bb*), ſeu

Digitized by Google

pecuniam annuam (*cc*), quæ, ne caducitati officiorum locus detur (*dd*), ſoluitur; pecuniam, quæ penditur pro conceſſione nobilitatis (*ee*), lucrum, quod capit propter tutelam & *la garde noble* minorum (*ff*), compendia, quæ ex minoribus regiis iuribus, quæ & ex parte fiſcalia (*gg*) dici poſſunt, percipiuntur, vt ex bonis vacantibus (*hh*), bonis damnatorum (*ii*), & committentium crimen læſæ maieſtatis (*kk*) &c. variiſque impoſitionibus perſonalibus & realibus, quales ſunt, *les tailles* (*ll*), ſeu tributa (*mm*), quæ eſſe dicuntur perſonalia (*nn*), realia & mixta, *le taillon* (*oo*), ſeu tributi additamentum; *les crenës* (*pp*), ſuperindicta; *aydes* (*qq*), auxilia; decimæ (*rr*), gabella ſalis (*ss*); *les emprunts* (*tt*), mutuationes; *Equiualent* (*uu*), æquiualens; *billot* (*xx*), vel *appetiſſement*, *traitte foraine* (*yy*), *ſolde de cinquante mille hommes* (*zz*), ſtipendium quinquaginta millibus militum alendis; vectigal vini (*aaa*), aliaque ſpecialia multa, quæ partim ſub prioribus titulis continentur (*bbb*). His colligendis olim pauci, hodie perquam multi officiarii (*ccc*) cum egregia honoris prærogatiua præpoſiti ſunt, variorum nominum; vnde fit, vt magna horum vectigalium pars eorum vtilitati cedat, vel ab ipſis inſumatur, reliqua, multum accifa, Regi obueniat (*ddd*). Confuſionis euitandæ cauſa, in collectione atque coaceruatione tributorum, totum Galliæ Regnum diuiſum eſt in generalitates viginti & vnam (*eee*). De toto autem indictionum & tributorum negotio cognoſcunt Generales ærarii (*fff*), ac Theſaurarii Regii (*Generaux des Finances*), qui ſupremæ Curiæ titulo (vulgo *Cour des Aides*) inſignes, lites omnes, ac controuerſias in hoc genere ita decidunt, vt ab iis prouocari non liceat, cum imperii meri, ac mixti amplitudo illis attributa ſit; quorum ordo primum Lutetiæ anno MCCCLXXX. inſtitutus dicitur, deinde per reliquas Galliæ prouincias propagatus, honeſtiſſimo loco habetur, qui reſcripta ſuper exactionibus tributorum, quæ à Principibus acceperunt, ad eos mittunt, qui vulgo dicuntur Electi (*les Esleus*); quibus id muneris datur, vt onera tributorum in ſua diœceſi æquo iure partiantur. Electi Decurioni-

tionibus ſuæ diœceſeos mandata Principis ſignificant. Decuriones, de conſilio ciuium, ac municipum, diſcuſſores ac peræquatores conſtituunt (vulgo *Aſſeeurs des tailles*), qui opera curialium in Imperio Romano vtebantur, vt ex cenſu cuiusque munera diuiderent. Diſcuſſores (*Aſſeeurs*) collectariis id dant negotii, vt tributa exigant, & colligant, collectaque protinus ad receptores deferant, vulgo dictos ſuſceptores particulares (*Receueurs particuliers*), quibus eæ partes datæ ſunt, vt Regias pecunias, per antigraphos generales (vulgo *Controlleurs generaux*), recognitas, cum pittacio ſubſignato, ad ſuſceptores generales tuto deferant (vulgo, *Receueurs generaux*), qui aurarii ſuſceptores, aut tribuni aurarii dicti videntur; à quibus deinde aurum exactum ad Comitem ſacrarum largitionum, & ærarii Regii Præfectum (*Threſorier de l' Eſpargne*) deportatur. Et ne fraus aliqua interueniat, *antigraphes*, ſeu antigraphari, quaſi Ephori, & inſpectores ſuſceptoribus adhibentur, qui omnia diligenter obſeruent, recognoſcant, & ſignent. Suſceptoribus item inſtitores, & tabularii, ſeu chartularii, adiunguntur, vulgo *Commis*, quaſi ſubſtituti, qui operas ſuas ſuſceptoribus commodant, quorumque factum ſuſceptores præſtant. Suſceptoribus inſuper adiunguntur coactores, & opinatores palatini (vulgo *Clercs des Finances*), qui ſuſceptoribus particularibus neceſſitatem deuehendæ ad ſuſceptores generales Regiæ pecuniæ imponant. Comiti ſacrarum largitionum antigrapheus, ſiue maior antigrapharius, adiungitur, ne fraus Regiæ pecuniæ fiat. Noſtra ætate ſummi ærarii præpoſiti, quos vulgo Intendentes, & Superintendentes vocant, conſtituti ſunt, quorum iudicio Regiæ gazæ diſcutiuntur, probantur, diſpenſantur. Sunt præterea Theſaurarii partium fortuitarum (*des parties caſuelles*), Theſaurarii generales per Prouincias, & Præſides Theſaurariorum; Theſaurarii militiæ, quos ærarios militiæ quæſtores merito voces; quibus, quaſi miniſtri, adiunguntur, qui ſtipendia equitibus ſoluunt (vulgo *Payeurs des compagnies*). His adde, ſi lubet, Theſaurarios extraordinariæ militiæ, & eorum

Digitized by Google

inſtitores, ac ſubſtitutos, ſeu vicarios (vulgo *Commis*). Sunt & ſcribæ & actuarii Theſauri Regii (vulgo *Secretaires des finances*), qui mandata, & reſcripta Principis de ſuperindictionibus ac tributis, hodie conficiunt ac ſignant.

Teſtes & Teſtimonia.

a) *Il n'y a rien, en quoy les hiſtoriens varient d'auantage, ni de quoy les diſcours des peuples ſoient plus incertains, que dans la determination des reuenus des Roys, & des Royaumes. I'ay experimenté* (inquit Autor *du diſcours de l'Eſtat, & couronne de Suede chap. 8. pag. 98.*) *le premier par la lecture, le dernier par voyages, que i'ay faict aux prouinces eſtrangeres; dans l'vn & l'autre i'ay appris à douter de toutes ces liſtes, que certains eſcriuains inſerent dans leurs liures: la diuerſité, que s'y retrouue, monſtre, que ce ſont eſtimations vulgaires, & non extraits de la Chambre des Comptes.*

b) Imo & ipſi principes non raro vires patrimonii, ac ærarii ſui ignorant, aut plus ſperant in bonis eſſe quam in illis eſt. Sed recte Franciſcus I. quiete affulgente, elenchum redituum & expenſarum conſcribi fecit, quem quotidie inſpexit, ac in id incubuit maxime, vt inter illos & has proportio eſſet, & eodem modo quo ſumptus, etiam onera populi imminuerentur: Bret *de la ſouuer. liu. 3. chap. 7. pag* 409.

c) In eo plerique vehementer labuntur, quod putant eo tributa redigi oportere, quo Ludouico XII. Rege fuerunt: nec intelligunt, pretia rerum omnium decuplo maiora eſſe, quam tunc fuerint, propter auri argentique copiam, quæ ab India Occidentali in Europam aſportata viliorem vtriusque metalli æſtimationem fecit: quarum enim rerum maior eſt affluentia, eo vilius æſtimari neceſſe eſt. Idque ex publicis tabulis ac legibus Franciæ municipalibus facile intelligi poteſt, vbi agitur de pretio rerum. Extat in tabulis publicarum rationum, quæ D. Ludouici imperio redditæ ſunt, Francorum Cancellario diurni viatici nomine ſeptem ſolidos Pariſienſes ſolutos, quibus non modo ſeipſum, ſed etiam equos, pueros, cæterosque comites iter facienti neceſſarios, ſuſtentaret &c. Ab Hiſpania vero in Galliam auri & argenti copia ingens aduehitur, cum hinc in Hiſpaniam frumenti, omnisque generis opificiorum, ac rerum venalium maxima vis aſſidue exportari ſoleat. Ita neceſſe fuit Galliam auro & argento affluere, pretia rerum augeri, mercedem, ac ſalarium cuiusque maius eſſe, ſtipendia magiſtratibus ac militibus maiora decerni. Qui enim ex fructibus prædiorum aureos centum in cenſum retulerat, ex iisdem fructibus mille accepto ferret. Inde errores, non modo vulgi, ſed etiam eorum, qui annonam, qui rem frumentariam, qui familiæ victum veteribus inſtitutis ac pretiis metiun-

Digitized by Google

tiuntur. Nam illud centies ſeſtertium (id eſt, 437500. libellarum Turonenſium) Carolo VI. Rege (anno MCCCCXLIX.) ex fructibus prædiorum publicorum, & ex vectigalibus ac tributis illatum, haud multo minus eſt quam ter millies (id eſt, noſtro more 1312500. libellarum Turonenſium) quod Carolo IX. Rege ex omni publica pecunia coactum eſt, anno MDLXXIV. ſi pretia rerum vtriusque temporis exigantur: tametſi ſumma hæc tricies complectitur illam. At vtroque tempore populus ſe tributorum grauitate premi queſtus eſt. Cum item D. Ludouicus ab Ægypti Sultano captus eſt ante trecentos paulo minus annos, pretium capiti Regio dictum eſt centies & quater decies, (id eſt, 500000. libellarum Turonenſium.) Iohanni Regi, ab Anglis capto fere bis millies; Franciſco I. Regi octingenties: huic quidem minus quam illi; quippe Caroli V. Imperatoris (à quo captus fuerat) ſororem domum duxit, ac imperio Belgarum ceſſit. Sex annos Gallia laborauit, vt immanis illa pecunia, cuius ſumma erat inopia, pro Iohannis libertate cogeretur: at Franciſcus eodem anno, quo pacem iniit, libertatis pretium in Hiſpaniam miſit: Bodinus *de Republic. lib. 6. cap. 2. pag. 1028. & ſeqq.*

d) In Gallia olim Reges patrimonio contenti, nullis indictionibus ſubditos onerarunt. Ludouicus Iunior, ſub annum MCLXVII. cum grauiora tempora incidiſſent, viceſimam omnium redituum à populo exegit. Philippus Pulcher, centeſimam, aut, ſi res expoſceret, quinquageſimam & quintam, mercium ac rerum venalium; Iohannes viceſimam indixit capite cenſis, capitationem decem aſſium Turonenſium in annum. Carolus V. focarium, ſeu focagium, in ſingulos focos, & tributum annuum quatuor francorum, vt vocant, ſingulis vrbium, ac ſuburbiorum incolis, & decem aſſes Turonenſes ruſticanis, & villaticis, in capita. Carolus VII. decem & octo millia francorum tributi nomine primum indixit: Iul. Cæſar Bulenger *de tribut. & vectigal. populi Romani cap. vlt.*

e) *Louys XI. reſpondit à vn Seigneur, qui luy auoit demandé, combien valoit le Royaume de France, que facilement ne le pouuoit ſçauoir, encore que fort long temps il euſt commandé: parce, dit-il, qui ie le fais valoir autant qu'il me plaiſt. C'eſt vn pré, lequel ie tonds tous les ans, toutes & quantes fois, que ie veux, & n'eſt pas la faulx hors d'iceluy, que l'herbe ne ſoit auſſi toſt creuë*: Theuet *és vies des hommes illuſtres liu. 4. chap. 5. p. 206.*

f) *La entrada ordinaria, ò ſtraordinaria, della corona di Francia, non hò potuto ſapere, perche ne hò domandati molti, & ciaſcuno mi hà detto, eſſere tanta, quanta vuole il Ré*: Machiauelli, *part. 2. oper. nelli ritratti di Francia pag. 126.*

g) Regnum Galliæ eſt pratum florentiſſimum, in quo paſcuntur infiniti ouium greges, aureis velleribus, quæ tonderi poſſunt, quoties paſtori libuerit: Autor Lanſius *de principat. prouinc. Europæ, p. 171.*

h) Autor-

h) Autor *des Eſtats, Empires, & principautés du monde; au diſcours de la France. n.16.*

i) Dictus Auctor *des Eſtats &c. d. n. 16.* vel vt ſcribit, & computat de la Nouë, *au diſcours 20. p.m. 512. La richeſſe publique a eſte telle, que du temps du Roy Henry II. il leuoit ſur ſon peuple, par voye ordinaire, quinze millions de francs tous les ans.*

k) D. *n.* 16.

l) D. *n.* 16. De Taix *és memoires des affaires du Clergé de France, p.* 69. vbi de Comitiis Blœſenſibus anni MDLXXVI. agit, addit: *Monſr. de Lyon nous fit entendre, que par les comptes des finances il ſe trouuoit, que tout le reuenu du Roy, tant ordinaire, qu' extraordinaire, hormis les emprunts, montoient par chacun an à la ſomme de douze millions, ſix cens neuf mille francs ſeulement: toutesfois vn mien amy m' a dit ſecretement, qu' il montoit à ſeize millions, & que l'on nous cachoit plus de trois millions, cinq cens neuf mil francs de recepte.*

m) Tabœtius (qui vixit, & ſcripſit tempore Franciſci II. Regis) *in paradoxis Regum ſect. 2. pag. 104. & ſeqq.* de vectigalibus Regni Franciæ in hanc ſcribit ſententiam. Francici vectigalia principatus multifariam colliguntur. Quædam ſunt canonica, & perpetua, vt illa, quæ ex ſacro percipiuntur, & inuiolabili patrimonio, cenſentur à præfectis fiſci, in ſingulos annos, eadem bis mille talentis, quæ ſunt quater centies & octuagies ſeſtertia. (*Le Domaine de France vault par an, douze cens mille eſcus.*) Quædam colliguntur è vecturis mercium peregrinarum, de quibus loquitur Marcianus, *in tit. de public. l. interdum 16. §. ſpecies 7.* ſpecies appellantur in iure, & etiam à Francis, vt amomum, piper, cariophylon, caſia, xilocaſia, cinnamomum, pelles Indicæ & Babylonicæ, ebur, hebenum, Indicum & Æthiopicum, lapides pretioſi, vela, & opera peregrina, ſericæ veſtes, ſubſericæ, holoſerici panni, lana, ſuccus tinctorius, purpura, & animalium traiectitiæ vecturæ, Regnum Franciæ ingredientes, vt venales exhibeantur, grande vectigal efficiunt, quod æſtimatur mille talentis (*ſix cens mille eſcus.*) Quædam ex portoriis colliguntur. Magnus comparatur prouentus ex vecturis rerum omnium, quæ vehuntur per fluuios nauigabiles, ſtagna & lacus, totius Imperii Gallici; quorum prouentuum magnitudo ſuperare dicitur omnium Hiſpaniarum vectigalia, cenſus & tributa. Nam in Gallia triplici, ſunt nauigabiles fluuii CCXXVII. per quos fiunt traiectiones, vecturæ, traductiones mercium, & omnium obſoniorum; vnde numeroſa prodeunt vectigalia, publica & priuata; quæ cenſentur in vſum principis, ad tria talentorum millia (*dixhuit cens mille eſcus.*) Vidi calendaria, & ephemerides publicanorum, qui conduxerant portoria, Regi debita, in ſolo Andegauenſi Ducatu, ex vecturis per Ligerim fluuium factis in Britanniam Celticam, ex quibus colligebantur vectigalia, ex ſolius vini traductione, ad vicies & quater ſeſtertia,

quæ

quæ centum talentis æquipollent. (*ſoixante mille eſcus la traicte du vin, depuis Saumur, iuſques à Ingrande, en Bretagne.*) Vectigalia viarum, quæ præſtari ſolent in ingreſſu nouæ iurisdictionis: vectigalia pontium, quæ ſolent exigi promiſcue à quibuscunque, equite & pedite, pro iure tranſitus pontis, & viæ fultura, & reparationibus; grandem pecuniam producunt, quæ conuertitur ad concinnationem, & ornamentum pontium, & viarum, maxima portio; nonnihil tamen redundat ad ærarium principis, omnibus impendiorum rationibus ſubductis, quod cenſetur duodecies ſeſtertium. (*trente mille eſcus.*) Vectigalia prædialia, quæ ſingulis annis indicuntur, tempore pacis quater mille talentis æſtimantur. (*les tailles de France montent cinq millions de francs Tournois.*) Prouentus ſalinarum duo talentorum millia producit. (*douze cents mille eſcus.*) Iura caducaria, quater centum talentis æſtimantur. (*les confiſcations, depos, & aubaines, douze vingt mille eſcus.*) E commerciis ſolidatim permutatis & diuenditis, vectigalia prodeunt ad ducenta talenta. (*ſix vingt mille eſcus.*) E commerciis vero minutatim diuenditis, duplo maius oritur vectigal. Ex œnopoliis, macellis, & quadruplici foro; carnario, olitorio, lignario, & granario, tributoriæ ſtipes naſcuntur, quater centum talentis æſtimatæ. (*douze vingt mille eſcus.*) E decumanis oblationibus, & Eccleſiaſticis collectis, naſcuntur tempore belli, mille talenta. (*ſix cents mille eſcus, des dixmes accordées au Roy.*) E nundinationibus magiſtratuum, & officiorum licitationibus, varia procedunt vectigalia, propter varietatem illorum. Quædam enim ſunt officia primæ claſſis, & ordinis, vt limitares præfecturæ, prouinciales ethnearchiæ, præſidiales, & tribunalitiæ. Quædam ſunt auguſtalia, aulica, & prætoriana. Quædam ſunt quæſtoria, cenſoria, forenſia: quædam paganica, & villica; quorum numerus eſt plane incertus; ex quibus emanat vectigal bis mille talentis ſuperius, belli tempore. (*douze cens mille eſcus.*) Inter quæſtoria ponuntur duo. Totius ærarii Comites dicuntur vulgo quæſtores parſimoniæ. (*les deux Threſoriers de l'eſpargne.*) quorum officio pro ſtipendiis aſſignantur in annum quindecim talenta. (*vingt mille liures Tournois.*) Id genus officii vænire ſolet triginta quatuor talentis. (*vingt mille quatre cens eſcus.*) Quæſtorii magiſtratus ſunt vænales, vt præfecti fiſcales (*les Threſoriers de France*) ſedecim talentis væneunt. (*neuf mille ſix cens eſcus.*) Tribuni ærarii (*les generaux des finances*) ducentis quadraginta ſeſtertiis. (*ſix mille eſcus.*) Coactores municipales, (*les Receueurs particuliers*) quæſtores canonarii, (*threſoriers des tailles*) quæſtores caducarii, (*Threſoriers des confiſcations*) quæſtores æris militaris, (*Threſoriers extraordinaires des guerres*) quæſtores ærarii, (*Threſoriers des amendes*) quæſtores à voluptatibus, (*les threſoriers des menus plaiſirs*) è quorum licitatione pullulant vicies ſeſtertia quotannis. (*cinquante mille eſcus.*) Quædam ſunt officia vilioris notæ, quæ dicuntur mechanica, impetrari ſolita ab imperitis, ad ſordidam & meritoriam quęſtu-

Digitized by Google

ram natis; quales ſunt, Comites horreorum, (*grenetiers à bled*). Comites ſalinarum, (*Grenetiers à ſel*) Comites piſcationum, qui Regiis piſcationibus præſunt. Comites obſoniorum, (*ceux qui ont la charge des viures*) Comites annonæ, (*les Prouiſeurs*). Comites ſcholarum, (*qui ont la charge de toutes choſes appartenantes à l'exercice du Prince*) Comites catadromi, (*qui ont la charge des lices*) Comites venationum, (*les Veneurs*) Comites accipitrariæ venationis, (*faulconniers*), Comites Syluarum, (*gardes des foreſts*) Comites limitum, portuum, fluuiorum; Comites pomœriorum, vicorum & pagorum; Comites largitionum ſacri patrimonii, Comites rerum priuatarum, Comites domus Auguſtalis, Comites laborum & artificum, Comites decimarum. (*Receueurs des dixmes, accordées au Roy par le Clergé*). E quibus officiis, quando caduca fiunt, morte, aut ſententia, non paruæ fluunt pecuniæ in vſum fiſci. Aliud pendunt tributum oppida pomœriis & mœnibus ſepta, (*les villes closes*) quæ trimeſtre ſtipendium ſufficiunt tempore belli annis ſingulis, quod ſtipendium æſtimatur mille talentis. (*douze cens cinquante mille francs tournois monte la ſolde de cinquante mille hommes de guerre.*) Aliud ſufficiunt tributum maiores Eccleſiæ profanum habentes patrimonium, (*qui ont le temporel du Prince*) & illud quater centum talentis æſtimatur. (*douze vingt mille eſcus.*) Aliud religioſæ profeſſionis collegia ſuppeditant, vt Equites Rhodii, domi ſacris Venereis operantes, numeroſis ditati ſacerdotiis, & reditibus profanis; vt Benedictini Monachi, Ciſtercienſis, Bernardini, Præmonſtratenſis, Carthuſiani, Cœleſtini, Vincentini, Templarii, Hieroſolymitani, voti & ordinis profeſſores; vnde neruus militaris duobus talentorum millibus corroboratur. (*douze cents mille eſcus.*) Nam in Gallia Celtica, id eſt, Narbonenſi, & Aquitanica, reperiuntur oppida, pagi, ſacerdotia, Curionatus, vici, comopoles, & municipia, connumeratis Picardiæ, Campaniæ, & Burgundiæ ciuitatibus, & pagis, decies ſepties centena millia, è quibus ſeorſum oppidis, & pagis ſingulis, ſi princeps argenti pondo, id eſt, libram vnicam colligeret, quotannis haberet quadraginta talentorum millia. (*vingt millions d'eſcus, & plus.*) Pro digreſſu, & egreſſu mercium ad externas Nationes, quæ deuehuntur terra & mari, contrahuntur vectigalia centies ſeſtertiorum millibus æquipollentia, id eſt, quater centum ſedecim talentis. (*deux cents cinquante mille eſcus la traicte foraine du Royaume de France.*)

n) Autor libri, qui inſcribitur, *les Eſtats, Empires, Royaumes, &c. du monde, in diſt. de Regno Franciæ ſub n.* 17. à tempore Henrici II. vſque ad tempus Henrici III. Regis; nempe ab anno MDXLVII. vſque ad annum MDXXC. tam ex domanio Regis, quam à ſubditis, ærario Regio illatum memorat ſummas, quæ ſequuntur. *Des receueurs particuliers du Domaine, la ſomme de ſoixante & dixneuf millions, quatre cens mille liures, à quoy montoit le reuenu du domaine, y compris tout le domaine alienė, & depuis remis.* (A domanii quæſtoribus

tribus particularibus ſeptingenties nonagies quater centena millia libellarum. Hæc enim erat ſumma prouentuum domanii, connumerato domanio alienato, & poſtea reunito.) *Des amendes extraordinaires, la ſomme de dixſept millions, ſix cens mille liures Tournois, outre celles, qui eſtoient compriſes ès baux à fermes.* (Ex mulctis extraordinariis, centies ſeptuagies ſexies centena millia libellarum Turonenſium, præter illas, quæ redemptoribus erant aſſignatæ.) *Des confiſcations extraordinaires, la ſomme de douze millions, ſept cens mille liures, & ce, outre les confiſcations reſeruées aux fermiers, & admodiateurs Generaux du domaine, par leurs baux à fermes.* (Ex confiſcationibus extraordinariis centies vigeſies ſepties centena millia libellarum, præter illas, quæ reſeruatæ erant conductoribus generalibus domanii, vi contractus.) *Des legitimations, aubaines, & ſucceſſions de baſtards, la ſomme de neuf millions, trois cens mille liures; & ce outre le droit, part, & portion, acquiſe aux fermiers, & admodiateurs Generaux du domaine.* (Ex legitimationibus, albinagio, & ſucceſſionibus baſtardorum, nonagies ter centena millia libellarum, non connumeratis, iure & portionibus conceſſis, conductoribus generalibus domanii.) *De l'augmentation, ou diminution de prix des eſpeces d'or, & d'argent, droit Seigneurial ſur les monnoyes, mines, & minieres, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex augmento & diminutione pretii monetæ, aureæ & argenteæ, vt & iure dominicali in monetam, fodiniſque metallorum, nonagies centena millia libellarum.) *Des dons gratuits, ou fouages, la ſomme de ſoixante neuf millions de liures, ſans comprendre en cela les deniers, que les Eſtats accordent, pour les gages des Preuoſts des Mareſchaux, & leurs Archers, fortifications, refraichiſſemens de grains, vins & autres viures pour la munition des places frontieres.* (Ex donis gratuitis, & focariis, ſexcenties nonagies centena millia libellarum, non connumerata pecunia, quam ordines Regni promittunt ſoluere pro ſalario præfectorum rerum capitalium, & eorum ſatellitio, nec non ad munienda loca, & frumento, vino, aliiſque ad ſuſtentationem neceſſariis, inſtruenda illa, quæ in finibus Regni ſita ſunt.) *De la vente des bois, pris es foreſts du Roy, la ſomme de dixneuf millions des liures, ſans comprendre les amendes, dont les Receueurs du Domaine comptent à part.* (Ex venditione lignorum, depromptorum ex ſyluis Regiis, centies nonagies centena millia libellarum, exceptis mulctis, quas quæſtores domaniales ſeparatim numerant.) *Des fermes des aydes des eslections de ce Royaume, tant alienees, que non alienees, & qui furent rachetées à condition de payer aux racheteurs de rente, à raiſon du denier douze, la ſomme de ſoixante dixneuf millions de liures.* (Septingenties nonagies centena millia libellarum, ex conductione auxiliorum, quæ præſtantur ab electionibus Regni, tam alienatorum quam non alienatorum, & quæ empta fuerunt ea conditione, vt emptoribus iſtorum prouentuum cederent pro denario duodecim.) *De la Douane de Lyon, vingt*

deux millions de liures, ſans y comprendre pluſieurs rabais faits aux Italiens, & Admodiateurs. (Ex telonio Lugdunenſi, ducenties vigeſies centena millia libellarum, non annumeratis variis remiſſionibus factis Italis, & conductoribus.) *Des equiualens, & impoſitions de traite foraine, & haut-paſſage, la ſomme de quarante neuf millions de liures, y compris les ſommes des deniers accordés par les gens de trois Eſtats d'aucunes prouinces, pour la ſuppreſſion & extinction de l'impoſition foraine.* (Ex æquiualente, ac portoriis, quadringenties nonagies centena millia libellarum, connumerata pecunia, quam tres Ordines Regni, nonnullarum prouinciarum, promiſerunt Regi, pro ſuppreſſione & abolitione portoriorum.) *De la gabelle du ſel, la ſomme de cent quarante huict millions de liures, y compris les creuës, & diuerſes ſuperimpoſitions.* (Ex Gabella ſalis millies quadringenties octuagies centena millia libellarum, comprehenſis ſub eadem ſumma ſuperindictis.) *Des Prelats, & beneficiés du Royaume, la ſomme de cent vingt quatre millions de liures, à quoi ſe trouuent monter les ſubuentions des decimes ordinaires, ſans y comprendre les ſix deniers, douze deniers, dixhuict deniers, & autres ſommes, pour chacune liure ſuperimpoſée outre les ſommes principales, qui reuenoient de bon à nos Roys, & ſans y comprendre auſſi la ſomme de trente ſix mille liures Tournois, accordee chaque année au Receueur general de la ſubuention, pour ſes gages, & les douze deniers pour liure, que les Receueurs particuliers prenoient pour leurs gages.* (A Prælatis, & beneficiariis Regni millies ducenties quadragies centena millia libellarũ; hanc enim ſummam conſtituunt ſubuentiones ex decimis ordinariis, & extraordinariis, non connumeratis ſex denariis, duodecim denariis, octodecim denariis, aliisque ſummis ſuperindictis cuilibet libellæ, præter principales, quæ integræ ad Regem perueniebant; non comprehenſa quoque in hoc calculo ſumma triginta & ſex millium libellarum Turonenſium, ex ſubuentione promiſſa, in ſingulos annos, Quæſtori generali, ſeu Tribuno ærarii, pro ſalario, & duodecim denariis, quos pro qualibet libella ſibi attribuebant Quæſtores particulares pro ſalario.) *Des francs fiefs, & nouueaux acqueſts, la ſomme de neuf millions de liures, à quoi les Prelats, & autres beneficiés du Royaume composerent auec les Roys Henry II. Charles IX. & Henry III.* (Ex feudis francis, & nouis acquiſitionibus, nonagies centena millia libellarum, vigore transactionis factæ à Prælatis & beneficiariis Regni, cum Regibus, Henrico II. Carolo IX. & Henrico III.) *De l'argenterie, ioyaux & reliques, leuées ſur les Egliſes, ou le Clergé, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex vaſis argenteis, pretioſis, atque reliquiis, collatis ab Eccleſiis, aut Clericis, nonagies centena millia libellarum.) *De la vente du Domaine de biens Eccleſiaſtiques, la ſomme de trente neuf millions de liures.* (Ex venditionibus domanii bonorum Eccleſiaſticorum, libellarum trecenties nonagies centena millia.) *Des Marguilliers de la fabrique des Egliſes du Royaume, la ſomme de dix millions de li-*

de liures, à quoi reuiennent les departemens faits chaque fois, à raiſon de vingt liures Tournois, pour chaque clocher de paroiſſe. (A tutelaribus æditiuis fabricarum Eccleſiaſticarum Regni, libellarum, centies centena millia: quam ſummam conſtituunt diſtributiones; quibus viginti libellæ Turonenſes vnicuique campanili in parœciis impoſitæ ſunt.) *De la ſolde de cinquante mil hommes de pied, la ſomme de quarante neuf millions de liures, leuées ſur toutes les villes cloſes du Royaume.* (Ex ſtipendio quinquaginta millium militum peditum, quadringenties nonagies cētena millia libellarum, exacto à ciuitatibus Regni muris circumdatis.) *Des tailles ordinaires, la ſomme de quatre-vingts, & quinze millions de liures; y compris deux ſols, & quatre ſols pour liure, & autres creuës impoſées.* (Ex vectigalibus ſtipendiariis, nongenties quinquagies centena millia libellarum, comprehenſis duobus ſolidis, ac quatuor ſolidis pro libella, nec non aliis ſuperindictis.) *De la ſolde du taillon, creuë, & augmentation de la gendarmerie, la ſomme de cent deux millions de liures.* (Ex ſtipendio ſuperindicto, & augmento militiæ addicto, millies vigeſies centena millia libellarum.) *Des Annates, qui eſt le reuenu annuel de certains benefices, la ſomme de ſix millions, ſept cents mille liures, leuées à meſure que les benefices vacquoient.* (Ex annatis, ſeu reditibus annuis, certorum beneficiorum ſexagies ſepties centena millia libellarum, exactis ſecundum vacationem beneficiorum.) *De l'impoſition de cinq ſols Tournois pour l'entrée de chaque muid de vin, la ſomme de vingt huict millions de liures.* (Ex impoſitione quinq; ſolidorum Turonenſium ſoluendorum pro introitu cuiuſque dolii vini, libellarum ducenties octuagies centena millia.) *Des emprunts generaux, & particuliers, la ſomme de cinquante huict millions de liures, leuée à diuerſes fois, ſur les riches, & bien aiſés du Royaume.* (Ex mutationibus generalibus & particularibus, libellarum quingenties octuagies centena millia, exactis diuerſis vicibus à diuitibus, & illis, qui in re lautiori conſtituti.) *Des aydes des elections de ce Royaume, la ſomme de ſix millions, cinq cens mille liures.* (Ex auxiliis electionum Regni, libellarum ſexagies quinquies centena millia.) *Des parties caſuelles, la ſomme de cent trente neuf millions des liures, à quoi ſe trouue mõter la compoſition de la finance des offices, accouſtumés d'eſtre mis en taxe, ſoit par mort, reſignation, ou autremēt, compris toutesfois la creation nouuelle de pluſieurs offices.* (Ex partibus fortuitis, vel caſualibus, libellarum millies trecenties nonagies centena millia, quam ſummam ſoluebant officia, quæ ſubiici ſolent taxæ, ob mortem, reſignationem, aut aliam ob cauſam, cōprehenſa creatione multorum nouorum officiorum.) *Des confirmations des offices, la ſomme de dixhuict millions de liures payées à l'aduenement des Rois.* (Ex confirmatione officiorum, libellarum centies octuagies centena millia, quæ ſoluenda ſunt, vbi Rex in Regnum ſuccedit.) *De la ſubuention du ſubſide des procés, la ſomme de neuf millions de liures, ſuiuant l'Edict, portant l'inſtitution de cent ſols, qu'on*

qu'on ſouloit payer auant la conteſtation en cauſe. (Ex ſubuentione ſubſidiorum, impoſitorum litibus, nonagies centena millia libellarum, ſecundum Edictum, quod conſtituit centum ſolidos, quos ſoluere moris erat ante conteſtationem litis.) *De la ſuppreſſion des offices, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex ſuppreſſione officiorum, libellarum nonagies centena millia.) *De la contribution du ban, & arriere-ban, fief, ou arriere-fief, la ſomme d'onze millions de liures.* (Ex contributione euocationis, feudi, & ſubfeudi, centies decies centena millia libellarum.) *Du retranchement des gages des officiers, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex diminutione ſalariorum officiariorum, nonagies centena millia libellarum.) *Des traites de bleds & vins és pays eſtrangers, la ſomme de dix millions de liures, ſans comprendre les bleds, & vins du Roy, qu'il a de long temps de la marine, & autres lieux.* (Ex portoriis impoſitis vino & frumento, quæ ad exteras prouincias exportantur, centies centena millia libellarum, non connumerato vino, & frumento Regis, quæ longo iam tempore habet à marinis, & aliis locis.) *Des Eſpaues, & priſes de mer, la ſomme de vingt & vn millions de liures, droits d'Admiraute, officiers de icelle, maiſtres des ports; & Sergens, preallablement payés, tant en mers du Leuant, que du Ponant.* (Ex bonis adeſpotis, & in mari apprehenſis, ducenties decies centena millia libellarum, deductis iuribus Admiralitatis, & officiariorum eiuſdem, magiſtrorum & ſatellitum portuum, tam in mari Orientali, quam Occidentali.) *Des affranchiſſemens des taillables du Royaume, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex immunitatibus conceſſis illis, qui contributionibus erant obnoxii, nonagies centena millia libellarum.) *De l'augmentation des gages de pluſieurs officiers, la ſomme de quatorze millions de liures, financées par pluſieurs officiers, qui vouloient auoir ladite augmentation.* (Ex augmento ſalariorum multorum officiariorum, centies quadragies centena millia libellarum, empto à quampluri mis officiariis, qui ſalaria ſua volebant augeri.) *Des vaines paſtures, communautes & paſturages, auec confirmation des priuileges, creation des foires franches, & autres ſemblables droits, la ſomme de ſept millions de liures.* (Ex conceſſione pabulationis, quæ fit communitatibus; nec non ex confirmationibus priuilegiorum, conceſſionibus nundinarum liberarum, aliiſque conſimilibus, ſeptuagies centena millia libellarum.) *Des procureurs, Notaires, & Sergens, à diuerſes fois, la ſomme de quatorze millions de liures.* A procuratoribus, Notariis, & apparitoribus, diuerſis vicibus, libellarum centies quadragies centena millia.) *Des meubles, & fruicts des biens de ceux de la Religion, la ſomme de neuf millions de liures.* (Ex mobilibus, ac fructibus bonorum, eorum qui religioni reformatæ addicti, libellarum nonagies centena millia.) *Des deniers inopinés, la ſomme de neuf millions de liures, prouenuë de la deſpouille de pluſieurs perſonnages, qui auoient failli.* (Ex pecunia inopinata, nonagies centena millia libellarum, ad Regem

Digitized by Google

gem peruentente propter delicta variarum perſonarum.) *De la nouuelle ſubuention, la ſomme de trente cinq millions de liures, à prendre ſur toutes les cités, villes, bourgs, & bourgades cloſes, de ce Royaume.* (Ex noua ſubuentione, trecenties quinquagies centena millia libellarum, quam ſoluunt Regni ciuitates, oppida, pagi, qui quæue muris clauduntur.) *Du fer, cuiure, & autres metaux, la ſomme de trois millions de liures, pour certain ſubſide, qui a eſté impoſé ſur iceux, extraordinaires. Or, ie conte ſeulement ceci, qu'on a receu de clair, & de net, qui ſembleroit deuoir auoir eſpuiſé meſme vn plus-grand Royaume que celuy de France.* (Ex ſubſidio impoſito extraordinarie, ferro, cupro aliiſque metallis, tricies centena millia libellarum. Tantum vero hic enumero, quod vere ſolutum, cuius exactio videri poterat exhaurire potuiſſe Regnum longe maius, quam Franciæ.)

o) Prædicti libri autor, in eodem diſcurſu *de la France*, ſequens compendium exhibet è breuiculo tributorum anni MDCIX. ſummarum quæ exactæ fuerunt è tributis, & additamentis, & pro officialium ſtipendiis, ſecundum ordinem Generalitatum, de quibus infra *h. cap. lit. eee.* dicam.

E Generalitate Pariſiorum (*Paris*)	pro tributis, 769000. pro ſtipendiis officialium, 147000.	libr.
E Generalitate Sueſſionum (*Soiſſon*)	pro principalibus tributis, 362465. lib. 18. ſolid. 10. den. pro ſtipendiis officialium, 2634. lib. 1. ſolid. 2. denar.	
E Generalitate Cabilonenſi (*Chalons*)	pro tributis principalibus, 473000. pro ſtipendiis officialium, 72000.	lib.
habebat vacuam, atque carebat ligno, candelis, aliiſque rebus neceſſariis. Anno M D LXXXVIII. tanta laborabat inopia rerum, vt prouiſores annonæ propter non ſoluta pretia rerum, iam antea in aula conſumptarum, negarent illi ſubminiſtrare amplius cibaria, & muſici ob defectum ſalarii, nollent vlterius modulari.) Scipion du Pleix *en l' hiſtoire de Henry III. pag. 260. n. 25.* Sic non minus Gallia, quam Germania, ſuum habuit *pocodenarium*: ita, à pecuniæ inopia, Maximilianum Imp. nuncupatum, Italico vocabulo, *pocodinari*, memorat Vincentius Lupanus, *de magiſtrat. Franciæ lib. 3. tit. talea.* Noſtrates conſimili ioco olim NN. nominarunt, mit der lähren Taſchen.

c) *Tout ainſi que les finances du Roy ont deux origines, & commencemens, à ſçauoir, du domaine du Roy, & de l'impoſition faicte ſur le peuple: auſſi ont-elles deux voyes & chemins pour eſtre deſpenduës, & conſumées; l'vne par la maiſon du Roy, & l'autre pour le faict de l'Eſtat public de la France*: Charles Figon *des offices & dignités de France pag. m. 94.* Taboetius, *inter paradoxa Regum ſect. 2. pag. 108.* tempus Franciſci II. expendens, annua Gallici principatus impendia hæc enumerat. Annua forenſium ſtipendia Magiſtratuum ſunt quinquies centena ſeſtertiorum millia. (*deux millions, cinq cens mille liures Tournois, les gages des officiers de la iuſtice de France.*) Magiſtratus forenſes enumerantur, Auguſta curia (*le Conſeil priué*), Auguſtale prætorium, ſiue ſanctius & interius conſiſtorium, ſiue ſacroſanctum conſilium (*Conſeil eſtroit*). Conſiliarii, huic Senatui adſcripti, dicuntur Comites conſiſtoriani, decuriones prætoriani, Senatores primæ claſſis, apocleti iudices (*Meſſieurs du Conſeil priué.*) Cuilibet Auguſtalis Curiæ Senatori numerantur quotannis euxeniorum titulo, citra nomen ſalarii, duo talenta. (*deux mille liures Pariſis pour leurs eſtraines.*) Curiæ, liberam, ſummam & vltimam habentes iurisdictionem in Gallia ſunt hodie (ſcilicet tempore autoris, noſtro autem ſunt plures, vt infra *lib. 6. cap. 2.* dicam) duodecim. Auguſtale Conſiſtorium, (*le Conſeil priué*) Senatus prætorianus Regii comitatus aſſecla, (*le grand Conſeil*) Senatus Franciæ, id eſt, Celticæ Galliæ, conſilium panceltium (*la court du Parlement à Paris*) ducentis conſtat viris, Regia capientibus ſtipendia. Sex præſides habet eiſdem donatos ſtipendiis, quibus ornantur Senatores Auguſtales, id eſt, duobus talentis. Senatus Narbonenſis prouinciæ centum conſtat perſonis, connumeratis actuariis, amanuenſibus, & accenſis, qui de corpore collegii eſſe cenſentur, (*le Parlement de Tholoſe:*) Senatus Aquitaniæ ſexaginta viris conſtat, (*le Parlement de Bourdeaux:*) Senatus Neuſtriæ ſexaginta viris, (*le Parlement de Rouën:*) Senatus Diuionenſis, quadraginta: Senatus Aquenſis, quadraginta, Senatus Gratianopolitanus triginta, Senatus Vltramontanus (*de Turin*) duodecim conſiliariis; Senatus Citramontanus (*de Chambery*) duodecim conſiliariis; Senatus Dombarum decem (*le Parlement de Dombes eſtably à Lyon.*) Senatus quæ-

ſtorii, (*les Chambres des Comptes.*) cenſoriæ claſſes, prætoriana Comitia: libellaris decuria, amanuenſium Collegium, Nomophylaces Regii, (*les gens du Roy,*) quibus mandata eſt legum & ordinationum cuſtodia. Municipales Curiæ, & oppidanæ Iudicum claſſes innumeræ, viatoribus, legatis, ſatellitibus, inſtructæ. Equeſtris militiæ ſtipendia pro quatuor Equitum Cataphractorum millibus, excedunt ſex talentorum millia. (*trois millions, ſix cens mille eſcus.*) Semeſtria pedeſtris ſtipendia militiæ, pro centum millibus peditum, & tribun. milit. centurionibus & legatis, æquipollent tribus talentorum millibus, (*dixhuict cens mille eſcus, a trois eſcus pour ſoldat,*) & pro congiariis tribunorum, atque penſionibus, ducenta præſtat talenta, (*deux cens mille liures Pariſis.*) Præſidiariæ ſtipendia militiæ, nonagies & ſexies ſeſtertiorum millibus ſunt conformia. (*douze vingts mille eſcus pour les mortes payes, qui ſont és garniſons à la garde des places fortes.*) Impendia machinarum militarium, & pyrobolorum, quibus præficitur magiſter æneorum tormentorum, tempore belli pedeſtris, & equeſtris militiæ ſtipendia longe lateq; ſuperant, & ea ratione machinis illis præfectus, nullis habetur obnoxius reddendis rationibus argentariæ rei, & impenſarum militarium; imo ſtatur iuratæ illius fidei, & aſſertioni, quoad impendiorum catalogum. Stipendia Proconſulum & Legatorum, qui regionibus adminiſtrandis præſunt, tanquam proreges, vicarii principis, & præſides prouinciarum, ſunt vicies ſeſtertia (*cinquante mille eſcus.*) Pedemontani principatus impendia tempore belli, pro tutela Inſubriæ, citra exercitum, pro duodecim hominum millibus, ad præſidia caſtrorum, & vrbium conductis, occupantur trecenta quotannis talenta. (*trois cens mille francs Tournois.*) Impendia Scotici Regni præter, & vltra reditus, & vectigalia totius patriæ, ſunt ducenta talenta. (*ſix vingts mille eſcus.*) Impendia Corſicæ dominationis, centum talenta, (*la deſpenſe pour la Corſique, ſoixante mille eſcus.*) Impendia nautica, pro quadraginta nauibus galeatis, in ſingulos menſes triginta talenta (*dixhuict mille eſcus.*) Fiſcalium impendia magiſtratuum, centum talentis æſtimantur. (*ſoixante mille eſcus.*) Capitalium impendia quæſtionum, talentis quinquaginta. (*la deſpenſe des procés criminels trente mille eſcus.*) Cuſtodiarum impendia, centum talentis. (*les frais pour la conduite des priſonniers, menés & ramenés, nourris, & executés, ſoixante mille eſcus.*) Auguſtæ domus, & prætorianæ familiæ, Regiique Comitatus impendia, duobus talentorum millibus. (*douze cens mille eſcus.*) Impendia legationum, ad externos principes dimiſſarum, tricies centenis ſeſtertiorum millibus (*ſeptante cinq mille eſcus.*) Oratorum impendia peregrinorum, quando commeatu petito, & legatione functi, dimittuntur, ſunt duodecies ſeſtertia (*trente mille eſcus pour les dons, & preſens, qui ſe font aux Ambaſſadeurs des Princes eſtrangers.*) Publicorum impendia ſtudiorum, quindecim talenta, (*pour les gages des profeſſeurs du Roy, & ſes eſcholiers és*

Vniuer-

Digitized by Google

Vniuerſités, vingt mille liures.) Impendia voluptatis, donatiua natalitia, euxenia, & congiaria, quingentis talentis, (*trois cens mille eſcus.*) Intercalarium impendia penſionum, mille talentis (*ſix cens mille eſcus pour les penſions extraordinaires, dons, preſens, & bienfaicts.*) Auctoramenta principum, & maximatum externorum (*les penſions des Princes, & grands Seigneurs eſtrangers, pour les entretenir en amitie*) Auctoramenta Heluetiorum, & Germanorum, quos Rex tempore pacis auctoratos habet, centies ſeſtertia (*deux cens cinquante mille eſcus.*) Aedificiorum impendia, & prætoriorum, quæ voluptatis gratia quotidie conſtruuntur, & reſtaurantur, aut muniuntur, ſeptuaginta quinque talentis. (*cent mille liures Tournois.*)

d) De tempore Henrici II. & comitiis Blœſenſibus, anni MDLXXVI. agit de Taix, *es memoires des affaires du Clergé de France, pag. 69.* aitque: *Monſr. de Lyon nous fit entendre, que par les comptes des finances il ſe trouuoit, que tout le reuenu du Roy, tant ordinaire, qu'extraordinarie, horſmis les emprunts, montoient par chacun an à la ſomme de douze millions, ſix cens neuf mille francs ſeulement: toutesfois vn mien amy m'a dit ſecretement, qu'il montoit à ſeize millions, & que l'on nous cachoit plus de trois millions, cinq cens neuf mil francs, de recepte. Or, ie ne ſçay, ce qui en eſt, mais ledit Sieur nous dit, qu'il n'y auoit que cela, & que ſur ladite ſomme il falloit prendre de cinq, à ſix, millions, pour les intereſts de cinquante, ou ſoixante millions. Item, deux millions trois cens mil liures, pour les gages des officiers, plus enuiron trois millions, tant de cent mille francs en autres menus frais, deſquels il n'auoit bonne memoire. De façon, que tout compté & rabatu, il ne reſtoit à ſa Maieſté pour ſon viure, entretenement, payement de ſa gendarmerie, penſions, donaires, & infinies autres choſes, que douze cents mille francs, tout iuſte, & toutesfois les choſes ſuſdites montoient bien, par chacun an, à pres de douze millions: en ſorte que le Roy eſtoit contraint prier ſes Eſtats, de luy faire auoir tous les ans onze millions, en attendant qu'il fuſt quitté & deſchargé de tous intereſts, & remis en ſon domaine, duquel il viuroit apres bien aiſement, ſans plus fouler ſon peuple, ny l'Egliſe. Que depuis l'an MDLX. iuſques à l'année MDLXXV. il ſe trouuoit neuf vingts, cinq millions, de deſpence; de laquelle, & pour laquelle, ſa Maieſté eſtoit encore redeuable de cent vn million, qu'il falloit payer: Que l'Egliſe auoit, durant le ſuſdit temps payé, & fourni de ſa part, ſoixante millions. Que la vendition des offices auoit valu plus de vingt millions, & toutesfois cela eſtoit encore deu. Auquel cas il y auoit vne choſe bien notable, c'eſt que le Roy n'auoit peu payer les Suiſſes, contre les couſtumes de ſes predeceſſeurs, & leur eſtoit tant deu, que l'intereſt de ce qui leur eſtoit deu, montoit par chacun iour à quatre mille liures, encore croy-ie quatre mil cinq cens liures.* (Archiepiſcopus Lugdunenſis nobis ſignificauit, conſtare ex rationibus, & computationibus, quod Regis reditus, tam ordinarii, quam extraordinarii, exceptis mutuationibus, quotannis eſſent, centies vigeſies

ſexies centena & nouem millia francorum: attamen amicus quidam meus mihi ſecreto dixit, eſſe centies ſexagies centena millia, & ſupprimi plus quam tricies quinquies centena & nouem millia francorum redituum. De veritate mihi non conſtat, ſed prædictus Archiepiſcopus affirmauit, ſummam non eſſe maiorem, atque ab eadem quinquagies aut ſexagies centena millia ſoluenda eſſe, pro vſuris, quingenties vel ſexcenties centenorum millium mutuo acceptorum. Item, vicies & ter centena millia libellarum, pro ſtipendiis officiariorum, nec non ad tricies & aliquot centena millia francorum, pro aliis minoribus expenſis, quarum non ſatis recordaretur. Ita calculo facto, non ſupereſſe Regi ad ſuſtentationem ſuam, ad ſtipendium militibus ſoluendum, ad penſiones & dona, & infinita alia, quam duodecies centena millia francorum, & nihilo minus tamen expenſas in prædicta faciendas, ſingulis annis requirere fere centies vicies centena millia; itaque Regem rogare Ordines, vt ſubminiſtrarent quotannis centies decies centena millia, vſque dum vſuris liberatus domanium ſuum recepiſſet, ex quo poſtea ſatis commode viuere poſſet, citra oppreſſionem populi, & Eccleſiaſticorum. Ab anno M D LX. vſque ad annum M D LXXV. expenſa fuiſſe millies octingenties quinquagies centena millia. Regemque propterea adhuc debere millies decies centena millia. Eccleſiam, durante prædicto tempore, Regi ſoluiſſe, ſexcenties centena millia. Ex venditione officiorum redacta fuiſſe vltra ducenties centena millia, & tamen adhuc magnum ſupereſſe æs alienum. Inter alia notabile erat, quod Rex non potuerit Heluetiis ſtipendia ſoluere, contra conſuetudinem obſeruatam ab anteceſſoribus ſuis, & quod vſuræ illius debiti ſingulis diebus æquarent quater mille libellas, aut, vt credo, quater mille & quingentas.

e) De tempore Ludouici XIII. ſcribit Le Mercure François *tom. 12. pag. 759. Le reuenu ordinaire de l'Eſtat ne ſurpaſſe point ſeize millions de liures, & la deſpenſe en a monté, en toutes les derniers années, iuſques à trente ſix, ou quarante millions par an, voire iuſques à cinquante millions (pag. 805) & à cauſe de cela le domaine du Roy a eſté engagé. Que ſi d'ailleurs il eſt venu à l'Eſpargne quelque ſomme d'argent, c'a eſté par des creations d'offices, dont les gages, droicts & fonctions ſe ſont à ſes deſpens, & les droicts des acquereurs de ces offices ſont bien conſerués; que s'il y a pour vn teſton de non valeurs, il eſt porté ſur la partie de l'Eſpargne, quelque petite qu'elle puiſſe eſtre. Or ſi le reuenu du domaine eſt tiré à neant, les tailles, qui ſe montent tous les ans à pres de dix neuf millions de liures, ne ſont pas beaucoup plus vtiles au Roy, puis qu'il n'en reuient à l'Eſpargne que ſix millions, qui paſſent par les mains de vingt deux mille Collecteurs, qui les portent à cent ſoixante Receueurs des tailles, qui les remettent à vingt & vn Receueurs Generaux, pour les voiturer à l'Eſpargne, pour eſtre diſtribués aux Treſoriers de l'extraordinaire de la guerre, ou des maiſons, ſuiuant qu'ils ſont deſtinés, leſquels,*

Digitized by Google

leſquels, en baillent la moindre partie à ceux, qui les doiuent receuoir d'eux. Car auant que les officiers, par les mains deſquels paſſent ces deniers, ayent pris leurs gages, taxations, droits, ports & voitures, il ſe prouue en fin, que ces ſommes reuiennent à peu de choſe. Quant aux Gabelles, la ferme generale eſt de ſept millions, quatre cents, tant de mille liures, les frais des Fermiers rabattus, qui reuiennent à deux millions de liures: & de ſept millions, quatre cents mille liures, il y en a ſix millions, trois cent mille liures d'alienés; Si bien, que le Roy n'en retire qu'onze cents mille liures, qui ont eſté affectés l'année MDCXXV. & MDCXXVI. au payement des rentes de la ville, dont Feudeau eſtoit demeuré en arriere. Le Roy a ſouffert vne ſemblable perte aux rentes des aydes, & par ainſi il porte ſeul la folle enchere des banqueroutes, & paye pour tout le monde, quelque neceſſité qu'il aye en ſes affaires. La ferme des Aydes porte de charges prés de deux millions de liures; les deux tiers du reuenu de toutes les autres fermes, à peine peuuent ſatisfaire pour en acquitter les charges. (Ordinarii reditus Regni non excedunt centies ſexagies centena millia libellarum; expenſæ autem, ſingulis vltimis annis, æquarunt trecenties ſexagies, aut quadringenties, imo quingenties, centena millia; & ſic oportuit domanium Regis oppignorari. Si aliunde ad ærarium peruenit quædam pecuniæ ſumma, confecta illa fuit ex creatione officiorum, quorum ſtipendia, ab ærario ſoluuntur, & iura, acquirentibus competentia, ſtudioſe conſeruantur. Si quicquam deficiat, ab ærario, vt maxime inopia laboret, ſuppleri debet. Quod ſi reditus domanii exinaniti ſunt, taleæ, quæ quotannis conficiunt ad centies nonagies centena millia libellarum, non ſunt multum Regi proficuæ; quoniam ex illis in ærarium tantum inferuntur ſexagies centena millia, quæ contrectantur manibus viginti duorum millium collectorum, à quibus feruntur ad centum & ſexaginta quæſtores talearum, qui illos remittunt ad viginti & vnum quæſtores generales, vnde tandem perueniunt ad ærarium. Atque hæc pecunia ex ærario depromitur, vt diſtribuatur inter Theſaurarios extraordinarios militiæ, aut domus, prout viſum, & fieri placuit; qui minimam portionem ſoluunt aliis. Dum enim officiarii, ad quorum manus peruenit hæc pecunia, exinde ſua detrahunt ſalaria, taxationes, iura, & ſoluunt impenſas vecturæ, ac transportationis, tandem exiguum eſt, quod remanet. Gabellarum locatio generalis fit pro ſeptuagies quater centenis & aliquot millibus libellarum, deductis impenſis conductorum, quæ faciunt vicies centena millia libellarum, ac ex his ſeptuagies quater centenis millibus libellarum, ſexagies ter centena millia libellarum nunc alienata ſunt, ita, vt Rex à Gabellis tantum obtineat vndecies centena millia libellarum, quæ anno MDCXXV. & ſequenti, deſtinata fuerunt, ad ſoluendas vſuras, & intereſſe, debitas ciuitati Lutetianæ, quas Feudeau nondum ſoluerat. Simile damnum Rex ſenſit in ſubſidiis, ſicque ſolus culpam decoctorum luit, & ſoluit pro aliis, quamuis ipſe egeat.

Digitized by Google

egeat. Locatio ſubſidiorum onerata eſt fere vicies centenis millibus libellarum, duæ tertiæ partes omnium reliquarum locationum vix ſufficiunt ad onera.

f) In remonſtrationibus *preſentées au Roy par Meſſieurs du Parlement de Paris le XXI May MDCXV. ita legitur, p. 50. & ſeqq. Sire, la diſſipation, & profuſion, qui a eſté faite de Vos finances, depuis le decés du feu Roy, eſt incroyable. pendant ſon regne, le reuenu de voſtre Royaume n'eſtant ſi grand qu'il eſt à preſent, on acquitoit neantmoins tous les ans pluſieurs grandes ſommes, qu'on a ceſſé de payer depuis ſa mort, à pluſieurs Princes, potentats, & Republiques eſtrangeres; & outre, s'employoient grands deniers, tant aux baſtimens ſuperbes, qu'il faiſoit, qu'à autre depenſe notoire, montans, toutes leſdites ſommes, à plus de trois millions de liures, par chacun an, outre & par deſſus, ce qui ſe paye & employe à preſent; & toutesfois on mettoit encores tous les ans en reſerue deux millions de liures, qui ſont cinq millions, que l'on pouuoit eſpargner par an, depuis ſa mort: leſquelles quatre années ſuiuantes montent plus de vingt millions de liures, qu'on euſt peu employer au rachapt de voſtre domaine, acquit & decharge de Voſtre Maieſté. Il y auoit lors, du decés du feu Roy, tant en la Baſtille, qu'entre les mains des Threſoriers de l'Eſpargne, plus de quatorze millions de liures, dont il ne reſte pas au iour d'huy trois millions. Et Voſtre Maieſté recognoiſtra le deſordre de ſes finances, quand il luy plaira remarquer, que la depenſe, qui deuoit eſtre moindre pendant ſa minorité, comme auſſi elle l'a eſté pour ce qui eſt de ſa perſonne, a de beaucoup excedé celle du temps du feu Roy. La preuue en eſt euidente, en ce que la depenſe de l'année mil ſix cens dix, que le feu Roy mourut, quoy qu'elle fut chargée de pluſieurs autres depenſes extraordinaires, à ſçauoir, du couronnement de la Royne, des funerailles du feu Roy, de la guerre de Iuilliers, & de Voſtre Sacre: toutesfois, non obſtant ces depenſes, elle ſe trouue bien moindre que celle de MDCXI. Car la depenſe de la Chambre aux deniers de Voſtre maiſon, eſcuyerie, argenterie, qui ne monte pour l'année MDCX. qu'onze cens, trente mille, ſix cens liures, ſe trouue monter en l'année MDCXI. prés de ſeize cens mille liures, comme auſſi la depenſe faite par vos autres receueurs, & threſoriers, qui prennent aſſignations à l'Eſpargne, a excedé celle qui ſe faiſoit du viuant du feu Roy. Et quand à la depenſe extraordinaire, en dons, penſions, & recompenſes, elle a eſté profuſement, & exceſſiuement dereglée. Les penſions de l'annee MDCX. ne ſe trouuent monter que dixhuict cens vingt trois mille cinq cens quarante liures, & celle de l'année ſuiuante, ſous Voſtre minorité, ſe monte à quatre millions, cent mille, quatre cens cinquante ſix liures, ſans les dons bienfaits, qui montent encores, tant par roolles, que par acquits patents, pres de ſeize cens mille liures, & les deniers par ordonnance, pour voyages, & autres choſes, la plus part ſuppoſées, ou friuoles, qui reuiennent à dixſept cens cinquante deux mille liures, non compris les deniers comptans, mis és mains de Voſtre Maieſté, dont perſonne ne compte,*

montant

Digitized by Google

montant pres de dixneuf cens mille liures, & ſans toucher à la depenſe neceſſaire de la Royne. Les années ſuiuantes n'ont pas eſté mieux menagées; car au lieu de mettre en eſpargne, par chacun an deux millions de liures, comme auoit fait le feu Roy, & les autres ſommes, qui ont ceſſé d'eſtre payées depuis ſon decés, qui ſe payoient durant ſa vie, on a conſommé de l'eſpargne, qu'il auoit faite, douze millions ſoixante & quatre mille liures: car de quatorze millions, cinq cens ſoixante & quatre mille liures, qui eſtoient en reſerue, tant en la Baſtille, qu'és mains des Threſoriers de l'Eſpargne, il n'en reſte plus que deux millions, cinq cens mille liures, qui ſont demeurés en la Baſtille, leſquels à grand peine pourront ſuffire pour payer les aduances que l'on fait faire aux Threſoriers de l'Eſpargne, & des parties caſuelles, auſquels on paye gros intereſt. Et non obſtant toutes ces depenſes, les compagnies de gensd'armes, & des Cheuaux legers, ſe plaignent de ce qu'il leur eſt deu pluſieurs monſtres, & les maiſtres de la Chambre aux deniers, qui n'ont pas dequoy fournir à la depenſe de bouche de Voſtre Maieſté. Ce qui eſt grandement deplorable, de voir vos affaires reduites à tel poinct, qu'au lieu qu'on deuſt auoir menagé, au profit de voſtre Maieſté, des ſommes infinies, & par ce moyen deschargé ſon peuple & ſon domaine, il n'y ait pas dequoy fournir à la depenſe ordinaire: & ſemble, qu'on le vueille reduire, au milieu de ſon opulence, en telle neceßité, qu'elle ſoit contrainicte de prendre, par nouuelles impoſitions, le peu de bien qui reſte à ſes ſubiects, qui ſont deſia ſi chargés de tailles, aides, ſubſides & Gabelles, qu'à peine peuuent-ils viure & reſpirer, tant il eſt difficile d'aſſouuir l'auarice inſatiable de ceux, qui ont aujourd'huy le pouuoir, & maniement des affaires, & ne conſiderent pas le mescontentement, qui ſe forme en le eſprit de voſtre peuple, duquel on doit craindre les meſmes effects, que le paſſé nous a fait voir, s'il ne luy eſt donné relache des charges qu'il ſupporte.

g) Non ſequor ordinem, olim obſeruatum in ſyllabo expenſarum, de quo Bodinus *lib. 6. de republ. c. 2. p. 1045.* ſcribit: Maiores Francorum in rationibus diſtrahendis primum caput expenſarum erogationibus à Rege factis in tenues, & egentes, tribuere ſolebant; ſecundum Regiæ domui, tertium ſartis tectis.

h) *Quant à la maiſon du Roy* (ait Charles de Figon *au traitté des offices & dignités &c. de France p.m. 95.*) *chacun peut conſiderer, encores qu'il ne l'ait pas veu, combien doit eſtre grande, & ſomptueuſe, l'excellence, & magnificence d'icelle, la grande deſpenſe qu'il y conuient faire, tant pour la table du Roy, que pour la table du Grand Maiſtre de France, où ſont receu les Princes, grands Officiers de la Couronne, les Gouuerneurs des Prouinces, Ambaſſadeurs, Cheualiers de l'ordre, & autres grands Seigneurs, qui abordent à la Cour de toutes les contrées du Royaume, quand il leur plaiſt d'y venir; & tant d'autres tables encores, qu'il y a ſomptueuſement garnies pour les Maiſtres d'hoſtel, Gentilshommes ſeruans, Eſcuyers, Pages, Valets de Chambre, & autres officiers domeſtiques, en tres-grand*

Digitized by Google

grand nombre. L'abondance, varieté, & changement d'accouſtremens, où l'on trauaille ordinairement, & continuellement, pour la perſonne du Roy. Les belles & grandes Eſcuyeries de toutes ſortes de Cheuaux de grand prix : & encores pour le plaiſir & deduict du Roy, les chantres, violons, & muſique ordinaire, tant vocale qu'inſtrumentale ; la venerie, fauconnerie, auec vne infinité d'autres deſpenſes neceſſaires ; pour monſtrer, faire apparoir, & reluire, comme il eſt bien conuenable, la ſplendeur, & Maieſté de la maiſon du Roy, & de ſa ſuite. Les compagnies de ſes Gardes ordinaires, tant des deux cens Gentilshommes, de quatre cens archers François, & Eſcoſſois, de cent Suiſſes, que d'vn Regiment d'Infanterie Françoiſe encores, où il va vne deſpenſe infinie. Conioinctement auec la deſpenſe de la maiſon de la Royne, & des Enfans de France. Le tout bien reglé, conduit, & manié toutesfois par Officiers, Receueurs & Threſoriers diſtincts & ſeparés : comme eſt la deſpenſe de la bouche par le Maiſtre de la chambre aux deniers, des accouſtremens par l'Argentier, de l'Eſcuyerie par vn Receueur à part ; comme pareillement les gages de tous les Officiers de la Maiſon, de deux cens Gentilhommes, des Archers des Gardes, des Suiſſes, les gages du Grand Preuoſt, & de ſa famille, par Threſoriers particuliers, qui payent & acquitent : C'eſt à ſcauoir, la deſpenſe de bouche par les eſcroues de chacun iour, de l'année, contenans la deſpenſe faicte ledict iour, ſignées d'vn, ou deux Maiſtres d'Hoſtel, laquelle eſt apres arreſtée par eux à la fin du mois, aſſiſtant le Contrerolleur general de la Maiſon : comme auſſi celle de l'argenterie eſt arreſtée par le premier Gentilhomme de la chambre, & ledit Contrerolleur : les gages de tous les officiers par l'Eſtat d'iceux, ſigné de la main du Roy : des cens Gentilshommes, des gardes des Suiſſes, & preuoſt de l'Hoſtel, par les roolles & certifications de leurs Capitaines : rapportans leſquels, & quittances des parties, en bonne & deuë forme, les ſommes y contenuës ſont paſſées, & allouëes, en la deſpenſe des comptables ſus nommés. Et pareillement à tous autres, qui ſont conſtitués, & ordonnés à faire quelque deſpenſe ordinaire en la maiſon du Roy. Toutes les autres deſpenſes, qui y ſont neceſſairement à faire, & où il n'y a aucuns Officiers deſtinés, elles ſont faictes par le Threſorier de l'Eſpargne, par les mains duquel tous les Threſoriers, payeurs, & Receueurs cy-deſſus, prennent les deniers de leurs charges, mandemens & aſſignations, par eſtats, & acquits patens ſuffiſans, ſignés de la main du Roy, ſeellés de ſon grand ſeel, & contrerollés par le Contrerolleur general de ſes finances. Pour le regard de la deſpenſe, qui ſe faict pour l'Eſtat public de la France, encore qu'elle ſorte d'vne meſme bourſe, que celle de la Maiſon du Roy, toutesfois pour en auoir plus grande cognoiſſance, raiſon, & intelligence, il m'a ſemblé bon les deuoir diſtinguer, & ſeparer ; comme auſſi veritablement il y a vne bien grande difference. Car encores que neceſſairement, & indubitablement, la deſpenſe de la Maiſon du Roy reuienne par chacun an à vne bonne & notable ſomme de deniers ; neantmoins c'eſt bien peu de choſe, au reſpect de celle, qui ſe faict pour l'entretenement & conſeruation de

Digitized by Google

de l'Eſtat public & vniuerſel du Royaume, conſiſtant principalement au vray exercice & adminiſtration de la iuſtice, procedant de l'integrité & deuoir des Miniſtres & Officiers d'icelle, qui ſont en tres-grand nombre & difference de charges; leſquels, puiſqu'ils trauaillent pour le public, il eſt bien raiſonnable, que du public auſsi ils ſoient entretenus, & ſtipendiés, & pareillement les gens de guerre, tant de cheual, que de pied, deſtinés pour la force. Les villes, chaſteaux, galleres, (*Les deſpenſes de chaque Gallere, que le Roy entretient, monte à neuf mille eſcus par an*: Le Mercure François *tom. 13. p. 251.*) *& places maritimes, & de frontiere, bien fortifiées, remparées, munitionnées & auitaillées; leſquelles, eſtans auſsi en tres-grand nombre, neceſſairement neceſſaires pour le repos, & aſſeurance de l'eſtat vniuerſel du Royaume; il eſt bien beſoin auſsi, requis, & neceſſaire, de fournir, & ſatisfaire à tout ce qui y appartient. A ceſte fin, & pour faire les payemens, & la deſpenſe particuliere, il y a auſsi des Threſoriers, Receueurs, & payeurs, diſtincts & ſeparés; ſçauoir eſt, commencant à la plus grande, & plus haute deſpenſe, qui eſt celle de la Gendarmerie.*

i) Ludouicus XI. Rex Galliarum longæuæ vitæ cupidiſſimus, Iacoco Cocterio Medico, dabat menſtruum ſtipendium decem aureorum millia, ſic vt infra quintum menſem ille acciperet ab eo ad quinquaginta quatuor millia: Cominæus *commentar. lib. 9. p. m. 652. & lib. 10. in pr.* De ſuo tempore, quod fere cum noſtro coincidit, teſtimonium perhibens Loyſeau, *des droits des offices liu. 3. chap. 1. n. 100.* ait: *A preſent, les ſeuls gages des officiers montent plus que tous les deniers, qui ſe leuoient ſur le peuple du temps du Roy Louys XII. lors qu'il commença à vendre les offices, ſans mettre en compte l'oppreſsion, qui en reuient au peuple, tant par le moyen des droits, & attributions, que les officiers leuent ſur luy, que pour les emolumens caſuels, qu'ils tirent iournellement de luy en l'exercice de leurs charges.* (Hodie ſola ſalaria officiariorum excedunt omnem pecuniam, quam ſoluebat populus tempore Ludouici XII. Regis, quando incipiebat vendere officia: taceo onera, quæ ferre cogitur populus, non ſolum propter iura ordinaria, quæ ab illo exigunt officiarii, ſed & propter emolumenta caſualia, quæ quotidie in exercitio officiorum ab eodem percipiunt.)

k) Præter ordinarias penſiones etiam extraordinarias, magiſtratibus, ac ducibus Heluetiorum, atque priuatis aliquando Reges Galliæ ſoluiſſe, ea copia, vt ordinarias longe ſuperauerint, tradit Bodinus *d. lib. 6. de Republ. c. 2. pag.* 1013. additque: Ego ex rationibus publicis à Quæſtoribus expenſa video fuiſſe, in vtraſque penſiones (Heluetiorum), ac legationes CCXVIII. millia libellarum Turonenſium, anno MDLXXIII. Quæ vero Germanis ducibus penſiones ſolutæ ſunt, eodem anno, conficiunt CXXXII. millia libellarum, præter ſtipendia militaria. Et *pag.* 1014. *in f.* Mirum mihi, inquit, viſum eſt, quamobrem noſtri Reges, præter ordinarias Heluetiorum

tiorum penſiones, extra ordinem duobus circiter Heluetiorum millibus, qui cæteris dignitate præſtabant, Rex Henricus II. tam multa largitetur: id quidem video patris inſtituto factum fuiſſe. Quæ non obſcure, aut occulte, ſed ita palam fiebant, vt Quæſtor, Heluetiorum apochas rationibus accepto ferre neceſſe haberet: quas ego rationes cum expenderem, comperi, extraordinarias penſiones anno MDL. ſummam XVI. aureorum millium, & CCCCXXXIII. exceſſiſſe. Præſtabilius fuerat, opinor, ſex aureorum millia pauciſſimis quibusdam, ac ſummæ autoritatis hominibus, & quidem remotis arbitris, & apocha, donare. Sunt enim, qui ampliſſimis principum muneribus carere, quam apocham acceptæ pecuniæ ſibi extorqueri patiantur: vt Anglus ille, Haſtingarum Dominus, cui Ludouicus XI. Rex, annuæ penſionis nomine duo aureorum millia dono mittere conſueuerat, cum apocham nuncius peteret, vt ſolutæ pecuniæ fidem Regi faceret, pertinaciter recuſauit; ne vllum acceptæ pecuniæ teſtimonium extaret. Nihil autem gratius Regi fuiſſet, quam illum in ſuſpicionem proditæ patriæ, ſi quando poſſet, vocare.

l) Qui penſiones à Principe extero accipit, eum plerique interpretantur patriam ipſum proditurum; vt in comitiis Imperialibus (Wormatiæ anno MDLII.) Germanorum princeps, neſcio quis, palam queſtus eſt: (nihil enim, ſic loquitur Bodinus *dict. loc. pag.* 1014. præter auditum habeo) nec illum opinio fefellit. Fuit enim eo tempore Princeps aliquis, cuius nomen prætereo, qui aureos bis mille penſionis annuæ pactus, omnia Imperii ac patriæ ſuæ arcana delaturum ſe, ac modis omnibus pro largitoris dignitate, & imperio, aduerſus patriam propugnaturum, ſpopondit.

m) Quoniam tot ac tantæ ſunt aulicorum hominum fraudes; tot ærarii diripiendi artes, vt prudentiſſimos quosque Principes in eo genere labi, ac decipi videamus; optima cautio eſt Philippi Valeſii, (XI. Maii anno MCCCXXXIII.) quæ principis dona reuocari iubet, niſi omnia, quæ tum ipſe, tum maiores eius, largitione principum habuerint, tabulis donationis contineantur. Qua lege tametſi nulla vtilior ferri potuiſſet, biennio tamen poſt abrogata eſt, quod incredibile detrimentum ærarii depeculatoribus, quamdiu vim haberet, allatura videretur. Abrogatione nihilo minus cautum eſt, vt tabulis donationum derogatio contineatur. Sed id quoque ſublatum, ne vlla beneficiorum commemoratio, principum largitiones, aut rationum magiſtros, à promulgatione retardaret. Hæc igitur lex antiqua in vſum reuocanda venit: item lex Caroli VIII. quæ donationes principum, centum libellis Turonenſibus maiores, à rationum magiſtris publicari iubet: ſed vetuſtate conſenuit iam ſua; vt plerique, cum ingentes opes, ærario penitus exhauſto, coëgerint, nihil tamen rationibus publicis teſtatum relinqui iactent. Hæ igitur principum effuſæ largitiones & quidem in pauciſſimos,

non

Digitized by Google

non modo ærarium diruunt, verum etiam eos, qui pro Republica ſuas opes prodegerunt, ad ſtatum ciuitatis conturbandum impellunt, ne ipſi egeſtate opprimantur. Quod ſi donationes ſingulis tribuantur, non modo ſeditioſis nouandarum rerum occaſio præcidetur, verum etiam ſua quiſque præmia laturus, & princeps innumerabiles ſibi obligatos habiturus eſt. Parcius etiam importunis hominibus largiendum, vberius autem iis, qui cum bene de virtute mereantur, nihil, niſi cum verecundia poſtulant, ac interdum oblata recuſant: Bodinus *de Republ. lib. 5. cap. 4. pag. 865. & ſeq.*

n) Carolus VII. pecuniarum ſummam, qua Regibus vti, & abuti arbitratu ſuo liceret, lege definierat; quæ ſumma perquam exigua, illa tamen ætate maxima videbatur. Nihil autem principibus tam vtile, nihil ciuitatibus tam neceſſarium, quam largitiones, quæ à principibus fiunt, rationum publicarum ponderibus examinari: quoniam iſta ratione & dignitati principum, qui omnia omnibus magnifice largiuntur; & ærario ſuccurri facillime poteſt, data repetitione Quæſtoribus ab iis, qui pecuniam importunis rogationibus expreſſiſſent. At quam pauci futuri ſunt, qui à principibus petere, aut vltro ſibi oblata capere velint, ſi aut reuocari poſſe putent, aut rationes reddere cogantur! Vix enim Franciſcus maior, annos triginta duos, quibus imperauit, tantum largitus eſt, quantum, ſe mortuo, Henricus filius duobus annis effudit. Nondum iuſta parenti fecerat, cum hirudo quædam palatina, pecuniæ vim infinitam, quam officiarii accepta confirmatione Regibus initiatis fiſco dependere ſolent, vno abſorbuit & eodem hauſtu. Ac, tametſi Franciſcus pater, multa Germanis, Anglis, Italis, Hiſpanis, dono daret, vix tamen, ac ne vix quidem, tricies ſeſtertium (id eſt, 131250 libr. Turon.) ſingulis annis rationibus expenſum ferebat, quantum quidem ex actis publicarum rationum collegi. Dona vero, in ſubditos collata, vix centies ſeſtertium (id eſt, 437 00. lib. Turon.) quotannis æquarunt: tametſi Principes, Duces, Rectores prouinciarum, iudices, procuratores, legatos, domeſticos, ſcholaſticos, opifices ingenioſiſſimos, præter legitima ſtipendia, donationibus cumularet. O generoſum principem, qui & perſonarum illuſtrium, quibus donaret, delectum habere, & largitionibus modum imponere didiciſſet! Bodinus *d. lib. 6. de Republic. cap. 2. pag. 1055.*

o) Non vna omnium Regum in liberalitatis exercitio libido fuit, peccarunt alii in exceſſu, alii in defectu. Horum reprehendens mores Bodinus *d. lib. 5. de Republ. cap. 4 pag. 867.* ait: Sunt plerique tam impudentes ac inurbani, tamque tenaces ac ſordidi, vt facilius ſibi dentem ex ore excuti, quam nummum vnum ex arca moueri patiantur, aut nihil ſine exprobratione largiri velint; quo nihil ſtultius fieri poteſt; quia non modo beneficiorum gratia, ſed etiam præmiorum vis tota perit. Deterius tamen, qui rem eandem pluribus donare non dubitant; ac ſummam iniuriam pro bene-

ficio conferre. Inde graues inter amicos diſcordiæ, ac ſæpe fit, vt quibus donata res eſt, aut mutuis litibus opes, aut mutuis armis vitam amittant: Princeps autem, non modo præmiorum fructu, & ſubditorum amicitia, iſto modo cariturus eſt; verum etiam pro ſumma gratia ſummam inuidiam, & odia ſempiterna, laturus. Quod cum abſurdum ſit, ac principibus, æque ac ſubditis, exitioſum, nulla re tamen frequentius peccatur: idque fit, non rerum præteritarum obliuione, ſed opera dedita eorum, qui ſic principes à teneris annis imbuunt, vt nihil petentibus denegandum, ſed omnia omnibus largienda, ſuadeant, vt omnium voluntates, & amicitias, beneficiorum multitudine conquirant: qui tamen rem eandem pluribus donando, ab ea, quam ſibi propoſuerant, via, longiſſime aberrant. Nihil autem cuiquam denegare non eſt hominis, qui liberalitatis, aut magnificentiæ vim teneat, ſed prodigi, ac imprudentis. Ego Principem non ſolum liberalem, verum etiam magnificum eſſe volo; eatenus tamen, ne in prodigum euadat: quia ex prodigo exactorem, ex hoc Tyrannum fieri, & cum ſua penitus effuderit, aliena rapere, ac donare, neceſſe eſt. Leges beneficiorum iubent, diligenter intueri, quantum, quibus temporibus, quibusque locis, & quem ad finem, donatio fiat. Sed Principem hoc amplius ſpectare oportet, ne ſint præmia donationibus poſteriora, ac prius merenti debita reddat, quam nihil merenti temere largiatur; & vtraque, tum præmia, tum beneficia, ſuis opibus ac facultatibus metiatur. Hactenus Bodinus. Cæterum diuerſitatem animorum Regiorum exponunt exempla Caroli VI. & Henrici IV. Illius mores deſcribens Bernard de Girard *de l'eſtat, & ſuccés des affaires de France liu. 2. pag. m. 223. & ſeq.* ait: *Le Roy eſtoit prodigue, & deſpenſier; &, qui eſtoit le pis, il fouloit, & tyranniſoit le peuple, pour ſaouler ſa prodigalité, & inſatiable auarice de ceux, qui eſtoient prés de luy: Car il n'auoit regle ni meſure à ſa deſpence, ni aucune conſideration à qui il donnoit, teſmoins ſes dons mal employés. Auſſi la Chambre voyant ſes comptes, mettoit en marge aux comptes des Treſoriers; Trop donné, ſoit repeté.* Henricum autem IV. plus iuſto tenaciorem fuiſſe, fama eſt. A Gallis habeo, cum aliquando in eius conclaui, vir de ipſo, & Republica non leuiter meritus fixis oculis contemplaretur pictam tabulam, elegans ædificium cum ſubiecto horto & agris exhibentem, Regem, quod arbitraretur, hominem magni hanc tabellam facere, ſimulque ſecum perpenderet, eius fidelitatem eo vſque nulla muneratione penſatam, picturam in donum obtuliſſe. Donatarium, munus officiis ſuis longe inferius iudicantem, Rege ad alios ſecedente, inuerſæ tabulæ creta inſcripſiſſe hos rhythmos:

Ce Roy eſt d'vne eſtrange nature,
Le diable l'a fait;
Il recompenſe en peinture,
Ce qu'il doit en effect.

& ita

Digitized by Google

& ita tabulam in locum, in quo antea fuerat, repoſuiſſe. Regem poſtea quidem vidiſſe atque legiſſe ſarcaſmum, ſed citra animi commotionem, quod vera eſſe agnoſceret, quæ legerat.

p) Quando remuneratio, præſertim ampliſſima, fieri debeat, docet Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de Henry IV. liu. 1. narrat. 3. n. 8. tom. 1. pag. 79.* vbi Mareſchallum Bironium ab Henrico IV. Ducem, & Parem creatum, narrans, ſubnectit: *Il eſt vray, que ce n'eſtoit pas choſe nouuelle, de faire Mareſchal de France le fils du Mareſchal de Biron. Vne ancienne maiſon pouuoit eſtre honorée du tiltre de Duché: vn grand Capitaine, qui auoit ſi bonne part à la reſtauration de la France, meritoit l'honneur, & le tiltre de Pair. Mais c'eſtoit le recompenſer au milieu de la iournée, & de la courſe, de tout ce qu'il pouuoit eſperer au bout du iour, & de la carriere. C'eſtoit luy donner tout à la fois, & en gros, ce qui deuoit eſtre recueilli à tour d'années, & de ſeruices, piece à piece. C'eſtoit le recompenſer de bonne heure des labeurs de toute la iournée, ſans ſçauoir ſi la beſongne du ſoir ſeroit pareille à celle du matin, ce qui n'aduient pas ſouuent, tant les affections des hommes ſont gliſſantes au mal, & à paſſer legerement du droit à tort, du tort au vice, & de là aux abyſmes, & aux precipices.* (Non videbatur inſolitum, feciſſe Mareſchallum Franciæ filium Mareſchalli Bironii. Antiqua familia poterat mactari titulo Ducis; Strenuus militum dux, qui pro reſtauranda Franciæ tantum deſudauerat, merebatur honorem & titulum Paris Franciæ. At vero hoc erat mercedem ſoluere pro opera totius diei, quæ vix ad medium perducta, & remunerari currentem, antequam ad metam peruenerat. Conferebatur ei totum vno actu; quod ferre debuiſſet per interualla annorum, & ſecundum ſeruitia particulatim. Accipiebat diarium præmature pro toto penſo, die nondum finito, & cum nondum conſtaret, an opera veſpertina matutinæ diligentiæ æqualis eſſet futura; id quod raro euenire ſolet: poſtquam homines facile declinant in malum, & à recta via in errorem, ab errore in vitium, & inde in abrupta ac præcipitia.)

q) Fallunt & falluntur, qui putant, (*qu'vn Prince ne s'appauurit iamais, ny pour iouër, ny pour donner.*) Principem neque alea ludendo, neque largiendo, ad inopiam dilabi poſſe. Vide Pierre Matthieu *en ladite hiſtoire de Henry IV. liu. 2. narrat. 1. n. 1. tom. 1. pag. 447.* Poſito etiam, profuſione principem ad incitas non redigi, alia tamen adhuc proſtat ratio, cur donis prodigalis eſſe haud debeat, quam inculcat Bret *de la ſouuer. liu. 3. chap. 9. pag. 424. Il ne faut iamais accouſtumer les ſubiects à receuoir à tous momens des largeſſes, & des liberalités: d'autant que puis apres ils ne ſe portent plus au ſeruice de leurs Princes par affection, mais par l'eſperance du profit.* Nec raro peior efficitur qui recipit: Cicero 2. *de offic. De quoy nous auons veu vn exemple deuant nos yeux, en la perſonne de Henry III. qui fut le plus-liberal prince de ſon*

temps, & le plus-mal ſeruy de ceux, qu'il auoit comblé d'honneurs, & de richeſſes. C'eſt pourquoy les Roys doiuent eſtre grandement retenus, quand ils octroyent des dons & des priuileges, à leurs ſubiects; puis qu'ils cauſent de ſi grandes ruines dans les Eſtats: il faut que leur liberalité ſoit comme vn ſanctuaire, ou per onne ne puiſſe auoir accés, que par la porte de l'honneur, & du merite. (Nunquam aſſuefaciendi ſunt ſubditi, vt perfrequenter, & quaſi ſingulis momentis, dona à Principe ferant, quoniam poſtea, non amore eius, ſed lucri ſpe obſequia præſtant; neque raro, ſi Ciceroni 2. *officior.* credimus, peior efficitur, qui recipit. Exemplum vidimus in Rege Henrico III. qui etſi omnium principum ſui temporis, liberaliſſimus, peſſime tamen habitus fuit ab illis, quos honore & diuitiis auxerat. Reges itaque perquam lenti eſſe debent in conferendo ſubditis dona & priuilegia, quia tantum mali exinde naſcitur in perniciem Reipublicæ. Liberalitas illorum ſit inſtar ſacrarii, ad quod nemini pateat aditus, niſi per portam honoris, & meritorum.)

r) Regia ædificia ſplendidiora in Gallia, ſunt, I. Lupara, *le Louure*, ita dicitur domus vel aula, quam Rex Lutetiæ inhabitat, opus non vnius anni; cui Henricus IV. in ornamentum addidit ambulacrum permagnæ longitudinis, *la grande gallerie*. Cum aliquando Rex Hiſpaniæ conſimile ædificare cogitaret, idque Henrico IV. innotuiſſet, hominem qui formam operis ſtudioſe notauerat, hoc à ſe dimiſit monito; *Dités au Roy, mon frere, qu'il peut faire vne gallerie ſemblable à la mienne, mais qu'à la ſienne il n'y aura iamais vn Paris au bout*: Louys d'Orleans *és ouuertures des Parlemens chap. 21. pag. 267.* II. Aula Fontis bellaquenſis, *à Fontainebleau*. III. Sancti Germani, cryptis, & opere hydraulico ornata. IV. Madritium, quod non procul à Lutetia extruxit Franciſcus I. ex Hiſpanica captiuitate redux in Galliam. *Ceſte maiſon Royale s'appelle auſſi Boulongne; mais les Courtiſans du temps du Roy François (qui s'y retiroit ſouuent en particulier) pour teſmoigner que là on ne voyoit point le Roy, diſoient, qu'il eſtoit à Madrid, à cauſe dequoy pluſieurs depuis l'ont appellé Madrid*: Hilarion de Coſte *tom. 2. des eloges & vies des Dames illuſtres part. 6. pag. 306.* V. Imperfectum, ſed magni moliminis opus, Chambortum.

s) *Le couronnement du Roy Louys VIII. pere de S. Louys, qui fut en l'an MCCXXIII. couſta la ſomme de 4000. liures Pariſis. Celuy du Roy S. Louys fut l'an MCCXXVII. la deſpenſe duquel, pour tout, monta 4333. liures, 14. ſols Tournois. Celuy du Roy Philippe, ſon fils, fut l'an MCCLXXI. & couſta pour toute deſpenſe 12931. liures, 8. ſols, 2. deniers Tournois. Celuy du Roy Philippe le Bel, fut l'an MCCLXXXV. & couſta 24163. liur. 12. ſols, 10. deniers Tournois. Celuy du Roy Louys Hutin, couſta pour tout 20723. liures, 15. ſols, 2. deniers Tournois*: Corrozet *au threſor des hiſtoires de France liu. 2. tilt. 16. fol. 114.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XI.

De Officio Regis, in gubernatione & tutamine Regni, ac de illis, quorum conſilio & opera in his vtitur.

REgis Franciæ officium, cui à Deo prępoſitus (*a*), potiſſimum eſt, cura ſalutis Regni, & ſubditorum, qua omnium domos ſua vigilia, omnium otium ſuo labore, omnium delicias, ſua induſtria, omnium vacationem ſua occupatione, defendere obſtringitur (*b*). Hanc, quouſque viribus & ingenio valet, ipſe exercere debet, nec eam omnem aliis committere, quo ſolum in otio viuere, & voluptatibus vacare poſſit (*d*). Committere tamen poteſt: quoniam impoſſibile eſt vnum hominem ſolum tot negotiis ſufficere (*e*), quot ne Briareus quidem centum manibus tractare, nec Argus centum oculis (*f*) luſtrare, aut Iupiter ipſe ſine conſilio, & ope reliquorum deorum, expedire poſſit. Sunt negotia, quorum executio Regiæ maieſtati non conuenit, licet ipſius nomine fieri vel poſſit, vel debeat. Sunt etiam ardua, intricata, perplexa, ad quæ aliorum conſilio opus habet. Recte itaque facit, ſi viros ſapientes & probos in partem ſollicitudinis adſciſcat, ſalutaria monentes lubenter audiat, atque iuſtæ voluntatis ſuæ executores conſtituat. Quin imo, extra Regnum peregre, grauem ob cauſam, abiturus, ſi ſpes maturi reditus non affulgeat, poterit Regentem (*g*) Regno conſtituere, qui abſentis vices ſuppleat, vt factum à Ludouico Sancto (*h*), Franciſco I. (*i*) Henrico II. (*k*) atque Henrico IV. (*l*) Qua in re illi tanta licentia vſi (*m*), quanquam non ſine ratione (*n*), vt vices ſuas à matribus & vxoribus (*o*), quam à maribus obiri maluerint. Cæterum Conſiliarios atque miniſtros quot attinet, quibus Rex, quo melius, citius atque diſtinctius cuncta in ſalutem Regni & ſubditorum, conficiantur, vti ſolet, ſunt illi vel ordinarii, quibus, vel ſeparatim iuſtitia, vel res bellicæ, vel ærarii cura, atque procuratio, concre-

concredita eſt; vel quibus coniunctim plura. Reges primum, vt iuſtitiæ diribitores (*p*) eſſent, electi feruntur, vnde etiam iudicum nomine alicubi inſigniti, eiusque muneris cauſa ipſi primum judicare ſolebant, quod poſtea à magiſtratibus (*q*), Regum tamen nomine, fieri cœpit: ſuprema autem cura & inſpectio ſemper penes Reges manſit, quam alii diligentius, alii remiſſius, exercuerunt. Priorum exempla Franciæ Reges eo ſtudio imitati ſunt, vt nullis ſecundi, ante multos autem fuiſſe dicantur (*r*). Sane, noſtra ætate Ludouicus XIII. iuſtitiam tantopere amauit, promouit, & ipſe vnicuique ſuum tribuere allaborauit (*s*), ſic vitæ integer, ac ſceleris purus (*t*), vt cognomen *Iuſti* (*u*) promeruerit, non vna actione, vt alii (*x*), ſed toto habitu. Feliciſſimus certe Regum, non ſui modo temporis, ſed etiam reſpectu anteceſſorum, &, quod rarum, talis fuit ſuo ductu, auſpicia autem communicauit multis, præſertim magno Cardinali Richelio, cuius opera præclara confecit negotia. Non quidem ſine exemplo eſt, Regem Franciç fauore ſuo vnum miniſtrorum præ cæteris complecti, arcanorum conſcium facere, & laborum quaſi ſocium; at in electione hominis plerique ſe decipiunt (*y*). Ludouicus autem noſter, optione eum ſibi adſciuit, qui fidelitate conſtans (*z*), conſilio ſagax, prudentia ſupra mortales eminens, & actione perquam fortunatus fuit. Inuiſus hinc multis (*aa*), ipſe vero nulli infenſus, niſi qui Regi ſuo. Curia Pariſiorum (*bb*) aliquando ſumma conſilia Regi ſubminiſtrauit, at cum litibus iudicandis eam occupari placuiſſet, nec facile ab vrbe diſtrahi poſſet, peculiaria collegia conſiliariorum poſtea inſtituta ſunt. Hodie Conſilium Status (*Conſeil d'Eſtat*) in vigore eſt, diuiſum in duas Cameras, quarum diuerſæ expeditiones. Vna conſilium priuatum (*Conſeil priué*) vel familiare dicitur (*cc*), altera, conſilium anguſtum, ſiue ſtrictum, (*Conſeil eſtroit*) (*dd*), quod in conclaui Regis, eo præſente habetur, à primariis ſtatus miniſtris. Parlamenta autoritate Regis iuſtitiam exercent, & ſententias ferunt (*ee*), at negotia ſtatum Regni attinentia illis tractare non permiſſum, vt multi docent,

niſi

Digitized by Google

niſi Regis ſpeciali iuſſu interueniente (*ff*). Bellici Regis conſiliarii & officiarii, ſunt, vel perpetui officii (*gg*), vel temporalis. Ex illis fere bello adminiſtrando dux à Rege præficitur (*hh*), niſi ipſe malit ductu ſuo rem gerere, quod Regium quidem, ſed in defenſiuo magis, quam offenſiuo bello neceſſarium; vtrobique tamen periculoſum (*ii*), ac Regno damnoſum, ſi eum in prælio occumbere, aut capi contingat. Exempla Ludouici Sancti, qui à Saracenis (*kk*); Iohannis, qui ab Anglis (*ll*); Franciſci I. qui ab Hiſpanis (*mm*) prælio capti fuerunt, Gallorum memoriæ adhuc infixa manent, & quæ inde nata incommoda; ſiue turbulentum ſtatum, ſiue lytra (*nn*), & dura Regibus præſcripta capita (*oo*), examinent. Sunt porro conſiliarii, & officiarii præter enumeratos, alii, qui redituum Regiorum, & ærarii curam ſuſtinent. De quibus omnibus ſuo loco plenius. Hic enim ſufficit nouiſſe, quorum ſuccedanea opera Rex, dum Regni negotiis ſolus ſupereſſe nequit, vt maxime cupiat, interim vti conſueuerit.

Teſtes & Teſtimonia.

a) *Le Roy eſt officier, & feudataire tout enſemble, & à l'esgard de Dieu, & à l'esgard du peuple. Premierement il eſt officier de Dieu, & entant qu'il eſt ſon Lieutenant, qui le repreſente en tout ce, qui eſt de ſa puiſſance temporelle &c. Sainct Paul dit, que les Roys ſont miniſtres, c'eſt à dire, officiers, de Dieu: & le payen Aurele a dict fort Chreſtiennement; que les Magiſtrats ſont iuges des particuliers, les Princes des Magiſtrats, & Dieu des Princes. Et vn de nos anciens eſcriuains François, M. Alain Chartier, dit en ſon Curial, que les Royaumes ne ſont pas meſmes offices, ains ſont ſimples commiſſions, reuocables au plaiſir de Dieu, qui les transfere de gent en gent. Pareillement ils ſont vaſſaux & feudataires de Dieu; c'eſt pourquoy ils ſont intitulés Roys par la grace de Dieu, & ſont dits tenir de Dieu & de l'eſpée: qui eſt la raiſon, pour laquelle S. Clement au liure des conſtitutions Apoſtoliques, appelle le Roy le feal, & homme de Dieu,* τὸν πιστὸν, καὶ ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ. *C'eſt auſſi pourquoy les Roys ſont ſacrés, & couronnés, par les Prelats Eccleſiaſtiques, qui ſont les Vicaires de Dieu, en ſa puiſſance ſpirituelle, ainſi que les vaſſaux ſont inueſtis de leur fief par les Seigneurs, ou leurs officiers &c. A l'esgard du peuple il eſt vray de dire, que les Roys ſont & officiers & Seigneurs; ie dy ſouuerains officiers, deſquels dependent tous les officiers: & ſouueraine Seigneurs, deſquels dependent tous les inferieurs*

ſerieurs Seigneurs, de leur Royaume: Loyſeau *des droits des offices liu. 2. chap. 2. n. 21. & ſeqq.* (Rex eſt officiarius, & vaſallus ſimul, tam reſpectu Dei, quam reſpectu populi. Primo eſt officiarius Dei, quatenus ipſius vicarius, eumque repræſentat in poteſtate temporali &c. Sancti Pauli verbum eſt, Reges eſſe miniſtros, hoc eſt, officiarios Dei. Aurelius quoq; ethnicus Chriſtiane dixit, magiſtratus eſſe iudices priuatorum, principes iudices magiſtratuum, Deum iudicem principum. Vnus ex noſtris ſcriptoribus antiquis, Alanus Charterius, *in ſuo Curiali*, annotauit, Regna ne officia quidem eſſe, ſed ſimplices commiſſiones, quæ reuocari poſſunt ad placitum Dei, & ab eodem transferuntur de gente in gentem. Similiter ſunt vaſalli Dei, & propterea appellantur, Reges Dei gratia, dicunturque dependere à Deo & gladio. Atque ob hanc rationem S. Clemens, *in libro de conſtit. Apoſtolicis*, appellat Regem fidelem, & hominem Dei &c. Inde etiam eſt, quod Reges conſecrantur & coronantur à prælatis Eccleſiaſticis, vicariis Dei in ſpiritualibus; non ſecus ac vaſalli inueſtiuntur de feudis, à dominis feudi, vel illorum officiariis. Reſpectu populi vere dici poteſt, Reges eſſe officiarios, & dominos: intellige officiarios ſupremos, à quibus dependent omnes officiarii; dominos dico, ſupremos, à quibus dependent omnes inferiores domini Regni.)

b Rex vigilare debet, vt qui rem quidem habent, nulla iniuria afficiantur, populus vero nulla contumelia; atque in hoc à Tyranno differt, qui nihil ſpectat aliud quam ſuam vtilitatem. Ita Ariſtoteles docet *lib. 5. polit. c. 10.* Idem illi innuere volunt, qui græcum βασιλεὺς, quod Latinis Regem notat, deducunt à βάσις & λαὸς, vt qui ſit βάσις τοῦ λαοῦ, quod in eo ſit velut fundata populi ſalus: Tholoſanus *de republ. lib. 6. cap. 3. n. 16.*

c) Sunt verba Senecæ *conſolat. ad Polyb. cap. 26.* Cum quibus conueniunt illi, qui Græcum ἄναξ Regi nomen datum exiſtimant, ἀπὸ τοῦ ἀνακῶς ἔχειν τῶν ὑποτεταγμένων, quod ſubiectos ſibi, ſecuros, expertesque moleſtiarum faxit: Cœl. Calcagnin. *pag. 571.*

d) Vide Cominæi dictum, quod *ex eius Commentariis lib. 2. cap. 6.* annotaui ſupra *b, libr. 2. c. 3. lit. ll.*

e) Lipſius *polit. lib. 3. cap. 2. n. 4.*

f) Ariſtoteles *3. polit. c. vlt.* Conſiliarios, Regis oculos, aures, manus ac pedes, appellat.

g) *La regence n'a pas lieu en France ſeulement durant la minorité des Roys, mais auſſi durant leur abſence hors du Royaume, durant leur empriſonnement au pouuoir des ennemis, & durant quelque maladie, qui les rend incapables du gouuernement de l'Eſtat*: Scipion du Pleix *tom. 3. de l'hiſtoire generale de France pag. 631. n. 1.*

h) Ludouicus Rex, qui Sancti nomen meritus, tempore primæ expeditionis in Palæſtinam, ne abſentia ſua Regno detrimentoſa eſſet, matri

ſuæ

Digitized by Google

ſuæ regimen Reipub. commiſit. Ea autem mortua, ſecunda vice vltramarinis bellis inhærens, Regentes Regni conſtituit Matthæum Abbatem S.Dionyſii, & Simonem Claromontanum: Iean du Tillet *au recueil des Roys de France, leurs couronne & maiſon, tilt. des Regences du Royaume de France, pag.* 198.

i) Franciſcus I. bellis extra Regnum occupatus, iterata vice matri Ludouicæ regimen Regni, anno MDXV. XV. Iulii, & anno MDXXIII. XII. Auguſti, commendauit: Tillet *d. tilt. pag.* 203.

k) Henricus II. ducens exercitum in Germaniam, vxorem ſuam Regentem Franciæ declarauit: Tillet *d. tilt. pag.* 204.

l) Henricus IV. ad Iuliacenſe bellum profecturus, vxorem regimini Franciæ præeſſe voluit.

m) *Par les loix du Royaume les Roynes ne doiuent point auoir depart au Gouuernement de l'Eſtat, & n'ont aucune authorité dans le public; ſi ce n'eſt que les Roys, apres auoir recogneu leur prudence, & leur ſage conduite, par vne faueur particuliere ne leur donnent l'entrée dans leurs Conſeils*: Bret *de la ſouuer. du Roy liu.* 1. *chap.* 6. *pag.* 44.

n) Nempe quod matris, vel vxoris, fidelitatem, ob vinculum naturale, aut coniugale, extraneorum fidelitati, qui ſibi potius, quam aliis proſpecturi creduntur, longe præferrent.

o) *Nous voyons dans noſtre hiſtoire* (ſcribit Bret *d. l. pag.* 45.) *que quand les Roys ont voulu entreprendre quelques longs voyages hors la France, qu'ils ont laiſſé le plus ſouuent à leurs femmes, ou à leurs meres, la regence & l'adminiſtration de leur Royaume, les faiſans aſſiſter de quelques grands perſonnages, pour leur ſeruir de conſeil aux affaires d'importance, à l'imitation de cet ancien Oſiris, qui deſirant aller à la conqueſte de l'Aſie, donna le gouuernement de l'Egypte à ſa femme Iſis, durant ſon abſence,* adhibito in conſilium Mercurio, atque in defenſionem Hercule, *dit Diodore Sicule.* (Hiſtoria Franciæ docet, quod Reges noſtri diuturnum aliquod iter extra regnum ſuſcepturi, adminiſtrationem eius vt plurimum matribus ſuis, aut vxoribus, commiſerint, adſcriptis earum conſilio inſignibus aliquot viris, quorum prudentia in grauioribus negotiis vterentur. Factum id antiqui illius Oſiris imitatione, qui expeditionem in Aſiam moliens, vxori ſuæ Iſidi, dum abſens ipſe eſſet, Ægyptum regendam tradidit, adhibito in conſilium Mercurio, atque in defenſionem Hercule, vt ſcribit Diodorus Siculus.)

p) Veteribus omnibus, tum philoſophis, tum hiſtoricis, inter ſe conuenit, iuſtitiæ fruendæ cauſa Reges eſſe creatos, vt quidem Herodotus de Medis, Tullius (1. *de offic.*) de Romanis ſcribit. Quin etiam veterum Græcorum Reges, non alio quam Iudicum nomine fuiſſe appellatos, teſtis eſt Æacus, vnde genus Æacidarum; teſtis Minos, teſtis Rhadamanthus, Græcorum Reges; qui, quod æquitate ſumma ius dicerent, ab

Digitized by Google

Ioue ſempiternum iudicandi, ac imperandi munus apud inferos adepti dicuntur. Nec Homerus aliter fere Græcorum Reges appellat, quam ποιμένας λαῶν; quæ vox non iudicia modo, verum etiam populi procurationem, eiusque tuendi ſollicitudinem ſignificat. Qui vero poſt Æacidarum gentem apud Athenienſes, quaſi proreges fuerunt, δικασταὶ ſeu *iudices* appellabantur. Ac tametſi Hebræorum Imperatores belli gerendi cauſa ſæpe Deus excitaret, nihilo minus tamen iudices dicebantur. Quinetiam, cum Samuel conſenuiſſet, atque ingraueſceret ætas iam ſua, populus Regem ſibi poſtulauit, hac lege, & conditione, vt aliorum Regum moribus, ac inſtitutis populo ius diceret: Bodinus *de Republ. lib. 4. c. 6. in pr. pag. 704.*

q) Non mirum cuiquam debet videri, cur iudicandi munus antiquorum Regum proprium, nunc vero magiſtratuum ſit: quia, cum nullis adhuc legibus populi vterentur, ſed regia manus ac voluntas, pro lege haberetur (vt Romæ primum: *l. 2. §. 1. ff. de O. I.*) neceſſe erat cauſas ciuium à principibus iudicari: promulgatis vero iudiciorum publicorum, ac priuatorum, legibus, & quæ quibus peccatis ſupplicia, quæ merentibus præmia dari oporteret, neceſſitas illa ſublata eſt, & à principibus ad iudices delata: Bodinus *d. cap. 6. pag. 717.*

r) L'ont peut dire auec verité, qu'il n'y a iamais eu de Monarchie au monde, où les Roys ſe ſoient plus affectionnés à rendre la iuſtice à leurs peuples, ou, qui ayent eu plus de ſoin de la faire ſainctement exercer, que les noſtres, ait Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 2. ch. 2. p. 153.* (Vere dici poteſt, nullam vnquam extitiſſe in orbe monarchiam, cuius Reges maiori ſtudio ius populo ſuo reddiderint, aut ſanctius reddi curauerint, quam Reges noſtri fecerunt.)

s) Il ne touche point au bien d'autruy, ſçachant que Dieu l'a pris en ſa particuliere protection, par vn des commandemens du decalogue: il ne rauit point, viuant ſous des loix, qui ne luy permettent pas ſeulement de deſirer: il n'a garde de faire des actions tyranniques, puis qu'il ne croit pas, qu'il ſoit loiſible de conceuoir des ſouhaits iniuſtes. (Alienis bonis manus non applicat, gnarus Deum hoc prohibuiſſe præcepto decalogi: non rapit ea, obſeruans leges, quæ illi ne quidem ea concupiſcere permittunt; non exercet actiones tyrannicas, quoniam credit non licere iniuſta cogitare.) Hoc teſtimonium de Ludouico XIII. fert Balſac libro quem ſcripſit *de Principe, chap. 27. non procul à principio*; & *chap. 32.* paulo ante finem: *Il eſt certain, qu'apres auoir regardé de toutes parts, & conſideré le monde dés le poinct de ſa naiſſance, ie ne trouue point d'homme ſur qui le Roy n'ait quelque aduantage, ny de vie, qui, à tout prendre, ſoit ſi admirable que la ſienne. Ie voy de grandes vertus en certains endroits, mais ie voy auſſi de grands vices, qui les accompagnent. Il n'y a que la perſonne du Roy, où ie ne remarque rien que ie vouluſſe qui n'y fuſt pas. Ie ne ſuis point icy occupé, comme au raffinement des metaux, à ſeparer le pur d'auec l'impur, ie ne ſuis point en*

peine

Digitized by Google

ſtine à demeſler la vertu d'auec le vice: tout y eſt esgalement bon, tout y eſt hors de blaſme, & digne d'eſtime. (Certum eſt, poſtquam omnia expendi, & conſideraui mundum à primis initiis, me non reperire vllum hominem, cui poſtponi debeat Rex, & cuius vita exacte trutinata digna ſit tanta admiratione, quam eſt Regis noſtri. Magnas quidem alicubi perſpicio virtutes, at vitiis commixtas: Sola Regis noſtri perſona talis eſt, in qua nihil reperio, quod ab illa ſeparatum eſſe velim. Non ea hic mihi cura eſt, qualis in purificatione metallorum requiritur, vt impura à puris ſeparem, nullus hic mihi labor virtutem à vitio ſecernere, omnia hic æqualiter bona ſunt, omnia extra vituperium, & digna exiſtimatione ſumma.)

t) Idem Balſac *d. tr. ch. 6. in pr. Il n'y a perſonne auiourd'huy au monde, qui ſçache que le Roy (Louys XIII.) peche, & la plus-hardie, & la plus-iniuſte meſdiſance, qui ſe puiſſe attaquer aux choſes ſainctes, ne ſçauroit trouuer ſur ſes actions de quoy mentir auecques couleur. Y a-il des enfans, qui ſe plaignent, que le Prince eſt heritier de leur pere? y a-il des peres, qui demandent les enfans que le Prince leur a rauis, & qui les pleurent auant qu'ils ſoient morts? où void-on de beauté, à qui il ne permette d'eſtre chaſte? où ſont les miniſtres de ſa cruauté, & de ſes plaiſirs? en quel endroit a-il fait verſer goutte de ſang innocent? Où entend-on les cris, & les gemiſſemens des familles qu'il a deſolées? qu'on me monſtre en fin vne ſeule marque qu'il ait laiſſée, par laquelle la Poſterité puiſſe ſçauoir qu'il a eſté ieune.* (Nemo mortalium toto hodie in orbe reperitur, qui Regem noſtrum, Ludouicum XIII. peccatis laborare norit: atque maxime effrons & iniuſta maledicentia, quæ rebus ſacris labem adſpergere amet, non poteſt vllo ſub colore eius actiones mendaciis denigrare. Eſtne vllus filiorum, qui queruletur Regem paternam hereditatem ad ſe traxiſſe? Suntne patres, qui exhiberi petant filios à Rege ſibi ablatos, aut illos deplorent nondum mortuos? Vbi reperitur vlla formoſarum, cui, Regem quod attinet, non liceat eſſe caſtæ? habetne vllibi crudelitatis, aut voluptatum miniſtros? vbi quæſo vel guttulam innocentis ſanguinis profudit? vbi audiuntur gemitus, & querelæ familiarum, quas deſolauit? Nulla ſane vllibi nota præſtat, qua poſteritati innoteſcere poſſit, eum vixiſſe iuuenem.)

u) Louys XIII. s'eſt acquis par ſa valeur, & ſa probité, les beaux tiltres de Iuſte, & de Victorieux. (Ludouicus XIII. fortitudine & probitate ſua, ſibi acquiſiuit egregios titulos *Iuſti*, & *Victorioſi*.) *Bret de la ſouuerain. du Roy liu. 4. ch. 12. pag. 671.*

x) Iohanni, Regi Aragoniæ, duo erant filii ſuperſtites, Henricus & Ferdinandus; quorum natu maior, Henricus, patri ſuccedens, morbo correptus in ipſo iuuentæ flore præreptus eſt, relicto vnico filio Iohanne, admodum puero, cuius tutelam, ſimulque regni curam, Ferdinando fratri moriens delegauit. Ferdinandus, vir fide & ſanctitate memorabilis, regni

Digitized by Google

cura non ſegniter ſuſcepta, puerum non ſecus ac filium habuit: quod facto quodam memorabili, ex quo *Iuſti* cognomentum accepit, oſtendit. Nam cum regnum, ſibi pro puero commiſſum, ſumma prudentia, iuſtitiaq; moderaretur, ab omnibus in Regem, contempto puero, acclamatur: Sed Ferdinando abnuente, ea cauſa à Principibus ad concionem populus vocatur. Proceres igitur omnes ad locum deſignatum conueniunt, vbi & Ferdinandus ipſe adeſſe eſt iuſſus. At Ferdinandus, quod erat futurum, animo præuidens, ſub chlamyde nepotem, regio more amictum, deferens, eo & ipſe compulſus conuenit. Igitur omnium ſuffragiis & votis, ac vnanimi procerum omnium conſenſu, Ferdinandus Aragonum Rex, puero deiecto, deligitur. Quod vbi Ferdinandus comperit, nepotem puerum è chlamyde extulit, humeroque impoſitum populo oſtendens, edita voce edixit; En, Aragonenſes, Regem veſtrum, noſter hic eſt Rex, huic fidem ſeruemus, prout mos eſt Hiſpaniæ gentis. Atque his dictis, collocatum in regio ſolio infantulum, primus ipſe ad pedes eius procumbens, veneratus eſt, atque in verba eius iurauit, idemque omnes vt facerent, exemplo ſuo adegit: Fazellus *de reb. Siculis, poſterior. decad. lib. 9. p. 534. n. 40.*

y) C'eſt vne marque de l'inclination du ciel enuers le Roy Louys XIII. de luy auoir ſuſcité des hommes ſi genereux, & ſi ſages, ſi intelligens, & ſi fideles, que ceux qui forment ſon Conſeil. Mais auſſi c'eſt vn teſmoignage de la bonté de ſon iugement, & de la force de ſon eſprit, de les auoir ſçeu choiſir, & d'auoir particulierement arreſté ſon election ſur la perſonne de celuy, qui en eſt le chef, & la premiere intelligence. (Propenſionis cœleſtis indicium eſt in Regem (Ludouicum XIII.) quod homines tam generoſi, ſapientes, intelligentes & fideles excitati ſunt, qui eius conſilium conſtituerent. At quod ipſe eoſdem delegit, & illum maxime qui eorum caput eſt & prima intelligentia; id iudicii probitatem & ingenii vim commonſtrat.) Silhon *au Miniſtre d'Eſtat part. 1. liu. 1. diſcours 4. p. 46.*

z) Certes, s'il eſt vray, ce que dit Ariſtote, que celuy-là ſeul a le pur vſage de la raiſon, & par conſequent la parfaite vertu, qui n'a point de paſſion violente, on peut dire ſans flaterie, que iamais homme n'a apporté au ſeruice des Princes, & au gouuernement des Eſtats vne plus-grande liberté d'ame, que Monſr. le Cardinal (de Richelieu). *Sa condition l'exempte de ces fortes impreſsions, que font le ſang, & la nature ſur l'eſprit des peres. Il ne connoit nulle de ces inclinations, qui ayant leur racine dans le corps, emportent l'ame toute entiere, ou la partagent entre les plaiſirs des ſens, & les operations de l'eſprit. Et pour ce vilain appetit de richeſſes, qui trauaillent tant de perſonnes illuſtres; qui ſuborne les plus vtiles ſeruiteurs des Princes; & qui a ſouuent taché les plus-belles vies; il eſt tellement eſloigné de ſon humeur, qu'il eſt vray, que s'il a iamais panché vers quelque extremité dans le chemin de la vertu, c'a eſté vers la profuſion, & qu'il n'a rien*

trouué

Digitized by Google

trouué de ſi aiſe, que de ſe mettre au haſard de deuenir pauure, pour le ſeruice de ſon maiſtre. De ſorte qu'on peut dire de luy, qu'il a l'ame ſi tranquille, qu'il ne s'y eſleue point de mouuement, que ſon deuoir ne face; qu'il n'y a point eu d'agitation, que l'amour, qu'il porte au Roy, n'ait cauſée; & qu'il n'y a point eu du tout, à laquelle la raiſon n'ait conſenti, & que la Philoſophie ne laiſſe tomber en l'ame des ſages. Et d. liu. 1. diſcours 11. p. 132. Dieu a ſuſcité au Roy vn homme, qui a ſecondé ſes grandes, & ſes iuſtes inclinations, & qui ayant de l'eſprit, & de la vertu par deſſus l'ordinaire des hommes, a employé tout ſon eſprit, & toute ſa vertu, pour ſa grandeur, & pour ſa gloire. Il ne s'eſt plus regardé comme particulier dés qu'il a eſté perſonne publique, rien ne l'a peu deſtourner de bien ſeruir ſon Maiſtre; il n'a pas craint la haine des grands, ny les morſures du peuple, & il a ſuiuy ſon chemin, & eſt allé ſon train, auſsi bien parmy les contradictions, & la reſiſtance, qu'on luy a faite, que dans les applaudiſſemens qu'il a receus, & les louanges qu'on luy a données. Le ciel (inquit Boitet, *en ſon prince des princes, liu. 2. chap. 3. p. 282.) ne trauaille qu'à preparer des recompenſes pour ceux, qui ſeruent bien leur Prince, ils reluiront comme les eſtoiles du firmament, ils eſclatteront comme le Soleil qui eſclaire le monde. La verité de ces promeſſes eſt glorieuſe à Monſeigneur le Cardinal de Richelieu, qui depuis tant de années ſert ſa Maieſté auec vne telle fidelité, que l'hiſtoire n'en remarque point de ſemblables exemples, & auec tant d'adreſſe dans la confuſion des affaires, que ſi les reuolutions du ciel faiſoient retourner l'ancien chaos, ie croy qu'il ſeroit capable de le demeſler.* (Si verum eſt, quod Ariſtoteles docet, illum ſolum pura ratione, & conſequenter perfecta virtute, præditum eſſe, qui perturbationibus animi non agitatur, citra aſſentationem dici poteſt, nullum vnquam tanta libertate animi ad negotia Regum peragunda acceſſiſſe, atque Cardinalis Richelius. Eius eſt conditionis, vt non flagelletur affectibus violentis, quos excitat & nutrit natura in animis parentum. Nulla in ipſo eſt ex inclinationibus, quæ vbi radices egerunt in corpore, totam animam trahunt quo volunt, aut eam diuidunt inter oblectamenta ſenſuum, & operationes ſpiritus. Vilem porro cupiditatem diuitiarum (quæ occupat tot perſonas illuſtres, & maxime vtiles miniſtros principum, quæque ſæpius optimæ vitæ labem adſperſit) quod attinet, tam alienus ab ea eſt, vt ſi dicendum ſit eum vnquam in virtutis tramite ad extremitatem quandam propendiſſe, ad profuſionem acceſſerit, nec quicquam magis dulce eſſe putauerit, quàm pro vtilitate domini ſui periculum paupertatis ſubire. Ita vt de illo dici poſſit, habere eum animam adeo tranquillam, vt nulli in ea excitentur motus, niſi quos officii debitum generat; nullæ ibi fuerint agitationes, niſi quas affectus pro Rege produxit, & nullæ omnino quæ cum ratione non conſenſerint, ac quas philoſophia non permittat cadere in animam ſapientis. Deus excitauit Regi hominem, qui magnis & iuſtis inclinationibus eius ſubſidiarius

rius fuit, atque cum polleret iudicio & virtute ſupra omnes, omnem ingenii vim, & virtutis neruos intendit pro gloria, & maieſtate Regis. Non amplius ſeſe reſpexit vt priuatus, poſtquam publicam perſonam induit; nihil eum potuit auocare quo minus dominio ſuo probe ſeruiret; non formidauit odia magnatum, nec morſus populi; viam rectam ambulauit, non minus quando contradicentes habuit & reſiſtentes, quam quando applaudentes, & laudatores. Cœlum præparat compenſationem illis, qui dominis ſuis fidelem præſtant operam, lucebunt illi tanquam ſtellæ in firmamento, radiabunt vt Sol, qui mundum illuſtrat. Veritas huius promiſſionis auget gloriam Cardinalis Richelii, qui tot annis ſeruit Regi ea fidelitate, vt hiſtoria par exemplum nullibi annotauerit, & tanta dexteritate in hac rerum confuſione vtitur, vt, ſi reuolutiones cœli antiquum reducerent chaos, credibile ſit, eum omnia diſtinctim locaturum.) *Miniſtro* (vt ſcribit Vittorio Siri *lib.1. del Mercurio pag.16.*)*di finiſſima prudenza, & ne' maneggi di ſtato di profonda intelligenza.* Hic ille Richelius eſt, regnorum Galliæ, & arcanorum eius, ſub Ludouico Rege nuper arbiter: qui totius Europæ labores & negotia capaciſſima mente complexus, non Francorum ſolummodo fortunam, ſed & vicinorum Regum Principumque ſtabilire, aut concutere, viſus fuit: Barlæus *rerum in Braſilia geſtarum pag. 46.*

aa) Dux Aurelianenſis, accuſans per epiſtolam, ad Regem ſcriptam, Cardinalem Richelium, *quæ legitur*, apud le Mercure François *tom.17. pag.227.* inter alia ait: *Ie ne croy pas, qu'il y ait quaſi perſonne, qui ſçache qu'il eſt Cardinal, qui ne ſçache auſſi par quels moyens il a obtenu ſa nomination; & que ayant eſté banny hors du Royaume, pour auoir donné de mauuais conſeils au feu Mareſchal d'Ancre, (qui n'eſtoit pas meſchant de ſon naturel) l'on ne luy permit de rapprocher prés de la Royne, Madame ma mere, que ſur la promeſſe, qu'il fit, de la tromper, en quoy ſeulement il a gardé ſa parole.* (Non credo quemquam, qui ſciat eum eſſe Cardinalem, neſcire, quibus rationibus ad hanc dignitatem adſcenderit: & cum propter mala conſilia, quæ dederat Mareſchallo Ancræo, (qui natura malus non erat) regno excedere iuſſus eſſet, illi non conceſſum fuiſſe redire ad Reginam, matrem meam, niſi hac conditione, vt eam deciperet; id quod promiſit, &, fide in hoc vnico ſeruata, præſtitit.) Et idem Dux *in manifeſto*, quod exhibet dictus Mercurius Francorum *tom. 18 p.505.* (*demande iuſtice contre Armand Cardinal de Richelieu, perturbateur du repos public, ennemy du Roy, & de la maiſon Royale, diſſipateur de l'Eſtat, vſurpateur de toutes les meilleures places du Royaume, Tyran d'vn grand nombre de perſonnes de qualité, qu'il a opprimés, & generalement de tout le peuple de France, qu'il a accablé.*) implorat iuſtitiam contra Armandum Cardinalem Richelium, perturbatorem quietis publicæ, inimicum Regis & domus Regiæ, diſſipatorem ſtatus, detentatorem omnium locorum munitorum Regni, tyrannum in multos

Digitized by Google

multos non infimæ conditionis homines, quos oppreſſit; & generaliter in populum Franciæ, quem conculcauit.

bb) Antea quidem Curia Pariſiorum (Bodino docente *lib. 3. de Republ. cap. 1. pag. 384.*) imperii Francici Senatus erat; ſed cum litibus iudicandis occupari placuiſſet, nec facile ab vrbe diſtrahi poſſet, Reges conſilium illud, quod, quia res magnas ſub Carolo VII. tractabat, *magnum* dictum eſt, inſtituerunt. Cum autem rurſus litibus extra ordinem diſceptandis lege Caroli VIII. implicaretur, ac multo magis Ludouico XII. Rege, qui Curiam xx. iudicum conſtituit; Franciſcus Maior Rex conſilium illud magnum ab arcanis imperii ſummouit; cum aliud conſilium ſelectorum Principum & amicorum ſibi comparauiſſet, quod *familiare* Latinis, noſtris hominibus *priuatum* dicitur. Mortuo Franciſco, Henricus filius aliud quoque conſilium quæſiit, quod quia paucorum hominum eſſet, *anguſtum*, ſiue *strictum* appellarunt. Poſtremo, cum familiare, ſeu priuatum illud conſilium, Senatorum multitudine redundare videretur, Henricus III. Henrici F. aliud conſilium inſtituit; quod quia de Reipublicæ ſtatu, non de litibus conſulendum eſſet, *conſilium ſtatus* placuit appellari. Præterea, neceſſe fuit *cubicularium conſilium* haberi, in quo Rex à cubili exſurgens, ea, quæ in Senatu decreta ſunt, iuberet, aut vetaret: illic Principum literæ reſerantur, legationes referuntur, mandata explicantur. Omitto conſilium Tribunorum ærarii, quod Henrico II. Rege inſtitutum eſt, ac rationum Magiſtris ſenſim ereptum. Præterea Duumuiratum eſſe oportet ex amiciſſimis ipſius Principis, qui gratiam, non ætatis flore, ſed virtute, ac prudentia collegerint, conſtitutum. Quod de Conſilio Cubiculario diximus, paucorum eſt admodum: ac tametſi Carolus IX. Idibus Nouembris MDLXIII. edixiſſet, vt cum à ſomno deſereretur, Principibus ac proximis, atque iis, quos ad conſilium acciri placuiſſet, in cubiculum pateret aditus; lex ea tamen antiquata eſt.

cc) *Le Conſeil d'Eſtat eſt diuiſé comme en deux chambres, dont la premiere eſt celle, que l'on appelle Conſeil Priué, & qui eſt eſtablie pour receuoir les plaintes des oppreſſions, & des tyrannies, que l'on exerce ſur le peuple dans les prouinces, à quoy ny les Iuges ordinaires, ny les Parlemens ne peuuent, ou negligent, de donner ordre; pour iuger des differens, qui arriuent entre les Cours ſouueraines; pour conſeruer les droits, & l'authorité de la Couronne; pour cognoiſtre des euocations en d'autres Parlemens; pour ordonner ſur les Reglemens des Iuges; pour cognoiſtre de la direction des finances; pour auoir l'œil ſur les baux à fermes des reuenus du Royaume: & pour d'autres ſemblables matieres, dont elle a la cognoiſſance.* (Conſilium ſtatus quaſi diuiſum eſt in duas Cameras, in quarum prima eſt illud, quod dicitur arcanum, ſecretum, vel ſanctius; vbi audiuntur querelæ de oppreſſionibus & tyrannide, quæ exercentur in prouinciales,

ciales, (cui malo iudices ordinarii, ac parlamenta, mederi vel non potuerunt, vel neglexerunt;) iudicatur de controuerſiis, quæ oriuntur inter Curias ſupremas, conſeruantur iura & autoritas coronæ; cognoſcitur de euocationibus ad alia parlamenta, iubetur obſeruari diſciplina iudicum, tractatur de directione pecuniæ publicæ, adhibetur cura locationibus redituum Regni, peraguntur que alia ſimilia de quibus cognoſcit hoc conſilium.) *Bret. de la ſouuer. du Roy liu. 2. chap. 2. pag.* 157. Cæterum, conſilio priuato quaſi annexum eſſe conſilium magnum, tradit Charles de Figon, *au traitte des offices, & dignités tant du gouuernement de l'Eſtat, que de la Iuſtice, & des Finances de France, tilt. du grand Conſeil du Roy, pag.*17. *Le grand Conſeil eſt comme annexé, & dependance du Conſeil priué de ſa Maieſté, fondé en ſpeciale iuriſdiction, & cognoiſſance des procés, intentés pour raiſon des Archeueſchés, Eueſchés, Abbayes, Prieurés, electifs & conuentuels: & pareillement des hoſpitaux & maladeries; des recuſations propoſées contre tous les Officiers d'vne Cour ſouueraine: quand entre deux Cours ſouueraines y a conflict de iuriſdiction, ſoient Cours de Parlement, ou Preſidiales: & meſmement pour regler les Iuges Preſidiaux, ſi les Cours de Parlement veulent entrependre ſur leur authorite, & iuriſdiction: des appellations en matiere ciuile du Preuoſt de l'Hoſtel; &, generalement, de toutes autres cauſes & matieres, qu'il plaiſt au Roy y commettre, & renuoyer par ſes lettres patentes. Auſſi eſt ledit Grand Conſeil à la ſuitte de ſa Cour, & les arreſts, lettres, commiſſons, & autres deſpeches, & prouiſions, qui y ſont decernées & oćtroyées, ſont conceuës & expediees au nom du Roy, & ſcellees de ſon grand ſeau, executées, & exploictées par tout le Royaume vniuerſellement, & terres de ſon obeiſſance, ſans demander placet, ny pareatis, tout ainſi, & par la meſme forme, & maniere, que l'on a accouſtume de faire des lettres, prouiſions, & deſpeches, faictes, & accordées audit Conſeil d'Eſtat.*

dd) La ſeconde(Chambre)eſt celle, que l'on appelle proprement le Conſeil Eſtroit, qui ne ſe tient que dans le Cabinet, & en la preſence du Roy, où n'entrent que les principaux Miniſtres d'Eſtat, que l'on peut nommer auec Tertullien, Imperii Antiſtites, Miniſtros & Tutores Legum: *Et qui ſont ſemblables à ceux, que l'Eſcriture ſaincte appelle* Aſſiſtentes Regis, *qui eſtoient touſiours aupres des Roys de Iudée, pour leur donner conſeil en leurs plus-importantes affaires, & ſur qui preſidoit celuy, que la meſme Eſcriture appelle* Amicum Regis, id eſt, primum ad manum Regis: *eſtant la couſtume des grands Princes, d'auoir touſiours vn confident, dans le ſein duquel ils puiſſent mettre, comme en depoſt, leurs plus ſecrettes penſees. Et c'eſt dans ce conſeil, que l'on traitte des plus grandes affaires du Royaume, comme de la paix, & de la guerre. C'eſt là, où le Roy donne audience aux Ambaſſadeurs, où l'on delibere ſur les reſponſes qu'on leur doit faire: où l'on arreſte l'eſtat general de toutes les Finances du Royaume: où l'on delibere ſur les declarations, que l'on fait contre ceux qui braſſent des menées ſecrettes. contre*

Digitized by Google

contre ſa perſonne, & contre l'Eſtat: où l'on reçoit les aduis de tout ce qui ſe paſſe, ſoit dans les pays eſtrangers, ſoit dans les Prouinces du Royaume: où l'on lit les deſpeches des Ambaſſadeurs, & où on leur donne l'adreſſe comme ils ſe doiuent conduire en leurs Ambaſſades: où l'on donne conſeil aux Roys d'eſtablir de bonnes & ſainctes Ordonnances, & de reuoquer les mauuaiſes. Ce qui monſtre aſſés, qu'il n'y a point de Compagnie dans l'Eſtat, qui ſoit plus vtile, & de qui la Iuſtice ſe puiſſe promettre vn plus-puiſſant ſecours contre l'oppreſſion des Grands: Mais il ſeroit neceſſaire, que nos Roys fuſſent ſoigneux, de la remplir touſiours de perſonnes de probité, & de ſuffiſance, & qu'ils ſe miſſent deuant les yeux l'exemple de l'Empereur Adrian: qui cum iudicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos, & comites ſolum, ſed iuriſconſultos, & præcipue Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium; *dit Spartian en la vie de ce Prince.* (Secunda Camera proprie vocatur Conſilium *anguſtum*, ſiue *ſtrictum*; hoc non habetur niſi in conclaui Regis, eiusque præſentia, nec admittuntur ad illud alii, quam maiores miniſtri ſtatus, quos cum Tertulliano appellare licet *Imperii Antiſtites, miniſtros, & tutores legum.* Similes ſunt illis, quos ſcriptura ſacra nominat *aſſiſtentes Regis*, qui adſidui erant Regibus Iudæ, vt illis conſilia ſuppeditarent de rebus maximi momenti; horum Præſes à ſcriptura ſacra vocatur *amicus Regis*, id eſt, primus ad manum Regis; Magni quippe Principes conſueuerunt habere aliquem, cuius fidei concredant, & cuius quaſi in ſinum effundant ſecreta ſua. Hoc in conſilio anguſto agitur de maximis Regni negotiis, vt, de pace & bello. Hic Rex audit legatos, hic deliberatur quid legatis reſpondendum ſit; hic ordo generalis præſcribitur pecuniæ publicæ totius Regni: hic conſultatur de declarationibus faciendis in illos, qui ſecretas ineunt factiones contra perſonam Regis, aut contra Regnum: hic leguntur relationes actionum, & rerum quæ contingunt, tam in prouinciis Regni, quam extra Regnum: hic leguntur mandata quæ dantur legatis, & formantur inſtructiones, quomodo ſe gerere debeant in legatione ipſa: hic Regi ſuppeditantur conſilia de ferendis bonis legibus, & abolendis contrariis. Vnde facile cognoſcitur, non eſſe collegium in toto Regno, quod hoc vtilitate ſuperet, & à quo iuſtitia maius auxilium obtinere poſſit, contra oppreſſiones magnatum. Neceſſarium vero eſſet, vt Reges curam adhiberent, quo ſemper conſtaret viris probis, & idoneis, haberentque ante oculos exemplum Imperatoris Hadriani, qui, cum iudicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed Iuriſconſultos, & præcipue Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum, inquit Spartianus *in vita Hadriani cap. 18. pr.*) *Bret d. liu. & chap. pag.* 158.

ee) Loyſeau *des offices liu. 1. chap. 9 n.* 22. cuius verba adduxi ſupra *libro primo, capite 9. lit. ff.*

ff) C'eſt *choſe conſtante*, (vt affirmat Cuſtos Sigilli apud le Mercure

 Fran-

Digitized by Google

François *tom.17. pag.173.) que la Cour du Parlement ne peut, & ne doit cognoiſtre que des affaires, qui ſont de partie a partie, & non des affaires d'Eſtat, dont nos Roys ſe ſont reſerués la cognoiſſance; ſi ce n'eſt par commiſſion expreſſe.* (Certum eſt, Curiam Parlamenti tantum de cauſis, quæ inter litigantes verſantur, cognoſcere, non autem de negotiis ſtatum Regni concernentibus, quæ Reges ſibi reſeruarunt; niſi id expreſſe illi committatur.)

gg) Il y a en France pluſieurs charges militaires, erigées en tiltre d'office perpetuel, comme de Conneſtable, de Mareſchaux de France. &c. Bret *d.liu.2.ch.3. p.166.* (Sunt in Francia plurima officia militaria, quæ facta ſunt officia perpetua, vt Comitis ſtabuli, Mareſchallorum Franciæ, &c.)

hh) Il eſt certain, que le Roy ſelon les occurrences, qui ſe preſentent, peut commettre à qui bon luy ſemble, le commandement de ſes armées. De quoy nous auons vn exemple tout recent en la perſonne de Monſr. le Cardinal de Richelieu, que le Roy, apres s'eſtre ſeruy de ſes ſages conſeils au ſecours de l'Isle de Ré, au ſiege de la Rochelle, & à la reduction du Languedoc, a particulierement choiſi pour conduire ſes armees dans l'Italie, où il a ſi heureuſement reuſſi, qu'apres s'eſtre rendu maiſtre de Pignerol, & des vallées circonuoiſines, les armes de ſa Maieſté ont tellement eſté redoubtées par ſes ennemis, que de là s'en eſt enſuiuy ce glorieux reſtabliſſement de Monſieur de Mantoue, dans ſes Eſtats, malgré tous les artifices, & les efforts de l'Empire, & de l'Eſpagne. Ie diray neantmoins, que telles commiſſions ne ſe doiuent donner qu'à ceux, qui ſont enrichis de ſemblables vertus, pour euiter la ialouſie, & le meſcontentement des autres officiers de la couronne. (Extra dubium eſt, Regem, pro rerum ſtatu, poſſe exercitui præficere quem velit. Cuius rei exemplum recens nobis ante oculos ſtatuit Cardinalis Richelius, quem Rex, prudentibus eius conſiliis vſus in ferendo ſuppetias Inſulæ Reæ, in obſidione Rupellana, ac reductione Languedocii, ſpeciatim exercitui in Italiam ducendo delegit, vbi rem perquam feliciter geſſit, ac occupato Pignerolo, & vallibus vicinis, armis Regis adeo terruit hoſtes, vt inde Dux Mantuanus in ditiones ſuas reſtitutus fuerit, fruſtra obnitentibus artificiis & conatibus Imperatoris, ac Regis Hiſpaniarum. Dicam tamen, eiusmodi commiſſiones, ad euitandam inuidiam, & oſtenſionem aliorum officiariorum, nonniſi illis deferri debere, qui paribus virtutibus dotati ſunt.) Bret *d.ch.3.p.166.*

ii) Recte Bartas *(au cantique de la victoire d'Yuri, ſub finem)* Regem, qui prælio interfuerat, admonet:

> *N'expoſe, ô grand Monarque,*
> *En proye ſi ſouuent ton beau ſang à la parque:*
> *Sois chiche de ta vie, & croy que noſtre bien*
> *Se tourne ſeulement deſſus les gonds du tien.*

Et ante illum optime olim Lucanus *Pharſal. lib. 5. verſ. 685.* cecinit, in non abſimili cauſa;

Cum

Cum tot ab hac anima populorum vita, ſalusq;
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbus,
Stultitia eſt voluiſſe mori.

Hinc nonnulli Principem, in quo ſumma Reipub. poteſtas eſt, prælio intereſſe oportere negant; eoque minus, ſi hoſtes in intimos Imperii receſſus penetrauerint. Illud quidem facile aſſentior, inquit Bodinus *lib. 5. de Republ. c. 5. p.* 894. ſi princeps ignauus, & abiecti animi fuerit; ſin magnanimus eſt ac ſtrenuus, procul dubio militibus animum incredibilem addit, vireſque duplicat: eoque magis ſi exercitui carus ſit, ac ſingulorum virtutem interpellare velit. *Vrget enim*, vt ait Maro, (*9. Æneid. verſ. 73.*) *præſentia Turni.*

kk) *Sainct Louys fut malheureux en ſes voyages d'outre mer, parce qu'au premier il fut pris, & paya vne groſſe & lourde rançon, pour ſe deliurer, & au ſecond il mourut*: Eſtienne Paſquier *és recherches de la France liu. 5. ch. 12. fol. 271. G. edit. veter.* (Ludouicus Sanctus in expeditionibus ſuis transmarinis parum proſpera fortuna vſus. In prima captus, non niſi ingenti redemptionis pretio numerato libertatem recepit; in ſecunda vitam cum morte commutauit.)

ll) Iohannes Rex in prælio Pictauienſi anno MCCCLVI. XIII. Cal. Octob. ab Anglis captus, & in Angliam deductus, per quatuor annos ibi detentus fuit. *La France receut vn grand coup de fortune par la priſe de ſon Roy, laquelle engendra vne effrenée licence au cœur du peuple: car chacun vouloit eſtre maiſtre, & donner loy au Dauphin, Duc de Normandie, & fils du Roy.* (Francia grauiſſime afflicta fuit captiuitate Regis ſui; quippe populus eius occaſione effrænem licentiam vſurpauit, & quiſque ſeſe pro domino gerens, voluit legem imponere Delphino, Duci Normanniæ, filio Regis.) Girard *de l'eſtat & ſuccés des affaires de France liu. 3. pag. 450.*

mm) Franciſcus I. ad Papiam commiſſo prælio, anno MDXXV ſub exitum Februarii, captus fuit, (*bleſſé à la iambe, à la main & au viſage, ſon cheual tué ſous luy, ſe defendant iuſques à la derniere halaine.*) vulneratus pede, manu & facie, equo ſuffoſſo ſe defendens vsque ad vltimum ſpiritum: Audiguier *du vray & ancien vſage des Duels chap. 14 pag. 191.*

nn) Cum D. Ludouicus ab Ægypti Sultano captus eſt, pretium capiti Regio dictum eſt, centies & quater decies: (500000. libellarum Turonenſium, vt Ioinuillanus autor eſt.) Iohanni Regi ab Anglis capto, fere bis millies; Franciſco I. Regi octingenties. huic quidem minus, quam illi; quippe Caroli V. Imperatoris ſororem domum duxit, ac imperio Belgarum ceſſit. Sex annos Gallia laborauit, vt immanis illa pecunia, cuius ſumma erat inopiæ, pro Iohannis libertate cogeretur. At Franciſcus eodem anno, quo pacem iniit, libertatis pretium in Hiſpaniam miſit: Ita Bodinus *de Repub. lib. 6. c. 2, p.* 1030. Sed quod pretium, & reliqua, attinet, ad quæ Franciſcus Ca-

meracenſi conuentione obligatus fuit, Audiguier *d. tr. ch. 15. p. 218. & ſeq.* memorat pactum, *(que le Roy payeroit deux millions d'or; qu' il acquiteroit l'Empereur de cinq cens mille eſcus, qu' il deuoit au Roy d' Angleterre, & degageroit la fleur de lys d' or, enrichie de pierrerie, & d' vn tronçon de la vraye Croix, que Philippe, pere de l' Empereur, auoit engagée audit Roy pour cinquante mille eſcus; que le Roy quitteroit la ſouueraineté de Flandres, & d' Artois; qu' il eſpouſeroit Eleonor, (ſœur de l' Empereur) & s' il en iſſoit enfant maſle, il auroit la Duché de Bourgogne; qu' il rendroit tout ce qu' il poſſedoit encore à la Duché de Milan, & au Royaume de Naples: qu' il annulleroit le procés du Duc de Bourbon, rendroit l' honneur au defunct, & les biens à ſes heritiers, & à tous autres, qui pour le regard de la guerre en auoient eſté deſpouilles.)* vt Rex ſolueret vicies centena millia aureorum, & liberaret Imperatorem à debito quingentorum millium ſcutatorum, quo obſtrictus erat Regi Angliæ, ac redimeret aureum florem liliorum, ornatum gemmis pretioſis, & fragmine ſanctæ crucis, quem Philippus, Imperatoris pater, dicto Regi pignoris loco dederat pro quinquaginta millibus ſcutatorum; vt ſe abdicaret ſummo dominio Flandriæ & Arteſiæ: vt Eleonoram, (Imperatoris ſororem) coniugem aſſumeret, & ſi ex ea procrearet filium, huic cederet Ducatus Burgundiæ: vt reſtitueret quod adhuc teneret in Ducatu Mediolanenſi, ac in Regno Neapolitano: reuocaret & annihilaret ſententiam latam in Ducem Borbonium, defunctum reſtitueret honori, & bona redderet heredibus, cæteriſque omnibus, quibus occaſione belli ea fuiſſent ablata.

oo) Iohanni ab Anglis duriſſima hæc conditio præſcripta, vt Regnum Galliç in feudum à Rege Angliç recognoſceret, quam admittere conſtanter recuſauit: Tandem autem conuentum, *(que le Duché de Guyenne demeuraſt à l' Anglois, comprenant Gaſcogne, Poictou, Xaintongne, Perigord, Limoſin, Cahors, Rhodes, & Angoulmois, auec la ville Blanche, (ainſi appelloient-ils la Rochelle) & Calais, ſans qu'il fut tenu recognoiſtre le Roy de France pour ſuperieur, ne contrainct, ou par luy, ou par ſes ſucceſſeurs, d' en faire aucun deuoir, ny hommage. Le Roy fut contrainct bailler pour oſtages, iuſques à l' accompliſſement du traicté, ſes deux fils, les Ducs d' Aniou, & de Berry, auec les Ducs auſſi de Alençon & de Bourbon, douze Comtes, auec vn nombre des principaux & plus riches bourgeois des meilleures villes:* Tillet *en la Chronique abregée des faicts, & geſtes des Roys de France, ad annum M CCC LIX. fol. 66.)* vt Ducatus Guiennæ Anglo relinqueretur, comprehenſa Vaſconia, Pictauia, Santonia, Perigordio, Limotino, Cahordio, Sagoduno, & Angoliſma, vna cum ciuitate alba, (ita appellabatur Rupella) & Caleto, nec propterea Regem Franciæ pro ſuperiori agnoſceret, nec cogeretur per hunc, aut eiuſdem ſucceſſores propterea præſtare iuramentum fidelitatis. Oportuit Regem dare obſides vſque ad conſummationem pacti, vtrumque filiorum, Ducem Andegauen-

Digitized by Google

gauenſem, & Bituricenſem, nec non Ducem Alenconium, & Borbonium, duodecim Comites, multoſque pinguioris fortunæ ciues, præcipuarum vrbium.

CAPVT XII.

De Regum Franciæ exercitiis, ac recreationibus, tam corporis, quam animi.

A Seriis, & ipſa Regni gubernatione, aliquando Reges ad recreationes corporis (*a*), & animi ſecedunt; quod ſi fiat, vbi otium eſt, atque tempeſtiue, moderate quoque &c. præterea recreationes, & exercitia honeſta, non nimium periculoſa, nec Regiæ dignitati minus decora ſint, recte faciunt, dum eo modo ſanitati conſulere ſtudent, & animum relaxant. Aliis pictura (*b*), aliis muſica (*c*), aliis hiſtoriarum lectio (*d*), conuerſatioque cum literatis, ac libris (*e*), aliis pilæ (*f*), chartarum (*g*), aleæ (*h*), latrunculorum (*i*) &c. ludus, aliis ſaltatio (*k*), aliis ſpectacula (*l*), vel pugnæ ludicræ (*m*), aliquando oblectamenta fuerunt; pleriſque autem, & ante omnia, venatio placuit. Hanc inuentum diuinum, εὕρημα τῶν Θεῶν, Xenophon (*n*), & antiquiſſimum vitæ genus Ariſtoteles (*o*), nominat, eo quidem ſenſu, quod, vel ad victum, vel ad amictum parandum primis mortalibus placuerit. Hoc reſpectu merito vnicuique licuit feras perſequi, capere & interficere, quo ſe, ſuoſque aleret, & amiciret (*p*). Præterea ſecuritatis quoque cauſa venationi homines illis temporibus incubuiſſe, non eſt quod dubitemus. Scilicet, cum adhuc diſperſi agerent, nec raro in ſyluis manſiones ſibi pararent, neceſſarium fuit nociuas, & homini inſidiantes beſtias perſequi, ac tollere è medio. Nec enim aliter tuto viuere potuiſſent vel ipſi, vel ea quę habebant animalia domeſtica. Atque hoc reſpectu iterum omnibus à iure naturæ venationem proſequi permiſſum. Poſtquam vero voluptatis, & recreationis, vel etiam commercii cauſa venatio exerceri cœpit, apud multas gentes eo deuentum, vt Principes ſibi eam fere ſolis, vt & eam aliis concedendi facultatem, attribuerint.

Quod

Quod an bene, an ſecus, factum, ac annon nimium alicubi extendatur ea prohibitio, ſeuériorque iuſto caſtigatio (*q*), vel pœna in venantes contra principis voluntatem, exerceatur, diuerſa ſentiunt autores, prout quiſque vel affectu in principem, vel in libertatem populi fertur. Vrgent (*r*) *primo* curam ſeruandarum ſpecierum in animantibus feris, ne ſi promiſcue venatio permittatur, nonnullæ omnino intercidant (*s*). *Deinde*, ne ſi indiſtincte permittatur, ruſtici auocentur ab agricultura, & alii ab artificiis (*t*), humanæ neceſſitati inſeruientibus. Ne *porro* armorum vſus communis fiat, ac hominum quoque in necem extendatur (*u*). *Denique*, ne commune venationum exercitium contentiones pariat (*x*). Has potiſſimum rationes proponunt; quibus cum acceſſerit longa ſubditorum patientia (*y*), non ſupereſſe his facultatem conquerendi de iniuria, ſed principem præſcriptione (*z*) ius venandi ſibi acquiſiuiſſe, docent. Verentur autem alii, quas audiuimus cauſas, aliquando prætendi (*aa*) potius, quam eſſe, principesque nonnullos ſuo commodo, & voluptati, quaſi in ſolatium curarum, quibus Rempublicam vniuerſam amplectantur, magis proſpectum iuiſſe, quam vtilitati communi. Vereor quoque, vt ſatis firmæ ſint iſtæ rationes, ſi quis illis ſolis incumbere velit. Omnino autem mihi perſuaſum habeo, ſi vlla iuſta ratione ſubditis venatio interdici poſſit, non omnem (*cc*) tamen, nec omnium ferarum (*dd*), nec vbique locorum interdicto comprehendi debere. Maxime vero contrarium rectæ rationi eſſe, vt feram pro defenſione fructuum (*ff*) agri, vel vineæ, non liceat capere, aut occidere (*gg*), ſi aliter damnum præcaueri non poſſit, nec princeps damnum datum reſarcire (*hh*) promiſerit (*ii*). Intelligi autem hæc volo de ſubditis, non de mancipiis: Nam vbi ſeruilia omnia ſunt, ſola principis voluntas vtramque paginam facit, nec mirum ibi ceſſare iuris naturalis facultatem ſua protegendi, cum ſerui haud quicquam ſui habeant, niſi conniuentibus oculis domini (*kk*). Cæterum, haud nego, venationem commodum Regibus eſſe exercitium, ſi modus adſit (*ll*): Non ſolum enim

Digitized by Google

enim otio, quod puluinar Satanæ dicitur, excludendo facit, mentem exhilarat, ſanitatique conducit; ſed etiam certa quædam belli ſpecies eſt (*mm*). Vnde tantum Dario placuit, vt ſepulcro ſuo inter alia inſcribi fecerit, quod Venatores omnes ſuperaſſet (*nn*). Quantum Francorum Reges venationem amauerint, ex hiſtoriis abunde conſtat. Moris eorum fuiſſe, venatui inſiſtere, Aimonius autor eſt: Carolum Magnum venationi deditiſſimum, Eginardus ſcribit: ſimilia de aliis alii tradunt (*oo*). Eiuſdem quoque rei teſtimonium eſt liber Caroli IX. quem *de venatione* ſcripſit, vti etiam terminorum & phraſium peculiaris cultus eiuſdem exercitii, in Francia, ad ſuperſtitionem quaſi, hactenus obſeruatus, nec non diuerſorum Regum variæ conſtitutiones (*pp*), quas de venatione tulerunt, ac numerus venatorum ab ipſis conſtitutus (*qq*). Vt mores ferunt, ſoli Regi totum per Regnum, vbicunque præſens eſt, venari licet (*rr*). Cæteris, in ſyluis, dumetis, & ſeptis Regiis venatio interdicta, regulariter (*ss*). Licet enim eodem in Regno venatio permiſſa ſit Magnatibus, & Nobilibus (*tt*), atque aliis nonnullis (*uu*); eius tamen exercitium certos habet limites (*xx*), atque temporis terminos, nec non ferarum diſcrimen (*yy*). Aucupium venationis pars eſt, non indignum Regibus, & iam olim Francis perquam charum, præſertim quod accipitris opera peragitur: Inde ſolemne apud eoſdem iuramentum erat ſuper accipitre & ſpata (*zz*). Carolus VIII. Rex aucupio magnam impendit operam, & accipitrem octingentis aureis nummis ſcutatis, hunc in vſum comparare non eſt veritus (*aaa*). Quamquam vero tantam accipitrum, & accipitrariorum copiam Reges Franciæ nunquam aluerunt, quantam Baiazetes, Turcarum Imperator (*bbb*), qui hanc venationem ſummis habuit in deliciis; attamen, à ſatis longo tempore, magnum Accipitrarium, *le grand Fauconnier*, qui cæteris præeſſet, æque vt magnum Venatorem, *le grand Veneur* (*ccc*), cui ordo venatorius ſubeſt, conſtitutum habuerunt. Denique, reperio etiam Regibus piſcationem (*ddd*) aliquando oblectamento fuiſſe.

Digitized by Google

Teſtes & Teſtimonia.

a) *Ceux qui departent le temps, & ſelon leur aage, vne fois en ſens & en conſeil, autres fois en feſtes & en plaſirs, ceux-là ſont bien à loüer, & les ſubiects bienheureux d'auoir tel Prince:* Commines *en ſes memoires lib.6. chap.* 4. quod Sleidanus ita reddidit: Qui ita ſe comparant, vt maximam temporis partem ſeriis occupationibus, reliquum autem liberalibus & honeſtis oblectationibus impendunt, magnam illi ſane laudem merentur: & ô felicem populum, cui talem contingit habere Principem! De Ludouico XIII. Rege Franciæ, annotauit Autor *de l'hiſtoire du Cardinal de Richelieu part. 1. p. 635. que quand le Duc de Lorraine luy fit preſent d'vne meute des plus-beaux chiens qui ſe peuſſent voir, il les receût auec toute ſorte de complaiſance & d'agreement: & neantmoins pour luy faire connoiſtre, que la chaſſe ne luy tenoit lieu, que d'vn ſimple diuertiſſement, lors que les plus-importans affaires de l'Eſtat luy donnoient quelque relaſche; ſa Maieſte luy fit vn diſcours, qui merite d'eſtre remarque, pour apprendre aux ſouuerains, en quelle conſideration ils doiuent auoir les diuertiſſemens, qui ſeruent à leurs plaiſirs. Mon Couſin, dit le Roy, i'ay quitté la chaſſe: elle ſert quelques fois à me diuertir, lors que les affaires me laiſſent du temps; mais à preſent ie ne penſe à autre choſe, qu'à faire voir, auec combien d'affection ie prends part aux intereſts de mes alliés. Apres que i'auray ſecouru le Duc de Mantoüe, ie penſeray à reprendre mes plaiſirs ordinaires, iuſques à ce que quelque autre de mes alliés ait beſoin de moy.*

b) Renatus Siciliæ Rex, vltimus Comitum Prouinciæ, *fut trouué acheuant le crayon d'vne perdrix, par celuy, qui luy apporta la nouuelle de la perte de ſon Royaume de Sicile:* Balſac *en ſon Prince chap. 12. pag. 139. edit. poſter.* Rectius Selimus Turcarum Imperator, qui prælium, quod ipſe feliciter commiſerat, pictura expreſſit: Idem *d. loc.*

c) Muſicam de numero eſſe iucundiſſimarum rerum, omnes conſentimus, (ait Ariſtoteles *politicor. lib.* 8. *cap.* 5.) tum ſimplicem, & nudam, tum in concentu. Quare Muſæus cantum mortalibus iucundiſſimum eſſe tradit.

d) Hiſtoriarum lectio non iucunda ſolum, ſed & perutilis eſt Principi. *La lecture de l'hiſtoire eſt vne Philoſophie plus-populaire, & plus-agreable, que celle qui ſe recueille dans la ſecheresse des preceptes, parmy les eſpines & les aiguillons de la diſpute. Par elle toute la vertu des Anciens eſt noſtre, & ils n'ont veſcu, à bien dire, que pour nous inſtruire; ny fait de bonnes actions, que pour nous laiſſer de bons exemples. Elle donne au Prince l'induſtrie de ceux, qui l'ont precedé, pour la mettre auec la ſienne. Elle luy preſente des conſeils ſinceres, qui ne ſont point ſuſpects de flaterie; qui ne viennent point de paſſion; dans leſquels il n'entre point d'intereſt particulier. Elle luy monſtre les iſſues, par où les ſages ſont ſortis*

dis

Digitized by Google

des paſſages difficiles, & la voye, qu'ils ſe ſont faite, lors qu'ils n'en ont pas trouué. (Lectio hiſtoriarum eſt philoſophia quædam popularis, & gratior illa, quæ colligitur in arido præceptorum agro, inter ſpinas & aculeos diſputationis. Eius beneficio omnis veterum virtus noſtra eſt, &, ſi rem exacte perpendimus, iſti propterea vixerunt vt nos docerent; & propterea res egregias geſſerunt, vt nobis bona relinquerent exempla. Illa Principi confert induſtriam anteceſſorum, quam cum ſua coniungere poteſt: Illa ſuggerit ei ſincera conſilia, quæ adulatione carent, nec affectum redolent, nec vtilitatem propriam: Monſtrat ei ſemitas, per quas ſapientes impedito itinere ſe extricarunt; & viam, quam ſibi fecerunt, cum nulla appareret: Balſac *d. tr. ch.* 13. *pag.* 158.

e) *Charlemagne en ſes repas faiſoit ordinairement lire deuant luy, principalement les liures de S. Auguſtin de la Cité de Dieu, lequel il faiſoit porter touſiours auec luy, & le faiſoit mettre derriere le cheuet de ſon lict, comme Alexandre ſon Homere*: Corrozet *au threſor des hiſtoires de France liu.* 1. *chap.* 20. *fol.* 38. *b. Charles VIII. aima la lecture des liures moraux, & des hiſtoires en langue Françoiſe*: Idem Corrozet *audict chap. fol.* 40. *François, premier de ce nom, a tant porté d'honneur aux lettres, qu'il a inſtitué penſions, & gages ordinaires aux lecteurs des langues, Hebraique, Grecque & Latine, en la ville de Paris: & luy eſt demeuré apres ſa mort, pour tiltre d'excellence, Reſtaurateur des arts, & bonnes lettres*: *d. fol.* 40. *a.*

f) Præter voluptatem quam affert pilæ luſus, plurimum quoque conducit ſanitati. (quo de Hieronymus Mercurialis *de arte gymnaſtica lib.* 5. *c.* 4. *pag.* 241. Hugo Fridæuallis, *de tuenda ſanitate lib.* 1. *ſect.* 2. *pag.* 48.) Hunc autem vt tota Gallorum natio in deliciis habet; (vide ſupra *lib.* 1. *c.* 3. *lit. iii.*) ita non minus ipſorum Reges. Quomodo olim in vſu fuerit, poſtea emendatus, atque ad modum, quo hodie in ſphæriſteriis exercetur, redactus, explicat Eſtienne Paſquier *és recherches de la France liu.* 4. *chap.* 13. *edit. veteris.*

g) Ludus chartarum, qui à ſapientibus excogitatus, (Galeottus Martii *de doctrina promiſcua cap.* 36. *pag.* 365.) ſi moderatus ſit, non ſolum ingenii recreatio eſt, ſed & iudicium acuit.

bbbbbb) *Quant aux profits, le meſme du Tillet remarque, que les gages de ces offices eſtoient anciennement fort petits, pource que la Nobleſſe de France, qui les tenoit preſque tous, eſtant ialouſe que les roturiers approchaſſent de la perſonne du Roy, eſtoit aſſes contente d'auoir l'honneur de ſeruir ſon Prince, ce qu'elle ne faiſoit pas pour l'argent, comme les mercenaires, ains par affection; de ſorte que les gages, que ces officiers receuoient, n'eſtoient, que pour leur menu entretien pendant leur quartier, & non pour porter par apres ches eux. Mais auſſi, lors, qu'il ſe preſentoit quelque bon office, quelque belle charge, quelque benefice, ou autre eſchoite, qui fuſt propre aux domeſtiques, pour eux, ou leurs enfans, ils eſtoient preferés à tous autres competiteurs. Dont le meſme du Tillet nous rapporte vne belle remarque, à ſçauoir vne miſſiue du Roy Louys XI. au Parlement, qui ſe trouue encor aux regiſtres d'iceluy, contenant mandement d'adiuger les offices aux premiers impetrans, ſi non que l'vn de deux contendans fuſt ſon domeſtique, auquel cas il en veut eſtre aduerti, pour declarer ſa volonté. I'ay dit, que leurs gages n'eſtoient que pour le menu entretien; car ils auoient chés le Roy leur viure, & leur veſtement, ce qui s'appelloit bouche a Cour, & robe de liurée:* Loyſeau *au d. chap. 3. n. 79. & ſeqq.* (Quod emolumenta attinet, idem Tilletus annotauit, ſalaria illorum officiariorum olim fuiſſe ſatis exigua. Nobiles enim Franciæ, qui ea officia fere omnia tenebant, quo plebeiis aditum ad Regem, & iſthæc officia præcluderent, ſatis contenti erant, honorari officiis à Principe ſuo; ſicque, non vt mercenarii, lucri cauſa, inſeruiebant Regi, ſed affectu erga eundem ducti. Itaque ſalaria, quæ hiſce officiariis ſoluebantur, vix ſufficiebant pro impenſis minoribus, quos faciebant trimeſtri tempore, quo Regi miniſtrabant, nec quicquam ſupererat, quod ſecum reportarent domum. Verum vbi pingue officium, egregium aliquod munus, beneficium aut aliquid huiuſmodi, vacare contingebat, quod vel ipſis domeſticis, vel eorum liberis erat conueniens, reliquis illi competitoribus omnibus præferebantur. Eius rei egregium teſtimonium refert Tilletus; nempe, literas Regis Ludouici XI. ad Parlamentum ſcriptas, quæ adhuc extant inter acta, mandantes adiudicare officia illis, qui ea primum, & ante alios, impetrauiſſent, niſi vnus ex contendentibus eſſet domeſticus Regis, qui caſus ad Regis notitiam

Digitized

ſtitiam deducendus, & ab eo decidendus. Dixi eorum ſalaria vix ſuffeciſſe minoribus impenſis: præter illa enim in aula habebant victum, & amictum, vel vt loquebantur, habebant os in aula, & veſtem (*de liurée*) teſſerariam.

cccccc) *Entre les officiers priuilegiés, les vrais domeſtiques, & commenſaux du Roy, ſont ceux, qui ont plus de priuileges, comme certes il eſt bien raiſonnable, veu, qu'ils approchent de plus-pres celuy, qui donne les priuileges*; immunitate digni ſunt, quos lateris noſtri comitatus illuſtrat, *dit l'Empereur en la loy 1. de præpoſ. labor. lib. 10. C. Auſſi ne ſont-ils pas ſeulement immunes des tailles, francs fiefs, & tous autres ſubſides, dont les Gentilshommes ſont exempts: mais ils ont, en outre, des priuileges, que les Nobles n'ont pas; comme entre autres, l'exemption du ban, & arriere-ban. En fin, ils ſont exempts de tous emprunts, dons gratuits, fortifications des villes, & places, auictaillemens, & munitions, & generalement de toutes leuées de deniers quelconques. Pareillement, ils ſont exempts du guet, & garde des portes, des logis de Cour, ou gendarmerie; & de fournir cheuaux d'artillerie, que les anciennes ordonnances appellent droit de giſte, & de cheuauchée, & que la loy nomme*, recipiendi hoſpitis neceſſitatem, & angariarum præſtationem; *l. ab his, ff. de iure immmun. Ils ſont auſſi exempts de tous peages, trauers, couſtumes, entrées de ville, & tous autres nouueaux ſubſides, ſi par expres en l'Edict d'eſtabliſſement d'iceux, il n'eſt derogé à leurs priuileges, ores qu'il portaſt la clauſe, exempts & non exempts, priuilegiés & non priuilegiés, comme il eſt porté par expres en l'ordonnance de Henry II. de l'an MDXLVIII. Voila pour les immunités des charges, que les Romains appelloient* patrimoniales, quæ nimirum ſumptibus patrimonii expediuntur. *Mais il y a pluſieurs officiers, qui ſont auſſi exempts des charges perſonnelles*, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento adminiſtrantur: *l. munerum, ff de muner. & honor. comme des tutelles, & curatelles, de toutes ſortes, des commiſſions, & gardes de biens, adminiſtrations d'hoſpitaux, Eſcheuinages, ou Conſulats des villes gageries, & ſyndicats des paroiſſes, aſſiette, & collecte des tailles, & autres telles charges. Pareillement, pluſieurs officiers* habent priuilegium fori, *qu'aucuns appellent* ius reuocandi domum, *& que nous appellons vulgairement, le priuilege* de committimus, *dont il y en a de trois ſortes. Car, aucuns n'ont que le ſimple* committimus, *de la petite chancelerie, pour addreſſer leurs cauſes aux Requeſtes du Palais, contre ceux ſeulement, qui ſont demeurans dans le meſme Parlement. Autres ont droit de* committimus *du grand ſeau, pour attirer aux Requeſtes de palais du Paris les reſidans ès autres Parlemens. Finalement, aucuns ont* committimus, *pour addreſſer leur procés, ou aux Requeſtes de l'Hoſtel, ou en celles du Palais, à leur choix, & option, lequel troiſieſme* committimus, *n'eſt pas ſeulement pour les actions perſonnelles, poſſeſſoires, & mixtes, comme les deux autres, mais encor pour les hypothecaires, ainſi qu'il eſt cõtenu en ceſte ordonnance de l'an MDXLIIX.*

Digitized by Google

Loyſeau *d. tr. des droits des offices liu. I. chap. 9. n. 48. & ſeqq. Ils iouiſſent de ces priuileges, non en vertu de leurs retenuës, (car les ſupernumeraires en ont de toutes ſemblables à ceux, qui ſont couchés ſur l'Eſtat) mais en vertu de l'Eſtat, & du certificat de leur ſeruice actuel : meſmement, les ordonnances d'Orleans, & de Blois, requierent, qu'ils ſoient couchés ſur l'Eſtat à plus de vingt eſcus de gages, & qu'il ſoient payés actuellement, & en apparoiſe par le certificat de leur Threſorier. Priuileges, qui meſme apres leur mort ſont conſerués à leurs vefues, tant qu'elles demeurent en viduite, voire bien plus communement, qu'aux autres officiers. Les officiers domeſtiques ont encor ce priuilege, que leurs gages ne peuuent eſtre ſaiſis, ni arreſtes, pour aucunes de leurs debtes, ſi ce n'eſt par permiſſion ſpeciale du Roy, ou bien, pour achapt d'armes, ou cheuaux, ou viures à eux fournis à la ſuitte de la Cour, comme il eſt contenu és Edicts, des années MDLI. & MDLXXXVI. en conſequence deſquels, Carondas nous rapporte vn arreſt, donné en l'audience, le III. Auril, MDLVI. par lequel l'arreſt des gages, d'vn Maiſtre des Requeſtes, fut declaré nul; & tortionaire, ſauf au creanciers, à ſe pouruoir ſur ſes autres biens*: Loyſeau *d. tr. liu. 4. chap. 3. n. 85. & ſeqq.* (Inter officiarios priuilegiatos, veri domeſtici, & commenſales Regis, maioribus priuilegiis præ cæteris dotati ſunt, & recte quidem, quoniam eius lateri adhærent, qui confert priuilegia. Immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, dicunt Imperatores *in l. vn. C. de prapoſit. lab. lib. 12.* Certe, in Francia immunes ſunt à collectis, nihil dant pro feudis francis, nil conferunt ad ſubſidia, à quibus nobiles ſunt exempti; quinimo gaudent quibusdam priuilegiis, quibus non gaudent nobiles; vt, inter alia, eſt euocatio, & ſubeuocatio ad bellum. Denique, exempti ſunt ab omni mutuatione, dono gratuito, collatione ad muniendas vrbes, locaue alia; à ſuppeditatione commeatus, & generaliter ab omni collectatione. Præterea, immunes ſunt ab excubiis ad portas agendis, ab hoſpitatione aulicorum, ac militum, ab angariis, ac parangariis, (antiquis dictum *droit de giſte, & de cheuauchée*) vel, vt lex loquitur, à recipiendi hoſpitis neceſſitate, & angariarum præſtatione: *l. ab his 10. §. 2. ff. de vacat. & excuſ. muner.* Exempti quoque ſunt ab omni portorio, & vectigali, ac ſolutione certæ pecuniæ, pro introitu in vrbem, aliisque omnibus nouis impoſitionibus, & ſubſidiis, (niſi in harum conſtitutione expreſſe derogetur ipſorum priuilegiis, aut addita ſit clauſula, quod ſubſidia illa ſoluenda ſint ab exemptis & non-exemptis, à priuilegiatis & non-priuilegiatis, vt ſtatuitur in Edicto Henrici II. anni MDXLVIII. atque hæc de immunitatibus à muneribus patrimonialibus, vt loquebantur Romani, quæ nimirum ſumptibus patrimonii expediuntur. Sunt autem multi officiarii quoque exempti à muneribus perſonalibus; quæ animi prouiſione & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur: *l. munerum 18. §. 1. ff. de muner. & honor.* vt tutelis, & cura-

telis omnis generis, à commiſſionibus, & cuſtodia bonorum, adminiſtratione hoſpitalium, à munere Scabinatus, aut Conſulatus ciuitatum, & eius generisaliis. Similiter, multi officiarii habent priuilegium fori, quod nonnulli appellant, *ius reuocandi domum*, ac nos dicimus, vulgariter, priuilegium *de committimus*, cuius tres ſunt ſpecies. Nonnulli enim tantum habent ſimplex *committimus* minoris Cancellariæ, vt poſſint cauſas ſuas proponere coram gentibus libellorum palatinorum, contra eos ſolum, qui ſunt ſub eodem Parlamento. Alii ius *de commitimus* habent maioris ſigilli, vt poſſint conuenire coram gentibus libellorum palatinorum, eos, qui ſunt ſub aliis Parlamentis. Denique, nonnulli gaudent *de committimus*, vt poſſint actione pulſare aduerſarium, aut coram libellorum magiſtris domus, aut coram libellorum palatinorum, pro arbitrio. Atque hoc tertium, non ſolum ſe extendit ad actiones perſonales, poſſeſſorias, & mixtas, vt priores duo; ſed etiam ad hypothecarias; vt continetur ordinatione anni MDXLVIII. Gaudent hiſce priuilegiis, non virtute deſignationum, (nam ſupernumerarii habent ſimiles illis, qui in catalogum domeſticorum relati ſunt) ſed ſtatus, vel officii ſui, ac atteſtatione, quod actualiter ſeruierint. Adhæc, ordinationes factæ, Aureliæ, & Blœſiis, requirunt, vt in catalogum domeſticorum relati fuerint, cum ſalario, excedente ſummam viginti ſcutatorum, ac illud actualiter ipſis ſit ſolutum, de eoque conſtet per atteſtationem Quæſtoris eorum. Cæterum, priuilegia hæc etiam competunt officiariorum viduis, quouſque viuunt in viduitate, ac communius quidem, quam aliorum officiariorum. Denique, officiariorum domeſticorum priuilegium aliud eſt, quod ipſorum ſalaria non poſſint detineri, vel arreſtari, propter quodcunque debitum, ab illis contractum, niſi accedat ſpecialis permiſſio Regis, aut debitum proueniat ab emptione armorum, equorum, alimentorumue, ſubminiſtratorum, quo tempore aulam ſecuti ſunt; vt legitur in Edictis AA. M D LI. & M D XXCVI. quorum vi pronunciatum fuit in audientia, III. April. anno MDLVI. referente Charonda, ſalarium magiſtri libellorum ſupplicum male arreſto ſubiectum fuiſſe, indeque pro non facto, ac nullo, habendum; creditori tamen licere in reliquis debitoris bonis ſibi proſpicere.)

dddddd) Qui olim Rex Ribaldorum, poſtea, regnante Carolo VI. præfectus prætorio Regis (*Preuoſt de l'hoſtel du Roy*) appellatus fuit: Tillet *d. tr. tilt. du Preuoſt de l'hoſtel du Roy, pag. m. 322. Aucuns ont creu, que la charge de Preuoſt de l'hoſtel a ſuccedé à celle de l'ancien Roy des Ribaux, ce qui eſt contradict par d'autres*: Fr. Ranchin *d. tom. 2. pag. 63.*

eeeeee) Vincentius Lupanus, *d. tr. de Magiſtrat. Franc. Le Preuoſt de l'hoſtel a ſous luy deux lieutenans, l'vn de robe longue, & l'autre de robe courte, des Sergens qui ſe renomment du preuoſt de l'hoſtel, & cinquante archers de la garde du corps du Roy, qui le ſuiuent & ſeruent, & vont pourſuiure les criminels:* Autor

Digitized by Google

des Eſtats & Empires du monde, tit. de la France, n. 26. (Præpoſitus, vel iudex prætorianus, ſub ſe habet duos locum-tenentes, vnum togatum, alterum ſagatum, ſatellites, & quinquaginta lateranos, vel cuſtodiæ corporis Regii milites, qui eum ſequuntur, atque eius iuſſu perſequuntur homines facinoroſos.)

ffffff) *Pource que la maiſon des Roys eſt compoſée d'hommes de diuerſes humeurs, & que pour le grand nombre des Princes, & grands Seigneurs, qui ſont ordinairement à la ſuite ordinaire de la Cour, il y a grand nombre de gens, ou pour leurs affaires, ou ſans adueu, qui ſont ſouuent des fautes, comme larrecin, meurtres, ou batteries, qui meritent chaſtiment; on a ordonné, pour y pouruoir, le Preuoſt de l'hoſtel, dont le titre en porte la qualité de iuger des choſes, tant ciuiles, que criminelles, qui ſont entre les perſonnes, qui ſuiuent la Cour.* (*& informe des excés & crimes commis à ſix lieuës és enuirons, pour rapporter le tout aux Maiſtres des Requeſtes, qui en donnent iugement inſcript de ſon nom. Et pour les cauſes ciuiles, l'appel en eſt releué au grand Conſeil.* Ita docet Fr. Ranchin *d. tom. 2. p. 63.*) *Ce Preuoſt d'hoſtel paſſe & interine les graces, données par le Roy, à ceux de la Cour,* (*Les graces données par le Roy à ceux de ſa Cour & maiſon, ſont enterinées ſous ſon nom par les Maiſtres des Requeſtes:* Ranchin *d. p. 63.*) *& ſa iuridiction ne s'eſtend pas ſeulement ſur la maiſon, & ſuite du Roy, ains encores ſix lieuës à la ronde. C'eſt encor à luy, à connoiſtre des cauſes de tous les officiers de la maiſon du Roy, en ce qui eſt purement perſonnel, ce qui fut auſſi de la iuridiction ancienne des maiſtres d'hoſtel, qui auoient cognoiſſance des larcins, & autres crimes, commis à la ſuite de la Cour; & le Roy des Ribauds eſtoit eſtabli, pour ſe ſaiſir des coulpables, là où maintenant le Preuoſt de l'hoſtel a toutes les deux charges.* (Quoniam aula referta eſt variis hominibus, diuerſorum morum, ac propter copiam Principum, & Magnatum, qui aulam ordinarie ſequuntur, numerus eorum in immenſum excreſcit, augeturque ab illis, qui vel negotia ſua ibi procurant, vel nulli inſeruiunt, non raro committuntur crimina, ac delicta, vt furta, homicidia, conſertiones manuum, quæ merentur pœnam; conſtitutus ibi fuit præpoſitus prætorianus, cuius nomen indicat, quod iudicare poſſit de cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus quæ vertuntur inter illos, qui aulam ſequuntur. Hic prętorianus iudex comprobat venias delictorum, datas aulicis à Rege, atque eiuſdem iuriſdictio non terminatur aula, verum ſe extendit ad ſex leucas in orbem circumiacentium locorum. Cognoſcit quoque de cauſis omnium officiariorum domus Regiæ, mere perſonalibus, quod olim quoque factum à magiſtris aulæ, qui etiam cognoſcebant de furtis, aliiſque delictis, quæ committebantur ab his, qui aulam ſequebantur, ac Regi Ribaldo muneris erat, capere facinoroſos; hodie vero vtrumque pertinet ad Præpoſitum Prætorianum.) Autor tractatus *des Eſtats & Empires du monde, d. n. 26.*

gggggg) E.

gggggg) Eius officio, & iuriſdictioni quoque ſuberant, ante non longum tempus (ita Girard du Haillan *d. liu.* 4. *pag.* 5 o. puellæ meritoriæ, (meretrices dixeris) ſequentes aulam, quæ toto menſe Maio tenebantur cubiculum ipſius inſtruere. *Il n'y a pas long temps, que les filles de ioye, ſuiuans la Cour, eſtoient ſous ſa charge, & tout le long du mois de May eſtoient ſubiectes, de faire ſa chambre.* Du Tillet *d. tr. & tit. p.* 322. teſtatur, idem ſuo tempore, anno MDLXXVIII. adhuc fuiſſe in vſu. Ad ipſius curam etiam pertinet, vt in aulico comitatu panis, vinum, caro, auena, fœnum, ad alendos equos, iuſto pretio væneant: dict. Autor *des Eſtats &c. d. l. Il met prix au pain, vin, chair, foin, auoine, & autres viures, lors que le Roy marche*: Ranchin *d. p.* 63.

CAPUT XVI.

De ceſsione regni ſpontanea, nec non de Regis remotione, ac depoſitione ab eodem.

QVamquam Regum ingenia magis ad retinendum atque proferendum imperium, & poteſtatem ſuam exercendam, quam imminuendam, aut plane à ſe abdicandam, propendere regulariter conſueuerunt, fieri tamen aliquando, at raro, ſolet, vt certis ex cauſis deponant quoque imperium, vel ſaltem de eodem in alium conferendo conſilium ineant. Ne extra terminos propoſiti noſtri euagemur, exempla Regum Franciæ nobis hic ſufficient. Inter hos Carolomannus, filius Pipini, Caroli Magni frater, reliquiſſe regnum, & abiuraſſe (*a*), Franciſcus I. autem filio ſuo cedere voluiſſe (*b*), fertur. Idque facere Gallorum Regibus facilius eſt, quam aliis, modo legem ſucceſſionis obſeruent (*c*). Cæterum, de depoſitione certi quicquam definire (ſcilicet an (*d*), ac quibus ex cauſis (*e*), denique à quo (*f*), iure fieri poſſit, à populo, an à Pontifice Romano (*g*)) ſine deciſione præiudicialis quæſtionis, an ſuperiorem in terris agnoſcat Rex Franciæ, & quo agnoſcat reſpectu, vix licebit: De facto tamen conſtat, eoque reiterato. Primus Galliæ Rex (*h*), flagitiis ac libidini deditus, publico conſilio remotus, inque eius locum Eudo ſuffectus, qui tamen & ipſe poſtea exautoratus; Childericus à ſolio deturbatus, & qui ei ſucceſſit

Ægi-

Digitized by Google

Ægidius, eandem fortunam expertus eſt. Childericus (*i*) inſolentius viuens non modo exautoratus, ſed etiam à Bodilone, quem ad palum alligari, atque indicta cauſa virgis cædi iuſſiſſet, paucis diebus poſt interfectus fuit (*k*). Theodoricus (*l*) inique, & auare imperans, regno eiectus, & in monaſterium detruſus. Idem factum in ſe ſenſit Chilpericus (*m*). Carolus Craſſus (*n*) ab optimatibus Regni repudiatus. Odo (*o*), quem Franci, repudiato Ludouici Balbi filio Carolo, Regem ſibi delegerant, ab iiſdem quarto poſt anno depoſitus Carolus (*p*), qui, propter ingenii ſtuporem, *Simplex* dictus, exautoratus. Alexander III. Pont. Max. Philipum Auguſtum (*q*) regno priuare conatus eſt, vt Bonifacius VIII. Philippum Pulchrum (*r*), Benedictus XIII. Carolum VII. (*s*) Iulius II. Ludouicum XII. (*t*) Sixtus V. Henricum III. (*u*) Gregorius XIV. Henricum IV. (*x*) ſed fruſtra; & vnoquoque Rege iniuriam ſibi illatam vindicante (*y*). Certe multum intereſt inter correctionem morum, atque priuationem bonorum (*z*). Illam Pontificem in Reges, qui eius doctrinam amplectuntur, exercere poſſe, non dubito; debere tamen ſine ſequiori affectu, & paterne (*aa*): bonis vero, & regno priuare eos, qui in terris, patrimonii reſpectu, & poteſtatis in illud, ſuperiorem non habent, nihil eſt in Papa aliud, quam falcem in alienam meſſem illicite immittere (*bb*), & ſemet hermaphroditum in exercitio poteſtatis, peſſimo exemplo, exhibere.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Carolomanus, filius Pipini, Caroli Magni frater, relicto regno, & abiurato, quod ſibi ex diuiſione exuuiarum Childerici depoſiti, & ex morte Pipini patris, delatum fuerat, omnino ſe ab eo abdicauit, vt credi fas eſt, conſcientia, quod vſurpatum videretur ſuper gentem Merouingorum, cuius erant reges & Childericus: atque monachus S. B. factus eſt: Tholoſan. *de Republ. lib.* 26. *cap.* 1. *n.* 8.

b) Franciſcus I. Rex Francorum, captiuus in Hiſpania, apud Carolum V. Imperatorem, declarauit, ſe, ſi ille oblatas pacis conditiones repudiaret, imperium Galliarum Franciſco filio daturum: Bodinus *lib.* 4. *de republ.*

republ. c. 1. pag. 609. vel, vt Serres, *in vita Franciſci pag. 380.* refert, *il enuoya vne declaration en France, par laquelle ſe deſſaiſiſſant de ſa Couronne, il donnoit pouuoir d'en inueſtir le Daulphin, ſon fils aiſné.*

c) Rex, qui ſuperiorem non habet, nec per electionem tenet imperium, ſed, vel quia ſibi quæſiuit, vel per ſucceſſionem temporis, imperium illud conſecutus eſt, poteſt libere relinquere principatum, & alteri concedere, cui voluerit, dummodo illud non redeat, ex lege imperii, ad proximum poſt eum; quia tunc ille potior eſſet: Tholoſanus *d. lib. 26. de republ. cap. 3. num.* 10.

d) Quæſtionem *an*, negatiue defendit, contra alios, Arniſæus, in libello, *de Autoritate principum in populum ſemper inuiolabili.*

e) Quod ſi in imperio, & regno eligibili, non ſucceſſorio, iniquum viſum, vt prætextu ignauiæ deponantur, qui præſunt, quanto iniquius illud in regno ſucceſſorio, quod habet radicatam familiæ ſucceſſionem, vt non poſſit, ſine magna iuris gentium violatione, & regnicolarum, ſeu ſubditorum, clade, conuelli, & in extraneos deuolui. Scio, & vidi, coniuratos (inquit Tholoſan. *d. lib. 26. c. 5. n.* 20.) dum hæc eis obiicerentur, reſpondere: non eſſe regna immortalia, & quemadmodum in aliquos primæ familiæ perueniſſent, & in alios ab illa transferri poſſe. Sed hoc verum, ſi legitime fiat, neque, ſi olim illegitime factum ſit, aut vi, ſequitur, impietatem eſſe imitandam. Nam demus, quoſdam regnum in ſe tranſtuliſſe ex familia alterius, tamen, ſi eorum familia poſtea iure imperauerit, & populus conſenſerit, & conſuetudine longa eluerit primam violentiam, non eſt, ex malis bene conditis, ſumenda occaſio denuo renouandi impietatem: quemadmodum nec iuſtum eſt, morbos bene ſanatos, iterum nouo exceſſu, & cauſa prima renouata, ſuperinducere.

f) Si Monarcha habeat poteſtatem ſupremam, à quo iudicabitur, vel deponetur iuſte? Nam ſi ſuperiorem non habet, ridiculum eſt eum deponi, & iudicari ab alieno, qui non habet poteſtatem: cum ius dicenti extra territorium impune non pareatur: *l. fin. ff. de iurisdict.* neque actus ſuſtineatur, qui ſine poteſtate fit: *l. multum intereſt 6. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Si recurras ad populi ſubditi ſuffragia, & contendas, per comitia hoc fieri poſſe: minus id fieri poteſt in monarchia: Nam eſſet hoc rebellio in primo capite legis Iuliæ, aliquid moliri in principem, eius honorem, & vitam. Si poſſe ſuſtinuerimus, nullam dicemus monarchiam, ſed democratiam, in qua ſuffragia, & comitia populi locum habent, ad deſtituendos, & inſtituendos principes: Tholoſan. *d. cap. 5. n.* 24.

g) Hanc poteſtatem ſibi adſcribunt Pontifices, & eam illis competere affirmant eorum ſectarii. Gregorius VII. apud Platinam *in eius vita*; *Agite*, inquit, *Apoſtolorum principes, & veſtra autoritate confirmate, vt omnes*

Digitized by Google

nunc demum intelligant, nos, nos, imperia, regna, & quicquid habere mortales poſſunt, auferre, & dare. Cauſas, ob quas Pontifex Regibus regna auferre poſſit, alii pauciores, alii quatuor recenſent: nempe, hæreſin aliudue ſcelus, ſocordiam, ætatem ad regendum ineptam, & tranquillitatem communem Reipublicæ Chriſtianæ: Vide Bozium *de ſignis Eccleſ. tom. 2. lib. 17. pag. 484. & le Recueil des pieces concernantes la doctrine & pratique Romaine, ſur la depoſition des Roys, chap. 5.* ac Azorium; *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 8. cap. 12. pag. 770. lit. d.*

h) Ita Hottomanus *in Francogallia, cap. 7 p. m. 55. & ſeqq.*

i) Childericus, (Merouei filius) vt ex Gregorio refert Hottomanus *d. cap. pag. 56.* cum eſſet nimia in luxuria diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum gentem, cœpit filias eorum ſtuproſe detrahere. Illique ob hoc indignantes, de regno eum eiiciunt. Comperto autem, quod etiam eum interficere vellent, Thoringiam petiit. Et addit ex Hunibaldo: poſt Franci quendam Ægidium ſibi conſtituerunt in Regem, qui regnauit annis octo, quem Franci denuo nimis tyranniſantem, & proceres quoque crudeliter occidentem, tolerare diutius non valentes, eiecerunt.

k) Ex veterum annalibus conſtat, (verba ſunt Balthaſaris de Vias *in ſylua Regia pag. 47.*) Regum abdicandorum poteſtatem penes Ordinum comitia aliquando fuiſſe; cuius poteſtatis inſigne documentum Childericus nobis præbet, quem cum populus comperiſſet flagitiis ac libidini deditum, in ganeis, & ſcortationibus laſciuientem, publico conſilio remouerunt, in eius locum Gillone Romano electo, quem tandem peiorem & crudeliorem, Childerico ex Thuringia reuocato, deiecerunt: quod anno CCCCLXIX. factum teſtantur; de quo inſtituto nimis licenter, ne dicam audacius, ſcripſit Hottomanus.

k) Hottoman. *d. chap. 57.*

l) Chilpericum propter inertiam tanto imperio indignum cenſentes Franci, regno ſe abdicare coëgerunt, atque ad monachatum relegarunt: Hottoman. *d. cap. pag. 58.* Hanc depoſitionem alii à Pontifice factam commentati ſunt, quod & canon *alius, 15. q. 6.* affirmat. alius (ita enim habet) item Romanus Pontifex, Zacharias ſcilicet, Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ poteſtati erat inutilis, depoſuit, & Pipinum, Caroli Magni, Imperatoris patrem, in eius locum ſubſtituit, omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Siue autem hoc credamus, vt ſonat, ſiue accipiamus cum aliis, & gloſſa ipſa, *in verbo, depoſuit*; nec non Hugone *ad illud capitulum, depoſuit*; pro deponentibus (ſcilicet principibus, & populo Gallorum) conſenſit, vel vt hiſtorici varie ſcribant, conſilium dedit, iuſſit, mandauit, omni tamen modo inique egit. Nec enim iniqua petentibus conſentire, nec alios ad exercitium

citium iniquitatis adhortari, vel ipſemet iniqua ſuſcipere, debuiſſet. Sed vt totum examinemus, ſciendum eſt, rem varie deſcribi; verius autem videri, Pipino, ac Pontifici hic primas iniuſtitiæ partes deberi, non populo: iniuſtitiam dico, non ſolum rationis, quam prætendebant, intuitu, ſed & totius proceſſus, atque intentionis vtriusque. Calumnia vſi ſunt Carolus Martellus, & Pipinus, Maiores domus Regum Franciæ, atque prætextu, quod Childericus, more Regum Perſiæ, lateret intra palatium, qui nimium illis fidebat, regnum ſibi vſurparunt, tanquam mererentur potius dominari. Et vt fucum, poſt inuaſum regnum, facto imponerent, armati conſenſum dixerunt ſe habere regnicolarum; qui tamen longe poſt inuaſionem, & diſtributionem regnorum Galliæ, inter filios Martelli acceſſit; vt ex aliis docet Tholoſanus *d. lib. 26. c. 4. n. 8. & d. lib. c. 5. n. 14.* ait: Carolum Martellum, patrem Pipini, & Carolomani, infide, proprie loquendo, regnum vſurpaſſe; eoſdemque fratres, regna Galliarum, ante Zachariæ approbationem, inter ſe diuiſiſſe, idque Eginhardum, Caroli Magni Cancellarium, *in vita Caroli Magni*, annotaſſe, ſimulque hoc, non à Zachariæ, ſed iuſſu Stephani II. Pontificis, (qui Pipinum in Italiam, contra ſibi infeſtos Longobardos, vocauit, venientemque abſoluit à iuramento, præſtito Regi, ſuo Hilderico, ſeu Childerico, vel Chilperico) Hildericum, poſtremum regem ex genere Merouingiorum, iam depoſitum in monaſterium detruſum fuiſſe. Cauſam ob quam depoſitus dicitur Childericus, d. can. *alius*, eam refert, quod tantæ poteſtati fuerit inutilis. Bodinus *de republ. lib. 1. cap. 9. pag.* 206. propter ingenii ſtuporem imperio minime dignum viſum refert. Alii, quod more Regum Perſiæ lateret intra palatium, quod ſolo Regio nomine contentus; vno verbo, quod regnum ipſe non adminiſtraret. At hæc tanti momenti ratio non erat, vt deponeretur. Non enim, licet ſtudio, ſiue ſtupiditate, negotia regni non tractaret ipſe, ſubditi propterea damnum ſentiebant vllum; nam eius nomine, & vice, regni curam tunc agere præcipue incumbebat Maiori domus, qui erat Pipinus. Aut ergo Pipinus huic muneri erat ſufficiens, vel non: Si erat ſufficiens, prout Pontifex, ipſeque populus, eum eſſe agnoſcebant, non opus erat Regem deponere. Si non erat ſufficiens, debuiſſet Regi curator dari, vel alius locum tenens, aut coadiutor. Eorum enim, qui iura docent, hoc eſt monitum, non eſſe priuandum Regem iure ſuo, quod ſit forſan inutilis, vel prodigus: Gloſſ. *in d. can. alius, can. petiiſti, 7. q. 1.* Bald. *c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi; & in auth. hoc amplius, C. de fideiuſſ.* Paul. Montan. *de iure tutel. & cur. lib. 2. c. 28. n. 87.* Sic Bonifacius VIII. Pontifex, Regem Portugalliæ non exautorauit, ſed, tanquam negligenti, ac remiſſiori circa regnum & ſubditos, prodigo, & diſſipatori, coadiutorem dedit fratrem ipſius regis, qui alioquin poſt mortem eius ei ſucceſſurus erat: *c. 2. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* Tholoſan. *d. lib. 26. cap. 4. n. 8.* Auguſtus

Archelao, Cappadociæ Regi; tutorem addidit, quamdiu mente captus erat: Dion *lib.* 57. Ozias, cum, lepra percuſſus, cogeretur conuerſatione hominum abſtinere, non poterat rempubl. adminiſtrare, nec tamen à regno excluſus fuit, ſed Ionathan, filius Regis, pro patre regnum adminiſtrauit: 4. *Reg.* 15. Nec adduci potuit Pontifex vllo modo, vt Carolo Gallo, ex morbo deſipienti, regnum abrogaret, & in Henricum V. Anglum transferret; licetis iam bonam partem Galliæ occupaſſet, &, ducta in matrimonium filia Caroli, cum ipſo & proceribus pepigiſſet: Monſtrelet *in hiſt. ſui tempor.* Quod ſi Epiſcopus mente captus, propterea non excidit Epiſcopatu, ſed officium facit per vicarium: *can. quamuis,* 7. *q.* 1. multo minus ob vitium tolerabilius, ab hereditate ſua poteſt remoueri Rex, inprimis, vbi agitur de præiudicio tertii, vel inuito defuncto ſucceſſuri. Quid enim hoc vitii, quod inutilitatem vocat d. canon, *alius*, & gloſſa, *in verb. inutilis,* explicat, quod deſignet diſſolutum cum mulieribus, & effœminatum; quam gloſſam ſequitur Lupold. à Babenberg *de iur. imper. Rom. c.* 17. Si enim propterea fas, aliquem cum tota poſteritate regno exui, proh Deum! quam pauci principes ſtabili ſedent throno: Arniſæus *de ſubiect. & exempt. clericor. c.* 7. *n.* 5. Animus pacatior, & ad res magnas gerendas ineptus, ſi ſatis probabilem cauſam præbet, principes abdicandi, quisnam eorum firmo ſtabit pede? Quotusquisque inuenitur adeo ab omni parte inſtructus, vt ſub alio principe reipub. non poſſit eſſe melius? an igitur ſtatim fas eſt, ad mutationem proclamare illicitam, & deteriorem principem mutare in meliorem? Certe nunquam facienda ſunt mala, vt eueniant bona; quod docet ipſe Ariſtoteles 3. *Ethic. c.* 1. Arniſæus, *de Autoritate principum in populum ſemper inuiolabili cap.* 4. *n.* 4. Ipſum præterea factum, à crimine perfidiæ & rebellionis, ſiue Pipinum, ſiue populum ſpectemus, liberare non potuit abſolutio à iuramento fidelitatis, quam Pontifex dedit; quia id fuiſſet diſpenſare contra præcepta Chriſti, Apoſtolorum, & honeſtatis. Si præſumptiones admittimus, credibile eſt, Pontificem, non publicum bonum, ſed ſuum, præ oculis habuiſſe, & hinc cum Pipino contractum innominatum celebraſſe, facio vt des, aut, facio vt facias; quod ab huius ordinis hominibus haud alienum: Vide Eſtienne Paſquier *liu.* 3. *des recherches de la France chap.* 4. *fol. m.* 100. *& chap.* 7. *in pr.* Denique nec hoc ſicco pede tranſeundum, quod Papa, inaudito, non vocato, nec admonito Childerico, fecerit, quod fecerit: Tholoſan. *d. lib.* 26. *c.* 5. *n.* 14.

n) Carolus Craſſus, propter ignauiam, (vel vt alii, cum corpore & animo cœpiſſet ægrotare) & quod Normannis Galliæ partem conceſſiſſet, regnumque imminui paſſus eſſet, ab optimatibus regni (vt Sigebertus loquitur) repudiatus eſt, anno, vt ſcribit idem, DCCCXC. Otho Friſing. *Chron.* 6. *c.* 9. hoc memorabile adſcribit; Carolum Craſſum, cum poſt Carolum Magnum, inter omnes Reges Francorum maximæ fuiſſet autoritatis, in

breui

breui ad tantam tenuitatem veniſſe, vt panis quoque egens, ab Arnolpho, iam rege facto, ſtipendia miſerabiliter exigeret, atque ab ipſo paucos fiſcos gratanter ſuſciperet; vnde humanarum rerum ſtatus miſerrimus cognoſcitur, quod is, qui tam orientalia, quam occidentalia regna, cum Romano ſuſceperat Imperio, ad tantam poſtremo deiectionem venit, vt panis quoque egeret: Hottoman. *d. cap. pag. 59.* Videri de hac depoſitione poteſt Tholoſanus *d. lib. 26. c. 5. n. 16.* vbi tractat, quo tempore facta, an à Pontifice Romano, vel eius conſenſu, & an iuſte? Inter cætera ex Antonii *part. 2. hiſtor. c. 1. §. 14.* refert; Arnulphum, à Formoſo coronatum Imperatorem, poſtquam inuocatus Romam cum exercitu veniſſet, ad eum liberandum à Romanorum controuerſiis, qui eum, vt illegitime electum, reſpuebant. Addit autem de ſuo: Sic Pontifex de re aliena liberalis fuit hic quoque, & nullo ſeruato æquitatis ordine, lætus quod periculum vitaſſet, obtulit ei non ſua. Ex quibus omnibus adhuc innouatores ambitioſi rerumpublicarum, & vſurpatores regnorum, rebelleſque principibus legitimis, colligere poſſunt, primum, non ideo omnem depoſitionem principatus iuſtam eſſe, quod reipſa facta ſit: nam non omnia facta, iuſta ſunt. Dehinc, non ideo conſequentiam fieri debere, quod eius exemplo, ſimile fieri tentandum ſit. Imo, ſummi Pontifices cautiores debent eſſe in poſterum, ne impiis rebellium, & ambitioſorum conſiliis, autoritatem donare velint, ex quo macula illis inducatur, & opprobrium; & dicantur iniuſtitiæ, & tumultus, cladiumue, autores. Quia neque ſummi Pontificis poteſtas, aut dignitas vicarii Dei, à Deo data eſt, vt orbem conturbet, & adimat ſine cauſa, & ordinaria iuſtitia, quod cuiusque eſt. Sic enim ſi fieret, accideret, vt omne ius diuinum & gentium orbe exſularet, aut prætextu poteſtatis ſpiritualis, ex libidine ſingulorum, & audaciſſimorum, turbaretur. Et proinde videntur omnino homines rationalem exuiſſe naturam, & excuſſiſſe de mentibus præceptorum diuinorum, & caritatis fraternæ, fidem, qui præſtigiis, & prætextu ſimplicitatis, & bonitatis principum, aut imbecillitatis illorum, illos regno, & principatu deturbare nituntur, & poſtea quærunt Pontificum, pro fuco impietatis, conſenſum.

o) Hottoman. *d. pag. 59.*

p) Carolus Rex, propter ſtuporem ingenii *Simplex* cognominatus, cum ſtultitia ſua regnum peſſundaret, Lotharingiamque, quam prius recuperauerat, amiſiſſet, captus, atque in carcerem coniectus eſt, eiusque in locum Rudolphus ſuffectus: Hottoman. *d. l. pag. 60.*

q) Alexander III. Philippo Auguſto ſacris interdixerat, quod Pontificis ambitioſa decreta ferre non poſſet: Bodinus *lib. 1. de Republ. c. 9. p. 219.*

r) Bonifacius VIII. priuauit, quantum potuit, regno Philippum regem Galliæ: Tholoſ. *d. lib. 26. c. 5. n. 12.* vide ſupra *huius libri cap. 6. lit. p. & rr.*

s) Bodinus *dict. pag.* 219.

t) Bodin. *d. pag.*

u) Nicolas Paſquier, *liu.* 10. *de ſes lettres pag.* 894.

x) Idem Paſquier, *dict. loc.*

y) Supra *d. c. 6. lit. rr. La bulle de Boniface VIII. qui voulut excommunier Philippe le Bel, mettre ſon Royaume en interdit, & le donner à l'Empereur Albert, fut publiquement bruslée, en l'aſſemblée des Eſtats, tenuë à Paris, les meſſagers piloriſés, & Boniface en fin prins priſonnier, par ce grand Nogaret, où il mourut miſerablement. Celle de Benoiſt XI. du temps de Charles VI. fut lacerée, & ceux, qui l'auoient apporté, firent amende honorable, puis veſtus d'vne tunique de toile peinte, furent piloriſés, & eſchaffaudés. Et auparauant l'Egliſe Gallicane, du regne de Charles le Chauue, manda au Pape, que s'il venoit excommunier leur Roy, luy meſme s'en retourneroit excommunié. Tu ſçais la deuiſe, que Louys XII. fit mettre ſur les reuers de la monnoye, qu'il fit battre, lors que le Pape Iule II. entreprit de l'excommunier, & de donner vne pleniere remiſſion de tous pechés, à ceux, qui tueroyent vn François. Et comme l'aſſemblée de l'Egliſe Gallicane, tenuë en l'an MDX. en la ville de Tours arreſta, que le Roy ſe pouuoit licitement ſouſtraire de recognoiſtre ce Pape, pour la tuition, & defenſe de ſes droits temporels. La Bulle de Sixte V. decernée contre Henry III. fut bruslée, par arreſt du Parlement de Rouën, ſeant à Caën; & celle de Gregoire XIV. contre Henry le Grand fut auſſi bruslée, & par arreſt du Parlement ſeant à Tours, & par celuy de la Chambre ſouueraine, eſtablie à Chalons:* Nicolas Paſquier *d. pag.* 894. (Bulla Bonifacii VIII. qui conabatur excommunicare Philippum Pulchrum, regnum interdicto ſubiicere, atque illud transferre in Imperatorem Albertum, publice in comitiis Ordinum Lutetiæ combuſta, eius latores numellis catamidiati, ac Bonifacius tandem captus, per magnum illum Nogaretum, in captiuitate mortem obiit. Altera bulla, Benedicti XI. tempore Caroli VI. fuit dilacerata, ac illi, qui eam attulerant, traductione ignominioſa infamati, deinde veſtiti tunica lintea, & picta, numellis publicis collo inſerto, omnium riſui expoſiti. Et ante hæc; regnante Carolo Caluo, Eccleſia Gallicana denunciauit Papæ, ſi veniret excommunicaturus Regem, ipſum reuerſurum excommunicatum. Non ignotum tibi eſt illud ſymbolum, quod Ludouicus XII. monetæ ſuæ imprimi fecit, eo tempore, quo Papa Iulius II. eum excommunicauerat, adſcripta plena omnium peccatorum remiſſione illis, qui trucidarent Francos. Recordaris quoque ſententiæ, ab Eccleſia Gallicana latæ Turoni anno MDX. qua dicebatur, Regem licite poſſe denegare Papæ honorem, ac reſpectum, defendendi iurium ſuorum temporalium cauſa. Bulla Sixti V. publicata contra Henricum III. flammis dicata fuit, arreſto Parlamenti Rothomagenſis, tunc degentis Cadomi: eandem fortunam, ita volentibus, Parlamento tunc Turoni ſedente, ac Ca-

Digitized by Google

ac Camera ſuprema, inſtituta Cabilloni, experta quoque fuit bulla Gregorii XIV. contra Henricum Magnum emiſſa.)

z) *Les Chreſtiens ont ſeulement ſoumis leur ame à l'Egliſe, & non leurs corps, & leurs biens; l'Eſtat ayant receu l'Egliſe, ne s'eſt pas donné à l'Egliſe.* (Chriſtiani animam tantum Eccleſiæ ſubmiſerunt, non corpus & bona; reſpublica ſuſcipiens Eccleſiam, non ſe ſubiecit Eccleſiæ.) Ita legitur *au tom.* 3. *du* Mercure François *pag.* 315.

aa) *Tout ainſi que Dieu ne deſire rien tant, que d'eſtre appellé le pere commun de nous tous, &, comme tel, ouure ſes bras à ceux, qui le reclament dignement: auſſi le Pape eſtant ſont vicaire* (vt ipſe quidem affirmat) *& portant pourtant pareil tiltre de pere, doit pratiquer la parabole de l'enfant prodigue, à l'endroit du Prince, qui retourne par deuers luy; & penſer, que les ceremonies, que les Courtiſans y deſirent, font oublier la deuotion. Bref, que comme l'enfant doit obeiſſance à ſon pere, auſſi le pere eſt obligé de n'irriter point ſon enfant. Car, pour le regard de ce, qui concerne les factions ſecrettes, que l'on couure du maſque de cenſures, ie ne veux, ny ne puis croire, qu'elle ſe logent dedans Rome: parce que ſi elles s'y logeoient, ce ſeroit l'accompliſſement de malheur, qu'vn Prince fourniſt à ſon ambition deteſtable, ſous le nom & aux deſpens de la religion Catholique Apoſtolique de Rome.* (Quemadmodum Deus amat compellari nomine patris communis omnium noſtrum, ac tanquam talis recipit illos, qui eum deuote inuocant: Ita etiam Papa, tanquam Dei vicarius, ac gaudens eodem nomine patris, debet imitari parabolam filii prodigi, erga principem redeuntem ad Eccleſiam, ac perpendere, quod cæremoniæ, quas adhibendas ſuadent aulici, impediant deuotionem. Breuibus; vt filius obedientiam debet patri, ita quoque pater non debet irritare filium. Quod autem factiones ſecretas attinet, quæ ſub larua cenſurarum latent, nec volo, nec poſſum credere, eas Romæ habitare. Nam ſi ibi locum tenerent, ſummâ eſſet miſeria, intelligere, Principem, nefandæ ambitioni ſatisfaciendi cauſa, abuti titulo & mediis religionis Catholicæ, Apoſtolicæ Romanæ.) Ita Eſtienne Paſquier *liure* 3. *des recherches de la France chap.* 10. *fol. m.* 127. *lit. f.*

bb) Vide Arniſæum, *de ſubiect. & exempt. clericor. c.* 5. *per totum.*

CAPVT XVII.

De morte Regum Franciæ, atque eorundem exequiis, & ſepulturis.

INter paradoxa, quæ in Gallia audiuntur, non poſtremum eſt, *Regem non mori* (a). Quod, ſi, vt litera ſonat, verum

verum eſſet, Reges Franciæ, à lege naturæ exempti forent; ſed non ita eſt, ac per fictionem, quod vno Rege deficiente, alter ſtatim, ſine vllo interſtitio, in regnum ſuccedat (*b*), intelligi debet: Hinc vtrumque in exequiis Regis audire licet, *Rex eſt mortuus*, &, *Rex viuit* (*c*). Vt maxime vero hæc fictio regulariter locum obtineat, deficiente tamen integra Regum familia, antequam alius in ſucceſſorem electus, perderet ſenſum ſuum (*d*): vt ſi Rex prægnante Regina mortem obiret, nullo relicto filio, durante ventre in incerto eſſet, an Rex in vtero, an extra eum viueret; præſertim cum interea temporis ventri curator dari debeat (*e*). Eſt vero Galliæ Regum mors, æque vt cæterorum mortalium, varia: alia à morbo, alia à caſu, vel à manu violenta, eaque aliquando ſicaria (*f*). Talem ſenſerunt Henrici, III. & IV. Ille à Iacobo Clemente, Monacho (*g*), hic à Rauaillaco (*b*), parricidis. Monachus, ſtatim poſt commiſſum ſcelus, à familiaribus Regis trucidatus fuit: vnde, à quo ad perpetrandum facinus inſtigatus fuerit, ex ipſo nemo reſciuit: aliunde tamen id ſatis innotuit (*i*). De Rauaillaci confeſſione dubitatur (*k*), hinc varia hominum iudicia (*l*). Illud certum eſt, dari inter Catholicos Doctores, qui ſcriptis publicis cædes Regum ex præſuppoſitis cauſis approbent (*m*), quorum libri, tanquam ſecuritati communi contrarii, in Gallia, partim carnificis opera publico igne cremati (*n*), omneſque cenſura improbati (*o*) fuerunt. Cæterum, mortuo Rege, corpus exanime exenteratur (*p*), balſamoque illinitur, vt à putredine, & corruptione longum per tempus immune fiat (*q*). Dehinc feretro immittitur, vbi, vſque ad diem exequiarum, requieſcit. Interea ſimulacrum, viuo olim Regi ſimillimum, in lectulo collocatur, regaliſque ei amictus, ſceptrumque adhibentur (*r*). Vicenos ad dies præſto eſſe omnis familia, epulæ etiam apponi, eo more, quo viuenti Regi, eæque prægustari, ſolent. Noctu & interdiu Sacerdotes & Monachi funebres preces canunt, quibus diuinum numen (ita opinantur) regiis manibus propitium efficiant, noxasque Regis expient. Certa die, quæ exequias antecedit, diuer-

diuerſis in locis publicis, per XXIV. ferales præcones, indicitur funus (*s*). In exequiis (*t*) portatur effigies (*u*) Regis, cui ſuus peculiaris comitatus eſt (*x*), deinde corpus ipſum in feretro (*y*), magnifice cooperto, ſequuntur, vel antecedunt (*z*), quæ pompæ cauſa adhiberi ſolent (*aa*). Reliquus comitatus bene magnus (*bb*), ſuo conſtat ordine (cui olim quoque Rex ſucceſſor (*cc*) Regisque Cancellarius (*dd*) intereſſe ſolebant; quod fieri poſtea deſiit) ſed colore veſtis diſpar eſt (*ee*). Sepulturæ corporis locus (*ff*) non vnus omnibus communis, ac variatum quoque in loci ornatu (*gg*), frequentior tamen eſt Dionyſii fanum (*hh*), paruo itinere à Lutetia diſſitum. Cor plerumque alio defertur (*ii*). Ad tumulum ipſa in Eccleſia multæ expediuntur cæremoniæ (*kk*); contemplatione dignum inter alia eſt, caſtrum, quod vocant, doloris (*ll*), innumero candelarum numero ſplendeſcens. In memoriam demortui Regis plerumque epitaphium erigitur, quod non ſolum arte, ſed & inſcriptione, aliiſque ornamentis, notabile fit.

Teſtes & Teſtimonia.

a) Maria, Henrici IV. Regis coniunx, audita mariti inopinata morte, exclamauit: *helas! le Roy eſt mort*. Hæc auribus percipiens Sillerius, Cancellarius, admonitione corrigens dictum, ait: *Voſtre Maieſte m'excuſera, les Roys ne meurent point en France*: Le Sieur de S. Lazare, *en ſes hiſtoires tragiques, tom. 1. hiſt. 1. n. 23.* Le Mercure François, *tom. 6. pag. 424.* An tempeſtiua, & ad propoſitum hæc admonitio facta fuerit, non diſquiro. verum certe dixerat Regina, & vt credibile ex mœrore, cui fictio ſolatio eſſe non poterat. Licet enim Franciæ Rex non deerat, Regina tamen marito Rege orbata erat.

b) Prouerbium vulgi ſermonibus contritum eſt, Regem Francorum immortalem eſſe, vt planũ ſit, more à maioribus accepto, Reges Francorum naſci, ac proximo cuique regiæ ſtirpis ſceptra deberi, non ſenatui, populoue, multo minus Romanorum, aut Rhemorum pontificibus, accepta ferri: Bodinus *de Republ. lib. 6. cap. 5. pag. 1137.* Vide ſupra *h. lib. cap. 2. lit. o.* *On dit que les Roys de France ne meurent iamais; parce que tout auſſi toſt que l'vn eſt trespaſſé, on ne s'amuſe point à en eslire vn autre, ains le plus-prochain heritier maale ſuccede, & eſt recognu Roy au meſme inſtant, ſans autre ſecours que de*

 Dieu

Digitized by Google

Dieu, & de ſon propre Royaume, qui luy attribuë ceſte prerogatiue: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, cap. 91. pag. 637.*

c) In regali ſepultura, regiæ veſtes, arma, ſceptra, ſtemmata, ſepulto rege proiiciuntur: Deinde præco, voce maxima ter ingeminans, *Rex*, inquit, *mortuus eſt*: idem repente labarum, in quo ſtemmata liliorum genti propria ſignantur, erigens; *Viuat Rex*, inquit, *N. eique vitam diuturnam ac felicem Deus largiatur*: Bodin. *d. lib. & cap. pag.* 1138. *pr.* In exequiis Henrici IV. (vt dixi *de iure publ. lib. 2. cap. 12. n. 4.*) Comes S. Pauli voce lugubri dixit; *le Roy eſt mort*: quem voce alta ſequens Heroldus, acclamauit, *le Roy eſt mort, le Roy eſt mort, le Roy eſt mort. Pries tous Dieu pour ſon ame.* Paulo poſt idem Comes, eleuato baculo, intonuit; *Viue le Roy!* addidit Heroldus ſtentorea voce; *Viue le Roy! Viue le Roy Louys XIII. de ce nom, par la grace de Dieu Roy de France, & de Nauarre, Tres-Chreſtien, noſtre tres-ſouuerain Seigneur, & bon Maiſtre, auquel Dieu doint tres-heureuſe, & tres-longue vie! Viue le Roy Louys!*

d) Vide Loyſeau *des ordres chap. 7. n.* 81.

e) Vide Paponium *lib. 4. arreſt. tit. 1. arreſt. 2.*

f) Vide ſupra *lib. 1. cap. 3. lit. mm.* *Chilperic, reuenant de la chaſſe à Chellès, pres Paris, comme il deſcendoit de cheual deuant ſa maiſon, fut occis par les meurtriers, attiltrés de ſa femme Fredegonde, de laquelle il eſtoit ialoux. Childeric II. auſſi reuenant de la chaſſe auec la Royne ſa femme, furent tous deux occis en la foreſt de Bondis, pres Paris, par Bodile, gentilhomme François, que le Roy auparauant auoit fait batre de verges. Charles le Chauue, Roy, eſtant malade, fut empoiſonné par Sedechias Iuif, ſon Medecin. Carloman Roy, fils baſtard de Loys le Begue, picquant ſon cheual, & pourſuiuant vne fille, iuſques à l'huis d'vne maiſonnette, y entra à cheual, & ſe rompit, & froiſſa tout le corps. Loys auſſi Roy ſon frere, pourſuiuant vn ſanglier auec l'eſpieu, fut trauerſé d'vn traict, que quelqu'vn de ſa compagnie tiroit à la beſte. Le Roy Henry II. treſpaſſa, ayant eſté frappé d'vn coup de lance, dont l'eſclat, rompu & priſe par pieces, luy entra en la teſte, ainſi qu'il couroit en lice, au tournoy, qu'il auoit entrepris en la ruë S. Anthoine, à Paris, pour l'eſiouiſſance de la paix, & des mariages, de Philippes, Roy d'Eſpagne, auec Eliſabet, ſa fille aiſnée, & du Duc de Sauoye, auec Marguerite ſa ſœur, fille de François I. en l'an MDLIX.* Corrozet *au threſor des hiſtoires de France liu. 1. tilt. 22. fol. 46. & ſeq.* (Chilpericus à venatione Chellenſi rediens, & ab equo deſcendens, ante palatium ſuum trucidatur, à ſicariis, ad id facinus conductis ab vxore Fredegunda, cuius cauſa fuerat zelotypus. Childericus II. à venatione domum properans, interficitur vna cum coniuge ſua, in ſylua de Bondis, non procul Lutetia, à nobili Franciæ, Bodilo, quem Rex antea virgis cædi fecerat. Carolus Caluus, morbo correptus moritur, accepto veneno à Sedechia, Iudæo, medico ſuo. Carolomannus Rex, filius nothus

nothus Ludouici Balbi, dum incitato equo puellam perſequens, per portam anguſtæ domus, vna cum equo irrumpit, conquaſſat corpus, & autor fit mortis ſuæ. Eiuſdem frater, Ludouicus Rex, inſequens aprum venabulo, transfigitur à quodam ex comitatu, qui intendebat ferire beſtiam. Henricus II. Rex, in torneamento, quo decertabat Lutetiæ, in platea S. Antonii, (in ſignum lætitiæ confirmatæ pacis, & matrimonii, contracti inter Eliſabetham filiam ſuam natu maiorem, & Philippum Regem Hiſpaniæ, ac inter ſororem ſuam Margaretam, filiam Franciſci I. & Ducem Sabaudiæ, anno MDLIX.) aſſula diſtractæ lanceæ capite vulneratur, ac inde paucos poſt dies moritur.)

g) Perpetratum hoc parricidium fuit anno MDLXXXIX. poſtquam Henricus III. cum exercitu ſuo ad pagum *S. Clou* venerat, rebelles Lutetianos caſtigaturus. Eo enim in loco dum ſubſiſtit, *vn ieune Iacobin, nommé Iacques Clement* (*FRERE IACQVES CLEMENT, par anagramme, C'EST L'ENFER QVI M'A CREE.*) *aagé de XXII. & XXIII. ans, natif* (*a ce que l'on dit*) *d'vn village, appellé Sorbonne, aupres de Sens, homme confit en desbauches, ayant paſſé par les mains de quelques confeſſeurs, & communiqué auec ſon Prieur, que l'on nommoit Bourgoüin, homme ſeditieux,* (*qui depuis conuaincu, fut executé par iuſtice, en la ville de Tours*) *auec quelques autres de meſme farine, auoit eſté, pour quelque promptitude remarquée en luy, trouué tout propre à faire vn grand coup. Ils le catechiſerent, à leur mode, & luy promirent, qu'auſſi toſt, qu'il ſeroit parti pour tuer le Roy, l'on mettroit en priſon tous les politiques, & tous ceux, qui tenoient le parti du Roy* (*qu'ils nommoient le Tyran*) *en la ville de Paris, à fin, qu'apres auoir faict le coup, la priſon de tant d'hommes empeſchaſt d'eſtre tué, ou executé, & que par ce moyen il ſeroit ſauué, & eſchapperoit ſous la menace de faire mourir tous ceux, qui ſeroient conſtitués & mis priſonniers dedans la ville, ſi on luy faiſoit aucun deſplaiſir: que faiſant ce coup, il ſeroit riche à iamais, & pourroit changer ſon froc en vn roquet d'Eueſque, ou chapeau de Cardinal, ioinct que, quand en tout euenement, il en perdroit la vie temporelle, qui n'eſtoit rien, & ce qui n'aduiendroit pas, toutesfois, pour les raiſons ſusdictes, il ſe deuroit eſtimer bien-heureux, & qu'il ſe deuoit aſſeurer d'vne place en paradis, par deſſus tous autres. Ce moine abbreuué de ſa fureur, & de tant d'allechemens de careſſes, promeſſes, & proteſtations de felicité temporelle, & eternelle, ſe reſiouit, & promet de tuer le Roy. Le peuple, qui ne penſoit point, & ne ſçauoit rien de ſi cruelles menées, parloit de ſe rendre, & auoit beaucoup rabatu de ſa colere. Lors, les plus zelés predicateurs crierent és principales Egliſes, & paroiſſes, que l'on euſt encore patience ſept ou huict iours, & que l'on verroit quelque grande choſe, qui mettroit ceux de l'vnion à l'aiſe: Car ainſi eſtoient appellés les Ligués. Les preſcheurs de Roüen, d'Orleans, & Amiens, le preſcherent en meſme termes. Le moine, ayant donné ordre à ſon poinct, ſort de Paris, & s'achemine à*

f) *Regina Bianca ſi dice la Regina vedoua*: Doghoni *nel theatro vniuerſale vol. 2. part. 8. pag. 544.* Blancæ nomen ad Reginas Franciæ viduas, vt Candacis nomen ad Reginas Æthiopiæ (Plinius *lib. 6. hiſt. nat. cap. 29. in f.*) tranſiit: Ragueau *des droits Royaux, p. 640. Les Roynes vefues portoient iadis le dueil de toile blanche, en voile, & en robe, d'où elles eſtoient appellées Roynes blanches*: Fauyn *au theatre d'honneur liu. 1. chap. 4. pag. 61.*

g) *Poſſible le peuple les a ainſi appellées Blanches, pource que durant leur viduité elles portoient vn voile blanc*: Haillan *dict. tr. de l'eſtat des affaires de France, liu. 3. pag. 343.*

h) La

h) *La Royne Blanche, Eſpagnole, mere de S. Louys, ſe comporta ſi ſagement en ſa regence, que toutes les Roynes meres anciennement apres le decés des Roys leurs maris, vouloient eſtre nommées Roynes Blanches, par vne honorable memoire, tiree du bon gouuernement de ceſte ſage Princeſſe:* Nicolas Paſquier *liu.* 4. *de ſes lettres pag.* 330. *La Royne Blanche, mere de S. Louys, conduiſit auec vne telle ſageſſe les affaires de France, qu'elle conſerua heureuſement le Royaume à ſon fils, qui n'auoit que quinze, ou ſeize ans, quand il vint à la couronne: & croy, que pour ceſte cauſe, les Roynes meres depuis ſe voulurent nommer Roynes Blăches, comme tiltre le plus-ſpecieux, qu'elles ſe pouuoient donner pendant leur viduité:* Eſtienne Paſquier *liu.* 5. *des recherches de la France chap.* 17. *fol.* 278. *lit. B.*

i) *Catharine de Medicis, vefue du Roy Henry II. ne fut onques appellée Royne Blanche, ains Royne mere. Louyſe de Lorraine, vefue de Henry III. fut derechef appellée Royne Blanche; il ſe void donques, que le peuple donne les noms, à beaucoup de choſes, par inaduertence, & aſſes mal à propos.* (Catharina Medicea, vidua Henrici II. nunquam vocata fuit Regina alba, ſed Regina mater: Ludouica Lotharingia, vidua Henrici III. iterum appellata fuit Regina alba; vnde apparet, vulgum multis rebus attribuere nomina inconſiderate, adeoque ſæpius male: Loys Guyon *tom.* 2. *des diuerſes leçons liu.* 3. *chap.* 38. *pag.* 720. Vidua Henrici IV. Maria de Medicis, iterum Regina mater audiuit; vt etiam vidua Ludouici XIII. Anna Auſtriaca, ex Regio ſanguine Hiſpaniæ nata.

k) *L'vſage a obtenu, qu'on qualifie Roynes meres celles, qui ont des enfans Roys, ſans conſiderer quel habit de dueil elles prennent: & Blanches celles, qui ſuruiuent les Roys leurs maris, ſans enfans. Si c'eſt par meſpris (comme qui diroit Roynes en blanc, & ſans authorité) ie le laiſſe au iugement des plus-curieux iuſques à ce, qu'on en trouue quelque raiſon plus-pertinente.* (Vſu introductum atque firmatum eſt, nominare Reginas matres illas, quæ habent filium Regem, haud attento colore veſtis lugubris, qua vtuntur: Albas vero eas, quæ mortuo marito Rege adhuc in viuis ſunt, ſed ſine liberis. An hoc fiat per contemptum (ac ſi dicerentur Reginæ in albo, ac ſine autoritate) curioſis iudicandum relinquo, donec reperiatur magis congrua ratio.) Scipion du Pleix *d. pag.* 215. *n.* 25.

l) *L'on obſerue encore à preſent, quand les Roynes ont donné teſmoignage de leur vertu, & de leurs merites, de leur commettre la Regence, & la tutelle de leurs enfans, iuſques à ce que l'aiſné ait atteint la quatorzieſme année de ſon aage. De quoy nos annales nous rapportent les exemples de la Royne Blanche, mere de S. Louys, de Blanche d'Eureux, vefue du Roy Philippes de Valois, d'Anne de France, ſœur de Charles VIII. & encores de pluſieurs autres* (vide Corbin *au Code de Louys XIII. tom.* 1. *liu.* 1. *tit.* 1. *pag.* 3. & recentia ſunt exempla dictæ Mariæ Mediceæ, & Annæ Auſtriacæ.) *Mais il eſt neceſſaire, qu'elles ayent ſur*

Digitized by Google

cela des lettres patentes, verifiées en la Cour : car la tutelle de leurs enfans ne leur appartient point iure proprio, *pour auoir eſté ou femme, ou mere du Roy* : Bret *de la ſouuer. du Roy d. liu. 1. chap. 6. p. 46.* (Adhuc hodie in vſu eſt, quando Reginæ ediderunt ſpecimina virtutum, & bene de regno ſunt meritæ, vt illis committatur adminiſtratio regni, ac tutela liberorum ſuorum, vſque dum maior ex illis attigerit annum decimum quartum ætatis ſuæ. Cuius rei exempla varia leguntur in noſtris annalibus &c. Verum neceſſe eſt, vt illis Reginis Parlamentum literis conferat vel confirmet liberorum tutelam : Hæc enim illis non competit iure proprio, & propterea, quod fuerint vxores, & ſint matres Regis.)

m) *Les Roynes Regentes de France n'ont apporté au Royaume autre que malheur.* Ita docet, & exemplis comprobat Nicolas Paſquier *d. liu. 4. de ſes lettres, pag. 325. & ſeqq.* porro etiam Francia plurima ſuſtinuit mala, *pour les deſſeings des meres contre leurs enfans Roys*; de quibus videre licet le Mercure François *tom. 17. pag. 279.*

n) Cui per ſe Reginam eſſe ius non eſt, eidem regendi ius, ac poteſtatem non eſſe, quidam ſcripſerunt : Vnde inferunt, mulieres non ſolum ab hereditate regni, verum etiam ab eius procuratione remouendas. Quæ propoſitio falſa eſt : (ait Cabotius *lib. 1. diſput. cap. 18. pag. 67.*) Nam alia eſt ratio procurationis regni, alia ſucceſſionis. In procuratione nullus ſubeſt metus, ne in aliam familiam regnum tranſeat, ne populus extero Principi ſubiiciatur. Ceſſant igitur in regni procuratione rationes, quæ à ſucceſſione regni mulieres repellunt. Impotenter ſolent dominari fœminæ; Franci, & alii generoſi populi, imperium fœminarum ægre patiuntur; miras tragœdias excitare ſolent fœminæ in regnis, quorum adminiſtratio eis committitur. Verum incommoda ius non impediunt : alia eſt diſputatio de incommodis. Dico, legibus eorum populorum, apud quos mulieres à regni ſucceſſione repelluntur, non tamen eas à regni procuratione repelli : Cabotius *d. loc.* vbi varia recenſet exempla.

o) Male, meo iudicio (inquit Althuſius *in polit. cap. 18. n. 86.*) procuratio regni datur Reginæ viduæ, matri pupilli Regii, ob legem Salicam, quæ fœminam à Regni adminiſtratione repellit, quamuis Cabotio id non videatur. *On a veu, & noté* (ait Louys de Mayerne Turquet *en la Monarchie ariſtodemocratique liu. 2. pag. 60.*) *que ceux-meſmes, que l'on a tenu en France protecteurs de la loy Royale (Salique), ont ignoré, ou volontairement diſſimulé, le ſens naif d'icelle, & ſes neceſſaires conſequences; en ce, di-ie, que les femmes eſtans par exprés reculées, voire excluſes de cette dignité, & degré, pour proches qu'elles ſoient : cela ſe doit entendre, non ſeulement de la couronne, mais auſſi de toute adminiſtration pure ſouueraine, & royale : parce mal auroit pourueu ceſte loy, ou couſtume, à la liberté, à l'honneur, & à la reputation de ceſte nation tres-*

gene-

genereuſe, & oſtant le nom de Roynes aux femmes, pour leur regard, ſi elle leur donnoit, ou laiſſoit la faculté de regner en effect ſur icelle, ſous voiles & titres equiualens. Sed ponamus hoc eſſe contra legem Salicam, conſtat tamen, eos, quorum intereſt eam ſaluam eſſe, ius ſuum aliquando remiſiſſe, & communi eorum conſenſu, qui legem iſtam interpretari, limitare, imo & loco mouere poſſunt, fœminæ adminiſtrationem Regni confirmaſſe. *La Royne Catherine de Medicis demanda aux deputés des Eſtats, eſtant à Pontoiſe, le gouuernement qui luy eſtoit laiſſé, par le conſentement meſmes du Roy de Nauarre, & de tous les Princes, & Seigneurs du Conſeil, fut emologué par les Eſtats. Il fut reſpondu, que c'eſtoit contre la loy Salique, & ancienne couſtume du Royaume: toutesfois puis que c'eſtoit par le conſentement du Roy de Nauarre, des Princes du ſang, & du conſeil, il fut emologué:* Caſtelnau *en ſes memoires liu. 3. pag. 132.*

p) Le tiltre de Maieſté eſt inſeparable de ceux, auſquels reſide la ſouueraineté, eſtant és Eſtats populaires referé au peuple, és Ariſtocratiques aux Seigneurs, & és Monarchiques aux Monarques, aux femmes meſmes deſquels il ne peut pas eſtre proprement communiqué, non plus que le plein pouuoir de la ſouueraineté, combien que tous autres honneurs le puiſſent eſtre: Comme il fut remonſtré aux Eſtats d'Orleans, où pendant la minorité du Roy, on ne voulut permettre à la Royne mere, d'vſer de ce titre, ainſi qu'vn autheur moderne a laiſſé par eſcrit. Et combien que les anciens autheurs Romains l'attribuënt quelquesfois aux principaux Magiſtrats, notamment T. Liue, en pluſieurs paſſages, & meſme le Iuriſconſulte en la loy 11. ff. de iuſt. & iure. l. 9. ff. de iuriſdict. l. 33. ff. de iniur. *toutesfois c'eſt improprement: car proprement à Rome* imperium erat magiſtratuum, autoritas Senatus, & maieſtas populi; *comme diſtingue* Ciceron pro Rabirio: Loyſeau *des Seigneuries, chap. 3. n. 61. & ſeqq.* (Titulus maieſtatis non poteſt ſeparari ab illis, quibus ſummum eſt imperium, & pertinet in ſtatu populari ad populum, in ariſtocratico ad optimates, in monarchico ad monarchas; quorum ne ipſis quidem vxoribus maieſtas proprie communicari poteſt, vt neque plena & ſuprema poteſtas, quamuis omnes alii honores iisdem poſſint communicari; vt in comitiis Statuum Regni Blœſenſibus expoſitum, quando Rege adhuc minorenne, nolebant permittere Reginæ matri, vt vteretur titulo maieſtatis, quemadmodum nonnemo inter modernos ſcriptores refert. Quamquam vero antiqui Romani ſcriptores, & inter illos quoque T. Liuius, variis in locis, hunc titulum aliquando attribuunt magiſtratibus maioribus, quod & factum à Iuriſconſulto *in l. ius pluribus 11. ff. de I. & I. l. ſi familia 9. ff. de iuriſd. l. quod reipublica 33. ff. de iniur.* id tamen improprie intelligendum venit; proprie enim Romæ imperium erat magiſtratuum, autoritas ſenatus, & maieſtas populi, vt diſtinguit Cicero *pro Rabirio.*

q) Combien que le doüaire des Roynes vefues ne ſoit qu'vn ſimple vſufruit, neantmoins, pour le reſpect des Roynes, on leur attribuë en iceluy les meſmes prero-

rogatiues, qu'ont les appanagés: Loyſeau *des droits des offices liu.4. chap. 9.n.22.* (Licet dotalitium Reginarum viduarum non ſit niſi quidam vſusfructus, nihilo minus tamen, propter reſpectum & honorem Reginarum, in eodem illis attribuuntur omnes prærogatiuæ, quæ competunt apanagiatis in apanagiis)

r) In capite antecedente *lit. rr*. audiuimus, ex traditis Bretii, quid in conſtitutione dotalitii obſeruandum ſit; nunc illud addendum eſt, aliquando fructus dotalitii illos exceſſiſſe terminos. *La Royne mere (Marie de Medicis) iouiſſoit du bien le plus-grand, que Royne mere ait iamais poſſedé en France, puis qu'elle a touſiours ioui de plus d'vn million de liures en ſes terres, & en ſes penſions, ſans mettre en ligne de compte les gratifications extraordinaires, qu'elle receuoit tous les ans du Roy, lesquelles eſtoient tres-conſiderables. Au lieu que Catherine de Medicis, & les Roynes, Marguerite, Louyſe, Eliſabeth, & la Royne d'Eſcoſſe, veſues de nos Roys derniers, n'ont iamais eu enſemble ce qu'elle a eu toute ſeule:* Vide le Mercure François *tom. 17. pag. 274.* Regina mater (Maria Medicea) vſufructuaria fuit tantorum fundorum, quantorum nulla alia ante ipſam ex Reginis Franciæ. Ex prouentibus enim, & penſionibus, ſingulis annis, continua ſerie, ad ipſam peruenit plus quam decies centena millia libellarum, præter extraordinaria dona, quæ quotannis accepit à Rege, quæ non erant exigua. Certe, Cathatina Medicea, & Reginæ, Margaretha, Ludouica, Eliſabetha, & Regina Scotiæ, viduæ noſtrorum vltimorum Regum, ne omnes quidem iunctim tot reditibus & donis abundarunt, quot ſola hæc Regina Maria Medicea.)

CAPUT XXI.

De liberis Regis, ex legitimo matrimonio procreatis, iuxtaque de eorum apanagio, ac filiarum dote.

DVm Regina parturit, principibus ſanguinis licet vigilantiam adhibere, ne partus ſupponatur, vel permutetur (*a*): Vbi autem peperit, præcipua cura eſt, vt infans per baptiſmum Chriſtianorum cœtui aggregetur (*b*); ſolemnitates vero accidentales aliquando plures differuntur in annos (*c*). Regina mater, natorum nomine, paulo poſt partum, expediri facit literas magiſterii artium mechanicarum (*d*). Quod ſi intra ſeptimum ætatis ſuæ annum è viuis exceſſerint, corpo-

corpora eorum ſinepompa terræ mandantur (*e*). Viuentium non vna educatio (*f*), ſed pro diuerſitate ſexus, ac parentum arbitrio, diuerſa. Eorum officiarii domeſtici fruuntur iiſdem priuilegiis, quibus officiarii domeſtici Regis (*g*). Primogenitus filiorum, viuo adhuc patre Rege, pro honoris epitheto inſignitur nomine Delphini (*h*), vel, vt olim ſcribebatur, Dalphini (*i*). Cognomen hoc ſatis vetuſtum, primo cœpiſſe fertur in familia Comitum Viennenſium (*k*), poſtea ab aliis ſuſceptum, atque diſtinctim ita vſurpatum, vt alius ſe diceret Delphinum Viennenſem, *Daulphin de Viennois*; alius Delphinum Aluerniæ, *Daulphin d'Auuergne* (*l*). Inter Viennenſes vltimus, nomine Humbertus, dicitur Regi Franciæ vendidiſſe (*m*), vel donaſſe (*n*), (vtrumq; enim legitur) Delphinatum, circa annum MCCCXLIX. conditione, cum aliis, addita, vt primogenitus Regis Franciæ, antequam patri in Regnum ſuccederet, vteretur nomine Delphini; vel, ſecundum alios (*o*), vt Regis Philippi filius, aut nepotum aliquis, cui Rex Viennenſem prouinciam attribuiſſet, Delphini titulum, atque inſignia retinere iuberetur: vel, vt iterum alii (*p*), vt proximus Regis heres Delphini nomen ſuſciperet. Carolum, qui poſtea quintus Regum Franciæ huius nominis, primum hoc ſenſu Delphinum fuiſſe narrant, & cæteros Regum primogenitos poſtea ſuo ordine & tempore, vſque ad annum MDXXXI. quo demum placuit, vt impoſterum filius primogenitus Regis, vel ætate maior, vocaretur Delphinus Viennenſis, & Dux Britanniæ (*q*). Verum hoc continuatum non fuiſſe certo certius eſt. Vt vt vero primogenitus ſtatim poſt natiuitatem Delphinus audiat, non tamen Delphinatus Princeps, & inde prouenientium redituum dominus eſt, antequam hoc Regi placuerit (*r*). Cæterum, prædicatum primogeniti Regis locatur ante titulum Delphini; qui ſi præterea aliunde dignitate Regia præditus ſit, vocatur Rex Delphinus (*le Roy Daulphin*), vel primogenitus Regis, Rex (exempli gratia) Nauarræ, &c. (*s*). Si Ducatum habeat, eiuſdem titulus Delphino, tanquam honoratiori poſtponitur (*t*). Sunt qui ſcribant, eum appellan-

dum eſſe ſimpliciter *le Daulphin*, non *Monſeigneur le Daulphin*: ſed vſus illis contrarius eſt (*u*). Idem vero hoc introduxit, quod ſe gratia Dei primogenitum Franciæ, Delphinum Viennenſem profiteatur (*x*): loco tamen Regibus inferior ſit (*y*). Propter ſpem ſucceſſionis in Regnum, magna apud Gallos in veneratione eſt, habet Cancellarium alioſque magnos, vt vocant, officiarios (*z*), & ſi vel Regens, vel Locum-tenens patris fiat, vt honore, ita & autoritate, omnes in Regno ſupereminet (*aa*). Eius inſignia tria lilia ſunt, cum Delphino piſce (*bb*); veſtitu in ſolemnitatibus alios antecellit (*cc*). Cæteri filii Regis, qui poſt primum in lucem eduntur, pro titulo habent nomen proprium, cui addunt prædicatum *filii Franciæ* (*dd*), *fils de France*; & certo caſu, vnici fratris Regis, (*frére vniq. du Roy* (*ee*). Quod ſi forte regno aliquo potiantur, epitheton filii Regis poſtponunt nomini Regni ſui (*ff*). Perſuaſum multis (*gg*) fuit, titulum certum ab apanagio ſecundogenito competere, Ducis Aurelianenſis, vt tertiogenito (*hh*) Ducis Andegauenſis; verum alii hoc, vt erroneum dogma, reiiciunt (*ii*). Illud tamen conſtat, ſæpius, & denique in Henrici IV. progenie (*kk*), idem fuiſſe obſeruatum. Quoniam autem Regii ſanguinis ſunt (*ll*), variis gaudent prærogatiuis, de quibus paulo poſt, ſub capite *de Principibus ſanguinis*, dicam. Hoc vero impertinenter quæritur, an legibus ſoluti ſint (*mm*)? poſtquam Regis, ſiue filii, ſiue fratres, regio imperio ſubiacere debent, nec vno in Regno plures poteſtates abſolutæ dantur; mitius tamen eoſdem puniri, ſi in leges delinquant, quam alios, exemplis docemur (*nn*). Rex de fratrum ſuorum fidelitate & amore in ſe, atque Rempublicam, certus, eos conſiliorum ſuorum conſcios recte faciet (*oo*), vt opera & ſtudio eorum in rebus magnis commodius vtatur. Olim paterna Regna & bona non ſoli primogenito cedebant, ſed etiam cæteris ſuæ erant portiones, quas accipiebant pleno iure, æque vt primogenitus ſuam (*pp*). Verum, cum deprehenſum fuiſſet, has diuiſiones vtilitati publicæ nociuas eſſe (*qq*), tandem placuit rem eo redigere, vt primogenitus ex aſſe Regno

ſolus

ſolus potiretur, ac fratribus certa bona in ſuſtentationem tantum addicerentur, titulo apanagii (*rr*). De Origine nominis (*ss*) variant, de rei (*tt*) origine fere conueniunt. Nobis ſcire ſufficiat Regem patrem filiis, vel fratrem Regem fratribus, pro voluntate in apanagium conferre Ducatum, vel Comitatum, feudi titulo, ea conditione, olim tacita, poſtea expreſſa, vt apanagiato ſine liberis legitimis maſculis decedente, Ducatus, vel Comitatus iſte, reuertatur ad Regem, tanquam dominum directum (*uu*). Additur aliquando apanagio etiam penſio pecuniaria, quo pinguior ſit conditio apanagiati (*xx*): aliquando vero, ſi forte nimium ei aſſignatum videatur, fit detractio, & imminutio (*yy*). Ad euitanda quoque pericula, ditio in apanagium confertur, quæ non in extremitate, ſed medio Regni ſita eſt, ac in qua exiguus, vel nullus locorum munitorum numerus reperitur (*zz*). Olim vt Pariatus iure cenſeretur terra in apanagium data, literis exprimebatur, at hodie communis fert opinio, literis ad hoc haud opus eſſe, & ſine illis eam Pariatus iure gaudere (*aaa*). De iure fruendi apanagio, ſpecialia ſunt, quod apanagiatus non ſolum fruatur vſufructu ſimplici, ſed etiam illis quæ honorifica ſunt, vnde longe melioris eſt conditionis, quam ille cui ex domanio pars aliqua obligata, vel collata fuit cum reluitionis clauſula (*bbb*). Confert feuda à terra apanagiata dependentia (*ccc*), eiusque nomine recipit iuramentum fidelitatis, ac cætera exercet, quæ à iure feudi dependent (*ddd*). Iuſtitia ordinaria antiquitus ſolius apanagiati nomine exercebatur, in terra apanagiata, id vero poſtea fieri cœpit nomine Regis ac apanagiati, atque apanagiatus iure nominandi officiarios, Rex vero eos confirmandi, vſus fuit: quę impoſterum quoque ita fieri debere ſalutare exiſtimatur (*eee*). Porro, quod filias Regis ex legitimo thoro procreatas attinet, vtuntur illæ prædicato *de France* (*fff*), ſucceſſionis licet in Regnum incapaces ſint propter legem Salicam, aut conſuetudinem inueteratam (*ggg*). Compellantur *Mesdames* (*hhh*), & olim ſe dicebant Reginas (*iii*), tam tempore virginitatis quam quo nupſerant

etiam

etiam non-Regibus. Hodie pallio & veſte in ſolemnitatibus, diſtincto à cæteris, ac maxime auguſto, ornatæ incedunt (*kkk*). Dum nubunt impari, & minoris dignitatis, quam Principi, non cadunt dignitate (*lll*), & cuicunque demum nubant, in ſignum lætitiæ publicæ conceduntur literæ magiſterii, in artibus mechanicis (*mmm*). Quo vero ſplendidius elocentur, Regi licet ſubditis imperare tributum (*nnn*): in dotem illis, ſed rarius, aſſignata fuerunt latifundia, & bona immobilia (*ooo*), ſæpius autem, & magis conuenienter, pecunia numerata (*ppp*), diuerſimode tamen, ſummas quod concernit (*qqq*). Quando Lutetiam egrediuntur, ad domum mariti pergentes, ius eas conducendi extra ciuitatem competere dicitur Præpoſito Mercatorum, & Scabinis, ac cæteris membris totius corporis Baſilicæ ciuitatis (*rrr*): (*au Preuoſt des Marchands, & Eſcheuins, auec le corps de l'Hoſtel de ville.*)

Teſtes & Teſtimonia.

a) *Pour obuier à toute ſorte de fraude, voire meſme au ſeul ſoupçon de ſuppoſition, lors que les Roynes ſont en mal d'enfant, les Princes du ſang peuuent librement entrer en leur Chambre, pour maintenir touſiours ceſte ancienne, & Royale loy Salique, la baſe & le fondement de ceſte belle Monarchie.* (Ne fraudi, ac ne quidem ſuſpicioni ſuppoſitionis locus detur, Principibus ſanguinis, quo tempore Reginæ parturiunt, permittitur libertime intrare Cameram, in qua recubat, eum in finem, vt antiqua illa lex Regia Salica obſeruetur, quæ eſt baſis & fundamentum egregiæ noſtræ Monarchiæ.) Pierre de Lancre *au tableau de l'inconſtance, liu. 4. diſc. 1. n. 2. fol. 385. b. A fin d'euiter tout ſoupçon de ſuppoſition, & de maintenir la loy Salique. Cela s'obſerue auſſi ailleurs. Les intereſſés à la couronne de Hongrie y aſſiſterent, quand la Royne Anne de Candale, femme du Roy Vladulaus, accoucha.* (Vt omnis ſuſpicio ſuppoſitionis excludatur, atque conſeruetur lex Salica. Idem etiam alibi obſeruatur. Quos Regnum Hungariæ attinebat, parturienti Reginæ Annæ Candaliæ, vxori Regis Vladislai, adſtiterunt.) Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de Henry IV. liu. 4. narr. 3. n. 4. tom. 2 pag. 106. in marg.* Vbi Rex præſens eſt, illi præſentatur *la nouuelle creature, pour inuoquer ſur elle la ſaincte benediction du ciel, & luy donner la ſienne. Ce que le Roy faiſant, ſi c'eſt vn fils, il luy met l'eſpée en la main, pour en vſer à l'honneur de noſtre Dieu, & pour la protection du Royaume de France, & des François, la puiſſe-tu, mon fils (ce dit-il) employer à la gloire de*

Dieu,

Dieu, à la defenſe de la couronne & du peuple: Autor *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 3. chap. 4. pag. 595.*

b) *Les enfans des Roys de France ſont baptiſés à leur naiſſance, mais parce que les parrains, & les marraines, bien ſouuent eſtrangers, ne peuuent venir, ou enuoyer ſi promptement, on en remet la ceremonie*: Scipion du Pleix *en l'hiſtoire de Henry le Grand pag* 542. *n.* 19. Sic anno MDCXIV. XV. Iunii, *furent baptiſés, dans le Louure, le frere du Roy Louys XIII. Gaſton, & Madame Henriette, ſa ſœur. Ils auoient eſté auparauant, des l'heure de leur naiſſance, ondoyés, ſelon la forme obſeruée du temps des Apoſtres, & en ce iour ils receurent l'onction du ſainct chreſme, le ſel, & le nom.* (Liberi Regum Franciæ ſtatim atque in lucem editi ſunt, baptizantur; verum cum luſtrici parentes, vel ſponſores, ſæpius ſint extranei, qui neque ipſi tam cito adeſſe, aut tam prompte ſuos mittere poſſunt, differuntur cæremoniæ in aliud tempus. Anno MDCXIV. XV. Iunii in Lupara fuerunt baptizati Regis Ludouici XIII. frater, Gaſto, & domina Henrica, eiuſdem ſoror. Statim quidem, vbi nati fuerant, aqua luſtrali tincti, ſecundum formam obſeruatam tempore Apoſtolorum; dicto autem die acceperunt ſacrum chriſma, & ſal & nomen.) le Mercure François *tom.* 3. *pag.* 440. & 441. De baptiſterio, cuius vſus eſt in baptiſmate liberorum Regis, ita refert idem Mercure François *tom.* 1. *pag.* 510. *Au chaſteau de Vincennes, en la ſaincte Chapelle, on garde les fonds, qui ſeruent aux bapteſmes des enfans des Roys de France, & qui furent portés à Fontainebleau, quand Louys (fils du Roy Henry IV.) fut baptiſé. C'eſt vne piece, qui eſt comme vn baſſin, belle pour l'antiquité, ayant eſté faicte l'an* DCCCXCVII. *elle eſt de cuiure rouge, toute couuerte de placques d'argent, par perſonnages entaillés ſi artiſtement, que le cuiure ne s'y void que comme filets.* (In Caſtri Vincenni ſacello ſancto cuſtoditur vas luſtrale, cuius vſus eſt deſtinatus ad baptiſmum liberorum Regum Franciæ: hoc tranſportatum fuit ad Fontem-bellaqueum, quando Ludouicus (filius Regis Henrici IV.) fuit baptiſatus. Eſt autem vas illud, quaſi peluis, antiquitate ſua inſigne, factum anno DCCCXCVII. ex cupro rubro, plene incruſtato argento, repræſentante perſonas tam artificioſe ſculptas, vt cuprum videatur in fila ductum.)

c) Subiiciam tres actus baptiſmatis, die XIV. Septemb. anni MDCVI. in arce Fontanebellaquenſi, confectos; eum in finem, vt lectori de ſolemnitatibus vſitatis conſtare poſſit. Cæremoniæ, quæ in baptiſmate filiæ minoris Regis Henrici IV. obſeruatæ fuerunt, hæ ſunt: *Les cent Suiſſes du corps marchoient les premiers, portant chacun d'eux vne torche ardente en la main. Ceux-là eſtoient ſecondés des cent Gentilshommes ſeruans, qui allant d'ordre, & de rang, faiſoient de la nuict vn autre iour par les flambeaux de cire vierge, qu'ils ſouſtenoient, tous bruslans, au poing. A la ſuite de ceux-cy marchoient les Gentilshommes de la Chambre, chargés pareillement de flambeaux allumés; Apres eux ſe faiſoient*

ſoient entendre les tambours, fiffres, haut-bois, & trompettes; puis ſe voyoient les neufs Herauts, ſuiuis des Cheualiers de l'Ordre, marchant le Grand Preuoſt le premier. Le Baron de la Chaſtre portoit le vaſe, Monſr. de Montigny le baßin, Monſr. de la Rochepot le couſsin, Monſr. de Chemeraut le cierge, Monſr. de Liancourt le creſmeau, le Mareſchal de Feruaque la ſaliere, & Monſr. de Bou-Daulphin portoit la petite Madame, laquelle tiroit vne ſuite de douze Gentilshommes, ayant chacun d'eux vn flambeau en la main. Madame de Chemeraut eſtoit à ſa trace, qui ſouſtenoit la queuë de ſa robe. Monſr. de Lorraine marchoit aprés pour parrain, & le Seigneur Don Iuan repreſentoit Madame la Grand' Ducheſſe de Florence, pour marraine; par leſquels elle fuſt appellée Chriſtine. Quant aux ceremonies du Bapteſme de Madame, tel en eſtoit l'ordre. L'aiguiere eſtoit portée par Monſr. de Lauardin, le baßin par Monſr. le Mareſchal de la Chaſtre, par Monſr. de Sully, dit Roſny, le couſsin, le cierge par Mr. de Montbaſon, le creſmeau par Monſr. d'Eſpernon, & la ſaliere par Monſr. d'Eſguillon; Monſr. le Prince de Ioinuille portoit la fille Madame, & madamoiſelle Rohan luy ſouſtenoit & portoit la queuë du manteau d'hermine, madame d'Angouleſme marchoit pour marraine, toute ſeule, ſans parrain, repreſentant la Ducheſſe du Pays-bas, ayant derriere ſoy madamoiſelle de Montmorency, qui luy portoit la queuë: les damoiſelles, qui finiſſoient ceſte ſuite, eſtoient Madamoiſelle de Vendoſme, Madamoiſelle de Mayenne, Madame de Rohan, Mad. de Sully; & fut madite Dame nommée Eliſabethe. Les honneurs faicts aux ceremonies de Monſeignr. le Daulphin furent differens d'auec ces des meſdames; Monſr. de Vaudemont marchoit des premiers, portant le cierge, Monſr. le Cheualier de Vendoſme portoit le creſmeau, Monſr. de Vendoſme la ſaliere, Monſr. de Montpenſier l'aiguiere, Mr. le Comte de Soiſſon le baßin, Monſr. le Prince de Conty le couſsin, Monſr. le Prince de Condé portoit Monſeigneur le Daulphin, aßiſté de Monſr. de Souure, qui le portoit pour luy Mr. de Guiſe portoit la queuë du manteau d'hermine, à la ſuite duquel eſclairoient vingt flambeaux, portés par vingt Seigneurs. En aprés marchoit, pour parrain, Monſr. le Cardinal de Ioyeuſe, legat, pour trois mois, & pour cet effect, du Pape Paul. Madame la Ducheſſe de Mantouë y aßiſtoit en perſonne pour marraine: vne noble troupe de Princeſſes alloit aprés elle, à ſçauoir, Meſdames les Princeſſes de Condé, de Conty, de Soiſſon, de Montpenſier (laquelle a mis le creſmeau ſur la teſte de Monſeigneur le Daulphin, lors qu'on le baptiſoit) Madamoiſelle de Bourbon, toutes auec les grandes robes à grandes queuës trainantes, leſquelles eſtoient extremement riches. Là fuſt Monſeigneur le Daulphin appellé Louys. Quant aux autres particularites, celles qui ſont plus remarquables, furent la promptitude, aſſeurance, & franchiſe des reſponſes de Monſeigneur le Daulphin, faictes aux demandes ſuiuantes du Cardinal de Gondy.
Mr. que demandés-vous? *Reſp.* les ceremonies ſacramentelles du Bapteſme. Aués vous pas receu le Bapteſme? *Reſp.* Ouy. *Les exerciſmes faits, Monſeigneur le Daulphin a recité ſeul deuant l'aßiſtance ſon* Pater noſter, Aue Maria.

& puis

& puis le Credo. *Aprés quoy luy furent faictes encores ces demandes*: Abrenuncias Satanæ? *Reſp.* Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? *Reſp.* Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? *Reſp.* Abrenuncio. *Et aprés l'onction du ſainct huile, l'on l'a interrogé de nouueau*: Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? *Reſp.* Credo. Credis in Filium eius vnicum, dominum noſtrum &c. *Reſp.* Credo. Credis in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam &c. *Reſp.* Credo. *Toutes ces ceremonies faictes, furent ſuiuies d'vn feſtin, où le Roy Henry IV. auoit à main droite Monſr. le Legat, & Madame la Ducheſſe de Mantouë, Madame d'Angouleſme, Monſr. de Lorraine, & le Seigneur Don Iuan. A main gauche eſtoit aſſiſe la Royne, meſdames les Princeſſes de Condé, de Conty, de Soiſſon, de Montpenſier, Madamoiſelle de Vendoſme, Madame de Guiſe, de Mayenne, de Rohan, de Sully, & Madamoiſelle de Montmorency. Ceux qui ſeruoient à la table du Roy, eſtoient Meßrs. les Princes de Condé, de Conty, & de Montpenſier. Meßrs. de Vendoſme, de Guiſe, & de Vaudemont ſeruoient à la table de la Royne. Monſr. le Legat eſtoit ſerui de Monſr. de Candale, & Marquis de Roſny. La Ducheſſe de Mantouë, de Monſr. de Baſſompierre, & du Comte de Saus. Tout le feſtin, que deſſus, eſtoit diuiſé en quatre tables.* Hæc deſcriptio tunc temporis typis expreſſa fuit: cui adſociari debent ea, quæ leguntur apud dict. Mercure François *tom. 1. p. 112.* & Autorem *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſte des Roys de France, liu. 3. chap. 4. pag. 603. & ſeqq.*

d) *Le premier Prince du ſang a droit de bailler vne fois en ſa vie, vne, deux, ou trois lettres de maiſtriſe de chacun meſtier en toutes les villes de France, meſmes en celles des Seigneurs. Priuilege qu'on attribuë à preſent à tous les puiſnés de France, mais ils n'en iouïſſent pas eux-meſmes, non plus que Monſieur le Daulphin, ains c'eſt la Royne qui en iouït, & baille les lettres, au lieu d'eux, incontinent aprés leur naiſſance*: Loyſeau *au traitté des ordres chap. 7. n. 56. & chap. 8. num. 51.* (Primus Princeps ſanguinis ius habet ſemel in vita dandi literas, vnam, duas, aut tres, magiſterii in ſingulis opificiis, per omnes Franciæ ciuitates, & illas quoque, quæ immediate Regis non ſunt. Hoc priuilegium nunc attribuitur omnibus filiis Regis, poſt primogenitum natis, qui tamen eo ipſimet non vtuntur, non magis quam Delphinus, ſed Regina mater eo vtitur, ac concedit iſtas literas in vicem illorum, ſtatim poſteaquam nati ſunt.)

e) *Le Duc d'Orleans mourut aagé de quatre ans, ſix mois; on le porta de S. Germain droit à S. Denys, prés le cercueil de Henry le Grand ſon pere, où on luy fit vn tres-bel enterrement. Car de pompes funebres on tient, que l'on n'en fait point à Paris, aprés la mort des enfans de France, s'ils n'ont veſcu ſept ans*: Le Mercure François *tom. 2. ad annum MDCXI. pag. 158.*

f) *Les Roys, Monarques, & autres Potentats, doiuent ſçauoir, que les*

eſcholes des ieunes Princes ſont les arſenaux, les magaſins, les munitions de guerre, les Conſeils d'Eſtat, & autres choſes ſemblables: & les lettres, ou les ſciences, qu'ils doiuent apprendre, ſont cette philoſophie, & cette poëſie, qu'on a leuë & enſeignée autrefois es Republiques, ou Monarchies, qui ont eu plus de durée; ou qui ſe liſent encore tous les iours en celles, qui ſont les mieux eſtablies. Leur vrais precepteurs ſont les Capitaines, & les bons Conſeillers d'Eſtat. Les verges, auec leſquelles on leur doit bailler le fouët, ſont celles, dont on leur doit ſouuent frapper la memoire, pour les eſueiller, par le ſouuenir des geſtes memorables des Roys, & Monarques, & autres gens valeureux, & ſur tout, par les actions celebres de leurs maieurs: Lancre *au liure des Princes diſc. 5. pag.* 257. (Scire debent Reges, Monarchæ, & alii Principes, in armamentariis, in rerum, quæ ad bellum neceſſariæ ſunt, conditoriis, in Conſilio ſecretiori, & Status, inque aliis his ſimilibus, veras eſſe ſcholas iuuentutis Principum. Literas vero, aut ſcientias, in quibus ea erudienda, eſſe illam Philoſophiam, & Poëſin, quæ vel olim lecta, propoſita, & vſu obſeruata, in Rebuspublicis, & Monarchiis illis, quæ præ cæteris fuerunt durabiliores, vel quæ quotidie hoc noſtro æuo docetur in his, quæ optime conſtitutæ ſunt. Præceptores veri & proprii, ſunt Duces belli, ac armorum præfecti, nec non boni Conſiliarii Status. Virgarum loco, quibus excitandi cauſa aures ſæpius pulſandæ, adhiberi debet rerum, à Regibus, Monarchis, aliiſque viris fortibus memorabiliter geſtarum, imprimis autem actionum, quibus maiores domus ſuæ heroicam laudem ſibi parauerunt, commemoratio.) Cæterum, vbi filii Regum educandi ſint, non ſine ratione quæritur? Ludouicus XI. Carolum Delphinum ſecum habere noluit, & demum morbo laborans eum, tunc duodecim vel tredecim annorum puerum, ad ſe venire iuſſit, *qu'il n'auoit encores iamais voulu veoir depuis ſa natiuité; à l'imitation des anciens Gaulois, qui ne vouloient iamais voir leurs enfans masles, iusques à ce qu'ils euſſent aage competent, pour pouuoir rendre quelque ſeruice à leur patrie:* Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap.* 144. *pag.* 1131.

g) *Les enfans de France, tant masles, que filles, ont d'ordinaire à preſent vn beau priuilege, que iadis Monſeigneur le Daulphin auoit ſeul, ſçauoir eſt, que leurs officiers domeſtiques ſont priuilegiés, ainſi que ceux du Roy. Et meſme le Roy François priuilegia, en l'an mil, cinq cens trente neuf, les officiers domeſtiques de la Royne de Nauarre ſa ſœur, bien qu'elle ne fuſt fille de France; & le Roy Henry II. ceux de Madame Marguerite ſa ſœur, en l'an MDXLIX. & finalement Henry IV. ceux de Madame la Ducheſſe de Bar:* Loyſeau *des ordres chap. 7. num.* 53. (Liberi Regum Franciæ vtriusque ſexus, regulariter hodie egregium habent priuilegium, quod olim ſoli primogenito competiit; nempe, ipſorum miniſtri & officiarii domeſtici iiſdem gaudent priuilegiis, quibus fruuntur domeſtici Regis. Franciſcus I. Rex anno MDXXXIX. eadem priuilegia quoque conceſ-

Digitized by Google

conceſſit domeſticis ſororis ſuæ Reginæ Nauarræ, quamquam non erat filia Regis Franciæ. Henricus II. ſimili exemplo priuilegiis ornauit, A. MDXLIX. domeſticos Margarethæ, ſororis ſuæ, & denique Henricus IV. domeſticos Duciſſæ Barrenſis, etiam ſororis ſuæ.)

b) *Daulphin eſt le tiltre de fils aiſné de la maiſon de France:* Laurens Bouchel *en la Bibliotheque, ou threſor du droit François tom.* 1. *pag.* 810.

i) *Les anciens eſcriuoient Dalphin, ainſi comme meſme il eſt eſcrit en l'epitaphe de celuy, duquel ce mot nom eſt venu en France auec ſa Seigneurie, & ſucceſſion, en telle ſorte: Humbart Ennien Dalphin de Vienne: lequel eſt enterré en l'Egliſe des Iacobins à Paris:* Bouchel *d. pag.* 810.

k) *Le premier Seigneur, ou Comte de Vienne, qui prit le tiltre de Daulphin, fut Guigues II. fils d'autre Guigues, dit le Vieil, & le Gras, Comte de Giuaudam. Car ayant eſpouſé, en premieres nopces, la fille de Comte d'Albon, & de Viennois, qui auoit le nom, ou ſurnom, Daulphin (cette famille eſtoit ſurnommée Daulphine, ou Delphine, à cauſe, comme aucuns penſent, des poiſſons Daulphins, qu'elle portoit en ſes armes; ou, comme d'autres eſtiment, en memoire de l'ancien voyage de Delphes, que ſes predeceſſeurs auoient iadis faict auec Brennus:* Charron *en l'hiſt. vniuerſ. chap.* 29. *pag.* 948.) *il prit ce meſme ſurnom, ſoit pour l'amour de ſa femme, ou pour honorer ſon beaupere. Et l'autre gendre, du meſme Comte de Viennois, qui auoit eu en dot les terres, qu'il poſſedoit en Auuergne, à l'imitation de Guigues, ou par pareille complaiſance prit auſſi le titre de Daulphin d'Auuergne:* Scipion du Pleix *en l'hiſtoire generale de France tom.* 2. *pag.* 483. *n.* 2. (Inter Viennæ Dominos, vel Comites, Guigo II. filius Guigonis, ſenioris, & Craſſi, Comitis Giuodami, primus aſſumpſit titulum Delphini. Cum enim primo matrimonio ſibi aſſociaſſet filiam Comitis Albonii, & Viennæ, qui vtebatur nomine, vel cognomine Delphini, idem ſibi attribuit, ductus vel amore in coniugem, aut, vt ſic honore afficeret ſocerum. Alter eiuſdem Comitis Viennæ gener, qui in dotem acceperat bona, quæ ſocer poſſederat in Auernia, ad exemplum Guigonis, vel iiſdem ex cauſis, aſſumpſit titulum Delphini Auerniæ.)

l) Obſeruaui aliquando ſcriptum, *Prince Dauphin d'Auuergne*; aliquando, *Comte Daulphin d'Auuergne*, aliquando ſimpliciter, *Daulphin d'Auuergne. François de Bourbon deuxieſme, Duc de Montpenſier, Prince Daulphin d'Auuergne:* apud Fauyn *au theatre d'honneur tom.* 1. *liu.* 3. *pag.* 800. Ludouicus Borbonius, apud Sceuole, & Louys de Sainte Marthe, *en l'hiſtoire genealogique de la maiſon de France liu.* 11. *pag.* 971. vtitur titulo, *Comte Daulphin d'Auuerg[illegible]*: Franciſcus autem Borbonius, *Da[illegible]lphin d'Auuergne: dict. lib.* 11. *pag.* 976. & ita etiam Henricus Borbonius: *pag.* 980.

m) Vide quæ annotaui ſupra, *libro primo cap.* 4. *lit. nn.*

n) Ego *dict. lit. nn.*

Digitized by Google

o) Maſſonius *annal. lib. 4 pag. 45.*

p) Vincentius Lupanus *lib. 1. de magiſtrat. Franciæ, tit. Delphinus* cuius veſtigiis inſiſtens Speidelius, *inter notab. iuridicohiſtoricopolitica lit. D. verbo, Delphinus, n. 3. pag. 198. & lit. K. verbo,* König *n. 21. p. 583.* ſcribit: Galli natu maximum Regis filium, aut ſi non ſit filius, deſignatum Regem hoc eſt, eum qui Regi ſucceſſurus eſt, Delphinum vocant. Verum vterque fallitur in poſtremo membro traditionis: Ita enim ad filium primogenitum tantum pertinet Delphini (Viennenſis) titulus, vt præterea eo nemo vtatur, ſiue ſit Regis filius, ſiue non filius, ſucceſſor tamen in Regno. Certe nullibi annotatum reperi, primogenito mortuo, ſecundogenito nomen Delphini datum; vti nec primogenito Rege facto, ſed ſine liberis maſculis viuente, ac omnino ſine ſpe prolis, Regis fratri datum; omnium autem minime Delphini nomen ſucceſſori, qui filius Regis adhuc viuentis non fuit, vnquam competiiſſe. *Quand il n'y a Daulphin,* (inquit Tilletus, *au recueil des Roys de France, au chapitre, de Meſſeigneurs fils de France pag. m. 213.*) *le plus proche de la Couronne a touſiours eſté, & eſt appellé, ſimplement Monſeigneur.* Eundem caſum, quando Reges viuunt ſine filiis, & ſine ſpe eos procreandi, explicans Loyſeau, *au traicte des ordres chap. 7. n. 54.* Reges ſolitos eſſe tradit, *tant pour obuier aux dangereux differens, qui pourroient naiſtre aprés leur mort, touchant la ſucceſſion du Royaume, que pour gratifier, & eſleuer en honneur dés leur viuant, le preſomptif ſucceſſeur de la Couronne, de luy bailler lettres de premier Prince du ſang, ou, comme dit du Tillet, de ſeconde perſonne de France, dõt il rapporte pluſieurs exemples, qui nous apprennent, que nos Roys ont telle confiance, tant en la pieté des Princes du ſang, qu'en la fidelité de leurs ſubiects, qu'ils n'entrent point aux doubtes, qui retiennent les Princes eſtrangers de deſigner leur ſucceſſeur; ce que la feu Royne d'Angleterre appelloit, mettre vn bandeau funeral deuant ſes yeux.* Cæterum, errare quoque arbitror Charron *en l'hiſt. vniu. ch. 139. p. 103.* quando ſcribit, Humbertum dediſſe Delphinatum Regi Philippo, *pour peu de choſe, a condition &c. que les fils aiſnes des Roys de France, ou autres de leur ſang, qu'ils voudroient eslire, en porteroient le nom, & ſeroient touſiours appellés Daulphins.*

q) *Eſtant François I. en Bretagne, fut accordé par les Eſtats d'iceluy païs, que François, fils aiſné du Roy, Daulphin de Viennois, ſeroit recognu pour Duc de Bretaigne, à la charge, que luy venant à regner, ledit Duché ſeroit reuni à la couronne, & que le fils aiſné de France par cy-aprés porteroit le titre de Daulphin de Viennois, & Duc de Bretagne, & ſeroyent meslées les armes de Bretagne auec celles de France, & de Daulphiné, & ainſi conſecutiuement aux autres, qui viendroient a regner, au cas que ledit Daulphin mouruſt ſans hoirs. Et par là fut aboli le traitte faict par le mariage du Roy Charles VIII. auec Madame Anne, Ducheſſe de Bretagne; auſſi celuy du Roy Louys XII. de ce nom, auec ladite Anne, & celuy du*

du Roy François I. de ce nom, (pour lors regnant) auec Madame Claude, fille dudit Roy Louys XII. & de ladite Anne, & furent les choſes emologuées auec toute ſeureté pour l'aduenir: Martin du Bellay *en ſes memoires liu. 4. fol. 133.* (Cum Franciſcus I. in Britannia eſſet, Status iſtius prouinciæ conſenſerunt, vt Franciſcus, filius primogenitus Regis, Delphinus Viennenſis, haberetur pro Duce Britanniæ, cum conditione, ſi perueniret ad Regnum, dictus Ducatus reuniretur, cum corona, ac impoſterum filius primogenitus Regis vteretur titulo Delphini Viennenſis, & ſimul Ducis Britanniæ; vtque inſignia Britanniæ commiſcerentur cum inſigniis Franciæ, ac Delphinatus, atque idem deinceps obſeruaretur, (ſi forſan ille Delphinus moreretur ſine filiis) ab illis qui ſuccederent in Regnum. Et ſic abolita fuerunt pacta, facta tempore matrimonii contracti à Rege Carolo VIII. cum Domina Anna, Duciſſa Britanniæ; & Ludouici XII. Regis cum dicta Anna, nec non Franciſci I. (tunc regnantis) cum Claudia, filia prænominati Regis Ludouici XII. & dictæ Annæ. Atque hoc approbatum fuit, quo firmiora eſſent omnia in futurum.)

r) *Le fils aiſné de France ne peut eſtre recogneu pour Prince, & Seigneur du Daulphiné, qu'apres qu'il a pleu au Roy luy en donner les prouiſions, & le commandement.* (Primogenitus filius Regis Franciæ, non haberi poteſt pro Principe, & Domino Delphinatus, niſi poſtquam placuit Regi hunc ei conferre.) P. Matthieu *liu. 11. de l'hiſtoire de Louys XI. pag. 629.* Quod an & quomodo conueniat, cum annotatis ab Autore *des antiquités, & recherches de la grandeur, & maieſte des Roys de France liu. 3. chap. 5. pag. 612.* iudicio lectoris ſubmitto. Ait autem: *Du meſme iour que les aiſnés des Roys de France voyent le Soleil, ils naiſſent ſouuerains Seigneurs du Daulphiné, & ceux de ceſte Prouince deuiennent leurs fideles vaſſaux, & leurs tres-humbles ſubiects; de maniere qu'ils rapportent au plus-haut point de gloire, & de felicité, de ne recognoiſtre puiſſance plus abſolue, ny ſouueraine, que la leur, & de leur obeïr auant qu'ils ſçachent, que c'eſt de commander. C'eſt pourquoy ayans receu nouuelles de leur naiſſance, ils choiſiſſent auſſi toſt de tous les ordres du païs, pour leur aller rendre les premiers deuoirs de leur ſubiection, & les recognoiſtre pour ſouuerains Seigneurs.*

s) *La qualité de fils aiſné de France eſt prepoſée, non ſeulement à celle de Daulphin, mais auſſi au tiltre des Royaumes, comme du Tillet, & Belleforeſt, prouuent par l'exemple de ceux, qui ont eſté Roys de Nauarre, auant qu'eſtre Roys de France, qui mettoient en leurs lettres le titre de fils aiſné de France, auant celuy de Roy de Nauarre. Et autant en fiſt le Roy François II. ayant eſpouſé la Royne d'Eſcoſſe, combien qu'il fuſt porte par le contract de ſon mariage, qu'il prendroit le nom de Roy d'Eſcoſſe; c'eſt pourquoy on l'appella le Roy Daulphin, pendant la vie de ſon pere, pource que tous les aiſnés de France ſont obligés de porter la qualité de*

Dau-

Dauphin.) Titulus primogeniti filii Regis Franciæ anteponitur non ſolum titulo Delphini, verum etiam titulo regnorum, vt probant Tilletus & Belleforeſtus, exemplis eorum, qui fuerunt Reges Nauarræ, antequam peruenerunt ad Regnum Franciæ, qui in literis ſuis præponebant prædicatum filii primogeniti Franciæ, titulo Regis Nauarræ. Idem fecit Rex Franciſcus II. poſtquam Reginam Scotiæ duxerat in vxorem, licet dictum fuerat in pactis matrimonialibus, vt vteretur titulo Regis Scotiæ. Hinc, viuente patre, appellatus fuit Rex Delphinus; omnes enim Franciæ Regum primogeniti ad hoc obligati ſunt, vt vtantur titulo Delphini.) Loyſeau *d. cb. 7. n. 41. & 42.*

t) Contrarium docuit Tilletus *d. tr. & tit. pag. 212.* quando ſcripſit: *Le Daulphiné de Viennois fut acquis par le Roy Philippes de Valois, pour eſtre au fils aiſné de France: & depuis tous ont prins ce titre, non pour eſtre le premier, & plus-eminent; parce que ceux qui ont tenu des Duchés, comme Monſieur Charles de France, fils aiſné du Roy Iean, & Duc de Normandie, Monſieur Louys de France, fils aiſné du Roy Charles VI. Duc de Guyenne, & autres, ont eſté intitulés premierement Ducs, que Daulphins. Cela toutesfois de nos iours n'a eſté ſuiui en la perſonne du Roy Henry II. lors qu'il eſtoit Daulphin: Car il fut intitulé, Henry, fils aiſné du Roy, Daulphin de Viennois, Duc de Bretagne; par ignorance du paſſé, & couleur que dés leur naiſſance ils ſont appellés Daulphins.* (Delphinatus Viennenſis à Philippo Valeſio Rege pro maximo Regum filio acquiſitus fuit: atque hinc factum, vt omnes hoc nomen habuerint, non quaſi primum eſſet & præſtantiſſimum. Nam qui Ducatus habuerunt, vt Carolus, maximus natu Iohannis Regis filius, Dux Normanniæ; Ludouicus, filius natu maximus Caroli VI. Dux Aquitaniæ, & alii, primum Duces quam Delphini dicebantur. Sed tamen noſtris temporibus aliud Henrico II. Rege, dum adhuc Delphinus, factum eſt; audiuit enim Henricus, Regis primogenitus, Delphinus Viennenſis, & Dux Britanniæ: id quod contigit ob præteritæ hiſtoriæ ignorantiam, & quod primogeniti ſtatim à natiuitatis termino Delphini appellantur. Huic obloquens Loyſeau *d. chap. 7. n. 43.* ait: *Ie m' esbahy, comme du Tillet trouue eſtrange, qu'ils mettent le titre de Daulphin deuant celuy de Duc, diſant que c'eſt plus d'eſtre Duc, que d'eſtre Daulphin: ce qui pourroit eſtre vray, ſi le Duché, dont le fils aiſné de France prendroit le nom, eſtoit vn Duché ſouuerain. Mais le Daulphiné, eſtant Seigneurie ſouueraine, eſt, ſans doute, vn plus-haut titre, que celuy de toutes les ſubalternes. Et ce qui ſe faiſoit iadis autrement, eſtoit, qu'on n'auoit pas encor bien diſtingué en France les Duchés, & Comtés ſouuerains, d'auec les ſubalternes; tous les Ducs & Comtes pretendans la ſouueraineté. Mais depuis que nos Roys ont pris garde à retrancher leurs entrepriſes, c'eſt à bon droict, que le Roy Henry II. eſtant Daulphin, ſ'intituloit Daulphin de Viennois, Duc de Bretagne, pour monſtrer que le*

Duché

Duché de Bretagne n'eſtoit pas ſouuerain. (Miror Tilleto inconueniens videri, quod titulum Delphini præponant titulo Ducis, cum plus ſit, vt ipſe putat, Ducem eſſe quam Delphinum; quod pro vero admitti poſſet, ſi Ducatus, cuius titulo vteretur primogenitus Regis, haberet ſummum imperium. Verum cum Delphinatus ſit dominatus independens, & ſui iuris, ſine dubio titulo antecedit omnes ab aliis dependentes. Quando autem olim aliud obſeruatum, in cauſa fuit, quod nondum in Francia Ducatus & Comitatus abſoluti, à ſubalternis exactè diſtingui cœperant, cum omnes Duces ac Comites prætenderent abſolutum imperium. Poſtquam vero noſtri Reges in id incubuerunt, quo conatui illorum poneretur obex, rectè Henricus II. quo tempore Delphinus erat, vſus fuit titulo Delphini Viennenſis, ac Ducis Britanniæ; vt indicaret, Ducatum Britanniæ ſupremo imperio haud pollere.) Ego dubito an hæc ratio vera ſit, Delphinatum quod attinet: Nam ſi Regni Franciæ pars factus eſt, vt eſſe videtur, ſuperioritate caret. vide ſupra *lib. 1. cap. 4. lit. mm.* Solum hoc inconueniens Tilleto oppono; quod ſi titulus Delphini minor eſſe credatur titulo Ducis, ſecundogenitos, qui titulo Ducis Aurelianenſis, ac Ducis Andegauenſis, vſi ſunt, honore titulorum ante Delphinum fuiſſe.

u) Combien qu'aucuns mettent en auant, qu'il faudroit appeller le fils aiuné du Roy, Daulphin ſimplement, & non pas Monſeigneur le Daulphin, comme on dit le Roy, ſimplement, & non pas Monſeigneur le Roy; neantmoins l'vſage contraire a preualu, prouenant, à mon aduis, de ce, que le Daulphiné, eſtant vne Seigneurie, qu'on pretend ſeparée du Royaume, le titre d'icelle n'importeroit aucune recognoiſſance de ſouueraineté ſur les François, ſi on ne laiſſoit au deuant la qualite de Monſeigneur, ou Monſieur, qui eſtoit l'ancien tiltre du fils aiuné de France, auant qu'il ſe qualifiaſt Daulphin: ainſi qu'en l'Empire de Conſtantinople le nom de δεσπότης, & és autres Royaumes & principautés ſouueraines, celle du Prince: d'autant que le fils eſt participant, non pas au pouuoir, mais a l'honneur de la Seigneurie, dés le viuant du pere, ſolaque illi adminiſtratio deeſt, *comme diſent nos Docteurs, apres la gloſe ſur le canon dernier, 24. queſt.* 1. Loyſeau *d. ch. 7. n. 37.* (Licet nonnulli tradant, Regis primogenitum ſimpliciter appellandum eſſe Delphinum, & non (*Monſeigneur*) Dominum meum Delphinum, quemadmodum dicimus Regem, non vero Dominum meum Regem; nihilo minus tamen vſus contrarius præualuit, cuius vires inde, meo iudicio, proueniunt, cum Delphinatus ſit dynaſtia, vt prætenditur, ſeparata à Regno, atque ita titulus ab eadem aſſumptus, nullam, reſpectu Francorum, ſecum ferret reuerentiæ aut ſuperioritatis notam, niſi ante hunc titulum remaneret prædicatum Domini mei, aut Domini, qui titulus antiquitus attribuebatur filio primogenito Franciæ, antequàm eidem collatus fuiſſet titulus Delphini: non ſecus ac in Imperio Conſtantinopolitano nomen Deſpo-

tæ, ac in aliis Regnis & principatibus abſolutæ poteſtatis, nomen Principis. Filius enim, viuo adhuc patre, participat, non quidem de poteſtate, attamen de honore principatus, ſolaque illi adminiſtratio deeſt, vt loquuntur Doctores noſtri, *poſt gloſſam ad canonem vlt.24.q.1.*)

dus, (quem hoc caſu non amittunt) vna cum titulo & nomine. Conſuetudo hæc, per inquiſitionem factam anno MCCXLV. probata fuit, vt videre eſt in theſauro literario Regis. Huius itaque virtute, Domina Conſtantia Franciæ, filia Regis Ludouici Craſſi, quæ data fuit in matrimonium Ræmondo, Comiti Tholoſano, non alio quam Comitis titulo vtenti, dicta fuit Regina Conſtantia, non autem Comitiſſa Tholoſana. Verum hæc conſuetudo non continuauit, quoniam tranſiit in ludibrium; quamquam Bartolus *ad l. 1. C. de dignit.* docet, illam in iure fundari. Reuocata tamen in vſum fuit, quando, ante non multos annos, Margaretha Franciæ, quæ erat filia Regis, & ſoror trium Regum, optimo iure appellata fuit Regina Margaretha.)

kkk) Le manteau des filles de France eſt de velours violet, & fourré d'hermine mouchetée, à vn bord tout à l'entour de trois fleurs de lys entieres, vne demy fleur de lys au bas dudit bord, & eſt encores le reſte dudit manteau couuert de fleurs de lys entieres, faites de broderie d'or, appliquees ſur ledit manteau en barre, beaucoup plus vuide que plein. Leur cotte, ſurcot, & manches, ſont auſsi de velours violet, ſemées par tout de fleurs de lys, excepté demy pied au haut de ladite cotte, où il n'y a aucune fleur de lys. Pour le ſurcot, & manches ils ſont ſemblables aux manteaux des Roynes: Le Mercure François *tom. 11. pag. 364.* vide ſupra *hoc lib. cap. 19. lit. aa.*

lll) Il eſt tout certain, que ny les filles de France, ny les autres Princeſſes, ne perdent point leur rang, & qualité de Princeſſes, pour eſtre mariées à gens de moindre qualité, pource que la Principauté eſt vne qualité pardeſſus toutes les autres, qui met ceux, qui en ſont titrés, en vn rang ſeparé des autres hommes, parmy leſquels ils ne rentrent iamais: & d'ailleurs, ceſte qualité eſt ſi illuſtre, que elle illumine de ſa ſplendeur ce, qui ſe ioint à elle, plutoſt que de perdre ſon luſtre & eſclat par l'approchement d'vne lumiere moins forte: Loyſeau *d. chap. 7. n. 52.* (Certum omnino eſt, nec filias Regum Franciæ, nec cæteras ſanguinis Principum fœminas, perdere ordinem, & qualitatem Principiſſarum, quando nubunt inferioris conditionis dynaſtis. Principis enim dignitas, qualitate ſua ante reliquas eſt, quæ eos, easque, qui quæue hac clarent, refert in ordinem ſeparatum à cæteris hominibus, in quorum claſſem nunquam redeunt. Præterea, hæc dignitas adeo illuſtris eſt, vt ſplendore ſuo illuminet potius eos, qui ad eam accedunt, quam vt deficiat fulgore dum lux alia minor accedit.)

mmm) Pour les naiſſance & mariage de Madame, fille aiſnée du Roy, & pour le mariage des autres, ſont donnees facultés de creer maiſtres es villes du Royaume, eſquelles y a meſtiers iurés: Tillet *d. l. pag. 218.* (In fauorem natiuitatis & nuptiarum primogenitæ Regis, nec non nuptiarum reliquarum filiarum regiarum, datur facultas creandi magiſtros in ciuitatibus regiis, in quibus ſunt opificia iurata.)

Digitized by Google

nnn) Les Roys ſouloient leuer taille ſur les ſubiects de leurs domaines, pour le mariage de leurs filles, & la leua le Roy Philippes le Bel, pour le mariage de ſa ſeconde fille, madame Yſabeau de France, Royne d'Angleterre: les vaſſaux dudit Roy y gaignoient, car ils tailloient pource leurs ſubiects, & leur en demeuroit partie, oultre ce qu'ils bailloient au Roy. Ceux de Normandie accorderent bailler le tout audit Roy, pour ledit mariage. Et en Octobre MCCCIX. il leur donna declaration, que celle liberalité ne leur fiſt preiudice à l'aduenir, quant au droit que la couſtume leur bailloit d'en retenir portion. Ledit droit de taille eſtoit couſtumier, & narré, & approuué par trois arreſts du Parlement de la Chandeleur, MCCLXX. (Solebant Reges collationes ſubditis dominii ſui imperare, quando filias ſuas elocabant, talemque exegit Rex Philippus Pulcher, cum ſecunda ipſius filia, Iſabella Regina Angliæ, nubebat. Atque hinc vaſalli Regis percipiebant lucrum; nam à ſubditis ſuis ita collationem exigebant, vt partem ipſi perciperent, præter id quod dabatur Regi. Normanni ſummam totam Regi in matrimonium illud dare ſpoponderunt, qui menſe Octobri MCCCIX. ſtatuit, ne illa liberalitas ipſis impoſterum damnoſa eſſet, quantum ad ius conſuetudinarium retinendæ partis. Hoc ius receptum, approbatumque fuit tribus decretis Parlamenti, ſub tempus feſti candelarii anno MCCLXX.) Tillet *d. l. pag.* 218. teſtis de tempore præterito: de eo quod ſubſecutum, & adhuc currit, Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag.* 29. ita deponit: *Le Roy, par generale couſtume, prend taille ſur tous ſes ſubiects de ſon domaine immediatement, lors qu'il marie ſa fille.* Quid ſimili in caſu in aliis Regnis obtineat, videſis apud Klock *de contribut. cap.* 8. *n.* 13. & 14.

ooo) Exempla nobis ante oculos ſtatuit Tillet *d. l. p.* 217. de quibus cæteriſque ſimilibus, ex eodem Tilleto annotauit Bret *de la ſouuer. du Roy, liu.* 1. *ch.* 4. *p.* 35. (*que les terres, qu'on donne aux filles des Roys de France, ou en dot, ou pour leur entretenement, ne ſont poſſedées par elles en tiltre d'hoirie, ou de legitime, mais ſeulement en aſſignat; & dont encore la iouiſſance ne doit eſtre continuée outre la perſonne, & la vie des enfans, qui ont eſté procreés de leur mariage.*) fundos, qui dantur filiabus Regum Franciæ, dotis nomine, aut pro ſuſtentatione, non poſſideri ab illis tanquam hereditatem, aut legitimam, ſed tantum vt aſſignationem quandam, cuius fruitio ad illas tantum, & liberos, ab illis ex legitimo matrimonio procreatos, pertinet, nec vltra extenditur. Rem exacte trutinans Loyſeau *des droits des offices d. liu.* 4. *ch.* 9. *n.* 23. & *ſeq.* ait: *Quant aux terres baillees en mariage aux filles de France, auparauant l'ordonnance du domaine, elles n'eſtoient pas eſtimées reuerſibles, ſi non en defaut de maſles, & femelles, comme du Tillet prouue bien; pource que la premiere conceſſion eſtant faicte à vne fille, monſtroit aſſés que les femelles en eſtoient capables, & toutesfois la reuerſion ne laiſſoit d'y eſtre ſoubſentenduë, à cauſe de la nature du domaine, qui ne peut eſtre aliené d'alienation du tout irreuocable: qui fut neant-*

moins vne de nos plus-grandes querelles contre les Anglois, pour le Comté de Vexin, donné en mariage à Madame Marguerite de France, fille du Roy Louys le Ieune, mariée à Henry III. Roy de Angleterre, qui mourut ſans enfans. Mais auiourd'huy ceſte difficulté ne peut plus arriuer; pource que les terres du domaine ne ſont plus baillees purement, & ſimplement en mariage aux filles de France, ains ſeulement en payement des deniers dotaux à elles liquidement promis, & comme vn engagement, ou vente, à faculté de rachapt: & neantmoins pour le reſpect & merite du ſang Royal, cela eſt accomparé en tout, & par tout, au vray appanage, meſmes eſt ſouuent dans nos liures appellé de ce nom. (Quod latifundia attinet, quæ filiabus Regum Franciæ dantur in dotem, illa, ante edictum de domanio, non intelligebantur eſſe reuerſibilia, niſi in caſu deficientium liberorum maſculorum, & fœminini ſexus, vt ſatis probat Tilletus. Quoniam enim prima conceſſio fiebat filiæ, ea ſatis indicabatur fœminas ſucceſſionis capaces eſſe, nihilominus tamen reuerſio ſubintelligebatur, propter conditionem domanii, quod non poteſt omnino, & citra reuocationem, alienari. Fuit tamen hæc vna ex magnis contentionibus, quæ nobis cum Anglis interceſſerunt, propter Comitatum Vilcaſſinum, datum in dotem Dominæ Margarethæ, filiæ Regis Franciæ Ludouici Iunioris, quæ nupta Henrico III. Regi Angliæ, mortua fuit ſine liberis. Hodie autem hæc difficultas ceſſat, poſtquam fundi domaniales non amplius pure & ſimpliciter filiabus Regum Franciæ in dotem dantur, ſed ſolum loco pecuniæ in dotem certam promiſſæ, tanquam hypotheca quædam, aut res vendita cum pacto relutionis, aut reuenditionis. Nihilo minus tamen, in honorem ſanguinis Regii, hæc aſſignatio comparatur in omnibus, & vbique, cum vero apanagio, imo ſæpius in libris noſtris eodem appellatur nomine.)

ppp) Les filles de France ont le plus-ſouuent eſté mariées à argent: Tillet *d.l.p.*217. Filiæ, ac ſorores Regum, dum collocantur & nubunt, nihil præter pecuniam de regalibus Francorum prædiis delibare poſſunt: Bodin. *de republ. lib.*1. *c.*9. *p.*189. vel vt Thuanus *lib.*72. *hiſt.* legibus Franciæ filiæ Regum pecunia tantum, nunquam rebus fundi donantur: nouo tamen more Henricus III. ſorori ſuæ Margaritæ, Cadurcorum & Aginenſium præfecturas dotis nomine attribuit, & iura etiam regia & coronæ, vt vocant, eis vnita, priuato diplomate tranſcripſit.

qqq) Le Roy Charles V. en l'an MCCCLXXIV. ordonna cent mille francs d'or, qui eſtoient eſcus, pour le mariage de chacune de Meſdames Marie & Iſabeau de France, ſes filles, & à chacune de celles, qui naiſtroient aprés, ſoixante mil francs d'or. Le Roy Charles VI. en Mars MCCCXCV. en accorda huit cens mille en mariage à Madame Iſabeau de France ſa fille, auec le ſecond Richard Roy d'Angleterre: ainſi leur dot n'eſt limité: Tillet. *d.l.p.*217. (Rex Carolus V. anno MCCCLXXIV. filiabus ſuis Mariæ, & Iſabellæ, in matrimonium conſtituit

centem

centena millia francorum aureorum, id eſt, coronatorum; & naſcituris poſtea ſexagena millia. Carolus VI. Rex menſe Martio anni MCCCXCV. promiſit octingenta millia francorum Iſabellæ filiæ, nupturæ Richardo II. Regi Angliæ. Ita dos incerta eſt.) *L'ordonnance de Charles IX. ne donne aux filles de la maiſon de France que dix mille liures; & combien qu'Eliſabeth de France, fille de Philippe le Bel, fut mariée au Roy d'Angleterre, ſi n'euſt elle, que douze mille liures en mariage. On me dira, que c'eſtoit beaucoup, veu la rareté d'or & d'argent, mais auſſi la difference eſt bien grande entre dix mille liures, & quatre cens mille eſcus &c.* Bodin *de la Republ. liu.5. ch.2. p.719.* quem locum in editione latina *d. lib. & cap p.837. & ſeq.* ita expreſſit: Nobis lata lex eſt Carolo IX. Rege, qua dotes omnium maximæ decem libellarum millibus terminantur, pœna mille aureorum conſtituta, qui fraudem legi feciſſet. Sed lex ipſa non antiquitate, ſed nouitate ſua euanuit: tametſi nec Philippus Bellus, Eliſabethæ, Anglorum Regi nuptæ, nec Carolus V. filiabus Regum maiorem dotem conſtituiſſent. Quod ſi quis putet, auri & argenti ſummam, quæ tunc erat in Europa, inopiam, legibus illis cauſam dediſſe, non quidem male putabit, ſed ætate noſtra dotem filiarum Henrici II. Regis Francorum conſtitutione quadringentis aureorum millibus definitam fuiſſe, videmus; qua ratione centum viginti dotes maiorum vni exæquantur. Non ſolum autem hæc latina cum Gallico textu ſenſu non conueniunt, ſed etiam à Tilleti relatione, quantum ea Caroli V. mentionem facit, diſcrepat. Quodque de ſumma inopia auri & argenti Europæ memorat, id fortaſſis rectius de ſola Francia alii intelligunt. *La France* (inquit P. Matthieu *liu.11. en l'hiſtoire de Louys XI. pag. 709.*) *n'a pas cognu l'abondance d'or, que par le trafic d'Italie, laquelle auoit comme en reſerue tout l'or de l'Europe, & ſi abondamment, que lors que la France ne donnoit aux filles des Roys, que ſoixante mille liures en mariage, pour vne fois, vn Vicomte de Milan (peu de choſe en comparaiſon d'vn grand Roy) donna deux cens mille eſcus à ſa fille.* Poſt hæc, ſiue abundantiam pecuniæ, ſiue affectum in filiam, vel ſororem, ſiue ſponſi dignitatem, cauſam ſtatuamus auctæ dotis, experientia nos docuit, dotem Henricæ Mariæ, quando anno huius ſeculi vigeſimo quinto nupſit Carolo, Regi Magnæ Britanniæ, fuiſſe *huict cens mille eſcus, monnoye de France*: Autor *de l'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu, tom.5. p.25.* le Mercure François *tom.10. p.484.* atque ita exceſſiſſe ſummam à Iaques de Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle chap. 141. pag. 1056.* expreſſam. Ait ille: *Iſabeau, fille du Roy Philippes le Bel, n'auoit eu en mariage plus que douze mille eſcus, eſpouſant le Roy Edouart d'Angleterre. Mais à preſent les mariages ſont tellement hauſſés, que pluſieurs artiſans en donnent beaucoup plus à leurs filles, aucuns ſimples marchands, trois, ou quatre fois autant, quelques financiers vingt, ou trente fois d'auantage, & nos Roys, iusques à cinq, ou ſix cens mille eſcus.*

Digitized by Google

rrr) *Le Preuoſt des Marchands, & Eſcheuins, auec le corps de l'hoſtel de ville, a cet honneur, de conduire ſeul les filles de France, à leur depart de Paris, pour s'en aller accomplir les promeſſes de leurs mariages* : Le Mercure François *tom. 11. pag.* 367. Hilarion de Coſte *tom. 1. part. 4. des eloges & vies des Roynes, Princeſſes & Dames illuſtres &c. pag.* 601.

CAPUT XXII.

De Regiis liberis naturalibus.

CAſtitatis ſtudium pauci exercent, potiſſimum vero id negligunt illi, quorum abſoluta poteſtas eſt: vnde haud raro *patres patriæ*, ambiguo ſenſu *(a)*, audiunt. Inter Reges Franciæ multos licentioſam Venerem exercuiſſe *(b)*, tam extra matrimonium, quam in ipſo, pernotum: hac tamen in palæſtra Henrico IV. præ cæteris primus adſcribitur locus; qui, ſeu naturæ, ſeu conſuetudinis, ſtimulo incitatus *(c)*, hic multa certauit certamina, & pro palma liberos tulit plurimos *(d)*. Ego mitiore appellatione eos, reliquosque anteriorum Regum extra coniunctionem legitimam natos, naturales dicere malui, quam baſtardos, ſpurios, adulterinosue, non neſcius interim quantum inter ſingulos diſcrimen fuerit. A natura diſtinguuntur in maſculos & fœminas, hoc eſt, filios, vel filias. Illorum fortuna & conditio, pro diuerſitate temporum, & trium familiarum Regiarum, diuerſas nobis oſtendit facies. In prima, quæ Merouingiorum dicitur, non ſolum Clodoueus ex illegitimo concubitu natus *(e)*, ad regnum admiſſus fuit, ſed etiam poſtea illegitimi ſoli, vel vna aliquando cum legitimis, in illud ſucceſſerunt *(f)*. In ſecunda, quæ Carolingorum fuit, itidem ex illegitime natis in Regnum ſucceſſerunt, Ludouicus & Carolomannus, filii naturales Ludouici Balbi *(g)*, vt communior fert opinio *(h)*. In tertia, Capetiorum nempe, familia, illegitime nati ad Regnum omnino non admiſſi fuerunt *(i)*, ſiue, quod à multis affirmatur, Capetus legem ea de re tulerit *(k)*, ſiue, quod à Carolo Magno iam olim lex lata, ſub hac familia ſtrictius obſeruari cœperit *(l)*. Ac, quo paci publicæ magis conſuleretur, illegiti-

illegitimi Regum filii tunc Eccleſiaſtico ordini aſſociati fuerunt (*m*): quod tamen fieri poſtea deſiit, ac non ſolum naturales illi, ex concubinatu cum illuſtribus perſonis nati, à Regibus pro filiis habiti (*n*), ſed etiam ad omnia legitimati, (ſola ſucceſſione in Regnum excepta) & eis collatus honor, vt immediate ſequantur Principes ſanguinis (*o*). Prætendunt etiam ipſi, nomen Principum naturalium Regni (*p*), & Principes audiunt (*q*): Idque nobilitati ſanguinis paterni conueniens eſt (*r*). De cætero, vt plurimum legitimis robuſtiores eſſe cenſentur naturales (*s*), & proſtant exempla varia, quibus docemur, huius conditionis homines virtute, & fortitudine inclaruiſſe (*t*). Quod porro naturales filias Regis attinet, ſi ille eas pro ſuis agnoſcit, & legitimat, ipſæ quoque cognomine Franciæ gaudent (*u*), niſi aliud ſpeciale à Rege ipſis detur, qui ipſas aliquando monaſteriis addicit, aliquando autem non leui dote aliis elocat (*x*): nondum legitimatę vero ſe vocant *Baſtardes de France* (*y*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) *N'y en auoit-il pas vn dernierement* (exclamat Balſac *en ſon prince, n.*124. *pag.* 133.) *qui ſe vantoit, d'auoir triomphé de la plus-belle partie du monde? parlant des Dames, qu'il auoit aimées: Et vn autre ne diſoit-il pas, que pour meriter à meilleur tiltre le nom de pere de ſon peuple, il faiſoit le plus d'enfans qu'il pouuoit aux femmes de ſes ſubiects?* (Nonne vidimus nuper Titium gloriari, ſe triumphaſſe de pulcherrima mundi parte? intelligens de fœminis, cum quibus amorem exercuiſſet. Nonne quoque audiuimus alium dicere, quo meliori titulo conſequeretur nomen patris patriæ, omni ſtudio incumbere, vt ſubditorum ſuorum fœminæ ex concubitu ſuo grauidæ reddantur.)

b) *Henry III. eſtant à Veniſe, viſita les courtiſanes: ce qui fut trouué indecent à vn Prince de ſi grande & illuſtre reputation*: Scipion du Pleix *en l'hiſtoire de Henry III. pag.* 23. *n.* 25.

c) *Le Roy Henry le Grand s'abandonnoit quelquesfois aux plaiſirs de l'amour; ce Prince tres-bon & tres-vaillant eſtant foible à reſiſter aux charmes de la beauté des femmes*: Hilarion de Coſte *tom.* 2. *des eloges & vies des Dames illuſtres. part.*1.*p.*477. *Henry IV. a eſté blaſmé de lubricité, ayant contracté ſi puiſſamment cette ſenſualité, durant le libertinage du Caluiniſme, outre ſon inclination naturelle, qu'il n'en pouuoit eſtre diſtrait, ny par les exercices de la religion, ny par le mariage, ny par le declin de ſon aage, & de ſes forces*: Scipion du Pleix *en l'hiſtoi-*

l'hiſtoire de Henry IV. p.592. n.17. & p.577. n.6. la grande benediction, que Henry IV. voyoit en ſa maiſon par vne belle poſterité, ne bornoit pas pourtant ſes paſſions amoureuſes dans le contentement d'vn ſi heureux mariage. Le naturel, & la mauuaiſe habitude qu'il auoit priſe, pendant ſa hereſie, le portoient facilement à des amours illicites. Vagam Venerem Henricum amaſſe, & exercuiſſe, vbi nondum Catholicam-Romanam religionem amplexus fuerat, negare haud licet; at vero religioni Caluinianæ, vel reformatæ, hanc licentiam adſcribere, non leuem mihi videtur ſapere injuriam, nec minorem illa, qua Robertus Turnerus, *in triumpho Bauariæ, pag.* 115. aſſerere non erubuit; religionem Caluini non ferre virginem octodecim annorum. Ego, nec Pontifici, nec Caluino addictus, hoc vere atteſtari poſſum, me in peregrinationibus, quibus Italiam, Galliam, Angliam, bonamque Germaniæ partem perluſtraui, diſciplinam caſtitatis apud Caluinianos longe exactiorem deprehendiſſe, quam inter Catholicos-Romanos. Idem conſtat, Galliam quod attinet, & clariſſime quidem, ex relatione Thuani, *hiſt. lib. 35. a princ.* Cum enim Pigreſerius, priſci moris ac ſeueritatis vir, à Ludouico Condæo Aureliæ præpoſitus, adulter atque adultera vt capite plecterentur, iudicium vrgeret, aula Regia adeo male id accepit, vt plerique palam teſtarentur, ſe à Proteſtantibus ſemper alienos futuros, & vel ob eam cauſam nunquam in eorum verba iuraturos eſſe, qui adulteriis hucuſque impunitis noua, & apud Gallos inaudita ſeueritate, pœnam capitis ſtatuerent.

d) Naturales liberi Henrici IV. fuerunt multi, inter præcipuos autem illi, quos ei peperit Gabrielis Eſtræa, Duciſſa Bellofortia (*de Beaufort*) & Marchioniſſa de Monceau: quorum

I. Cæſar, Dux Vindocinenſis, Bellofortius, & Stampenſis, natus anno MDXCIV.

II. Alexander, natus anno M D XCVIII. poſtea Magnus Prior Franciæ factus, (*Grand Prieur de France.*)

III. Catharina Henrica, quæ anno MDCXIX. nupſit Carolo Lotharingo, Duci Ellebouii. (*Duc d'Elbeuf.*)

Henrica de Balſac, Marchioniſſa de Vernueil, filia Franciſci d'Entragues, Gubernatoris Aurelianenſis, (*laquelle, aprés vne longue reſiſtance, flechit en fin aux recherches amoureuſes de ſon Roy, ſur les belles eſperances d'vne grande fortune, que la paſſion de ſa Maieſté luy faiſoit promettre:* Scipion du Pleix *dict. tr. pag.* 382, *n.* 20.) peperit

I. Gaſtonem de Foix, poſtea Henricum appellatum, qui factus Epiſcopus Metenſis.

II. Gabrielidem, quæ nupſit, anno MDCXXII. Bernhardo de Nogaret, Duci de la Valette, filio tertiogenito Ducis Eſpernonii.

Iaco-

Digitized by Google

Iacobina (*Iacqueline*) de Bueil, Comitiſſa de Moret, edidit in lucem Antonium, Comitem de Moret.

Carola des Eſſars, Domina de Romorantin, peperit

I. Iohannam de Bourbon, dictam de S. Mauro, quæ facta Abbatiſſa *de Fonteuraud*.

II. Mariam Henricam, dictam de S. Placida, quæ facta Abbatiſſa Cellenſis. (*de Chelles*.)

e) *Nos anciens couchent Clouïs entre les legitimes, toutesfois ils ne s'aduiſent pas, qu'en faiſant le recit de ſa vie ils chantent tout le contraire. Qui ne ſoit vray, ils ſont tous d'accord, que Childeric, ayant eſté chaßé du Royaume, pour ſes extorſions, & tyrannies, ſe retira à Toringe, où ayant eſté honorablement accueilly du Roy, il deuint amoureux de la Royne Bazine, ſa femme: tellement que eſtant depuis rappellé par les François, il l'enleua, & eſpouſa, violant par ce moyen tout droit de gens, & d'hoſpitalité. Toutesfois de ce mariage nasquit ce grand Clouïs:* Eſtienne Paſquier *liu. 5. des recherches de la France chap. 26. fol. 291. lit. E.* (Antiqui noſtri Hiſtorici referunt Clodoueum inter legitimos; at non perpendunt, quod in deſcriptione vitæ eius contrarium doceant. In hoc conſentiunt omnes, Childericum, Regno propter extorſiones, & tyrannidem, expulſum, ſe contuliſſe in Thuringiam, ibique à Rege eius prouinciæ honorifice exceptum fuiſſe. Poſtea amore erga Reginam Baſinam incenſum, eam, poſtquam à Francis ad ſceptrum reuocatus, ſecum abduxiſſe, atque habuiſſe pro coniuge, & hac actione violaſſe ius gentium, ac hoſpitalitatis. Et tamen ex hac coniunctione natus fuit Clodoueus.)

f) *Thierri, fils naturel de Clouïs, ſucceda au Royaume auec les trois legitimes, & fut Roy de France, au tiltre d'Auſtraſie. Clotaire le Grand, eſtoit pareillement baſtard, ſelon la plus commune opinion; & Sigibert II. ſon baſtard, fut außi Roy de France en Auſtraſie:* Loyſeau *des ordres, chap. 7. n. 87.*

g) *En la ſeconde lignée, dont le tige, qui fut Charles Martel, eſtoit baſtard, Louys, & Carloman, baſtards de Louys le Begue, furent Roys enſemblement:* Loyſeau *d. n.* 87.

h) Aliud placet Scipioni du Pleix *en l'inuentaire des erreurs de l'inuentaire de Iean de Serres, pag.* 135. cuius verba vide ſupra *libro 1. cap. 8. lit. mm. in f.*

i) Loyſeau *d. chap. 7. n.* 88. cuius verba itidem vide ſupra *dict. lib. 1. cap. 8. lit. mm.*

k) *D. c. 8. lit. mm.* André Fauyn *au theat. d'honn. liu. 3. p. 536. & p. 537.* vbi addit: *Pour monſtrer l'obſeruation de ceſte ſainte ordonnance, c'eſt que depuis ſix cens ans, & plus, qu'elle fut publiée, il ne ſe lit point, que baſtard de France, ou iſſu, & deſcendu de fils de France, ait eſté legitimé & aduoüé, que Iean, Comte de Dunois, fils baſtard de Monſr. Louys de France, Duc d'Orleans, qui pour*

les grands & ſignalés ſeruices, rendus à la couronne, fut par les Eſtats generaux de France, aſſemblés par le commandement du Roy Charles VII. dict le Victoreux, legitimé, & luy & ſa deſcente declarés Princes, & leur rang aſſigné immediatement aprés les Princes du ſang.

l) Azorius *parte 2. inſtit. moral. lib. 11. cap 2. pag.* 1074. ſcribit: Tempore Caroli Magni inter alias leges vnam eſſe conſtitutam, ne imposterum in Regno Galliarum ſpurii filii, etiamſi pater vt filios agnouerit, ſuccederent.

m) Loyſeau *d. chap. 7. n. 90.*

n) Loyſeau *d. l. n. 91.*

o) Les Roys legitiment leurs baſtards en tout, & par tout, fors pour la ſucceſſion du Royaume, & ce par lettres expreſſes, qui portent clauſe, qu'ils marcheront immediatement aprés les Princes du ſang: lettres qu'ils font verifier au Parlement, de ſorte qu'il ne faut nullement douter, que les enfans naturels des Roys, & tous leurs deſcendans legitimés d'iceux, n'ayent le tiltre & rang de Prince: Loyſeau *d. ch. n.* 91. (Reges legitimant naturales ſuos, per omnia (excepta ſola ſucceſſione in Regnum) literis expreſſis, quibus inſerta clauſula, vt immediate ſequantur Principes ſanguinis. Has literas comprobari faciunt à Parlamento, vt ſic extra omne dubium liberi naturales noſtrorum Regum, & eorum deſcendentes legitimati, & titulo, & ordine Principum vtantur. Vide Fauyn *au theat. d'honneur, liu.* 3 *pag.* 761.

p) Les enfans naturels de nos Roys, ou des Princes du ſang, dont la branche eſt paruenuë à la couronne, & leurs deſcendans, ont ſouſtenu, que comme les deſcendans des legitimes, auſſi qu'eux ſont Princes naturels du Royaume: Loyſeau *d. chap. 7. n. 86.*

q) N'eſtant raiſonnable, que les baſtards ſoyent en pareille dignité, & degré d'honneur, que les enfans legitimes, ils doiuent touſiours eſtre mis d'vn degré plus bas qu'eux: De ſorte que les baſtards des Roys ſont Princes; ceux des Princes ſont Seigneurs; ceux des Seigneurs ſont Gentilshommes, & ceux des Gentilshommes ſont roturiers, (s'ils ne ſont legitimés & annoblis par le Roy: Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 2. chap. 9. pag. 243.) à fin que le concubinage n'ait autant d'honneur, que le loyal mariage:* Loyſeau *des ordres, chap. 5. n. 64.* (Nec enim rationi conueniens eſt, naturales in eodem gradu dignitatis & honoris conſiſtere, in quo ſunt liberi ex legitimo matrimonio nati; ſed ſemper debent vno gradu his poſtponi. Sic itaque, naturales Regum ſunt Principes, Principum, Dynaſtæ; Dynaſtarum, nobiles; nobilium, plebeii (niſi legitimati & nobilitati ſint à Rege) ne ſcilicet concubinatus honore æquetur matrimonio.)

r) Ce qui eſt extremément bien conuenable à l'extreme reſpect, & reuerence, que le peuple de France, plus que tout autre, porte à ſes Roys, & à leur ſang:

en

Digitized by Google

en l'excellence duquel on ne doit imaginer aucune ſoüilleure, ny corruption, ains, au contraire, ce ſang Royal purifie & annoblit tout autre ſang, auec lequel il ſe meſle. Car il faut aduouër, qu'il eſt d'eſtoffe & qualité trop plus noble, & auguſte, que celuy des autres hommes, veu que Platon *au 3. de ſa Republ. a dit, que ceux, qui ſont nau pour commander, ſont compoſés d'autre metal que les autres: & Ariſtote a dit encor plus à propos; que les Roys ſont d'vn genre moyen entre Dieu & le peuple. Comme donc les poëtes appellent les baſtards des Dieux, Heroës, ou demy-dieux, auſſi pouuons-nous dire, que les baſtards des Roys ſont demy-Roys, c'eſt à dire, Princes, qui eſt la qualité moyenne entre les Roys, & les autres hommes. Et puis que nous les priuons du pouuoir de commander, au moins leur deuons-nous laiſſer l'honneur, ou tiltre honoraire de Prince, & le rang au deſſous des Princes capables de commandement ſouuerain:* Loyſeau *d. tr. des ordres, d. ch. 7. n. 92.* (Hoc maxime conuenit cum ſumma reuerentia, qua populus Franciæ, præ cæteris omnibus, colit Reges ſuos, & eos qui ſunt huius ſanguinis regii: cuius excellentia non admittit inquinationem, aut corruptionem; imo vero, ſanguis ille Regius purificat, & nobilitat omnem alium ſanguinem, cum quo ſe permiſcet. Fateri enim cogimur, ſanguinem Regum materia & qualitate longe nobiliorem, & auguſtiorem eſſe, ſanguine reliquorum hominum; quia Plato 3. *de Republica* ſcripſit, quod qui ad imperandum nati ſunt, compoſiti habeantur ex alio metallo, quam qui nati ad obediendum. Ariſtoteles vero magis ad propoſitum dixit, Reges eſſe generis intermedii inter Deos, & populum. Quemadmodum itaque poëtæ appellant naturales Deorum, heroës, aut ſemideos; ita nos dicere poſſumus, naturales Regum eſſe ſemireges, hoc eſt, Principes, quæ eſt conditio media inter Reges, & alios homines. Quoniam autem eos priuamus poteſtate imperandi, ſaltem illis relinquere debemus honorem, aut titulum honorarium Principis, & locum poſt Principes capaces imperii ſupremi.)

s) L'opinion de quelques vns eſt, que les baſtards ſont naturellement plus forts, & plus vigoureux, que les enfans procreés en loyal mariage, & rendent raiſon de cecy, d'autant que la grande & continue frequentation, qu'il y a du mary à la femme, les rend plus tiedes, & non chalans au meſtier de faire enfans, comme choſe à quoy ils doiuent ſatisfaire plus par maniere d'acquit, qu'autrement. Au contraire, les autres qui n'y vont que par emprunt, y apportent leurs corps, leurs eſprits, & leurs ames, ſans exception, & reſerue. Que ceſte raiſon ſoit vraye, ou non, ie m'en rapporte à ce qui en eſt, pour le peu d'intereſt que i'y ay: Eſtienne Paſquier *d. liu. des recherch. de la France, chap. 26. in pr.* (Spurii, ſecundum nonnullorum opinionem, naturaliter robuſtiores, & validiores ſunt liberis procreatis ex legitimo matrimonio; addunt pro ratione, quod magna & continua frequentatio, quæ eſt inter maritum & vxorem, eos reddat remiſſiores, ac negligentiores, in actu Venereo, ad procreandos liberos, tanquam

in illo, qui perficitur magis functionis cauſa, quam alia; Contra vero illi, qui hunc exercent, quaſi commodati iure, ad eum omnino conferant corpus, ſpiritus, & animas ſuas, ſine exceptione, & reſeruatione vlla. An hæc ratio vera ſit necne, in medio relinquo; mea enim parum intereſt, qualis ſit)

r) *Grande choſe, que la pluspart des grandes Monarchies ayent pris leur commencement, ou aduancement des baſtards. De ceſte marque furent Romule, fondateur de l'Empire de Rome, Theodoric Oſtrogot, Roy d'Italie, Genzerich, Roy des Vandales, Artaxerxes, qui, du temps de l'Empereur Alexandre, transporta la Monarchie des Parthes aux Perſes; Artur, Roy de la grande Bretagne; Clouïs, Theodebert, Roy de Mets, (lequel, premier de tous les François, fit trembler l'Italie) Clotaire, ſecond fils de Fredegonde, Charles Martel, (lequel, bien qu'il ne portaſt iamais tiltre de Roy, ſi ſceut-il commander aux Roys, & eſt celuy, auquel la ſeconde lignee des Roys de France doit ſa promotion en grandeur) Guillaume Duc de Normandie, (qui conquit l'Angleterre) Iean, Comte de Dunois:* Eſtienne Paſquier *d. loc. Denys, Roy de Portugal, Henry, Roy de Caſtille:* (Res magni momenti eſt, & conſideratione digna, quod maxima pars magnarum Monarchiarum, ortum & initium habuerit à baſtardis. Huius ordinis fuit Romulus, fundator Imperii Romani, Theodoricus Oſtrogothus, Rex Italiæ, Genſericus, Rex Vandalorum, Artaxerxes, qui tempore Imperatoris Alexandri tranſtulit Monarchiam Parthorum ad Perſas, Arturus, Rex magnæ Britanniæ, Clodouæus, Theodebertus, Rex Meteñſis, (qui omnium Francorum primus Italiam terrore affecit) Clotarius, ſecundus filius Fredegundis, Carolus Martellus, (qui licet nunquam vſus fuerit titulo Regis, Regibus tamen imperauit, & fuit ille, qui ſecundam Regum Franciæ familiam promouit ad rerum faſtigium) Guilelmus, Dux Normanniæ, (qui Angliam ſibi ſubiecit) Iohannes Comes Dunenſis, Dionyſius Rex Portugalliæ, Henricus Rex Caſtiliæ.) Bret *de la ſouuer. d. liu. 2. chap. 9. pag. 255.* Verum cum hæc particularia ſint, nec regulam faciant, non male docet Bret *dict. loc. (que ce ſera touſiours vne action loüable, de recognoiſtre la vertu des hommes, de quelque origine qu'ils ſoient deſcendus, lors qu'ils la feront cognoiſtre par leurs faicts heroiques: mais legitimer des enfans, pour les rendre capables des offices, & des benefices, ne faiſans que ſortir du ventre impudique de leur mere, & ſans aucun merite, ny recommendation, i'eſtime qu'il n'y a point d'apparence.)* ſemper laude dignum eſſe, virtutem hominum agnoſcere, vbi eam factis heroicis palam faciunt, non attenta proſapia ex qua orti. Incongruum vero eſſe iudico, liberos, ſtatim atque ab impudica matre in lucem editi ſunt, legitimare, quo capaces fiant officiorum, & beneficiorum, licet adhuc ſine vllo merito & commendatione ſui viuentes. Quid in Francia aliquando hac in re obſeruatum fuerit, nobis inſinuat Coquille, *en l'hiſtoire du païs, & Duché de Niuernois,*

nöu, pag. 200. E's maiſons des grands Seigneurs de France, ſi les baſtards auec leur courage & valeur ſont cognoiſtre, qu'ils ſoient de la vraye race, dont la mere les dit eſtre, ils ſont aduoüés par les peres, & parens, non pour ſucceder, aux dignités, & aux biens, mais pour en faire compte, ſelon que leur valeur merite. Quand on ne les cognoit tels, on en fait peu de compte, & ſe contentent les peres de leur donner petit moyen de viure. Audit cas qu'ils ſont aduoüés, ils portent les armes de la maiſon de leur pere, auec la marque de baſtardiſe. De vray, c'eſt vne grande aſſeurance, ſelon le monde, & grand contentement au pere, quand par l'experience de la valeur, & naturel de l'enfant, le pere s'aſſeure qu'il eſt procreé de luy: ce qui n'eſt pas touſiours au mariage, le manteau duquel couure quelquesfois beaucoup de fautes, & faut prendre les enfans pour ſiens, tels qu'ils viennent. (Quando naturales, in familiis magnatum Franciæ, generoſitate & fortitudine ſua demonſtrant, quod reuera ſint oriundi ab eo ſtipite, à quo eos oriundos eſſe mater affirmat, agnoſcuntur pro filiis à patre & propinquis, non quidem hoc effectu, vt ſuccedant in dignitates & bona, verum, vt tanta eorum habeatur ratio, quantam eorum fortitudo meretur. Vbi non cognoſcuntur eſſe huius qualitatis, parui æſtimantur, ac patres illis tantum aſſignare ſolent exigua bona, vnde viuant. Caſu quo agniti, & pro filiis habiti fuerunt, vtuntur inſigniis domus paternæ, cum nota naturalitatis. Certe commoda eſt ratio inter mortales, & magnum patri gaudium, quando experientia valoris, & ingenii, certus fit, Titium à ſe genitum: quod non ſemper obtinet in matrimonio, cuius velo aliquando multa teguntur vitia, vt cogamur liberos pro noſtris habere, ſine diſtinctione, prout naſcuntur.)

u) *Entre les baſtardes des Roys de France les vnes ont eſté adnoüées de faiſt, ayans eſté nourries, receuës, & nommées telles en la maiſon du Roy; les autres ont eſté aduoüées par eſcrit:* Tillet *d. tit. de meſſeigneurs fils de France, pag.* 206. (Nonnullæ inter filias naturales Regum Franciæ ipſo facto agnitæ fuerunt pro filiabus, atque nutritæ, receptæ, & pro talibus habitæ, in domo Regia; nonnullæ vero agnitæ fuerunt per literas.)

x) *Le Roy Charles VII. en Nouembre l'an M CCCC LVIII. aduoüa par ſes lettres patentes, données à Vendoſme, ſa fille naturelle, Damoiſelle Marie, alimentée dés ſon enfance au Chaſteau de Taillebourg en Xainctongne, luy donna le ſurnom de Valois, luy permit, & à ſes ſucceſſeurs, porter les armoiries de France, à la difference de la bande telle, qu'enfans naturels doiuent, & ont accouſtumé porter. Oliuier de Goitiny, Sieur de Taillebourg, fils de Pregent, Sieur de Goitiny, Admiral de France, l'eſpouſa aprés. Le ſemblable il fit à Marguerite de Valois, accordée à Iean de Belleuille, ſon autre fille naturelle. Et toutesfois ſon autre fille naturelle, Damoiſelle Charlotte de France, mariée aprés à Loys de Breze, grand Seneſchal de Normandie, ne porta le ſurnom de Valois.* (Carolus VII. Rex, menſe Nouemb. anno M CCCC LVIII. agnouit pro filia, literis ſuis patentibus,

 datis

datis Vindocini, filiam ſuam naturalem Mariam, quæ ſuſtentata fuerat ab ipſa infantia in Caſtro Taleburgo Santonenſi, eique dedit cognomen de Valois, atque permiſit, vt illa, eiusque deſcendentes, vterentur inſigniis Regni Franciæ, cum nota tamen ea, qua liberi naturales debent & ſolent vti, & idem conceſſit Margarethæ de Valois, quæ & ipſa eius fuit filia naturalis, deſponſata Iohanni de Belleuille. Nihilo minus tamen tertia eiusdem filia naturalis, Carolina, quæ nupſit poſtea Ludouico Brezeo, magno Normanniæ Seneſchallo, non habebat titulum Valeſiæ. *Le Roy Loys XI. en eut vne, Damoiſelle Ieanne de France, que fut mariée à Loys, baſtard de Bourbon, Comte de Rouſſillon, Admiral de France: eut cent mille eſcus de dot: à elle, & autres, eſt cogneu, que ſi par l'aduen ne leur eſt donné autre ſurnom, celuy de France leur appartient*: Tillet *d. l. pag.*207.

y) Henry II. a laiſſe vne fille naturelle, qui s'eſt longuement nommée, & ſignée, Diane, baſtarde de France: mais depuis elle a eſté legitimée, & mariée à François, Duc de Montmorency: Haillan *d. liu. 3. de l'eſtat &c. pag.*358. (Henricus II. habuit filiam naturalem, quæ longo tempore ſe appellauit, & ſcripſit, Dianam, baſtardam Franciæ; ſed poſtea fuit legitimata, & in matrimonium data Franciſco, Duci Montmorantio.)

CAPVT XXIII.

De Principibus Sanguinis.

NOmen Principis in Gallia proprie illis conuenire dicitur, qui per lineam maſculinam legitimam, à Regio ſanguine deſcendunt *(a)*; vnde naſci, non creari Principes in Francia *(b)*, axioma eſt. Quoniam vero ibidem vſus etiam aliis idem Principis nomen attribuit *(c)*, pro nata differentia hi ſimpliciter Principes, illi autem Principes ſanguinis *(d)*, regii puta, appellantur; vel melius *(e)*, vt, aliis placet, Principes Coronæ *(f)*. Olim non tanta eorum fuit dignitas, & exiſtimatio *(g)*, quanta poſtea facta ſub Ludouico VIII. Rege *(h)*, & hodie eſſe deprehenditur *(i)*, in familia Borboniorum, quæ ſola ſanguinis Regii *(k)*. Sunt autem Principes ſanguinis, vel primi, vel vlterioris gradus; ac licet ipſe primogenitus eiusdem ſit ſanguinis, non tamen hoc, ſed Delphini titulo vtitur; quemadmodum nec viuo patre Rege, ſecundo vel tertio genitus, Princeps

Digitized by Google

Princeps dicitur, ſed filius Regis (*l*). Inter reliquos primus ſanguinis Princeps, vel ſuo iure, vel regia declaratione, appellatur ille, qui Rege ſine filiis legitimis moriente, in regnum ſucceſſurus eſt (*m*): Vnde, cum ſecunda à Rege perſona ſit, honore atque priuilegiis ante cæteros eſt (*n*). Sic nempe res ſe habet, vt Principibus ſanguinis alia communia ſint, alia aliis inter eoſdem ſingularia; quæ omnia vel in aptitudine ſuccedendi in Regnum, vel in dignitate & honore, ac priuilegiis conſiſtunt. De aptitudine ſuccedendi ſuo loco egi (*o*), cætera per compendium nunc enarrabo. Sunt Regis Conſiliarii nati (*p*), tam reſpectu Conſilii Status, quam Parlamenti; inſignia liliata, à Regiis aliquantulum diſtincta (*q*), habent, in ſcuto (*r*), ac in galea (*s*), nec non Angelos ſcutum ſuſtinentes (*t*), prætereaque Reges armorum (*u*); veſtitu, in ſolemnitatibus maioribus peculiari, & auguſto, vtuntur (*x*). Rex eos patruos, conſanguineos, vel nepotes ſuos compellat (*y*). Luparam ſeu Regiæ aulæ atrium, equo inſidentes, vel carpento vecti (*z*); Bayonam armati, æque vt Rex (*aa*); Reginæ cameram, dum parturit, libere ingrediuntur (*bb*). Olim quidem Pares Franciæ, alioſque Principes, Ducesue regni ſequebantur (*cc*); at hodie illos (*dd*), ac hos (*ee*), ſimul & Prælatos (*ff*), exteroſque (*gg*) præcedunt Principes. Inter ipſos autem, quo quiſque ad ſucceſſionem in Regnum gradu eſt proximior, vel remotior, præcedit, vel ſequitur (*hh*): immunes ſunt à vectigalibus (*ii*); diploma Regium obtinentes nihil ſoluunt pro ſigillo Regio (*kk*). In bellum cum Rege euntes, nihil ſoluunt Comiti Stabuli (*ll*); non tenentur comparere prouocati ad duellum (*mm*); &, ne volentes quidem, vitam ſuam periculo in torneamentis exponere debent (*nn*). De eorum capite, & honore cognoſcunt Pares cum Rege (*oo*); Damnati vero, non ſubeunt mortem (*pp*), ſed alio puniuntur modo (*qq*). De cætero, fruuntur omnibus priuilegiis, quæ Paribus Regni competunt (*rr*), & habentur, quaſi natura ſint Pares (*ss*). Paradoxum eſt, à nonnullis tamen pro vero traditum, Principum ſanguinis familiam æternam fore.

re (*tt*). Poſſunt tamen nonnulli ex iiſdem priuari titulo Principis, & iure ſucceſſionis in Regnum (*uu*), ſi cauſa ſubſit. Quod matrimonium ſine conſenſu Regis nequeant contrahere, ſupra audiuimus (*xx*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) In Regno Franciæ (*le nom & la qualité de Prince, n' appartient que aux Princes du ſang, & abſoluëment celuy de Prince, au premier: Nom rare, heroique & diuin, d' excellente odeur, le miroir de plus grands, & le luſtre de leur honneur, reſerué pour les enfans des Roys aux autres Royaumes:* Rulman *en ſes harangues har 5. p. 66.*) nomen Principis nullis niſi ſanguinis Regii Principibus competit, & inter eoſdem abſolute Princeps dicitur ille, qui ordine primus. Nomen hoc rarum eſt, heroicum & diuinum, excellentiſſimi odoris, ſpeculum maximorum, ſplendor honorum, aliis in Regnis filiis Regum reſeruatum. Hinc Petrum Lizetum, Curiæ Præſidem ſummum, dum ius publice diceret, Guiſianorum cauſam agenti, qui Principes eos nominabat, palam alta voce dixiſſe refert Thuanus, *lib. 25. hiſtor.* actis publicis Principis nomen non niſi Regiæ proſapiæ Principibus tribui moris eſſe. Fama præterea innotuit, Franciſcum Borbonium, fani S. Pauli Comitem, cum Guiſium, ſeipſum Principem appellantem, indignabundus audiuiſſet, ad adſtantes iocoſe dixiſſe, Guiſium germanice lingua Gallica loqui.

b) *A preſent c' eſt vn droit eſtably en France, ſans controuerſe, que le titre & le rang de Prince ne peut prouenir que de race, n' eſtant la principauté datiue, ains natiue. Car tant s' en faut, que ces petites Seigneuries, erigées en titre de Principauté, produiſent l' ordre & le rang de Prince, qu' au contraire, les Duchés, & Comtés, les deuancent ſans difficulté. Et me ſouuient d' vne rencontre du feu Comte de S. Paul, Prince du ſang de la maiſon de Bourbon, qui dit au Roy François, luy demandant aduis ſur l' erection d' vne telle Principauté, que ſa Maieſté ne pouuoit faire des Princes qu' à la Royne:* Loyſeau *des ordres. ch. 7. n. 85.* (Hodie ſine controuerſia hoc iure in Francia vtimur, titulum & ordinem Principum non aliunde, quam à ſanguine prouenire, nec Principatum datiuum, ſed natiuum eſſe. Tantum abeſt, minores dynaſtias euectas in titulum Principatus, producere ordinem, & gradum Principum, vt è contrario Ducatus & Comitatus illis ſine difficultate præferantur. Recordor dicti, Comitis S. Pauli, Principis ſanguinis ex domo Borbonica, qui reſpondit Regi Franciſco, à quo admonitus erat ſententiam ſuam proferre de erectione eiusmodi Principatus, Maieſtatem eius non poſſe facere Principes niſi Reginæ.)

c) *Il y a deux ſortes de Princes recogneus en France, outre ceux du ſang, à ſçauoir, les Princes François, & les Princes eſtrangers; ou bien, les Princes naturels, &*

tels, & les Princes naturaliſés: qui à la verité ne ſont, les vns, ny les autres, ſi vrayement & proprement Princes, que ceux du ſang; pource que la principale marque d'vn Prince eſt, d'eſtre capable de ſucceder a la ſouueraineté; i'enten à la ſouueraineté du lieu, où ils veulent eſtre recogneus pour Princes: car les Seigneuries ſont bornées; & comme le ſouuerain d'vn autre Eſtat, n'eſt pas ſouuerain en France, auſſi ſes parens n'y ſont pas Princes parfaictement, & de leur propre qualité, ains ſeulement en tant, qu'il plaiſt au Roy les y recognoiſtre pour tels: Loyſeau *d. ch. 7. n. 95.* (Præter Principes ſanguinis duæ aliæ ſpecies Principum in Francia reperiuntur; nempe, Principes Franciæ, & Principes exteri: aut Principes naturales, & Principes naturaliſati: vtrique certe tamen non ſunt vere & proprie Principes, vt ſunt Principes ſanguinis, quoniam præcipua nota Principis eſt capacem eſſe ſucceſſionis in ſummum imperium, intelligo ſummum imperium iſtius loci, vbi haberi vult pro Principe, dominatus enim habent ſuos limites: ac quemadmodum ſummo imperio pollens in alio ſtatu, vel dominatu, non eſt talis in Francia; ita quoque eius agnati ibi non ſunt perfecte Principes, propria ſua qualitate, ſed ſolummodo in tantum, quantum placet Regi eos pro Principibus habere.)

d) C'eſt poſsible l'occaſion, pour laquelle les Princes, capables de la couronne, pour ſe diſtinguer d'auec les autres (comme à la verite ils ſont d'vn degré beaucoup plus eminent) ſe qualifient, non pas Princes ſimplement, mais par vne adiection de dignité particuliere, ils ſe nomment Princes du ſang. (Quod Principes Coronæ capaces, ſe nominant non ſimpliciter Principes, ſed cum additione particulari, Principes ſanguinis, fortaſſis inde eſt, quo diſtinguantur à cæteris Principibus, quos certe ſuperant gradu eminentiore.)

e) Comme au pareil, à la diſtinction des Princes naturels, & leurs deſcendans, ils ſe qualifient Princes de la couronne. Cal il n'y a point d'apparence, à mon aduis, en ce que dit du Haillan, qu'il n'y a que les Enfans de France, qui ſe puiſſent qualifier Princes de la couronne, attendu, qu'ils ne peuuent prendre de titre plus releué, que celuy de Fils de France; ioint, que le titre de Prince de la couronne, ſelon ſa droite ſignification, conuient auſſi bien à leurs deſcendans, qui ſont les autres Princes du ſang, comme à eux. Auſſi Belleforeſt, en l'auantpropos des annales de Nicole Gilles, prouue fort bien, que tous les Princes du ſang ſe peuuent qualifier Princes de la Couronne (comme ſubſtitués à la Couronne: Loyſeau *d. chap. 7. n. 13.) Mais il dit, que c'eſt à la difference des parens du Roy du coſte des femmes: ce qui eſt encor plus esloigné de raiſon. Car, outre que ceux là ne ſont nullement Princes, il eſt notoire, qu'en tous cas le tiltre de Prince du ſang ne leur peut conuenir, & par tant, qu'il eſt aſſés ſuffiſant pour les diſtinguer d'eux.* (Præterea, quo diſtinguantur à Principibus naturalibus, ac eorum deſcendentibus, ſe nominant Principes coronæ. Meo enim iudicio, errat Haillanus, dum docet, non niſi filios Regum Franciæ vti poſſe prædicato Principum coronæ; nec enim

titulo eminentiore vti poſſunt, quam ſi ſe dicant filios Franciæ. Adde, quod titulus Principis coronæ, ſecundum rectam eius ſignificationem, non minus conuenit ipſorum deſcendentibus, qui ſunt cæteri Principes ſanguinis, quam illis ipſis. Belleforeſtus quoque, *in præfatione annalium Nicolai Gillii*, bene deducit, quod omnes Principes ſanguinis ſe poſſunt dicere Principes coronæ, tanquam ſubſtitutos in ſucceſſione coronæ) Dicit autem, id fieri, vt notetur differentia cognatorum Regis à latere fœminarum, quod longius à ratione recedit. Præterquam enim, quod hi nullo modo Principes ſunt, notorium eſt, nullo in caſu titulum Principis ſanguinis, illis conuenire, ac ſic ſatis eſt quo inter ſe diſtinguantur.)

f) *Conſequemment, il faut reuenir à ceſte verité, que les Princes legitimes de France, pour ſe diſtinguer des naturels, & leurs deſcendans, (ſans les vouloir noter, en les appellant Princes baſtards) ſe qualifient Princes de la Couronne; c'eſt à dire, capables de ſucceder à la couronne; en quoy giſt la vraye proprieté, ou perfection, de la Principauté: pour autant que d'ailleurs le tiltre de Prince du ſang peut aucunement conuenir aux Princes naturels, en tant que le ſang concerne l'effect de la nature*: Hactenus Loyſeau *d. ch. 7. n. 98. 99. & ſeqq.* (Conſequenter ad hanc veritatem accedendum eſt, quod Franciæ Principes legitimi, vt diſtinguantur à naturalibus, eorumq; deſcendentibus, (nolentes eos nota afficere, quod fieret ſi eos appellarent Principes baſtardos) ſibi attribuunt titulum Principum Coronæ, hoc eſt, eorum, qui capaces ſunt ſucceſſionis in regnum, in quo conſiſtit vera proprietas & perfectio principatus. Nam Principis ſanguinis prædicatum quodammodo etiam cõuenit Principibus naturalibus, in quantum nempe ſanguis concernit effectum naturæ.)

g) Eo tempore, quo primogenitus ſolus cœpit ſuccedere, poſt fata parentis, in Regnum, quoniam Duces & Comites Regni omnes fere terras vſurpabant, (*le Royaume n'auoit quaſi plus de domaine, où les puiſnés peuſſent mettre le pied, ains conſiſtoit en vn droit incorporel de ſuperiorité, & authorité, & preſque comme vn ſimple baiſemain des Ducs & Comtes. Droit, qui n'eſtoit pas ſi aiſé à partager, ny à enuahir, comme vn domaine ſolide: car ces Ducs & Comtes eſtans ligués eſtroictement enſemble, pour maintenir leur vſurpation, ſe portoient tous d'vn branſle, à recognoiſtre pour vnique Roy le fils aiſné du Roy decedé, auquel dés le viuant du pere* (eo caſu quo pater adhuc in viuis eum feceràt coronari, & conſecrari in Regem, vt aliquando factum) *ils eſtoient obligés par foy & hommage. C'eſtoient, ſans doute, ces Ducs & Comtes, qui lors eſtoyent appellés Princes, & qui ont eſté les premiers qualifiés en France de ce tiltre, à cauſe des droits de ſouueraineté, qu'ils auoient vſurpés. Auſſi eſtoient-ils alors les plus-grands Seigneurs de France, aprés les Roys, & leurs fils aiſnés, recognus pour Roys, pendant la vie du pere; Car les puiſnés n'ayans que leur appanage, ou entretien, (qui meſme du commencement ne leur pouuoit pas eſtre baillé en terres,*

pource

Digitized by Google

n'auoit mis pied à terre, & ſe contenta d'vne inclination, diſant, qu'il eſtoit Prince du ſang de France, & que Frederic n'eſtoit encore que Roy des Romains. Habeat autem hæc, vel illa relatio, locum, factum potius, quam ius, redolet hæc Burgundi actio. Deſcendere ex equo, & reuerentiam Friderico exhibere debuiſſet, tanquam electo Imperatori, cui omnes Chriſtiani orbis Reges primas deferre debent. Locus in quó verſabatur, ad Imperium pertinebat: vnde ſe in alieno territorio conſtitutum perpendere, & domino loci debitum deferre honorem, ex ciuilitatis lege, debuiſſet. Verum, & ſanguine, & potentia tumens, ad eum ſuperbiæ gradum peruenerat, vt omnibus præferri cuperet. Fauore Patrum, in concilio Baſileenſi, eius legati locum ante Electores Imperii Romani obtinuerant, (Chaſſanæo, *part. 5. catal. glor. mundi conſider. 45.* teſte) inique tamen, & contra ius, (Arumæus *diſc. 4. ad Auream Bullam Caroli IV. c. 6. th. 1. p. 191.*) eodemq; tempore ibidem eorundem Patrum decreto, iidem prælati fuerant Ducis Britanniæ legatis: Bertrand de Argentré, *liu. 10. de l'hiſtoire de Bretaigne, ch. 43. fol. 617. lit. c.* Etſi vero poſtea, contrario decreto, loco cedere coacti fuiſſent, vt Argentræus *d. fol. 617. & liu. 1. ch. 20. fol. 17. in lit. c.* tradit, indubium tamen apud me eſt, hoc fauore Burgundi ſuperbiam augmentum ſumpſiſſe, ac quaſi hereditariam factam. Hinc Caroli Burgundi legatos, in comitiis Imperii, Ratiſponæ A. MCCCCLXXI. cum Electoribus de præcedentia contendere auſos, ex Oratoris Pontificii epiſtola, quam tunc ad Cardinalem Papienſem ſcripſit, intelligere licet. Oratores Burgundi, (verba ſunt literarum) cum poſt legatos Electorum collocati, atque ideo deſpecti priore conſeſſu viderentur, redire in ſubſellia recuſabant. Electores, abſentibus collegis, qui aderant, quanquam ſumma cum modeſtia, dignitatem tamen communem tuebantur. Burgundi potentiam ſui Principis, & in Galliis, & in Germania maximam; Electores parem nobilitatem, ac vetuſtum morem, obiiciebant, ſeque, è corpore Cæſaris cum eſſent, ne Regibus quidem, ſi qui adeſſent, cedere oportere, contendebant. Quæ contentio, cum tres prope horas conſumpſiſſet, non antea eſt ſublata, quam Burgundi alteris ſubſelliis, ad frontem Cæſaris, inter Oratores Regios locarentur. Tum demum & ipſi auxiſſe Principis ſui dignitatem, quod in ordine abſentium Regum ſederent, & Electores ſeruaſſe æſtimationem ſuam, quod excluſi à primis ſubſelliis Burgundi eſſent, videbantur: Goldaſt. *in rationalib. conſtit. Imperial. ad A. B. Caroli IV. cap. 6. pag. 99.* Cæterum, vt ad generalia reuertamur, Richardus Dieterus, *de ſumma ſummi Imperii poteſtate, theſi 84.* Germaniæ Principes Principibus ſanguinis Regii Gallicis præferendos eſſe, contendit, ſiue reſpiciamus libertatem, rem inæſtimabilem, ſiue ſanguinem, (cum nulla fere Germaniæ Principum familia reperiatur, quæ non ex Imperatorio ſanguine ducat originem) ſiue ſucceſſionem; quoniam omnes in electionem venire poſſint, & potentia Impe-

ratores ſint, vbi Principes ſanguinis in Francia naturæ curſum expectare teneantur, donec ex arbore folia, quæ Solis adſpectum illis impediunt, decidant.

bb) *Les Princes du ſang entre eux, doiuent auoir rang ſelon leur proximité de la couronne, & non ſelon le tiltre de leurs Seigneuries:* Loyſeau *d. ch. 7. n. 36. puiſque le reſpect, & le rang, qui eſt deferé aux Princes du ſang, eſt à l'occaſion de ce, qu'ils ſont ſucceſſeurs preſomptifs du Royaume, à leur tour, il s'enſuit, que le rang de marcher entre eux, doit eſtre pareil à celuy de ſucceder: pource que il n'y auroit apparence, que les plus-eſloignés de la couronne marchaſſent deuant ceux, qui ſont en aptitude de regner ſur eux. Et partant, i'eſtime* (inquit Loyſeau *d. ch. 7. n. 77.*) *que non ſeulement le chef de la branche doit marcher deuant les puiſnés d'icelle, bien que plus-proches parens du Roy, ſelon le compte ordinaire des degrés de parenté; mais auſſi, que le dernier de la plus-proche branche, à ſçauoir celle, qui eſt iſſuë la derniere, & plus-fraichement, de la maiſon & famille Royale, doit marcher deuant les chefs de toutes les autres branches, & ainſi conſequemment: Et que c'eſt en ceſte façon, qu'il faut entendre la reigle de l'ordonnance de l'an M D LXXVI.* (vide ſupra *lit. dd.*) *que les Princes du ſang marchent ſelon leur degré de conſanguinité, c'eſt à dire, ſelon le rang, & auantage de leur ſang. Car ce mot de degré a deux ſignifications en droit, attendu qu'outre la vulgaire, qui eſt, compter chaſque perſonne pour vn degré, il ſignifie ſouuent l'ordre & rang de diuerſes eſpeces, ou qualités de propinquité, s'il faut ainſi dire, comme Vlpian tit. 27. regul. expliquant ceſte reigle de droit; que les ſucceſſions ſont deferees graduellement;* Datur, inquit, bonorum poſſeſſio inteſtati per ſeptem gradus: primo gradu, liberis; ſecundo, legitimis heredibus; tertio, proximis cognatis; quarto familiæ &c. & *in l. 1. ff. ſi tab. teſtam. nulla extab.* Prætor fecit gradus varios ſuccedendi; primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, &c. *D'ailleurs quand ceſte ordonnance dit degré de conſanguinité elle n'entend pas dire de parenté maſculine, ou agnation; mais par degré de conſanguinité elle entend l'ordre, & prerogatiue du ſang, à cauſe duquel tous Princes ſont appellés Princes du ſang, & partant ſon intention eſt de preferer de degré en degré*, Principes domorum per familias, ſeu Principes familiarum per cognationes ſuas. (Principes ſanguinis inter ſe locari debent, prout quiſque coronæ proximior eſt, non autem ſecundum titulum dynaſtiarum, quas poſſident. Quoniam honor, & locus, qui defertur Principibus ſanguinis, illis propterea aſſignatus eſt, cum ſint præſumptiui ſucceſſores in Regnum, ſecundum eorum ordinem; ſequitur, quod ordo eundi, atque ſedendi inter ipſos, debeat correſpondere ordini ſuccedendi in Regnum. Nec enim conueniens eſſet, remotiores in ſucceſſione præcedere eos, qui apti ſunt illis aliquando imperare. Propterea arbitror, non ſolum caput ſtipitis debere præferri minoribus natu eiuſdem rami, etiam ſi ſint remotiores agnati Re-

ti Regis, ſecundum ordinariam computationem graduum cognationis; verum etiam vltimum proximioris ſtipitis, hoc eſt, eum, qui vltimo loco, & recentius prouenit ex domo & familia Regia, debere præcedere capita omnium aliorum ſtipitum, & ita conſequenter. Atque ſic intelligenda eſt regula conſtitutionis, factæ anno M D LXXVI. quod Principes ſanguinis locentur ſecundum gradum conſanguinitatis, hoc eſt, ſecundum ordinem, & prærogatiuam ſanguinis; vox enim *gradus*, in iure duo ſignificat, præter vulgarem ſignificationem, qua vnaquæque perſona numeratur pro vno gradu diuerſarum ſpecierum, aut qualitatum proximitatis, ſi ita loqui licet; quemadmodum Vlpianus *tit.* 28. §. 6. explicans regulam iuris; Succeſſiones deferri per gradus; Datur, inquit, bonorum poſſeſſio inteſtati per ſeptem gradus; primo gradu, liberis; ſecundo, legitimis heredibus; tertio, proximis cognatis, quarto familiæ &c. & *in l.* 1. *ff. ſi tab. teſt. null. extab.* Prætor fecit gradus varios ſuccedendi, primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum &c. E diuerſo conſtitutio hæc loquens de gradu conſanguinitatis, non intendit loqui de cognatione maſculina, ſiue agnatione; ſed per gradum conſanguinitatis intelligit ordinem & prærogatiuam ſanguinis, cuius intuitu omnes Principes appellantur Principes ſanguinis: ideoque mens eius eſt, præferre de gradu in gradum Principes domorum per familias, ſeu Principes familiarum per cognationes ſuas.)

ii) *Les Princes, & Princeſſes du ſang, ſont declarés exempts de tous peages du Royaume, per arreſt donne le VIII. Iuin MCCCLXXXVII.* Tillet, *au recueil des Roys de France, tilt. des Princes du ſang de France, pag.* 223. Ragueau *des droits Royaux, pag.* 533. Loyſeau *d. ch.* 7. *n.* 80.

kk) *Ils ſont exempts de rien payer des ſeaux du Roy*: Loyſeau *d. n.* 80. quod exemplo Caroli VI. explicat Tillet *d. tit. pag.* 224. *qui le VI. Decembre MCCCCI. defendit à ſes officiers, ne rien prendre du Duc d'Orleans ſon frere, de toutes les letres en ſon nom ſcellées au la Chancelerie dudit Roy.* At particulare hoc eſt, quod regulam non conſtituit; quicquid etiam Tilleto videatur. Credibile tamen eſt, quoniam ille, aliique de regula teſtantur, eam vel vſu, vel conſtitutione certa, poſtea firmatam fuiſſe.

ll) *Le Conneſtable a de tous ceux, qui ſont retenus aux gages du Roy, vne iournée pour ſon droit, depuis qu'ils ſont retenus. & deslors, qu'ils prennent le premier payement peut ledit Conneſtable receuoir ſon droit, s'il luy plaiſt: de ceux, qui ne prennent gages du Roy, mais aucun certain ſalaire, ou reſtitution d'argent, ou d'autre choſe, puis l'on cheuauche à banniere deſployée, le Conneſtable doit auoir ſon droit, ſur ceux qui prennent gages, deſpens, ſalaires, ou reſtitution, comme dit eſt. Prend ledit Conneſtable deuers les threſoriers des guerres ſes droitures de tous ceux, qui comptent par deuers luy, c'eſt à ſçauoir, vne iournée, autant qu'ils comptent par iour, quelque ſomme, que ce ſoit. Auſſi prend ledit Conneſtable*

neſtable vne iournée des ſoldoyers, de cheual, & de pied, qui ſont deuers la retenuë du maiſtre, & du clerc des Arbaleſtiers, leſquels en prennent vne autre, & ainſi eſt-il accouſtumé de touſiours du temps paſſé. Mais le Roy Philippes de Valois, declara les Princes de ſon ſang, & ceux de leurs maiſons, ſeruans a la guerre a leurs deſpens, & les ſoldats de mer, exempts desdits droits: Tillet *d. tr. tit. des Conneſtable, Mareſchaux, &c. de France. pag.* 277.

mm) Pour la conſeruation de la maiſon de France, les Princes du ſang ſont exempts des duels, & par conſequent, doiuent eſtre exceptés, aprés le Roy, en tous cartels, & deffis (Loyſeau *d. ch.*7. *n.*81.) *des ſubiects. Le Sieur de Suilly, bouteillier de France, la vigile S. Pierre & S. Pol mil trois cens dix-neuf reſpondant au Sire de Merqueuil, preſent le Roy Philippes le Long, au bois de Vincennes, porta parole, que ſi ledit Merqueuil, ou autre, diſoit, qu'il ne fuſt preud'homme, & loyal, il s'en defendroit comme il appartiendroit, contre tous, fors contre ledit Roy, & Meſſeigneurs de ſon lignage:* Tillet *d. tit. des Princes du ſang de France, pag.* 218. Quod ſi ratio huius prohibitionis, quam audiuimus, generalis eſt, vt eſſe videtur, nec ipſi quidem ad duellum alios Franciæ dynaſtas vocare, aut ſe ſponte priuilegio ſuo exuere poſſunt. Fruſtra ergo Princeps Condæus, apud Caſtelnau, *liu.*1. *de ſes memoires, p.*37. *eſtant au Conſeil du Roy, s'eſt offert, de quiter à toutes heures le degré de Prince, ſi proche du ſang du Roy, pour combattre ceux, qui auoient dict, qu'il eſtoit Chef de la coniuration contre la perſonne du Roy, & ſon Eſtat.* Licet enim, ſecundum iuris regulam, vnicuique liceat fauori pro ſe introducto renunciare; non tamen licebit fauori pro ſe, & Reipublicæ bono, introducto renunciare.

nn) Iadis les Rois ne permettoient, que les Princes du ſang ſe hazardaſſent aux tournois, & combats plaiſans, pour l'inconuenient qui en peut aduenir, comme il s'eſt veu ſouuent. Ce qui s'eſt fait auec grande conſideration; Car pluſieurs Regnes & Eſtats ont pris fin en la mort des Princes de leur ſang: du Haillan, *d. liu.* 3. *pag.* 338. Hinc *le Roy Philippes Auguſte print en May* M CC IX. *ferment de Meſſieurs, Louys de France, ſon fils aiſné, & Philippe de France, Comte de Bologne, ſon puiſné, pour la crainte des perils, que ſans ſon congé ils n'iroient à aucuns tournois, pour en acquerir le prix: mais quand s'en feroit quelques vns prés d'eux, les pourroient aller voir, ſans y porter armes comme cheualiers, ains ſeulement vn halecret, & armet:* Tillet *d. tit. pag.* 219. Haſtiludium per Francas leges Principibus ſanguinis prohibitum eſt, (inquit Ioſephus Texera, *in rerum ab Henrici Borbonii, protoprincipis Franciæ, maioribus geſtarum epitome, pag.* 37.) idque ſtrictiſſime obſeruatum fuiſſe perhibent Franciæ hiſtorici, Philippo Auguſto regnante. Quippe qui anno Domini M CC IX. menſe Maio, filios ſuos, Ludouicum primogenitum, & Philippum Bononiæ Comitem, Mathildis vxoris ratione, legis nexu obligauit, ne in poſterum haſtiludia ingrederentur, quod illi ſe facturos iureiurando publice affirmarunt.

Huius

Digitized by Google

Huius enim ludi genus multorum aliquoties bellorum, ac cædium cauſa fuit, atque etiam, vt Regna, & Dominia quamplurima à maribus ad fœminas, ab incolis ad externos deuenirent; in qua viciſſitudine certo certius eſt, Regnorum exitium potius oriri, quam conſeruationem. Quod facile videre eſt in cæde Chriſtianiſſimi Henrici II. atque Gaſtonis Foxenſis, Nauarræ Principis, qui in haſtiludio Liburnæ vulneratus, paulo poſt Burdigalæ animam egit; cuius hereditas poſtea, mortuo Franciſco Phœbo, vnico filio, ſine heredibus, ad Catharinam ſororem obuenit; eaque Ioanni Albretenſi nupta Regnum Nauarræ à viro externo poſſeſſum, ab alio extraneo inuaſum, capitur, & ad hodiernam vſque diem per Ferdinandi Aragonenſis heredes iniuſte retinetur. Hæc Texera. Loyſeau vero, (cuius verba retuli ſupra *h.lib.2. c.2. lit.i. ex d. ch.7. n. 81.*) Ludouici IX. Regis conſtitutione prohibitum fuiſſe tradit, Principibus ſanguinis in torneamentis decertare. Ad hanc materiam pertinent, quæ ſcripſi *de iure publ. lib. 6. cap. 5. n. 130. & ſeqq.*

oo) Principibus agnatis ſingulari prærogatiua ius eſt, ne de eorum capite, & exiſtimatione, apud alios iudices, quam coram Rege, in Patriciorum curia, quæri poſſit: Thuanus *lib. 28. hiſtor.*

pp) *Les autres ſubiects, lors qu'ils ont manqué contre leur deuoir, ſont punis ſelon la rigueur des ordonnances: mais l'on traicte plus doucement les enfans, & les freres des Roys. Et principalement l'on obſerue en France, qu'on ne les faict iamais mourir de mort violente. Ce qui ſe pratique non ſeulement enuers les freres des Roys, mais encore enuers tous ceux, qui ſont de la maiſon de France, bien qu'ils ſoyent esloignes à l'infini du premier tige:* Bret *de la ſouuer. du Roy, liu. 1. chap. 7. pag. 56.* Vide ſupra *in cap. 21. lit. nn. Iuſques icy* (ait Loyſeau *d. chap. 7. n. 82.*) *on a tellement eſpargné le ſang de France, que nul Prince d'iceluy n'a onc eſté executé à mort par iuſtice; meſme ne en s'en trouue qu'vn ſeul, qui ait eſté condamné, ſans toutesfois auoir eſté executé: qui n'eſt pas pourtant vn priuilege d'impunité, mais pluſtoſt vne remarque de leur vertu, & fidelité, ou bien de la bonté, & affection de nos Roys en leur endroit.* (Huc vſque ſanguini Regio in Francia ita parcitum fuit, vt nullus eiuſdem Princeps vnquam morte per ſententiam affectus fuerit: imo vnus tantum ex illis reperitur ad mortem condemnatus, quam tamen ipſam euaſit. Hoc vero non eſt priuilegium impunitatis, ſed potius ſignum fidelitatis & virtutis illorum, vel etiam bonitatis, & affectus noſtrorum Regum, quo illos proſecuti ſunt.)

qq) *Charles VII. aprés que le Duc d'Alençon euſt eſté condamné par les Pairs, à ſouffrir le dernier ſupplice, pour ſes rebellions, & ſes perfidies, il fit ſurſoir l'execution de l'arreſt, & moderant ſa rigueur il luy donna la vie. L'on ſe contente en telles rencontres pour ſatiſfaction de leur faute, de les priuer de leurs biens, de leurs honneurs, & dignités: & d'imiter les Perſes, qui, au lieu de punir la perſonne des grands, ſe contentoient de fouëtter leurs veſtemens, en leur preſence,*

pour

pour reparation de leurs crimes: Bret *d. liu. 1. chap. 7. pag. 56.* (Cum Dux Alenconius propter rebellionis, & perfidiæ crimen, ab ipſo commiſſum, à Paribus ad capitis pœnam condemnatus eſſet, Carolus VII. ſuſpendit executionem ſententiæ, & temperando eius rigorem, illi donauit vitam. In eiuſmodi caſibus pro pœna eſt, quod bonis exuantur, priuentur honore, & dignitate. Sic apud Perſas moris fuit, quando magnates puniendi, vt non ipſi, ſed eorum veſtes, illis præſentibus, virgis cæderentur, pro expiatione criminis.) De hoc Alenconii crimine verba faciens Autor *de l'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu, part. 2. pag. 181.* addit: *Le Duc de Bourgogne faiſant de grandes inſtances pour obtenir ſa grace, à cauſe qu'il eſtoit de la maiſon Royale, & que ſes anceſtres auoient rendu de grands ſeruices au Roy: le Roy luy reſpondit, que pour eſtre de la Maiſon Royale, il n'en eſtoit pas moins digne de chaſtiment: puis qu'il en eſtoit plus obligé à luy garder fidelité; & que pour ce, qui eſtoit du ſeruice de ſes anceſtres, qu'il ne meritoit pas que l'on y euſt esgard, puis qu'il n'auoit pas ſuiuy leur exemple.* (Duci Burgundiæ, inſtanter pro obtinenda ei venia nitenti, quod & regiæ familiæ eſſet, & maiores eius præclare de Rege meriti, Rex reſpondit: etſi è ſua familia ſit, haud minus puniendum videri; cum tanto maiori fide ſibi addictus eſſe debuiſſet: maiorum vero merita ad eum nihil attinere, quippe quorum exemplum ſequi neglexiſſet.)

rr) *En vn mot, toutes les prerogatiues des Pairs de France appartiennent aux Princes du ſang*: Loyſeau *d. chap. 7. n. 80.* (Vno verbo; quicquid prærogatiuarum Paribus Franciæ debetur, debetur etiam Principibus ſanguinis.)

ss) *Tous Princes du ſang ſont reputés naturellement Pairs*: Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle, chap. 113. pag. 769.*

tt) *Il eſt propbetiſé des Princes de la maiſon de France, qu'elle durera à iamais*, lilium Francorum erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo; *Pſalmo primo. Que ceſte fleur de lys, esleuée iusques au ciel, ne manquera à iamais à produire des fueilles, & des fruicts; c'eſt à dire, des Princes ſuccedans les vns aux autres, pour tenir le ſceptre des François. C'eſt ce beau rameau d'or, predit par Sibylle Æneid. 6.*

vno auulſo non deficit alter,
Aureus; & ſimili frondeſcit virga metallo.

Les fueilles du ſacre lys de France ne manqueront iamais, folium eius non defluet, *ce dit le Pſalmiſte, & Prophete Royal*: Fauyn *au theat. d'honn. liur. 3. pag. 765.*

uu) *Iean de la Haye, en ſes memoires, dit, que Sainct Loys renouuella la loy des appanages, & du domaine, à quoy ne ſe voulans accorder les Comtes de Dreux, & de Courtenay, ils furent priués de la ſucceßion de la couronne, & oncques puis ne tindrent rang, ny lieu de Princes*: Charron *en l'hiſt. vniu. chap. 133. pag. 986.* (Iohannes Haius *in Commentariis ſuis* inquit, Ludouicum Sanctum legem de

de apanagiis & domanio renouaſſe: cui cum Comites, Drecenſis & Cortenæus, acquieſcere noluiſſent, ſucceſſionis iure in coronam fuiſſe priuatos, nec vnquam poſtea ordinem & dignitatem Principum tenuiſſe.)

xx) Supra *libro primo cap.8.lit.uu.*

CAPVT XXIV.

De Regentibus Franciæ.

EGimus hactenus de Regis coniuge, vel vidua, de filiis Regiis, de Principibus ſanguinis, eorumque prærogatiuis, ex quibus hæc non minima eſt, quod vbi neceſſitas, vel vtilitas requirit, vt per alios, quam Regem, regnum ad tempus regatur, prædicti, præ cæteris, hanc ſuſcipiant & exerceant curam. Regentes *(a)* populari appellatione dicuntur; aliquando vero Procuratores, aut Curatores Regni *(b)*; nec non certo caſu, Locum-tenentes generales *(c)*. Regentiæ huic locus datur, quando Rex nondum peruenit ad legitimam ætatem, & annos diſcretionis *(d)*; vel, quando expeditionem ſuſcipit extra Regnum, quæ longioris abſentiæ cauſa eſſe poteſt *(e)*; vel, quando in captiuitate extra Regnum detineatur *(f)*; vel vbi morbo animi tam tenaci laborat *(g)*, vt Regnum adminiſtrare non valeat. Denique, vbi Rex moritur ſine filio iam nato, ac viuente, relinquens Reginam gerentem vterum *(h)*. Diuerſo tamen modo Regentes ad curam Regni hiſce caſibus ſe accingunt. Alii à Rege ad hoc eliguntur *(i)*; alii approbantur à Statibus Regni *(k)*; alii ſuo iure, & ſponte, id agunt *(l)*. Coniugem, vel matrem Regis, aliquoties Regentem Regno datam fuiſſe conſtat *(m)*, eique in adiutorium Principes ſanguinis, vel alios, adiunctos; vnde ſatis apparet, legis Salicæ vim ſe huc non extendere *(n)*, quanquam alii contrarium ſentiunt *(o)*. Poteſtas Regentis, ſiue Regentium, non abſoluta eſt, vt Regis, ſed talis, qualem vel ipſe determinauit *(p)*, vel Status vel lex, aut conſuetudo, admittunt. Hoc certum eſt, Regentem non habere maieſtatis iura *(q)*; an vero beneficia, vacantia in Regalibus, conferre poſ-

poſſit, ſunt qui negent (*r*), ſunt qui affirment (*s*). Exercitium porro poteſtatis Regentium, diſtinctionem admittit: quandoque enim eorum nomine, manu, ac ſigillo (*u*), leges, edicta, reſcripta, iuſſa denique, omnia ſancita fuerunt, (vt quidem factum, more maiorum, ante legem à Carolo V. Rege Francorum, latam) quandoque vero Regia ſigilla, nomenque, Regum legibus, ac mandatis, præpoſitum, inter quæ nihil, aut parum admodum, intereſt, cum, quæ à Procuratore gerantur, probante Domino, ab ipſo Domino geri videantur (*x*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Videatur Tillet *au recueil des Roys de France, tilt. des Regentes du Royaume de France, pag. mihi 158. & ſeqq.* Bodinus *de Republ. lib. 1. cap. 8. pag. 127.*

b) Rectores illi, Regii ac Regni Procuratores ſunt: ſic enim Theobaldus Bleſenſium Comes, is qui Bonus vſurpatur, ſeipſum regni procuratorem vocabat: Bodinus *d. loco.*

c) *Charles VI. en l'an MCCCCXVII. XIV. Iuin, & VI. Nouemb. fit Charles, ſon fils Daulphin, lieutenant general, par tout le Royaume, auec reuocation de toutes autres lieutenances precedentes, donnees tant à la Royne, qu'autres:* Tillet *d. loc. pag* 203. Sub minorennitate Caroli IX. *le Roy de Nauarre, premier Prince du ſang fut fait Lieutenant general du Roy, repreſentant ſa perſonne en tous les païs, de ſon obeïſſance*: Tillet *d. l. pag.* 204. Sunt autem iſti, *lieutenans generaux, & les lieutenans du Roy, en ſon abſence, non en tiltre d'office, mais en commiſſion*: Du Haillan *de l'eſtat des affair. de France liu.* 4. *pag.* 504.

d) *Durant la minorité de Clotaire II. Gontran Roy de Bourgogne, ſon oncle, fut Regent au Royaume, & tuteur du petit Roy, & en ſon lieu ſubſtitua Landri de la Tour. La Royne Brunehaut, ayeule des Roys Theodebert, & Thierry, mineurs, fut Regente au Royaume, & leur tutrice. Charles, le Simple, en bas aage, Eudes fut Regent au Royaume, ayant par ceſte authorité donné à ſa poſterité vne eſchelle pour monter au throſne Royal. Baudouin de l'Isle, Comte de Flandres, fut Regent en France, durant le bas aage de Philippes I. Durant la minorité de Philippes Auguſte, la Royne Alix, ſa mere, & Guillaume Archeueſque de Rheims, Cardinal, & Legat du Pape, & oncle maternel du Roy, furent tuteurs, & Regens au Royaume. La Royne Blanche, mere du Roy S. Louys, fut Regente en la minorité de ſon fils. Charles V. mourant, & laiſſant ſon fils, Charles VI. à l'onzieme an, ordonna Regent au Royaume, Louys, Duc d'Aniou, ſon frere, iuſques à ce, que ſondit fils euſt attaint l'aage de quatorze ans. Charles VI. quelque temps deuant mourir,*

mourir, fit vne ordonnance, par laquelle il voulut, que d'ores en auant, il n'y eut aucune regence en France, durant la minorité des Roys, ains, qu'en quelque aage que la couronne leur escheuſt, ils fuſſent ſacrés & couronnés, & le Royaume gouuerné en leur nom, par le Conſeil des Roynes, & proches Princes du ſang, Conneſtable, & Chancelier. (Le Roy Louys XII. donna par ſon teſtament, s'il mouroit, laiſſant mineur le Duc de Valois (depuis Roy François I.) vn conſeil pour minorité, ſans tiltre de Regence: Tillet *d. tit. pag. 203.) Catherine, femme de Henry II. fut Regente en la minorité de Charles IX.* Du Haillan *d. liu. 3. pag. 365. & ſeqq.* Tillet *d. tr. pag. 198. & ſeqq.* Noſtra ætate Maria, Henrici IV. coniunx, regimini Regni præfuit quouſque Ludouicus XIII. maiorennis factus; cuius vxor Anna, in minorennitate Ludouici XIV. filii ſui, idem fecit.

e) Quand le Roy Louis, le Ieune, partit pour aller faire ſon voyage d'outre mer, il laiſſa, durant ſon abſence, Regent en France, Suger, Abbé de S. Denys. La Royne Blanche, mere du Roy S. Louys, fut Regente, lors qu'il fit ſon premier voyage d'outre mer, pendant lequel elle deceda. Ledit S. Louys faiſant le ſecond voyage en la Terre ſainte, laiſſa en France pour Regens, Matthieu, Abbé de S. Denys, & Simon de Clermont, Seigneur de Neesle, & au cas qu'ils mouruſſent, il leur ſubſtitua Philippes, esleu Eueſque d'Eureux, & Iean, Comte de Poictou. Philippe de Valois, voulant aller en Aſie, fit Regent ſon fils Iean, aagé de quatorze ans. François I. en deux voyages qu'il fit en Italie, laiſſa Loyſe de Sauoye, ſa mere, Regente en France. Henry II. à ſon voyage d'Allemagne, donna la Regence à Catherine, ſa femme: Du Haillan, & Tillet *dd. paginis. Louys XIII. en l'an MDCXIX. apres auoir reſolu ſon voyage d'Italie, commit à la Royne ſa mere le gouuernement de l'Eſtat:* Autor *de l'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu, part. 1. pag. 621.*

f) Charles V. eſtant Daulphin, & Duc de Normandie, durant la priſon du Roy Iean, ſon pere, ſe fit Regent du Royaume, puis tel approuué par les Eſtats: Du Haillan *d. liu. 3. pag. 367.* Quicquid autem ab eodem Carolo Regni curatore, tunc geſtum abſente patre, qui captiuus in Angliam abductus erat, cum poſtliminio pater rediiſſet, ratum habuit, legitimis, ac ſolemnibus actis: Bodinus *lib. 1. de Republ. cap. 8. pag. 129.*

g) Il y a eu Regences, quand les Roys ont eſté indiſpoſés de leurs perſonnes, & ſens: Du Haillan *d. liu. 3. p. 365.* Videtur ex tacita, & expreſſa omnium gentium lege, regna, quæ per ſucceſſionem deferuntur, non ideo adimi pueris filiis legitimis Regum, etiamſi inutiles videantur, propter infirmitatem ætatis, gubernationi, cum per alios idoneos interim poſſint imperare. Ex eodem argumento infirmitatis ætatis, ad infirmitatem mentis tranſire licet, vt, quamuis iſti ſucceſſores ſint mentis impotes, aut alio modo inutiles, priuandi non ſint ſucceſſione Regni, ſed dandus ſit illis coadiutor. Sic Carolus VI. Rex Galliarum, anno decimotertio ſuæ ætatis Regnum ac-

cepit, & vere Rex habitus, quamuis ob infirmam ætatem, & mentem quoque non ſatis firmam, habuerit in adminiſtratione auxiliares, Duces Andium, & Biturigum, & Burgundiæ. Carolus item, octauus eius nominis, regnum adeptus, anno ætatis quoque decimotertio bonus quidem, ſed non magnæ prudentiæ & iudicii, & ei tantum conſilium delectum, à comitiis Turoni habitis, ex omni Gallia: Tholoſan. *de Republ. lib. 26. c. 5. n. 5.* Quod de Carolo VI. à Tholoſano refertur, id du Haillan, *liu. 2. de l'Eſtat des affaires de France, pag.* 227. hoc modo exprimit: *Charles VI. leua vne armée, en deliberation de la mener en Bretagne. Sortant de la ville de Mans, comme il continuoit ſon voyage, en vn iour chaleureux, vne ſoudaine rage le prit, dont il desgaina ſon eſpee, & en tua pluſieurs hommes, iuſques à ce qu'eſtant las de frapper, il cheut de ſon cheual. On le ramena au Mans, là où il fut penſe; ayant demeuré long temps ſans cognoiſtre ny ſoy, ni les ſiens, peu a peu il ſe reuint, mais de là en aprés il fut ſubiect a freneſie, & n'y auoit aucune aſſeurance en ſa diſpoſition ſpirituelle, ni corporelle, &c. Du Mans le Roy fut porté à Paris, où il fallut aſſembler les Princes & Seigneurs, pour aduiſer au gouuernement des affaires, auſquels le Duc d'Orleans, frere du Roy, demandoit eſtre Chef: mais on denia à ſa ieuneſſe vne ſi grande charge, qui requeroit aage, & experience; & fut à ſes oncles donné ceſt entier gouuernement.* (Carolus VI. conſcripto exercitu in Angliam ire conſtituit. Cum à Cœnomanis profectus iter ſuum pergeret, magnis diei caloribus, inopinus furor eum corripuit, adeo vt enſem diſtringens, multos homines interficeret, donec feriendo feſſus ab equo caderet. In vrbem relato remedia adhibita fuerunt, & cum diu neque ſe, neque ſuos agnoſceret, paullatim ad ſe rediit: ſed ex eo tempore phreneſi obnoxius manſit, neque ſanitatis ratio, tam quoad animum, quam quoad corpus, ipſi certa conſtitit &c. A Cœnomanis Rex Lutetiam reductus fuit; vbi cum, congregatis Principibus & Magnatibus, de adminiſtratione regni conſultaretur, Dux Aurelianenſis, Regis frater, eam ſibi depopoſcit: verum tam ſublime munus, quod ætatem cum experientia requirebat, iuuentuti eius fuit denegatum, & tota adminiſtratio patruis commiſſa.)

b) *Louys Hutin, venant à deceder, laiſſa Clemence, ſa femme, groſſe d'vn fils, aprés nommé Iean, qui ne veſquit que huict iours: cependant, attendant ſon part, Philippes, frere dudit Louys (depuis Roy, & appellé Philippes le Long) fut declaré Regent par les Eſtats. Pareillement, lors que Charles le Bel deceda, laiſſant Ieanne, ſa femme, groſſe, Philippes, Comte de Valois & depuis Roy, fut eſleu Regent, non obſtant la brigue, & oppoſition, du Roy d'Angleterre:* Du Haillan, *d. liu. 3. pag* 367. Tillet *d. tr, pag.* 199. (Ludouicus Hutinus, moriens reliquit Clementiam, vxorem ſuam, grauidam filio, qui poſtea nomen Iohannis accepit, & nonniſi octiduum vixit. Interim, quando nondum in lucem editus, Philippus, frater defuncti Ludouici, (poſtea Rex, nominatus Philip-

Philippus Longus) à Statibus declaratus fuit Regens, vel Adminiſtrator Regni. Similiter, quando Carolus Pulcher exiiſſet è viuis, relinquens poſt ſe Iohannam vxorem grauidam, electus fuit in adminiſtratorem Regni Philippus, Comes Valeſius, non obſtante conatu, ambitu, atque oppoſitione Regis Angliæ.)

i) Vide ſupra *hoc cap. lit. d. & e.*

k) *Charles V. eſtant Daulphin, & Duc de Normandie, durant la priſon du Roy Iean, ſon pere, ſe fit regent du Royaume, & puis tel approuué par les Eſtats:* Du Haillan *d. l. pag.* 367. *En la minorite de Charles IX. fut la Regence commiſſe, par les Eſtats generaux à Orleans, & puis par les Princes du ſang, à Catherine, mere de Charles*: Du Haillan *pag.* 368. Caſtelnau *en ſes memoires, liu.* 3. *pag.* 132. (Carolus V. adhuc Delphinus, & Dux Normanniæ, quo tempore eius pater, Iohannes Rex, captiuus erat in Anglia, ſe fecit adminiſtratorem Regni Franciæ; quod factum poſtea à Statibus fuit approbatum. Carolo IX. nondum maiorenne, Catharinæ, matri eius, Regni cura & adminiſtratio commendata, dataque fuit à Statibus, Aureliæ comitia agentibus, ac poſtea quoque à Principibus ſanguinis.)

l) *Aprés que les Bourguignons ſe furent le XXIX. May MCCCCXVIII. emparés de la ville de Paris, & ſaiſis de la perſonne du Roy Charles VI. le Daulphin (Charles VI.) ſe porta en Decembre enſuiuant Regent du Royaume de ſon authorité, comme le plus prochain heritier, & garda la Regence tant, que ſondit pere veſcut. Vray eſt, que ſondit pere, eſtant en la puiſſance desdits Bourguignons, le XIII. Mars audict an, n'approuua ladite Regence, meu par eux, ſous couleur que ledict fils la s'eſtoit attribuee ſans lettres patentes dudit Roy pere: qui euſt lieu s'il euſt eſté en ſa liberté. Durant la captiuité du Roy Iean, Charles V. Daulphin auoit pris de ſon droict la Regence.* (Poſtquam Burgundi, anno MCCCCXVIII. d. XXIX. Maii, occupata Lutetia ceperant Regem Carolum VI. Delphinus (qui erat Carolus VII) propria autoritate, menſe Decembri ſuſcepit, tanquam proximus heres, adminiſtrationem regni, eamque geſſit, quoad pater eius viueret. Hoc quidem inficias ire non licet, patrem Regem, detentum in cuſtodia Burgundorum, non approbaſſe factum filii, quod vt illi ſuggerebant, filius adminiſtrationem Regni ſibi attribuiſſet, ſine literis patentibus Regis, hanc ei concedentibus: verum hæc ratio locum habuiſſet, ſi pater fuiſſet in libertate conſtitutus. Durante captiuitate Regis Iohannis, Carolus V. Delphinus, iure ſuo apprehenderat adminiſtrationem Regni: Tillet *d. tit. pag.* 203. Du Haillan *d. l. pag.* 368.

m) Vide ſupra *huius libri cap.* 19. *lit. y. & cap.* 20. *lit. l. m. & hoc capite noſtro lit. d. & e.*

n) Vide ſupra *d. cap.* 20. *lit. n.*

o) Vide *d. cap.* 20. *lit. o.*

p) *Lettres de Regence doiuent eſtre les plus-amples, que l'on peut, pour ſ'en aider ſi beſoing eſt, & que quelque deſaſtre aduint de prinſe de Roy. Eſt loüable, qu'elles ne ſoient deliurees, ne communiquées ſans expreſſe ordonnance, ou qu'il en ſoit faict deux, l'vne commune, pour le faict des ſubiects, l'autre plus ample, pour le faict de l'Eſtat, qui ne ſoit communiquee. Peut le Roy à part deffendre par eſcrit, ou de bouche, qu'il veut reſeruer à luy, à fin qu'il n'en ſoit vſé ſans neceßité, durant la regence, ores qu'il ſoit eſcrit au pouuoir, & ne faut craindre qu'il ne ſoit obeï par la perſonne qu'il choiſira, qui n'oſeroit, voudroit, ou pourroit y faire faute*: Tillet *d. tr. pag.* 205. (Literæ, quæ adminiſtrationem Regni concedunt, debent eſſe ampliſſimæ, quibus, vbi opus eſt, ſe tueri poſſit ille qui adminiſtrator conſtitutus, caſu quo opus, ac quando Rex fieret captiuus. Laudabile eſt illas non tradi, nec communicari, citra expreſſum mandatum; vel duas confici, vnam communem, ſubditos concernentem; alteram ampliorem, attinentem negotia Status, quæ non communicetur. Regis in poteſtate eſt, excipere, vel ſcripto, vel oretenus, quæ ſibi vult eſſe reſeruata, hunc in finem, ne extra caſum neceſſitatis, Regens, tempore adminiſtrationis, illa exerceat, licet exercitium eorum ei in literis conceſſum ſit. Neque vero timendum eſt, ne ille, quem in adminiſtratorem elegit, minus obediens futurus ſit, cum non auderet, nec vellet, nec poſſet, contrarium agere.)

q) Regentes Regni, iura maieſtatis non habent: Bodin. *de republ. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 124. & 129.

r) *Bienque les Regens ayent en toutes choſes vne puiſſance ſouueraine, neantmoins, pource qu'ils ne ſont point ſacrés, ils ne peuuent conferer les Benefices vaquans en Regale, comme il fut ordonné par la Cour de Parlement, quand elle verifia la Regence de Louyſe de Sauoye, mere du Roy François I. Cela-meſme fut obſerué, quand aprés la priſe du Roy Iean, le Daulphin Charles prit le gouuernement du Royaume, d'autant qu'il fallut, aprés le retour de ſon pere, qu'il obtint des lettres de confirmation de toutes les prouiſions, qu'il auoit données durant ſa Regence, en vertu du droit de Regale*: Bret *de la ſouuer. du Roy, liu.* 1. *ch.* 16. *pag.* 123. (Quanquam Regentes in omnibus rebus habent ſupremam poteſtatem, vacantia tamen beneficia in regaliis, cum non ſint ſacrati, conferre non poſſunt, vt decretum fuit à Curia Parlamenti, tunc cum approbaret Regentiam Ludouicæ Sabaudæ, matris Regis Franciſci I. Idem obſeruatum fuit, quando poſt captiuitatem Regis Iohannis, Carolus Delphinus regni adminiſtrationem ſuſcepit: Omnia enim quæ virtute iuris regaliæ, tempore Regentiæ ſuæ, per promiſſionem egerat, diplomate Patris, ex captiuitate reducis, confirmari opus fuit.) Regalia Coronæ Regiæ ita cohæret, vt ab ea ſeparari nunquam poſſit. Eaque ratio fuit, cur hactenus Regenti, id eſt, adminiſtratori Regni, in Francia, per abſentiam Regis captiui, vel etiam

per

per eius infantiam, non licuerit beneficia, quæ in Regaliam vacabant, conferre. Nonnulli allegant, Curiam arreſtis ſuis admiſiſſe, & approbaſſe eas collationes, quæ factæ fuerant à Carolo, Duce Normanniæ, & Delphino Viennenſi, Franciæ Regente, quo tempore Rex Johannes, pater ipſius, ab Anglis captiuus detinebatur. Verum iidem non attendunt, Curiam eo motam, quod prædictus Delphinus Regens, à Rege patre ſuo reuerſo ratihabitionem collationum ab ipſo factarum, beneficiorum, quæ in Regaliam vacauerant Rege abſente, impetrauerat: quæ quidem ratihabitio in Curia verificata & regiſtrata fuit: Papon. *arreſtor. lib. 2. tit 3. arreſto 13.*

s) Le Parlement és Regences de Madame Loyſe de Sauoye mit reſtriction, qu' elle ne pourroit conferer, ne admettre reſignation de benefice vacant en Regale; comme ſi le Roy ne pouuoit commettre ce droict à autruy, ou que femme n' en fuſt capable. Et toutesfois, en vertu des Regences, la Royne Blanche, mere de S. Louys, & Matthieu, Abbé à S. Denys, confererent les prebendes vacantes en Regale, ſans aucune difficulté. Le Roy Ioan, le XIV. Octobre, M CCC LX. retourné d' Angleterre, declara, que ſon fils ainé en vertu de ſa Regence, auoit eu droit de conferer en Regale. Et les XXII. & XXVII. Decembre M CCCLXI. eſcriuit audit Parlement, que luy-meſme auoit peu conferer eſtant fait priſonnier; defendant que le faict contraire propoſé ne fuſt ouy, ne receu. Semble par ce que deſſus, que ce droit ſe puiſſe commettre à homme & à femme. Y en a aſſés d' autres exemples. Auſſi puis qu' il prouient des fruicts, que le Roy fait ſiens, durant l' ouuerture du fief, la femme n' en deuroit eſtre incapable, non plus que d' vn patronage lay: Tillet *d. tit. pag.* 204. (Parlamentum Regentias Dominæ Ludouicæ Sabaudæ ita limitauit, ne poſſet conferre beneficia, nec admittere reſignationem beneficiorum, vacantium in Regalia; quaſi Rex haud poſſet hoc ius alii committere, aut fœmina eiusdem non eſſet capax. Nihilo tamen minus Regina Blanca, mater Ludouici Sancti, ac Matthias, Abbas S. Dionyſii, contulerunt, ſine vlla difficultate, præbendas vacantes in Regalia. Rex quoque Iohannes XIV. Octob. anni M CCC LX. reuerſus ex Anglia, declarauit, filium ſuum primogenitum, virtute adminiſtrationis habuiſſe ius conferendi eiusmodi beneficia. Ac XXII. & XXVII. Decembr. anni M CCCLXI. ſcripſit ad Parlamentum, quod ipſemet, captiuus licet, potuiſſet conferre; prohibens, ne quod in contrarium fuiſſet propoſitum, admitteretur, nec reciperetur. Ex his videtur apparere, quod hoc ius poſſit committi viro, & fœminæ, vt & alia plura exempla teſtantur. Præterea, quoniam prouenit ex fructibus, quos Rex ſuos facit, durante feudi apertura, fœmina non deberet hic haberi pro incapace, non minus ac in patronatu laico.)

t) Anciennement toutes lettres, tant de iuſtice, que de grace, durant les Regences, eſtoient expediées au nom des Regens, ou Regentes; comme il apert par les regiſtres du Parlement de Paris, lors que Charles V. eſtant Daulphin, & Loys Duc

Digitized by Google

Duc d'Anion, ſon frere, & Charles VII. Daulphin, eſtoient Regens: Du Haillan *d.liu.3. pag.368.* Tillet *d.l.* (Olim omnes literæ, tam iuſtitiæ, quam gratiæ, durante adminiſtratione Regni, expediebantur nomine Regentium, ſiue mares eſſent, ſiue fœminæ, vt apparet ex regeſtis parlamenti Lutetiani, quibus temporibus Carolus V. Delphinus, & eius frater Ludouicus, Dux Andegauenſis, nec non Carolus VII. Delphinus, fuerunt Regentes, vel adminiſtratores Regni.)

u) Eſtoient leſdites lettres ſeellées des ſeels des Regens, ou Regentes, non du Roy: à ſçauoir, ſi c'eſtoient Princes, ou Princeſſes, qui euſſent la Regence, de leurs ſeels; mais ſi c'eſtoient Prelats, ou Gentilshommes, y auoit ſeel ſpecial de ladite Regence, ordonne par les Eſtats du Haillan *p.369.* Tillet *pag.204.* (Illæ quoque literæ, ſigillis Regentium, cuiuſcunque ſexus eſſent, non Regis, muniebantur: Scilicet quando adminiſtratio erat penes Principes, vel Principiſſas, propriis ſigillis: quod ſi vero adminiſtratio concredita erat Prælatis, vel Nobilibus, obſignabantur ſigillo ſpeciali Regentiæ, ad hoc conſtituto à Statibus regni.) Francorum ſigilla quando Carolus VI. à mente alienatus erat, non Regis, ſed Reginæ imaginem referebant: Bodin. *lib.1 de Republ. cap.10. p.250. Quand Madame Louyſe de Sauoye fut Regente, toutes lettres de iuſtice furent ſeellées du ſeel du Roy François I. ores qu'il fuſt priſonnier: celles de grace, & commandemens furent ſeellées de ſeels de madite Dame Regente. La diſtinction ne fut ſans raiſon; Car la iuſtice eſt eſtimée touſiours durer en ce Royaume, ſoit le Roy mort, prins, ou abſent. Et en ſigne de ce, les officiers du Parlement, és obſeques des Roys, & Roynes, ne ſont veſtus de dueil, mais d'eſcarlatte. Auſſi, lettres de iuſtice expediées du temps d'vn Roy defunct, ſont executées au regne du ſucceſſeur, ſans confirmation, ce que ne ſont lettres de grace, & commandemens, leſquels dependent des vouloir & pouuoir de celuy, ou celle, qui les donne, ou commande; & ont beſoing de l'authorité, & approbation de ſon ſeel, puis qu'il parle, & que le Secretaire ſigne de par luy, ou de par elle; ſi non que par le pouuoir de la Regence fuſt par expres eſcrite autre forme, laquelle faudroit garder, comme partie dudit pouuoir*: Tillet *d. pag. 205.* Cum Ludouica Sabauda eſſet Adminiſtratrix Regni, omnes literæ iuſtitiæ muniebantur ſigillo Regis Franciſci I. quamuis detineretur captiuitate: literæ vero gratiæ, & mandatorum, habebant ſigillum dictæ Adminiſtratricis. Quæ diſtinctio non ſine ratione obſeruata fuit. Nam iuſtitia ſemper ſtare creditur in hoc Regno, ſiue Rex ſit mortuus, ſiue captiuus, aut abſens. Cuius in ſignum, officiarii Parlamenti, in exequiis Regum & Reginarum, non vtuntur veſte lugubri, ſed purpura. Literæ quoque iuſtitiæ, quæ expediuntur tempore, quo Rex eſt mortuus, ſine noua confirmatione ſucceſſoris executioni mandantur: literæ vero gratiæ, & mandatorum, quia dependent à voluntate, & poteſtate eius, qui quæue illas concedit, vel dat, opus habent autoritate, ac ſigillo dantis: Quo-

Digitized by Google

Quoniam ipſe, vel ipſa, in illis loquitur, ac Secretarius eas ſubſcribit illorum mandato. Atque hoc ita obſeruabatur, niſi literis, Regentiam conferentibus, alia forma expreſſe ſit conſtituta, quam obſeruare oportebit, tanquam articulum poteſtatis collatæ.)

x) Bodinus *de Republ. d. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 127.

CAPVT XXV.

De Paribus Regni Franciæ.

PArium nomen latinum, variis applicatur, non minus quam Gallicum *Pair*, quod ab eodem deſcendit. In iure feudali *Parium Curiæ, parium curtis, parium domus, parium de domo*, & abſolute, *parium*, vno ſignificatu, frequens eſt mentio (*a*). In Gallia *pair*, (vel, vt antiqua ſcriptura erat, *per* & *comper*) non parem modo (*b*), ſed etiam cognatum (*c*) ſignificat; nomenque hoc datum deprehendimus certo nonnullarum ciuitatum magiſtratui, iudici, vel aſſeſſori (*d*): Secundum excellentiam vero, illis officiariis, quos vocabant olim *les Pairs de la Cour de France*, Pares curiæ Franciæ (*e*); & poſtea, ac adhuc hodie, conciſius, *Pairs de France*, Pares Franciæ (*f*). Et eſt nonnemo, qui eos olim vetuſtis literis latinis *parones* dictos affirmet (*g*); alius *patricios* nominat (*h*), quem nonnulli ſequuntur (*i*), nonnulli auerſantur (*k*). Pares tamen dici communiter creditur, non quod Regi (*l*), ſed quod inter ſe pares ſint, autoritate & dignitate (*m*). Licet vero & numero aliquando pares fuerint, inde tamen nomen accepiſſe, mihi perſuaderi non patior (*n*). Vt autem diſtincta nobis Parium cognitio detur, tria temporum interualla ſeparatim expendenda ſunt: Quorum *primum* eſt, vetuſtum, vbi Parium numerus certus & definitus nondum fuit: *Secundum*, quando definiri cœpit, & numero duodenario limitari: *tertium* denique, quo iterum, ſublato hoc limite, in pluralem ita excreuit numerum, vt tot Pares fuerint, ſintque hodie, quot eſſe Rex voluerit, velitue. *Primum* (*o*), vt antiquiſſimum, ſicco nunc prætereo pede. *Secundum* (*p*) ex

parte non ſatis certum, ſed fere coniecturis, quod terminum, & cauſam inſtitutionis duodecim Parium attinet, nititur: qui autem, qualesque, officiis, poteſtate, dignitate, atque priuilegiis duodecim iſti Pares fuerint, expeditu facilius. Arturum Britanniæ Regem (*q*), quem Franciam per aliquot annos tenuiſſe aiunt, duodecim Parium fundatorem illi laudant, quibus exotica placent; omnium vero nugaciſſimus ille eſt (*r*), qui iam olim Troiani incendii temporibus Parium hoc ſodalitium extitiſſe ſcripſit. Alii inſtitutionem huius numeri Parium Carolo Magno (*s*) attribuunt; quibus contradicunt plurimi (*t*). Multi Hugoni Capeto (*u*); nonnulli Roberto Deuoto (*x*); alii Ludouico VII. Iuniori dicto (*y*), aſſignant; quidam à Philippo Pulchro (*z*) Pares Epiſcopos, cum antea non fuiſſent, laicis adiunctos memorant. Vix minor diſcrepantia autorum in eo quoque reperitur, dum inſtitutionem hanc factam eſſe referunt, vel ad exemplum duodecim Apoſtolorum Chriſti (*aa*), vel ad Electorum in Imperio Romanogermanico (*bb*), vel ad imitationem iuris feudalis (*cc*); vel ad exemplum patriciorum Romanorum (*dd*). Porro de cauſa impulſiua paullulum diuerſa tradunt (*ee*): In eo conueniunt, fuiſſe numerum Parium diuiſum in ſex Eccleſiaſticæ dignitatis, atque in ſex Laicæ conditionis viros: vtroſque iterum, in tres Ducum titulo, & tres Comitum titulo inſignitos (*ff*). Eccleſiaſticos fuiſſe, vel Archiepiſcopum, vel Epiſcopos: Nempe Archiepiſcopum Rhemenſem (*de Rheims*), Epiſcopos, Laudunenſem (*de Laon*), & Lingonenſem (*de Langres*), Duces: Epiſcopos vero Catalaunenſem (*de Chaalon*), Nouiodunenſem (*de Noyon*), & Belouacenſem (*de Beauuais*), Comites. Laicorum tres Duces fuiſſe; Burgundiæ, Aquitaniæ, Normanniæ: totidemque Comites; ſcilicet, Tholoſæ, Flandriæ, Campaniæ. Officium horum erat, ac eſt, vel generale omnium, vel ſpeciale, ac particulare, huius, vel iſtius ex iiſdem; quorum vtrumque eius conditionis, vt ab illis ipſis, nec per ſubſtitutionem, expediri debeat (*gg*). Vnum horum eſt, vt ſint Conſiliarii Regis in Curia (*hh*), ac Iudices in

Digitized by Google

eadem de cauſis ſibi commiſſis (*ii*), vnde ſeſſionem & votum in Parlamento Lutetiano,quod Parium Curia (*kk*), habent tam in audientia, quam in Conſilio, vbi legitimam ætatem attigerunt, & iuramentum ſolitum in eodem præſtiterunt (*ll*). Alterum eſt, vt in ſolemnitate coronationis Regi honoris præſtent ſeruitia (*mm*), eundem Regni inſignibus, ac infulis exornent, coronamque eius in capite ſuſtineant (*nn*). Vniuscuiusque vero particulare munus, in hac ſolemnitate competens, eſſe traditur; Archiepiſcopus Rhemenſis vngit, & ſacrat Regem; Epiſcopus Laudunenſis ampullam gerit, Lingonenſis ſceptrum (*oo*), Catalaunenſis annulum Regalem, Nouiodunenſis cingulum, Belouacenſis pallium regale (*pp*). Inter Laicos, Dux Burgundiæ, decanus collegarum, geſtabat Regalem coronam; Aquitaniæ Dux primum vexillum quadratum (*rr*); Normanniæ Dux ſecundum vexillum; Tholoſanus Comes calcaria; Flandriæ Comes gladium regalem; Campaniæ Comes vexillum militare (*ss*). Addunt alii, tertio loco, Pares, tam Eccleſiaſticos, quam Laicos, Regem in bellum proficiſcentem ſequi debere armatos (*tt*), aliasque conſilio ſuo iuuare. De dignitate, & priuilegiis Parium, mox dicam, vbi prius de *tertio* tempore, quo eorum numerus, aliaque immutata fuerunt. Pares Eccleſiaſtici hucuſque permanſerunt in ſtatu, numeroque in quo fuerunt antea (*uu*). Sex autem Laici veteres Parium numero exempti: quinque enim coronæ, cum bonis, adſcripti (*xx*), ſextus, Flandriæ Comes, ſui iuris factus (*yy*). Auctus Laicorum numerus (*zz*) variis modis (*aaa*), & quandoque nimium, (*bbb*), pro voluntate Regum libera. (ita tamen, vt hucuſque nullus Marchio ad eam dignitatem euectus fuerit (*ccc*).) Hinc nata diſtinctio inter Pares de iure communi, & Pares ex priuilegio (*ddd*). Priuilegia hæc non ſunt vnius modi; modo iſta dignitas confertur indiuiduo, aut perſonæ, vt illa ea fruatur, ad tempus vitæ, & morte extinguatur (*eee*), modo ita datur, vt tranſeat quoq;, ſed indiuiſim (*fff*) in heredes, maſculos tantum, vel maſculos & fœminas: quo poſteriori caſu, olim fœ-

Hhhhhh 2 minæ

minæ Pares in Parlamento Lutetiano habebant, votum & ſeſſionem (*ggg*), cum maſculis Paribus, hodie vero id immutatum dicitur (*hhh*). Quod ſi ita eſt, magis dicendum, eas nec in bello Regi adeſſe, nec munere aliquo in coronationis actu defungi. Illud vſu receptum, in hoc actu, antiquorum laicorum Parium, iam abolitorum, vicem ſubiri à Paribus priuilegiatis (*iii*), aut Principibus ſanguinis (*kkk*), ad hoc à Rege delectis. Dignitas Parium, vt fuit, ita adhuc eſt egregia, tanquam eorum, qui ſunt principales vaſalli Regni (*lll*), à quo ſua recognoſcunt feuda (*mmm*). Olim Pares ante Principes ſanguinis non Pares incedebant; hodie eos ſequuntur (*nnn*); adhuc tamen præferuntur omnibus officiariis (*ooo*), vt & reliquis Ducibus, Marchionibus, & Comitibus: adeoque Comes, qui eſt ex Parium numero, antecedit (*ppp*) Ducem, qui Par non eſt (*qqq*). Inter ipſos, creationis tempus, quo quisque ad Pariatum euectus, in incedendi, aut ſedendi ordine inſpicitur. Regi adſidendo Clerici ſiniſtrum, Laici dexterum latus tenuerunt (*rrr*). Prærogatiuas, & priuilegia quæ habent, fere (*sss*) Eccleſiaſticis cum Laicis communia ſunt. Inter inſigniora refertur, quod non poſſint, vel debeant excommunicari (*ttt*); quod, tanquam præcipui Conſiliarii Curiæ, gaudeant iiſdem priuilegiis, quibus Parlamenti cætera membra principaliora (*uuu*); quod in cauſis, quæ ipſorum dignitatem, atque honorem, aut bona Pariatus contingunt, non poſſint, in prima inſtantia, præterquam in Parlamento Lutetiano (*xxx*), alibi (*yyy*) conueniri, nec aliter ad iudicium vocari quam duobus Regis diplomatibus (*zzz*), (quod tamen ab aula receſſit, vt Molinæus (*aaaa*) docet) niſi Rex actor fuerit (*bbbb*), nec aliter iudicari, quam omnibus Parlamenti Cameris congregatis, ac cæteris Paribus Regni conuocatis (*cccc*), niſi priuilegio ſuo Par renunciet (*dddd*). Siue autem Par actor, ſiue reus ſit, aduocatus eius ex loco peculiari, quem honoris cauſa appellant *le barreau des Pairs*, perorare ſolet (*eeee*). Dantur tamen & aliæ cauſæ Parium, quæ vel coram nomarchis, (quos *Baillivos* Galli nomi-

Digitized by Google

nominant) vel diocetis (*Seneſchallos* dicunt) vel alibi diſceptantur (*ffff*). Vbi vero de crimine enormi, à Pari commiſſo, quæſtio inſtituitur, Paponius tradit, accuſationem intentari non poſſe, niſi in aliqua ex ſupremis Franciæ Curiis (*gggg*): alii tunc quoque præſentiam Regis (*hhhh*), & Parium (*iiii*), requirunt; ſed exempla me docuerunt, aliquoties in his variatum, Regisque voluntatem primas fere obtinuiſſe. Cæterum & hoc de Paribus prædicatur, quod ſua retrofeuda poſſint admortiſare (*kkkk*), vt Galli loquuntur (*llll*); quod libere ingrediantur conclaue Regis (*mmmm*); quod ab eodem, ſi aliunde non habeant, quo ſe exhibere poſſint, ſuſtentari debeant (*nnnn*); quod ius habeant Parlamento præſentandi roſas (*oooo*). Laicis illud peculiare eſt, quod gladio accincti in Parlamento comparere poſſint (*pppp*), ac nonnulli, inter illos ex conceſſione (*qqqq*) (quæ hodie fieri amplius non ſolet) Regum conuentus cogant iuridicos (*rrrr*), (magnos dies vocant, *grands iours* (*ssss*)) ad quos appellatur ab illorum Bailliuis, & Seneſchallis (*tttt*). Quamquam autem magna Parium in terris ſuis autoritas, non abſoluta tamen eſt, ſed limitata (*uuuu*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Vulteius *de feudis, lib.1.c.7.n.24.* Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlemens, chap.18.p.230.*

b) *E's Duchés, & Comtés, il y auoit trois ſortes de cours; l'vne des Ducs & Comtes, auec les gens de leur hoſtel; l'autre du Bailly, auec gens de conſeil, ou iuges; le tiers des vaſſaux, aucunesfois nommés hommes iugeans, quelques autres fois vaſſaux, ou fideles, aucunesfois iugeurs; autresfois compers, ou Pers, dits, parce qu'és iugemens cumulatifs, & aſſemblées, leurs voix eſtoient de pareille puiſſance, comme eſtoient entre les Romains dits ceux, le pouuoir deſquels eſtoit pareil, & en Perſe homotimes:* Clement Vaillant *de l'eſtat ancien de la France, liu.3.ch.1.fol.119.b.* Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag.511.*

c) *Le mot, pair, ſe prend auſſi pour parent:* Fauchet *des origines des dignités de France, liu.2. chap.1. pag.492.*

d) *Quand les Roys ont ottroyé aux villes les communes, & iuridiction en aucunes, ceux qui ont eſté ordonnés pour le conſeil des Maires, Maieurs, ou Eſchevins, ont eſté appellés Pairs:* Tillet, *au recueil des Roys de France, tit. des Pairs de*

France, pag.253. Vel, vt idem profert Haillan, *d.liu.3. de l'eſtat des affaires de France, pag.385. Ores qu'aucuns de ceux, qui ont le gouuernement aux affaires des corps des villes, données par les Roys, de droict d'aſſemblée, auec esgal pouuoir ſur les affaires d'icelle, ſont appellés Eſcheuins, Gouuerneurs, Conſuls, Capitouls, & autrement; neantmoins il s'en trouue d'autres nommes Pairs, comme à Beauuais, La Rochelle, & ailleurs.*

e) Les Pairs de France ſont officiers, & Seigneurs enſemble, & quant au titre, & quant à la nature de leur dignité. Quant au titre, il eſt notoire, qu'outre celuy de Pair, qui eſt vn titre d'office, ils ont auſsi le titre de Duc, ou de Comte, qui ſont titres de Seigneurs; n'y ayant aucune Pairie, qui ne ſoit Duché, ou Comté, quant à la nature auſsi, d'autant qu'ils en doiuent hommage au Roy, comme Seigneurs, & ſerment au Parlement, comme officiers: Loyſeau *du droit des offices, liu.2. chap.2. n.43.* (Pares Franciæ ſunt officiarii, & proceres ſimul, non ſolum quoad titulum, ſed etiam quoad naturam dignitatis. Titulum quod attinet, notorium eſt, quod vltra eum quo Pares audiunt, qui eſt titulus officii, habeant etiam titulum Ducis, vel Comitis, qui ſunt tituli Satrapiarum, cum non detur vllus Pariatus, qui non ſit, vel Ducatus, vel Comitatus. Quantum vero concernit naturam, tanquam Satrapæ Regi præſtant homagium, ac iurant Parlamento, tanquam officiarii.)

f) Pairs de la Cour de France, par abregé, les Pairs de France: Tillet *d. tit.p.256.*

g) Les Pairs, vulgairement és vieilles Chartres, ſont appellés Parones: Bergeron, *in notis ad liu.4.tit.5.du recueil d'arreſts de Papon, pag.205.*

h) Patricios appellauit Budæus, *(in l. vlt. ff. de Senator.)* quaſi patres communis Reipublicæ: Vincent. Lupanus, *de magiſtrat.Franc. lib.1.tit. pares Franciæ.* In Gallia de Paribus diſpares ſunt hiſtoriæ; quædam patricios, ab imperio; quædam patres, ab ætate, dictos volunt: Balthaſar de Vias, *in Sylua Regia, pag.73.n.6.*

i) Pour deſcouurir ce que ie penſe, mon opinion eſt, que le mot de pair s'eſt inſinué entre nous, de l'ancienne dignité de patrice, qui fut à Conſtantinople: Eſtienne Pasquier, *liu.2. des recherches de la France, ch.8. fol.61.a.*

k) Nos François, lors qu'ils occuperent les Gaules, ayans trouué, en pluſieurs endroits d'icelle, la dignité de Patriciat eſtablie, la continuerent par quelque temps, comme ce fut leur couſtume de n'y changer, ou innouer les anciens vſages, que le moins qu'ils peurent, ce que M. Pasquier a pleinement diſcouru du 2. liu. de ſes recherches, chap.8. & 9. de l'aduis duquel neantmoins ie ne puis eſtre, entant qu'il veut deriuer nos Pairs de ces Patrices, ains me ſemble, auec du Tillet, que l'inuention de nos Pairies eſt venuë de l'vſage des fiefs, dont ny les Romains, ny ceux de Grece, n'eurent oncques cognoiſſance: Loyſeau *des ordres, chap.10. n.32. Aucuns veulent tirer le mot de Pair, du nom de patrice Romain;*

mais

Digitized by Google

mais cela eſt de trop loing : car iamais en France, ſous nos Rois, qui ont regné deça Loire, nous n'auons ouï parler de ce nom de patrice, ſi non lors, que Clouïs, par vn don ſpecial de l'Empereur Anaſtaſe, receut ce nom de patrice, & Charlemagne par les Empereurs de Conſtantinople, & par les Papes : du Haillan, *d. liur. 3. pag. 375.*

l) *Ils ont eſté ainſi appellés non pas pour eſtre eſgaux à leur Seigneur, mais pour eſtre pairs, & compagnons entre eux ſeulement, comme l'explique vn ancien arreſt, donné contre le Comte de Flandres, au Parlement de Touſſaints MCCXCV. rapporte par du Tillet :* Loyſeau *des Seigneuries, chap. 5. n. 8.* Pares ſic appellantur, quod inter ſe quidem pares ſunt, non autem Principi, vt nimis ruſtice nonnulli opinantur: Bodin, *lib. 2. de Republ. cap. 1. pag. 284.* Vide infra *h. cap. lit. s.*

m) *Ils ont eſté appellés pairs, ou peres de France* (inquit Pierre de Miraulmont, *en ſes memoires, tit. parlement, fol. 2.*) *tant à cauſe qu'ils eſtoient pairs en nombre, ſçauoir ſix lais, & autant de Clercs : que parce, qu'ils eſtoient choiſis, & eſleus par les Roys, des premiers & plus-anciens Seigneurs du Royaume.* Pares dicti ſunt, *pour eſtre entre eux pareils, non au Roy, à ſçauoir quant à la dignité de Pairie, d'autant que l'vn n'a plus de voix, ou d'opinion, que l'autre :* Ragueau, *en l'indice des droits Royaux, pag. 514.*

n) Pares fuerunt, & dicti ſunt in Francia, antequam numero pares facti, quemadmodum etiam hodie pares vocantur, poſtquam paritas numeri non amplius obſeruatur.

o) Vide Tillet. *d. tit. p. 252.*

p) *Il eſt plus-aiſé en cet endroit, de refuter les erreurs d'autruy, que de confirmer le temps de l'inſtitution du College des Pairs de France, par des preuues aſſeurees : tant nos anciens Chroniqueurs ont eſte incurieux en choſe de ſi grande importance.* (Facilius hic eſt refutare aliorum errores quam certo deſignare tempus, quando Collegium Parium Franciæ fuerit inſtitutum; adeo ſcilicet noſtri antiqui hiſtoriographi negligentes fuerunt in re tanti momenti : Scipion du Pleix *tome 1. de l'hiſtoire de France p. 342.* *Quant à la nomination de pairie, comme ie ne ſçay bonnement* (ita ſcribit Nicolas Vignier, *part. 2. de la bibliotheque hiſtoriale, pag. 522.*) *ne quand, ne ſous quel Roy, elle a eſté premierement donnée au plus-grands Princes de France, ne qui a eſté l'autheur de la reduire au nombre de douze, adiouſtant ſix Eccleſiaſtiques aux ſix ſeculiers; ne meſme, qui a departi, & deſigné ſon degré, & office à chacun d'eux, aux Sacres, & couronnemens des Rois; auſſi ne voudrois-ie point debattre, que quiconque a eſté l'inſtiteur des clercs, ne les ait voulu apparier aux autres, ou en l'honneur de l'Egliſe, ou, pour rendre ſa cour plus-celebre, & le nombre de ſes Pairs plus-venerable, & auguſte, par l'aſſociation des Eccleſiaſtiques, auec les Laïcs : Enſemble auſſi, qu'il n'ait choiſi d'entre les Eccleſiaſtiques ceux, qui eſtoient lors ſes Conſeillers, plus fauo-*

fauoris, & en plus-grand credit enuers luy, donnant pour l'amour d'eux ce-meſme rang hereditaire à leurs ſucceſſeurs. Neantmoins toutesfois ie me tiens bien acertené, que ceſte inſtitution eſtoit ia faicte deuant l'an M CC. *comme ie pourrois facilement demonſtrer par beaucoup de bons teſmoignages, ſi d'autres ne me auoient exempté de ce labeur.* (Quod ſpectat denominationem Parium, quemadmodum ſatis mihi non conſtat, quando, nec ſub cuius Regis ætate, titulus iſte primum datus fuerit primis inter Principes Franciæ, nec quo autore redacti fuerint ad numerum duodenarium, addendo ſex Eccleſiaſticos ſex Laicis; nec denique, qui ordinem inter eoſdem conſtituerit, ac ſingulis officia, in coronatione Regis ſubeunda, aſſignauerit, ita nolo contendere, illum, quicunque etiam fuerit inſtitutor Parium Clericorum, hos voluiſſe cæteris pares reddere, vel in honorem Eccleſiæ, aut, quo aulam ſuam auguſtiorem faceret iſta aſſociatione eccleſiaſticorum cum laicis. Nolo præterea negare, quod ex eccleſiaſticis elegerit illos, quos tunc inter conſiliarios pro primis habuerit, & maximo proſecutus ſit fauore; aſſignando etiam, in gratiam eorum, illorum ſucceſſoribus hanc dignitatem hereditariam. Nihilo minus tamen pro certo habeo, eam inſtitutionem factam fuiſſe ante annum Chriſti MCC. vt facile confirmare poſſem optimis teſtimoniis, niſi alii iam me ſubleuaſſent hoc onere.) Hanc indagationem, de prima XII. Parium inſtitutione, Haillanus *d. liu. 3. p. 369.* dicit (*vne des plus difficiles matieres de l'eſtat de France: Car les opinions y ſont ſi diuerſes, qu'on n'y peut aſſeoir fondement aſſeuré.*) eſſe vnam ex difficillimis materiis ſtatum Franciæ concernentibus, propter maximam opinionum diuerſitatem, quæ impediunt, quo minus hic ſolidum detur fundamentum.

q) Alii duodecim Parium originem ad Arturum, Britanniæ Regem, referunt, qui Franciam per aliquot annos tenuit; verum, eius rei nulla in hiſtoriis mentio, quod legerim, aut meminerim: ait Lupanus *d.l.*

r) Sat ſcio, Nicolaum Gillium, hiſtoriæ ignorantia ſcribere auſum, etiam Troiani incendii temporibus Parium hoc ſodalitium fuiſſe: quorum ſimilitudo quædam eſt apud Homerum, *Odyſſ.* 8. vt eleganter notauit Budæus: Lupanus *d.l.*

s) Carolum Magnum, deuictis Saxonibus, bellum parantem in Saracenos, Hiſpaniam detinentes, collegium duodecim Parium inſtituiſſe, affirmant, Robertus Ganguinius *lib. 4. hiſt. c.* 1. Merula, *parte* 2. *Coſmograph. lib. 3. c.* 17. Speidelius, *in notab. iuridicohiſtoricopolitic. lit. p. n. 5. pag.* 706. ac Charron, *en l'hiſtore vniuerſelle, chap.* 113 *pag.* 769. vbi ait: *Le Roy Charlemagne voulant aller en Eſpagne contre les Sarrazins, ennemis de noſtre foy, ordonna en France douze perſonnages, (à l'exemple des douze Apoſtres de noſtre Sauueur) pour eſtre en ſon abſence pairs, ou ſemblables, à luy en l'adminiſtration de iuſtice, & diſcipline militaire; leſquels pourroient ordonner des plus-grands, & principaux*

paux affaires du Royaume; ſans toutesfois rien diminuer de ſon authorité, quant à la ſuperiorité, & preeminence, qu'il ſe reſeruoit ſur eux, & à cette occaſion furent appellés Pairs de France, ou, comme aucuns l'eſcriuent, Pers, pour denoter, qu'ils eſtoient comme pares, & Iuges de la France. La continuation deſquels ayant eſté depuis interrompue, fut, ſelon aucuns, reſtablie par le Roy Hués Capet, ou, ſelon d'autres, par le Roy Louys le Ieune.

t) Du Tillet, Fauchet, Paſquier, Pithou, & autres, ont tellement combatu l'opinion de ceux, qui font venir les Pairs de l'inſtitution de Charlemagne, qu'il n'y a plus que les petits enfans, qui le croyent; inquit Loiſel, és memoires des païs de Beauuais, chap. 5. pag. 146. Il me ſemble, ait Paſquier d. lin. 2. des recherches, chap. 8. fol. mihi 60. que ceux, qui ont eſté de cet aduis, ne digererent oncques bien la puiſſance de Charlemagne, ny comment les affaires de France ſe demenoient de ſon temps. Car, de ma part, ie ne preſteray iamais conſentement à ceux-cy; & croy, à bien dire, que ce diſcours ait eſté pluſtoſt emprunté de l'ignorance fabuleuſe de nos Romans, que de quelque hiſtoire authentique. Qu'il ſoit ainſi, il eſt certain, que Charlemagne gouuernoit ſon païs de l'authorite de luy ſeul, & non de la neceſſité des Ducs, & Comtes, leſquels pour lors n'eſtoient que ſimples Gouuerneurs; & tels, qu'il les depoſoit à ſa volonte. Ainſi ce ſeroit abus de penſer, que Charlemagne euſt voulu auoir pour pairs, ou ſemblables à ſoy, (comme ils diſent) ceux, qui totalement dependoient de ſon authorité, & puiſſance. Ce neantmoins, pour verifier cecy par pieces, en quel lieu, ie vous ſupplie, trouuerés-vous mention de ce temps-là, d'vn Duc de Guienne, ſeparé d'auec le Comte de Tholoſe? certes il ne s'en trouue choſe aucune; mais eſt la verité, que ſous le nom d'vn Duché d'Aquitaine, eſtoit compris, & ce que nous appellons maintenant Guienne, & la ville-meſme de Tholoſe. Voire, que les Comtes alors, & meſmement ceux de Tholoſe, n'eſtoient que ſimples iuges, & adminiſtrateurs de iuſtice, en chaque ville. D'auantage, qui eſt celuy, qui ne ſcache, que l'on ne parloit point adonc de Normandie, ains fut vn nom, qui depuis ſous Charles le Simple commença d'entrer en credit, auec l'erection de Duché, qui en fut faite en faueur des Normans? Et auſſi que la Flandre lors à demy inhabitee, & deſerte, eſtoit gouuernée ſeulement par vn ſimple grand foreſtier. Afin que ie n'adiouſte à cecy, que la police de ce temps-là eſtoit telle, que ce qui eſtoit maintenant dit Duché, (quand il eſtoit és mains de quelque Prince, gouuerneur d'vne contrée au nom du Roy) en moins de rien prenoit le nom de Royaume, lors qu'il tomboit au partage d'vn fils de France; eſtant ce Royaume de telle qualité, qu'il ne recognoiſſoit de là en auant autre Seigneur que Dieu, & ſon Roy. En ceſte façon voyons-nous, que le païs d'Aquitaine fut pour vn temps appellé Duché, ſous Charlemagne, puis Royaume, quand il en veſtit Louys Debonnaire, ſon fils, lequel deslors commença de tenir ſes Eſtats à part. Et depuis, ceſtuy Debonnaire faiſant partage general à ſes enfans, donna l'Italie à Lothaire, ſon fils aiſné, le faiſant ſacrer Empereur: à Louys, ſon ſecond

fils, le Royaume de Bauieres, & de la Germanie; & à Pepin celuy d'Aquitaine. Verité eſt, que Pepin, eſtant decedé du viuant de ſon pere, ceſte Aquitaine ſe trouuant reunie à la couronne, fut donnée en partage à Charles le Chauue, ſon dernier fils, auec la plus-grande partie de ce, que nous nommons la France. Semblablement, aprés la mort de Louys Debonnaire, Lothaire Empereur partageant ſes Royaumes à trois autres ſiens enfans; à l'aiſné, qui eſtoit Louys, il donna l'Empire, auec le Royaume de Lombardie, à Charles, qui eſtoit le ſecond, le Royaume de la Lorraine; & pour Charles, ſon puiſné, il fit vn Royaume de la Prouence, & de la Bourgogne. Et à peu dire, depuis la venuë de Charlemagne, iuſques ſous deux, ou trois lignées ſucceſſiuement, la maieſté de la maiſon de France eſtoit telle, que les enfans de nos Roys s'entrepartageoient les Prouinces, par forme d'Empire, & non par forme de Duchés. Et ne lit-on point de la lignée de Charlemagne aucun enfant masle, qui ſe ſoit contenté d'vn ſimple nom de Duc, ou de Comte, ains de Prince ſouuerain, & Roy. Voire, que Charles le Chauue, ſous lequel toute la grandeur de ceſte noble famille n'eſtoit pas encor amortie, mais commençoit beaucoup à s'eſtaindre, donnant le païs de Prouence, & partie de la Bourgogne, qui luy eſtoient retournés, par le decés de ſes neueux, à Boſon, duquel il auoit eſpouſé la ſœur, erigea derechef ce païs en Royaume. Et le premier, & le dernier d'entre eux tous, ſi ie ne m'abuſe, qui prit la qualité de Duc, fut celuy Charles, que Hugues Capet desherita du Royaume: mais les affaires de la France auoient deſia pris toute autre forme qu'au precedent. De ſorte, que pour retourner à mon but, c'euſt eſté vne police fruſtratoire, ſi Charlemagne eut voulu faire douze Pairs de ceſte marque, pour en annichiler la couſtume en vn inſtant, & à vn ſimple partage, qu'il eut fait entre ſes enfans. Et qui m'induit encores à ceſte opinion, c'eſt, que dans Theodulphe, qui fut du temps du Charlemagne, & dans Aimon, ſoit faite frequente mention des Parlemens, qui eſtoient adonc tenus, ſi n'ay-ie iamais leu, que les Ducs y aſſiſtaſſent en ceſte qualité de Pairs, comme nous en vſons auiourd'huy. Toutes leſquelles coniectures m'ont touſiours ſemonds de penſer, qu'à tort s'eſtoit le peuple imprimé ceſte folle perſuaſion, de rapporter l'introduction de cecy en la perſonne de Charlemagne. (Mihi videtur, ait Paſquierius, illos, qui huius opinionis fuerunt autores, nunquam ſatis perpendiſſe poteſtatem Caroli Magni, nec faciem rerum Franciæ iſtius temporis. Me quod attinet, nunquam illis præbebo aſſenſum, ac vt vera dicam, perſuaſum mihi habeo, diſcurſum illorum potius fundamentum habere in ignorantia fabuloſa noſtratium, qui heroicorum geſtorum fictas narrationes ſcripſerunt, quam in vera hiſtoricorum narratione. Rem ita ſe habere inde probatur, quod Carolus Magnus, ſola ſua autoritate propria, Regni ſui negotia confecerit, non vero Ducum & Comitum conſenſu, qui tunc temporis fuerunt ſimplices gubernatores, taleſque, quos pro arbitrio remouebat. Sic errorem redoleret, credere Carolum Magnum voluiſſe ſibi pares, aut ſimiles, (vt loquuntur) habe-

Digitized by Google

habere illos, qui toti dependebant ab ipſius autoritate & potentia. At, vt hoc per articulos probemus, quæſo vbi reperietis illo tempore mentionem vllam factam fuiſſe Ducis Aquitaniæ, ſeparati à Comite Tholoſano? Certe nullibi reperitur; ſed hoc verum eſt, ſub nomine Ducatus Aquitaniæ Comitatum Tholoſanum tunc fuiſſe comprehenſum, & non ſolum quam nunc dicimus Aquitaniam, verum etiam ciuitatem Tholoſam: Imo, Comites illius temporis, ac ipſum Comitem Tholoſanum, non fuiſſe alios, quam Iudices, & adminiſtratores iuſtitiæ ciuitatum. Præterea, quis eſt, qui ignoret, quod tunc nemo Normanniæ mentionem fecerit; ac illud nomen demum cœperit eſſe in vſu ſub regno Caroli Simplicis, cum titulo Ducatus, in fauorem Normannorum? notum quoque, Flandriam, tempore Caroli Magni incultam, & vix dimidia parte habitabilem, gubernatam fuiſſe à ſimplici magno foreſtario. Non addam, iſtius temporis politiam talem fuiſſe, vt regio, quæ modo dicebatur Ducatus, quando eam, nomine & autoritate Regis, adminiſtrabat Princeps quidam, ſuſcipiebat nomen Regni, quando hereditate obueniebat Filio Regis Franciæ, quod poſtea non recognoſcebat vllum ſuperiorem, quam Deum & Regem ſuum. Ita videmus Aquitaniam aliquando dictam fuiſſe Ducatum, ſub Carolo Magno, poſtea Regnum, quando de illa inueſtituit filium ſuum Ludouicum Pium, qui ab eo tempore cœpit ditiones ſuas ſeparatim adminiſtrare. Idem Ludouicus poſtea diuidens ditiones ſuas inter liberos, aſſignauit Lothario, primogenito, Italiam, eumque coronari fecit in Imperatorem; Ludouico, ſecundogenito, dedit Regnum Bauariæ, & Germaniæ; Pipino autem Regnum Aquitaniæ. Verum cum Pipinus, patre adhuc viuo, mortuus fuiſſet, atque ſic Aquitania coronæ iterum accederet, aſſignata fuit Carolo Caluo, natu minimo filiorum, vna cum maxima parte terrarum, quæ Francia dicitur &c. Itaque, vt reuertar ad propoſitum meum, fruſtranea fuiſſet politia, ſi Carolus voluiſſet inſtituere duodecim Pares huius notæ, quo vno momento abrogaret illam conſuetudinem, & diuiſionem inter liberos factam. Ad hanc opinionem trahit me quoque, quod licet apud Theodulphum, qui vixit tempore Caroli Magni, atque Aimonium, frequenter fiat mentio Parlamentorum, quæ tunc erant in vſu, nihilo minus tamen nullibi legerim, Duces in iiſdem comparuiſſe tanquam Pares, vt hodie moris eſt. Atque hæ coniecturæ omnes mihi ſemper perſuaſerunt, populum falſa opinione ductum fuiſſe, quando inſtitutionem Parium Carolo Magno adſcribere voluit.) Hactenus Paſquier, quem per omnia ſequitur du Haillan, *d. liu. 3. pag. 371. & ſeq.* poſtquam præmiſerat hæc verba: *Le doute eſt grand, à ſçauoir en quel temps commencerent ces Pairs, & quand la iuſtice ſouueraine des Roys commença à les auoir auprés d'eux, pour iuger les cauſes de fief: la fabuleuſe antiquité en attribuë l'inſtitution à Charlemagne; ce qui ne peut: Car alors les*

 fiefs

fiefs n'eſtoient encore hereditaires, & patrimoniaux aux Ducs, ni aux Comtes, qui eſtoient offices. Ioint, que les hiſtoires de ſon temps, & en bon nombre, n'en font aucune mention; leſquels à mon aduis, n'euſſent voulu taire vne ſi notable conſtitution, ſi par luy euſt eſté faite. (Quod argumentum etiam vrget Hotomannus *in Francogallia cap. 17. pag. 141.* ac Balthaſar de Viuas, *in ſylua Regia, pag. 73. n. 6.*) *D'auantage, quand Charles le Grand euſt eu, ou creé ces douze Pairs, ce n'euſſent eſté les ſix Ducs, & les ſix Comtes, que nous appellons douze Pairs anciens, pource que depuis ils ont eſté creés en dignité Ducale & Comtale; & ne me ſçauroit-on faire croire, qu'ils ayent eſté creés Pairs auant que d'eſtre Ducs, & Comtes.* vide Tillet *d. tit. pag. 273.*) *Mais ceux, qui attribuënt ceſte inſtitution audit Charles, le font pour l'agrandir de nom. Et pag. 373.* in ſupplementum eius, de quo tacuit Paſquierius, deducit, tempore Caroli Magni, nec Clericos, qui ſub duodenario Parium numero exprimuntur, tunc Comites, vel Duces fuiſſe, nec illa poſſediſſe feuda, à quibus poſtea denominati. Quod thema etiam tractauit Clement Vaillant, *d. tr. de l'Eſtat ancien de la France, in præfat. libri tertii.*

u) Hugoni Capeto creationem duodecim Parium adſcribendam putat Paſquier *d. liu. 2. chap. 9.* Hottomannus *d. loc.* Autor *des antiquités & recherches de la grandeur & maieſté des Roys de France, liu. 2. pag. 447.* Le Sieur de Ceriziers *en ſon Tacite François pag.* 196. Balthaſar de Vias, *in ſylua Regia, pag. 74.* (vbi ait: Tantiſper, dum certius afferatur, inſtitutum ad Hugonis Capeti Regnum referendum arbitrabor; qui, cum remoto herede legitimo, ſceptrum occupaſſet, proceres aliquot, nouo aliquo honore ac beneficio ſibi deuinciendos putauit.) Serres *en l'Inuentaire general de l'hiſtoire de France,* quem propterea erroris coarguens Scipion du Pleix, *en l'inuentaire des erreurs de l'hiſtoire de Iean de Serres, pag. 132. Pour moy,* (inquit) *n'ayant encore trouué nulle certitude du temps de l'inſtitution des douze Pairs, oſerois bien dire au contraire de Serres, que cet ordre fut eſtabli pluſtoſt ſous tout autre regne, que celuy de Capet, qui eſtoit trop prudēt pour faire vne ſi lourde faute. Car en choiſiſſant ſix Prelats, & autant de Seigneurs lais, entre vn ſi grand nombre, pour les honorer particulierement d'vne marque ſi illuſtre, il eut attiré ſur luy l'enuie, & haine de tous les autres; ne ſe pouuant faire, que ceux-là euſſent vne ſi grande ſureminence ſur tant d'autres, (comme chacun a bonne opinion de ſoy) qu'ils ne creuſſent eſtre dignes de pareil ornement.* Verum, ſi nihil aliud Pleixio obſtitit quam hoc, illud vix tanti erit æſtimandum, vt hanc Serrei, ac aliorum, opinionem conuellat. Loyſeau *au traitté des Seigneuries ch. 5. n. 9.* hoc nominat *vn traict de ſage Roy*; cuius opinionis etiam fuit Paſquier *d. ch. 9. fol. 65. lit. c,* vbi in ſpecie diſſerit; cur ex cæteris magnatibus omnibus Hugo potius elegerit illos duodecim (quorum nomina in textu expreſſimus) quam alios.

x) Vide de Roberto Deuoto Fauyn, *liu. 3. des offices de la couronne chap.*

chap. 2. & au theatre d'honneur, liu. 2. chap. 12. pag. 300. Loyſeau *d. chap. 5. n. 6.* Hieroſme de Bara, *des blaſons des armoiries, pag. 156.* Bodinum *de Republ. lib. 3. cap. 1. pag. 398.*

y) Clement Vaillant, *in præfat. d. lib. 3.* reductionem Parium ad numerum duodenarium, iſtosque magnates, Ludouico VII. patri Philippi Auguſti, attribuit, *non ſeulement parce qu'aucuns ont eſcrit, que le premier Sacre des Roys à Rheims, auquel aßiſtoient les Pairs (entre autres Richard, Roy d'Angleterre, en qualite de Duc de Normandie Pair) fut en celuy de Philippe Auguſte: mais außi, qu'il eſt vrayſemblable, que ceux, qui en ſont, ont eſte par luy preferés aux autres, pour eſtre comprins en ce nombre. Henry de Dreux, Archeueſque de Rheims, & Philippe de Dreux, Eueſque de Beauuais, eſtoient ſes neueux, de par ſon frere Robert, Comte de Dreux: & ne puis penſer, pourquoy les autres Eccleſiaſtiques ayent eſté preferés au nombre, ſi non parauanture, que lors il n'y auoit Eueſques, qui euſſent telles dignites ſeculieres. Mais quant aux Pairs laïcs, il eſt euident, qu'il auroit retenu en ce nombre le Duc de Bourgogne, parce qu'il eſtoit de ſang Royal, deſcendu de Robert, fils de Robert Roy, lequel euſt pour appanage hereditaire le Duche de Bourgogne, appartenant à Robert ſon pere, ou par ſucceßion au Duc Henry, ſon oncle, ou par diſpoſition ſinguliere. L'Aquitaine, laquelle ie penſe lors ſeule, auec la Bourgogne, auoir eu tiltre de Duché, appartenoit à Henry, fils de Henry Roy d'Angleterre: il auoit femme Marguerite, l'vne des filles de Louys ſeptieſme. L'autre fils de ce Roy d'Angleterre, nomme Richard, fait par ſon pere, Seigneur de Normandie, auoit eſpouſé vne autre fille de ce Louys VII. nommé Alix, & comme dit Paul Emile, en ce Louys, il fut par luy ſalüé Duc de Normandie, qui eſtoit luy bailler ceſte qualité de Duc, car la Seigneurie de Normandie n'eſtoit auparauant que Comté. Le Comte de Champaigne, comme dit cet autheur, en ce-meſme lieu, eſtoit beaupere de ce Louys. il auoit eſpouſé ſa fille, de laquelle il eut Philippe Auguſte, outre que le Comte de Flandres eſtoit deſcendu de par les femmes, de ſang Royal François, il eſt dit par ceſt autheur, en Philippe Auguſte, qu'il eſtoit amy tres-familier de ce Roy Louys. Le Comte de Tholoſe, eſt dit par ce meſme autheur, au meſme liure, auoir eſté ſon beaufrere, à cauſe de Conſtance ſa ſœur, & ſon fils ſon neueu.*

z) Quorundam opinio eſt, Philippi Pulchri temporibus Pares Epiſcopos, cum antea non fuiſſent, laicis adiunctos: ego aliter ſentio, ait Maſſonius, *annal. lib. 3. pag. 382.* Et le Sieur de Ceriziers *en ſon Tacite François, pag. 196.* ait: *Capet les partagea en Eccleſiaſtiques & ſeculiers, à fin que ceux-la ne ayant point de grandeur à chercher dans le monde, ni d'enfans à y eſtablir, ils peuſſent moderer l'ambition de ceux-cy, qui par des motifs oppoſes pourroient auoir des penſees toutes contraires.*

aa) Alii exiſtimant, duodecim Pares à Rege Carolo Magno primum creatos, & inſtitutos, exemplo duodecim Apoſtolorum: Additio-

natot ad *Paponii arreſta,d.lib.4.tit 5.poſt rubr.edit.lat.pag.115.* vide ſupra *lit.x.*

bb) Outre les autres teſmoignages, ie ne ſçay ſi i'oſerois faire miſe d'vn, que i'ay trouué (verba ſunt Nicolai Vignierii, *d. part.2. de la bibliotheque hiſtoriale, pag.523.) en vne ancienne Chronique, non imprimee, qui ſemble auoir eſté faicte quelque peu aprés l'an MCCC. qui declare, que les Electeurs de l'Empire eſtoient vulgairement appellés Pairs, qu'il y en auoit douze, qui eſliſoient l'Empereur, & le preſentoient au Pape pour eſtre couronné: meſmement de l'an MCXCII. (dont on pourroit preſumer, que les Pairs de France ont eſté inſtitués à l'imitation de ceux d'Allemagne, ou bien, ceux d'Allemagne à l'imitation, ou emulation de ceux des François) d'autant que ie ne trouue, le ſemblable auoir eſté eſcrit en aucun autre auteur, & qu'il ſeroit bien malaiſé de prouuer, qu'il n'y euſt que douze Electeurs des Empereurs, deuant qu'ils fuſſent reduits au nombre de ſept. Non obſtant que ie ſuis pas hors d'opinion, qu'il n'y ait eu de l'emulation de la part de François, ou Allemans, en l'erection de leurs Pairs, & Electeurs; & que ceux, qui ont eſté introduits les premiers, n'ayent ſuſcité l'enuie de faire venir les autres bien toſt aprés. Car on peut bien aiſement remarquer és plus-fideles hiſtoires, qu'on n'a pas commencé à parler des vns gueres de temps deuant les autres. Si eſt-ce toutesfois, qu'il ne greuera rien de voir icy les propres mots de noſtre autheur, à fin qu'on en iuge ce qu'on voudra, leſquels ils adiouſte ſur la fin, aprés auoir expoſé la forme, ceremonies, & manieres de faire, qui furent tenuës au couronnement de l'Empereur Henry, fils de Frederic Barberouſſe, MCXCII.* Eligitur autem, & præſentatur Imperator, ſaltem per literas à Principibus Allemaniæ, qui vulgariter Pares vocantur. *Combien que il ſe pourroit faire, que les eſcriuans auroient là mis XII. pour VII. & que l'autheur auroit eſtimé, que les Empereurs s'esliſoient auparauant, comme de ſon temps.* Placuiſſe etiam Procuratori Generali Regis, in Parlamento, XIX. & XXVI. Febr. anno MCCCCX. in cauſa Archiepiſcopi, & Archidiaconi Rhemenſis, dicere, *que les Pairs furent creés, pour ſouſtenir la couronne, comme les Electeurs furent ordonnés pour le ſouſtenement de l'Empire,* legimus apud Tilletum, *d. tit. pag.256.*

cc) L'inſtitution des Pairs de France ſemble eſtre faicte à l'exemple des Pairs de fief, leſquels auoient dignités & prerogatiues, correſpondantes à la grandeur de leur Sieur de fief: Tillet *d. tit. pag.257.* Vel, vt habet Hottomannus in *Francogall. d. c.17. pag.142.* huius inſtituti exemplum facile intelligitur ex feudali iure ſumptum fuiſſe; quo iure vaſalli, qui ab eodem Seniore ac patrono feuda receperunt, pares inter ſe, hoc eſt, quaſi ὁμότιμοι, appellantur: Quorum triplex hæc poteſtas eſt; primum, vt qui in vaſallorum ordinem cooptantur, procerum collegio cooptentur: *lib. feudor.2. tit.2.* tum, vt regati teſtimonium de inueſtitura dicant: *lib.2. tit.19.* poſtremo, vt ſi qua vel inter ipſos controuerſia exoriatur, ipſi iudicium & ciuile & criminale exerceant: *lib.*

Digitized by Google

lib.2. tit.46. & tit.52. & 55. Et profecto ita eſt, vt Pares Franciæ hoc iure ſint; primum, vt neque inaugurari, niſi pro collegio; neque abdicari, niſi cauſa in conſilio cognita; neque ad aliud vllum, niſi ad Collegarum iudicium, vocari poſſint; quanquam Pariſienſis Senatus hanc autoritatem ſibi adſciuit, vt Pares cauſam apud ſe dicere iubeat. Adi, ſi placet, Eſtienne Paſquier *d. liu.2. chap.8. fol.61. lit.b.*

dd) *Aucuns, ſans apparence, eſtiment, qu' ils ont eſte inſtitués à l' imitation des Patrices Romains*: Ragueau, *en l' indice des droits Royaux, pag.514.*

ee) Bergeron, *in addit. ad Papon. d. lib.4. arreſt. tit.5.* Pares ab Hugone Capeto inſtitutos fuiſſe tradit, ad conciliandos ſibi Duces, Comites & Barones. Et Paſquier *d. ch.8. fol.6. in pr.* monet, *que la plus-grande partie du peuple tient pour hiſtoire tres-certaine, que l' Empereur Charlemagne, pour aſſeurer ſon eſtat, & gaigner le cœur des ſiens, donna preſque ſemblable authorité qu' à ſoy, à douze de ſes principaux, à la charge toutesfois, de ſe tenir la principale voix en chapitre.* Loyſeau, *d. tr. des Seigneuries, ch.5.* Ludouicum Iuniorem duodecim Parium creatorem affirmans, *n.9.* addit: *Ce fut vn traict, non de ieune, mais de ſage Roy, lors que les Ducs & Comtes de France auoient vſurpé la ſouueraineté preſque entiere, pour empeſcher qu' ils ne ſe ſeparaſſent tout à faict du Royaume, d' en choiſir douze des plus-mauuais, les faire officiers principaux, & comme membres inſeparables de la couronne, à fin de les engager, par vn intereſt particulier, à la maintenir en ſon integrité, meſme à empeſcher la deſunion des autres moindres qu' eux: moyen, que les Allemans ont auſſi tenu, pour la conſeruation de l' Empire, par la creation des ſept Electeurs.* (Hoc fuit opus, non iuuenis Regis, ſed ſapientis, tunc, quando Duces & Comites Franciæ vſurpauerant fere omnia ſupremæ poteſtatis emblemata, eos impedire, ne in totum ſeceſſionem facerent à Regno, eligendo duodecim maioris conatus proceres, vt fierent officiarii principales, ac quaſi membra inſeparabilia coronæ, eum in finem, quo particulari intereſſe agitarentur ad conſeruationem Regni, atque impedirent, ne minores proceres ab eodem ſeceſſum facerent. Quo medio etiam Germani vſi fuerunt, ad conſeruandum Imperium in integritate ſua, conſtituentes ſeptem Electores.)

ff) Ad diſtinguendam dignitatem Parium, qua alii Comites, alii Duces cluunt, facit verſus ab Andrea Fauyn allegatus, *liu.3. des premiers officiers de la couronne de France, chap.2. pag.250.*

No. Cata. Belua. Tolo. Campania, Flandria, ſunt Co.
Lingo. Remi. Laudu. Nor. Aqui. Burgundia, ſunt Du.

gg) *Les Pairs de France ont cela de particularier, entre tous les offices hereditaires, tant feodaux, que domaniaux, que leur fonction ne peut eſtre exercée par commis, fermier, ou autre tierce perſonne, & ce à cauſe de l' importance, & excellence de leur charge: ce que i' entens pour ce, qui eſt de iuger, & opiner au Parle-*

Parlement. Car au Sacre des Roys, on prend ordinairement des Princes, ou des nouueaux Pairs, pour repreſenter les ſix Pairs laïcs, premier erigés, dont les Pairries ſont toutes à preſent (excipe Flandriam) *reunies à la Couronne*: Loyſeau *des Seigneuries d. ch. 6. n. 60.* (Hoc Paribus Franciæ, inter omnes officiarios hereditarios, tam feudales, quam domaniales, peculiare eſt, quod ipſorum functio non poſſit exerceri per delegatum, conductorem, aut aliam perſonam tertiam, ſed ab ipſiſmet Paribus, propter excellentiam, & momentum muneris: quod intellectum volo de ſententia, & voto dicendo in Parlamento. Nam quod coronationem Regis attinet, regulariter adhibentur Principes, vel noui Pares, ad repræſentandos ſex Pares laicos antiquos, quorum Pariatus omnes, hoc tempore (excepta Flandria) coronæ cohærent.)

hh) Ex edicto Caroli V. Regis, quo quidem Matiſconenſem Comitem Franciæ Parem eſſe iubet, anno M CCC LIX. diſcimus, Pares duodecim ob eam cauſam eſſe creatos, vt cum Regibus pro Republica conſilia capiant: Bodin. *de republ. d. lib. 3. cap. 1. pag. 398.* Vno contextu Parium officium, & munus exprimens Tillet, *d. tit. pag. 258.* ait; *Les Pairs de France furent creés en dignités Ducales, & Comtales, pour ſeoir, & iuger en la iuſtice ſouueraine du Roy, & quand il tient ſon lict de iuſtice, l'aßiſter, & ſeruir en ſon Sacre, & couronnement, & le conſeiller és affaires, qu'il luy plaira leur communiquer.*

ii) *C'eſt à eux de iuger auec le Roy les differens des vaſſaux du Royaume, ſelon les anciennes loix des fiefs, qui auoient eſtabli vne iuſtice particuliere pour le fait d'iceux, diſtincte de la iuſtice ordinaire; & ceſte iuſtice pour raiſon des fiefs de la couronne, s'appelloit la Cour de Pairs: iuſtice extrauagante, qui à bon droit a eſté reiointe à la iuſtice ordinaire, lors que le Parlement a eſté fait ſedentaire; de ſorte que c'eſt le Parlement, qui auiourd'huy s'appelle la cour des Pairs, dont partant les Pairs de France ſont les plus anciens conſeillers*: Loyſeau *d. tr. des droits des offices, liu. 2. ch. 2. n. 44.* (Ad eos pertinet iudicare cum Rege de controuerſiis vaſallorum Regni, ſecundum antiquas leges feudales, quæ peculiare iudicium introduxerant de iiſdem negotiis, diſtinctum à iudicio ordinario; atque illud iudicium: vbi agebantur cauſæ feudorum coronæ, appellabatur Curia Parium: iudicium extrauagans, quod recte reuocatum fuit ad iudicium ordinarium, tunc, quando Parlamentum factum eſt ſedentarium, vt hodie Parlamentum dicatur curia Parium Franciæ, cuius propterea ſunt conſiliarii antiquiores.)

kk) *Les Pairs ont ſeance, & voix deliberatiue au Parlement de Paris, qui eſt la cour des Pairs, tant à l'audience, qu'au conſeil, & ce, aprés qu'ils ont attainct l'aage de vingt ans, qui eſt reputé maiorité aux grands Seigneurs*, in quibus eximia indoles progreſſum annorum ſupplet, *& aprés qu'ils ont preſté le ſerment en celuy, comme en eſtans des premiers conſeillers*: Loyſeau *des ſeign.* *dict.*

dict. chap. 6. n. 49. (Pares habent ſeſſionem, & votum deliberatiuum in Parlamento Lutetiano, (quod eſt Curia Parium) tam in audientia, quam in conſilio, poſtquam attigerunt annum ætatis ſuæ vigeſimum, qui eſt legitimæ ætatis initium inter magnates, ac ibi præſtiterunt iuramentum, tanquam eiuſdem primarii conſiliarii.)

ll) La forme du ſerment, qu'ils font au Parlement de Paris, eſt exprimé en celuy qu'y fit l'Eueſque de Noyon, le XVI. Ianuier MDII. de s'acquiter en leurs conſciences és iugemens des procés, eſquels ils ſeront audit Parlement, ſans acception de perſonne, ne reueler les ſecrets dudit Parlement, & porter honneur à iceluy: Tillet *d. tit. pag.* 262.

mm) Ego, inquit Hottomannus, *d. cap.* 17. *pag.* 144. Parium inſtituendorum cauſam duplicem video fuiſſe; primum, vt Regis inaugurationi, atque (vt tum loquebantur) inueſtituræ, præeſſent: hoc eſt, vt Regem imperii ſui inſignibus, atque infulis, ſolemniter in Principum atque optimatum conuentu exornarent. *La fonction, ou exercice perſonnel des Pairs conſiſte principalement en deux actes, l'vn, que c'eſt eux qui inueſtiſſent le Roy de ſon Royaume, & luy baillent les ornemens Royaux, lors de la ſolennité de ſon Sacre*: Loyſeau *audit liu. 2. des offices, chap. 2. n.* 44.

nn) Du Haillan *d. liu. 3. pag.* 348.

oo) Haillan *d. l.* omiſit Lingonenſem, ſed Corrozet, *au threſor des hiſtoires de France, liu. 2. tit. 8. pag.* 102. nos docet, *qu'il porte le ſceptre.*

pp) Les anciens peintres, peignans les Pairs Eccleſiaſtiques de France, ils donnoient à l'Eueſque de Beauuais vne cotte d'armes, par deſſous ſon ſurpelis. Ie croy, que Philippes de Dreux, (Eueſque de Beauuais, qui fit plus l'homme de guerre, que le deuot) en a eſté cauſe; ou bien, d'autant que l'Eueſque de Beauuais porte la cotte d'armes du Roy, lors qu'il aſſiſte à ſon Sacre: L'Oiſel *és memoires des païs de Beauuais, chap. 3. pag.* 105. (Veteres pictores, repræſentando Pares Eccleſiaſticos Franciæ, attribuerunt Epiſcopo Beluacenſi caſtrenſe ſagum, infra caſulam ſacerdotalem. Credo Philippum Drecenſem, (qui fuit Epiſcopus Beluacenſis, & militiæ magis, quam religioni deditus) in cauſa fuiſſe; aut propterea factum, quod Epiſcopus Beluacenſis, in actu coronationis Regiæ, gerit caſtrenſe ſagum Regis.)

qq) Du Haillan *d. pag.* 348.

rr) En France ſe ſont trouuées diuerſes façons des enſeignes & bannieres és armées. D'ancienneté elles eſtoient quarrées, & attachées par le milieu au bout d'vne lance, en la façon qu'on porte auiourd'huy les bannieres des Egliſes; ainſi eſtoit l'auriſlamme, ainſi eſtoient les gonfanons, qui eſtoient les bannieres generales des armées, & par le bas eſtoient à trois decoupeures frangées: Coquille *en l'hiſtoire du païs, & Duché de Niuernois, pag.* 193.

ss) De vexillo Franciæ dixi ſupra, *libro 1. cap. 11. lit. ii.*

Digitized by

[illegible]tt) *Encores que les ſaincts Canons defendent les armes à tout le Clergé, les Prelats Pairs de France, eſtoient pour raiſon de leur Pairie, (choſe temporelle) obligés ſeruir, & ſuiure, accompagnés de leurs cheualiers, & ſoldats, les Roys, quand ils alloient à la guerre en perſonne; lequel ſeruice eſtoit deu par aucuns Eueſques non-Pairs, tant la France en tous eſtats honoroit lors les armes.* (Licet ſacri Canones prohibeant omnibus Clericis arma ferre, nihilo minus Prælati, qui Pares erant Franciæ, ratione Pariatus, tanquam rei ſecularis, obligati erant ſequi, vna cum equitibus & militibus ſuis, Regem proficiſcentem in bellum, eique in eo adſiſtere, ad quæ ſeruitia militaria etiam nonnulli Epiſcopi non-Pares, erant obligati; adeo nempe illo tempore omnes Franciæ ordines æſtimabant arma.) Tillet *d. tit. pag.* 257. Du Haillan *d. liu.* 3. *pag.* 379. adde Clement Vaillant, *d. tr. liu.* 1. *chap.* 4. *& ſeq.* vbi exemplis probat, *que les Eccleſiaſtiques, ayans fiefs, eſtoient tenus d'aller à la guerre.* Generaliter de Eccleſiaſticis, & laicis Paribus, propoſitionem noſtram firmare videtur, ſupra à nobis allegatum edictum Caroli V. quo Matiſconenſi Comitatui dignitas Paris adiecta fuit, anno MCCCLIX. In eo enim (*eſt porté par exprés, que les Roys de France, pour la conſeruation de l'honneur de leur couronne, conſeil & aide de la choſe publique, ont inſtitué les douze Pairs, qui aſſiſtent auſdits Roys, és hauts conſeils, & de fidelité entre eux pareille, les accompagnent les premiers, en bon ordre, és vaillans faits des armes, pour la defenſe d'iceux Roys, & Royaume*: Tillet *d. tit. pag.* 256.) expreſſe continetur, à Regibus Franciæ, ad conſeruandum honorem coronæ ſuæ, conſilii, ac auxilii reipublicæ cauſa, inſtitutos fuiſſe duodecim Pares, qui aſſiſtant Regi in magnis conſiliis, ac fidelitate inter ipſos æquali; eumque primi comitentur, bono ordine, ad rem ſtrenue gerendam armis, ad Regis ipſius, Regnique defenſionem.

uu) Eccleſiaſtici Pares manſerunt immoti; (Sleidan. *in illuſtratione rerum, & deſcriptione Galliæ, quam Cominæo addidit*) vel, vt Molinæus, *in notis marginal. ad part.* 2. *ſtyli Parlam. cap.* 2. hi ſoli actu remanent; reliqui, vel ſuppreſſi ſunt, vel à Rege tenentur.

xx) *Les cinq anciennes Pairies layes, ſont retournées à la couronne, la ſixieſme ne la recognoit plus*: Tillet *d. tit. pag.* 258.

yy) *Flandres ne recognoit plus la couronne de France*: Du Haillan *d. l. pag.* 382. Flandriam Carolus V. Cæſar, & Rex Hiſpaniæ, quando cum Franciſco I. Rege Franciæ, Madritii, & poſtea Cameraci, pactus fuit, exemit à fide, qua Galliæ prius erat obſtricta: Sleidan. *d. loc.*

zz) *Le nombre deſdits Pairs lais, eſtoit iadis limité à ſix, mais depuis la volonté des Roys en a augmenté le nombre*: Du Haillan *d. pag.* 382. *Le nombre deſdits Pairies layes anciennes, eſtoit limité à ſix, comme celles d'Egliſe, mais des layes le nombre a ſouuent eſté accreu, au commencement pour honorer les Princes du ſang, puis autres; n'ont les Roys les mains liées, qu'ils n'en puiſſent creer tant qu'il leur plaiſt*: Tillet *d. p.* 258.

aaa) A

Digitized by Google

aaa) *A ſucceßion de temps, cinq de nos Pairies layes, ayans eſté reunies à la couronne, & la ſixieſme, qui eſt cette de Flandres, en ayant eſté diſtraicte tout à faict; nos Roys, qui n'ont voulu laiſſer perdre ce beau tiltre de dignité, en ont erigé d'autres en leur lieu, certes en trop grand nombre, auſſi bien que les Duchés & Comtés* : Loyſeau *des Seigneuries, chap. 5. n.* 10. *Nos Roys,* (inquit Charron *en l'hiſtoire vniuerſelle d. chap.*113. *p.*769.) *ont en diuers temps erigé les Duchés, & Comtés, d'Eureux, Alençon, Bourbon, Eſtampes, Arthois, Bretagne, Aniou, Berry, Touraine, Clermont en Beauuoiſis, Orleans, Vendoſme, Montpenſier, Guiſe, Neuers, Eu, Aumale, Montmorancy, & pluſieurs autres, en Pairies, comme ayans pouuoir d'en creer autant que bon leur ſemble. Outre leſquelles ſont encores couſtumierement tous les appanages des fils de France, par eux tenus en Pairie, & tous Princes du ſang reputés naturellement Pairs.*

bbb) *L'erection de tant de nouuelles Pairies, qui eſtoient autresfois appellées* ampliſſima Regum beneficia, *eſt beaucoup preiudiciable à l'Eſtat. Car, outre qu'elle cauſe pluſieurs inconueniens, elle diminuë tellement l'authorité du Roy, dans les prouinces, que ſon nom eſt preſque incognu dans la Iuſtice. C'eſt pourquoy le Parlement, pour arreſter le cours de ce grand deſordre, quand elle verifie les lettres de telles erections, ordonne, que ce ſera à la charge de ne rien innouer pour le reſſort, & que les terres erigées en Pairie, demeureront, pour ce regard, au meſme eſtat, qu'elles eſtoient auparauant. Ceſte celebre compagnie, n'ayant pas meſme eſpargné feu Monſieur de Montpenſier, lors qu'il fit eriger en Duché, & Pairie ſainct Fargeul, ſitué dans le reſſort de Montargis, ny Monſieur le Prince de Condé, quand il fit eriger Chaſteau-roux, en Duché, & Pairie*: Bret *de la ſouuer. du Roy liu. 3. chap.*1. *pag.* 331. *& ſeq.* (Erectio tot nouorum Pariatum, qui olim dicebantur ampliſſima Regum beneficia, maxime damnoſa eſt Regno. Præterquam enim, quod ſecum trahit multa incommoda, autoritatem Regis ita imminuit in prouinciis, vt ipſius nomen quaſi incognitum ſit in illis iudiciis. Itaque Parlamentum, quo obex ponatur magno huic malo, quando autoritatem confert eiuſmodi erectionum literis, conſtituit, vt nihil innouetur ratione ſupremæ iuriſdictionis; terræque, quæ eriguntur in Pariatus, perſiſtant, huius reſpectu, in eodem ſtatu, in quo antea fuerunt.)

ccc) *Il y a pluſieurs Comtes honorés de la qualité de Pairs de France, & nul Marquis* : Loyſeau *d. chap.* 5. *n.*31.

ddd) Pares ſunt duplices : nam quidam ſunt de iure communi, puta Archiepiſcopus Rhemenſis, Epiſcopi Bellouacenſis, Nouiomenſis, Comes Flandrenſis, Campaniæ ; alii per priuilegia Regum, vt Comes Ebroienſis, Regina Nauarræ &c. Ita Molinæus, *in marginal. ad tit.* 30. *part.* 1. *ſtyli Parlam. n.* 1.

eee) Charondas, *liu.* 5. *des Reſponſ. du droit François, reſp.* 29. *pag.*127. *Aucunes Pairies ſont creés à vie ſeulement; & ſont perſonnelles; autres ſont pour*

les ſeuls males deſcendans, & autres pour tous: Car les femmes ſont capables de tenir Pairies, opiner és iugemens, voire y doiuent eſtre adiournees, & appellées, comme les autres Pairs, pource qu'elles tiennent dignités ayans exercice de iuſtice. (Nonnulli Pariatus conceduntur tantum ad tempus vitę, & ſunt perſonales; alii tranſmittuntur ad ſolos maſculos deſcendentes, alii ad maſculos, & fœminas. Fœminæ enim ſunt habiles ad tenendum Pariatus, dicere ſententiam in iudicio; imo ad illud vocari debent, non ſecus ac alii Pares, quoniam conſtitutæ ſunt in dignitate, cui annexum eſt exercitium iuſtitiæ.) Du Haillan *d. l. pag.* 38. Exemplum medii caſus nobis ſuppeditat Paponus *arreſtor. lib. 4. tit. 5. n.* 4. Quinta die Ian. MDXLVII. in Parlamento lecta fuerunt, ait, diplomata Regis Henrici II. quibus, in fauorem Illuſtr. D. Franciſci Lotharingii, ordinis Regii Equitis, Comitis Aumaliæ, prædictum Comitatum in Ducatum, & Pariatum erexit, ſub hac tamen exceptione, vt ſi abſque liberis decederet, Pariatus titulus extingueretur, ſaluo manente Ducis titulo.)

fff) La qualité d'office eſt cauſe, que les Pairies ſont indiuiſibles, encor plus que les autres grandes Seigneuries, & qu'elles tombent moins qu'icelles aux femmes, ainſi qu'on le pratique à preſent, que l'ordre eſt trop plus-beau aux affaires de France, qu'il n'eſtoit anciennement, lors que l'vſurpation y maintenoit le deſordre, & que la force y entretenoit la confuſion: Loyſeau *d. tr. des offic. liu* 2. *ch.* 2. *n.* 46. (Qualitas officii reddit Pariatus indiuiſibiles, etiam magis quam reliquas magnas dynaſtias; ac hoc operatur, vt minus perueniant ad fœminas quam illæ, ita vt hodie obſeruatur, vbi ordo rerum in Francia melior eſt, quam olim fuit, quando vſurpatio protegebat confuſionem, ac vis nutriebat eandem.)

ggg) La Comteſſe de Flandres ſe trouua entre les Pairs, au iugement du Comte de Clermont en Beauuoiſis, adiugé au Roy Sainct Louys, contre les Comtes de Poictiers & Aniou, ſes freres. Mahaut Comteſſe d'Arthois, comme Pair fut adiournée pour le iugement de Robert, Comte de Flandres, & par là auec les autres Pairs: & en vn autre iugement contre ledit Comte, elle fut auſſi appellée. La Ducheſſe d'Orleans, & la Comteſſe d'Arthois, furent adiournées, pour ſe trouuer au iugement de Iean de Montfort, Duc de Bretaigne, mais elles s'en excuſerent: & fut auſſi ladite Ducheſſe adiournée, à ſe trouuer au iugement du Roy de Nauarre: Du Haillan, *d. pag.* 381. Tillet *d. tit. pag.* 260.

hhh) A vrai dire, il n'y a de preſent pas grand inconuenient, que les Duchés, Marquiſats, & Comtés, tombent en quenoüille, attendu qu'ils n'ont plus aucun exercice perſonnel, ni fonction d'office publique, non plus que les autres moindres. Mais la difficulté eſt bien plus-grande, à l'eſgard des Pairies de France, qui ont encor vn office, & fonction perſonnelle annexee, laquelle meſme ne peut eſtre deleguée à perſonnes tierces; de ſorte qu'anciennement, quand les Pairies eſtoient deuoluës aux femmes non mariées, on les voyoit ſeoir au Parlement, meſme opiner,

en

Digitized by Google

ou eſtre appellées ſolemnellement, pour aßiſter aux procés criminels des Pairs de France, dont du Tillet rapporte plusieurs exemples: tout ainſi qu' és iuſtices on les voyoit, de ce temps-là, tenir l' audience, & iuger les procés. Choſe ridicule, & qui ne peut plus aduenir, pource qu' à preſent les Seigneurs, ores que masles, & capables d' exercer offices de iudicature, ne ſeroient admis à exercer leurs iuſtices, attendu qu' ils ne ſont receus comme officiers, & n' ont ſerment à iuſtice, en ceſte qualité. Ie dis donc, par meſme raiſon, qu' auiourd' huy, qu' on tient vn plus-bel ordre en la iuſtice que le temps paſſé, les femmes, ayans Pairies, ne doiuent eſtre appellées, ni admiſes au Parlement, pour y auoir voix, ni ſeance, attendu qu' elles n' y font pas le ſerment, comme font les Pairs de France, auant qu' y pouuoir eſtre admis; auſſi, que c'eſt vn office viril, s' il y en a au mõde, & n'y a aucun inconuenient de priuer les femmes de ceſt exercice, ainſi qu' on en priue les masles, qui ſont mineurs, conſideré, que la iuſtice ne manque pas pourtant: Loyſeau *des Seigneurs, ch. 6. n. 43. & ſeqq.* (Vt verum fateamur, hodierno tempore parum incommodi contingit, quando Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, deferuntur fœminis, quoniam non amplius habent vllum exercitium perſonale, neque functionem officii publici, non magis quam aliæ dynaſtiæ minores. Verum, maior difficultas eſt, quoad Pariatus Franciæ, quibus adhuc annexum eſt officium & munus perſonale, quod perſonæ tertiæ committi nequit; Itaque olim, quando Pariatus perueniebant ad fœminas nondum coniugatas, illæ obtinebant ſeſſionem & votum in Parlamento, atque vocabantur ſolemniter, vt adſiſterent proceſſui criminali Parium Franciæ, cuius varia exempla refert Tilletus: æque, vt illo tempore audiebant cauſas in iudicio, & eas decidebant. Res ridicula, & quæ amplius non poteſt euenire, quoniam hodie Magnates, etiam tunc, quando ſunt maſculi, atque ita apti ad exercenda officia iudicialia, non admittuntur ad exercitium iuſtitiæ, quoniam ad hoc non ſunt recepti vt officiarii, nec iurarunt, vt tales. Ex eadem ratione itaque affirmo, hodie, poſtquam melior ordo obſeruatur in iudicio, quam olim, fœminas habentes Pariatus, non debere vocari, nec admitti in Parlamentum, vt ibi habeant ſeſſionem & votum, cum illic non præſtent iuramentum, vt faciunt Pares, antequam ibi admittuntur; ac cum ſit officium quam quod maxime virile. Nec vllum inde abſurdum naſcitur, ſi fœminæ priuentur hoc exercitio, cum etiam eo priuentur maſculi, quando adhuc minorennes, quoniam inde iudicia non ceſſant.)

iii) *Au Sacre du Roy Henry II. les Ducs de Neuers, & Guiſe, plus-anciens Pairs, precederent le Duc de Montpenſier, Prince du ſang & Pair: mais declara ledit Roy le XXV. Iuillet MDXLVII. que cela ne fiſt preiudice audit Duc de Montpenſier, fuſt pour ſemblable acte, ou autres. Le Duc de Guiſe preceda, audit Sacre, le Duc de Neuers, plus-ancien Pair que luy, qui fut, parce que ledit Duc de Guiſe repreſentoit le Duc d' Aquitaine, & celuy de Neuers repreſentoit le Comte de Flan-*

dres: ledit Duc de Montpenſier le Comte de Champagne: le rang des repreſentés eſtoit garde, non des repreſentans: Tillet *d. tr. tilt. des Princes du ſang de France, pag.* 221. (In actu coronationis Regis Henrici II. Niuernius, & Guiſius, Duces, Pares antiquiores, præcellerunt Ducem Montpenſerium, Principem ſanguinis, & Parem: verum prædictus Rex, anno MDXLVII. XXV. Iulii, declarauit, hoc non debere præiudicio eſſe Duci Montpenſerio, in conſimili, vel alio actu. Dux Guiſius in illo coronationis actu erat ante Ducem Niuernenſem, qui tamen ratione Pariatus antiquioris videbatur præferendus; ſed aliud obſeruatum propterea fuit, quod Guiſius repræſentabat Ducem Aquitaniæ, Niuernenſis Comitem Flandriæ, Montpenſerius Comitem Campaniæ, atque ſic ordo eorum, qui repræſentabantur, obſeruatus fuit, non vero repræſentantium.)

kkk) Au Sacre du Roy Louys XI. les Pairs lais eſtoient tous Princes du ſang, repreſentans les anciens Pairs, & fut gardé le rang tant de repreſentans, que repreſentés: Tillet *d. pag.* 221. *deſormais on a obſerué, de faire repreſenter les anciens Pairs ſupprimés & reunis, par les Princes du ſang*: Loyſeau *des ordres, chap.* 7. *n.* 33. Sic in ſacra Regis Ludouici XIII. vnctione, quæ Rhemis XVIII. Octob. MDCX. contigit, Illuſtriſſimi Regiæ Domus Principes, inter quos Henricus Borbonius Condæus, Parium choragus, locum Ducis Burgundiæ; Contius Normanniæ; Sueſſionenſis Aquitaniæ; inter proceres, Dux Niuernenſis Comitis Tholoſæ, Elbuſienſis Flandriæ, Spernonus Campaniæ, à Rege electi, tenuerunt: Balthaſ. de Vias, *in ſylua Regia, p.* 75.

lll) Les Pairs de France ſont, ſans controuerſe, les principaux vaſſaux de la couronne: Loyſeau *des ſeign. chap.* 5. *n.* 5.

mmm) Ils ont encore cela de particulier, que leurs Pairies releuent non pas ſimplement du Roy, comme les Duchés, Marquiſats, & Comtés, mais directement de la Couronne, & non d'aucune des pieces d'icelle, ou terres du Domaine. Car ils ne peuuent pas eſtre Pairs de la France, s'ils ne ſont vaſſaux immediats de la couronne; tout ainſi qu'il faut, que les Pairs du fief, ſoient vaſſaux du fief, dont ils ſe qualifient Pairs: & partant ſont tenus faire l'hommage, & rendre leur adveu en la Chambre des Comptes de Paris, non pardeuant les Baillifs, & Seneſchaux, des prouinces, ou autres Chambres des Comptes: meſme lors, qu'vne terre, tenuë de quelque Bailliage Royal, ou de quelque autre Seigneur, en tout, ou en partie, a eſté erigée en Pairie, ou adioincte à vne Pairie, elle eſt ſans doubte des l'inſtant diſtraite & deſmembrée pour l'aduenir, de ſon ancienne tenure, ſauf l'indemnité du Seigneur ſubalterne, & deuient fief immediat de la couronne, ainſi qu'il s'eſt veu, n'a gueres, en celle de Sully (Le Roy erigeant des Pairies nouuelles, peut malgré les Seigneurs diminuer leur iuſtice & leur fief, en le recompenſant neantmoins, comme il a eſté faict en l'erection de la Pairie de Sully: Loyſeau *des Seigneuries. ch.* 12. *n.* 20.) *Dont reſulte vne autre prerogatiue, à ſçauoir, que les appellations des iuſtices*

Digitized by Google

ſtices de Pairs reſſortiſſent nuëment en la Cour, ſans paſſer par les Baillifs & Seneſchaux des prouinces : Car, encor que le fief, & iuſtice, puiſſent eſtre ſeparés, ſi eſt-ce qu'ordinairement la iuſtice des Seigneurs reſſortit au lieu, dont elle releue, & tient en fief. Et ſur tout, il n'y a gueres de fief de la couronne, qui ne reſſortiſſe directement en la Cour, & dit-on lors, que ces fiefs tiennent en Pairie: Loyſeau *des ſeigneur.d. chap. 6. n.55. & 56.* (Hoc quoque ſingulare eſt, quod Pariatus ſuos non ſuſcipiant ſimpliciter à Rege, vt fieri ſolet in aliis Ducatibus, Marchionatibus, & Comitatibus; ſed directo à Corona, non autem ab aliqua eius parte, aut terris domanii. Nec enim eſſe poſſunt Pares Franciæ, niſi ſint vaſalli immediati coronæ: non ſecus, ac neceſſe eſt, vt Pares feudales ſint vaſalli iſtius feudi, cuius reſpectu Pares dicuntur. Atque hinc eſt, quod iuramentum fidelitatis, vel vaſallagii, præſtare debeant in Camera Computorum Lutetiana, non autem apud Balliuios, & Seneſchallos prouinciarum, aut in aliis Computorum Cameris. Imo etiam, quando fundus, qui dependet ab aliquo Balliuiatu Regio, aut ab alio domino, in totum, vel ex parte factus eſt Pariatus, aut acceſſit Pariatui, ille, ſine dubio, eo ipſo aliam obtinuit qualitatem, à priori differentem, vt dominus quidem ſubalternus indemnis ſit, ſed feudum reddatur immediatum, tanquam dependens à Corona; vt haud ita pridem factum nouimus, in erectione Pariatus Sulliani. (Rex conſtituens nouum Pariatum, poteſt, etiam inuito domino, alterius iuriſdictionem ac feudum diminuere, modo redhoſtimentum præſtet, vt factum tum, quando Pariatus Sullianus inſtitutus fuit.) Hinc alia naſcitur prærogatiua, nempe, quod appellationes à iudiciis Parium deuoluantur directo ad curiam Parlamenti, inſuper habitis Balliuis, & Seneſchallis prouinciarum: quanquam enim feudum, & iuriſdictio, poſſunt ſeparari, ordinarie tamen à iudicio vaſalli prouocatur ad tribunal illius loci, à quo, vt feudum, dependet; ac rara ſunt feuda coronæ, à quorum iudiciis non directo prouocetur ad Curiam, & eo caſu dicitur, illa feuda teneri in Pariatum.)

nnn) Vide ſupra *cap. 23. lit. ee. Les Princes du ſang, ſoit qu'ils ſoient Pairs, ou non, marchent à preſent touſiours deuant les Pairs non-Princes, à cauſe de la dignité du ſang de France, & qu'ils ſont capables de regner ſur tous les Pairs. Encor, aucuns tiennent, qu'au Sacre du Roy, & en la ſeance du Parlement, qui ſont les fonctions particulieres des Pairs, ils doiuent preceder les Princes du ſang non-Pairs. Car quant à ceux, qui ſont Pairs, ores que plus-nouueaux, ils precedent touſiours, ſans exception, tous les autres Pairs non Princes du ſang*: Loyſeau *des Seign.d. ch. 6.n.*48. (Principes ſanguinis, ſiue ſint Pares, ſiue non, hodie ſemper præcedunt Pares, qui non ſunt Principes ſanguinis, propter dignitatem ſanguinis Regii, ac, quod ſunt apti ad regnandum ſupra omnes Pares. Nonnulli quoque tradunt, in coronatione Regis, ac in ſeſſione in Parlamento, vbi Pares functiones ſuas peculiares exercent, Pares debere præcedere Principes

cipes

Digitized by Google

cipes ſanguinis, qui Pares non ſunt. Quantum enim ad illos Principes qui ſunt Pares, licet ſint inter recentiores, ſemper tamen, & ſine exceptione, præcedunt omnes reliquos Pares, qui non ſunt Principes ſanguinis.)

ooo) *Les Pairs de France precedent tous les autres officiers de France:* Loyſeau *des offices, d. liu. 2. ch. 2. n. 45.* Quæ theſis tamen exceptionem admittere poteſt, ſi negotii qualitas, quod tractatur, ad alium officiarium pertineat. Cum Henricus IV. in certa quædam iuraſſet capitula, eaque ſcripto comprehenſa ab illis, qui eum ſequebantur, ſubſcriptaque eſſent, multi ex iis, qui aderant, proceribus, quanquam facta ſummopere probarent, & vrgerent, ne loci, & ordinis ſui prærogatiuæ, (qua de re nunquam quicquam certi in Francia definitum fuit) præiudicium facerent, non ſubſcripſere, & in iis Ioh. Ludouicus Nogaretus Eſpernonius, qui poſt Bironium, & Aumontium, quos ille, tanquam Dux, & Franciæ Par, dignitate anteibat, nomen ſuum ſcripto apponere recuſauit; cum illi contra, quod in exercitu eſſent, pro ratione muneris imperium in cæteros belli Duces habere præ ſe ferrent, ideoque in ſubſcribendo locum poſt Principes familias ſibi deberi contenderent, quod & obtinuerunt: Thuanus *lib. 97. hiſtor. ad annum 1589.*

ppp) *Les Pairs de France ont preeminence, & preſeance pardeſſus tous autres Ducs, Marquis, & Comtes,* Loyſeau *des Seign. d. ch. 6. n. 47.* Sed non ſemper, aut vbique. Anno MDCXXXIII. cum de noua creatione aliquot Equitum Ordinis S. Spiritus ageretur, Rex propoſuit quæſtionem, *& le different qui eſtoit entre les Ducs & Pairs, & les ſimples Ducs, touchant leur rang & les preſeances en la ceremonie, & il fut ordonné, que tous les Ducs generalement marcheroient ſelon l'ordre de la creation, parce que les Pairs ne tiennent point de rang dans ces aſſemblées:* Autor *de l'hiſtoire du miniſtere du Cardinal de Richelieu, part. 2. pag. 556.*

qqq) *Les Comtes Pairs precedent les Ducs non-Pairs, voire encore les Ducs & Pairs de plus-moderne erection; pource, qu'entre Pairs on regarde l'antiquité de la Pairie, & non pas le tiltre de la ſeigneurie:* Loyſeau *d. chap. 6. n. 47.* Inter Pares ita ſeruatur, vt inter eos creationis tempus, quo ſcil. quiſque ad Pariatum euectus, in incedendi, aut ſedendi ordine inſpiciatur: Thuanus, *ad finem lib. 27. hiſtoriarum.*

rrr) *Aux grandes, & honorables aſſemblées, les Pairs anciens Lais ſont aſſis à la dextre du Roy, & les Clercs à la ſeneſtre. Les autres Lais noueaux, doiuent ſe ſeoir ſelon le temps de leur creation, & peuuent iouir de pareils priuileges, & prerogatiues, que les anciens:* Du Haillan *d. l. pag. 382.* & Charron *en l'hiſtoire vniuerſ. d. chap. 113. pag. 769. Au regiſtre du procés de Robert d'Arthois, Comte de Beaumont le Rogier, eſtant au threſor des chartres du Parlement, eſt l'ordre, qui enſuit, eſcrit de la ſeance des douze Pairs anciens, lais à la dextre du Roy, clercs à la ſeneſtre. Les Archeueſque de Rheims, premier Pair, Eueſques de*

Beau-

de Laon, & Langres, Ducs; Eueſque de Beauuais, Chaalon, & Noyon Comtes; les Ducs, de Bourgogne, Doyen, Normandie, & Aquitaine, Comtes, de Tholoſe Flandres, & Champagne. Et eſt declaré, que les autres Pairs lays nouueaux, doiuent ſeoir ſelon le temps de leurs creations: Tillet *d. t. pag.* 258.

sss) Les Pairs lais ont des prerogatiues, que n'ont ceux d'Egliſe: Tillet *d. pag.* 258.

ttt) On ne doit ſouffrir, qu'vn Pair ſoit excommunié, pource que l'on a à conuerſer auec luy pour les conſeils du Roy: Tillet *d. l. pag.* 256. (Minime ferendum eſt excommunicari quenquam è Paribus, quia verſandum eſt cum ipſo ad conſilia Regis. Idem ſic exprimit du Haillan *d. l. pag.* 378. *Entre autres priuileges des Pairs, ceſtuy-cy eſt grand, à ſçauoir, qu'vn Pair ne peut eſtre excommunié, pource qu'il a à conuerſer auec le Roy, pour ſes conſeils.*

uuu) Les Pairs, pour eſtre les principaux membres du Parlement, ſont fondés auoir tous les honneurs, exemptions, & priuileges communs aux Preſidens, & Conſeillers d'iceluy: Tillet *d. tit. pag.* 270.

xxx) En conſequence de la prerogatiue, que les Pairs de France ont, d'eſtre conſeillers du Parlement, & qui ſenator non eſt, de ſenatore ſententiam ferre non debet, *comme ordonne Alexandre Seuere, dans Lampride; & auſſi, que par la loy commune des fiefs, les Pairs de fief ſont iugés les vns par les autres; les Pairs de France ont ce priuilege, que les cauſes qui touchent, ou l'honneur de leurs perſonnes, ou l'eſtat de leurs Pairies, doiuent eſtre traictées au Parlement de Paris, en premiere inſtance, priuatiuément à tous Parlemens, & autres iuridictions du Royaume inſtruites, & iugées, toutes les Chambres d'iceluy aſſemblées, ce qui eſt commun à tous les Conſeillers du Parlement; & encor (ce qui eſt particulier aux Pairs de France) appellés tous les autres Pairs eſtans lors à Paris; comme il eſt bien prouué par du Tillet, qui diſcourt auſſi de la forme & ſolennité ancienne d'adiourner les Pairs de France. Ce qui ſe faiſoit en vertu de commiſſion du grand ſeau ſeulement, & non par le miniſtere d'vn Sergent, ains de deux Gentilshommes, ou d'vn Iuge de prouince. Ce qui n'a lieu qu'és cauſes, où il va de leur honneur, ou de l'eſtat de leur Pairie; Car és autres cauſes, la plus-commune opinion eſt, qu'ils plaident deuant les Baillifs, ou Seneſchaux, ou bien aux Requeſtes du Palais, où ils ont leurs cauſes commiſes, comme Conſeillers du Parlement:* Loyſeau *des ſeigneur. d. chap. 6. n. 50. & ſeqq.* (In conſequentiam prærogatiuæ, quam habent Pares Franciæ, reſpectu quo ſunt Conſiliarii Parlamenti, & quia qui Senator non eſt, de Senatore ſententiam ferre non debet, vt Alexander Seuerus apud Lampridium conſtituit, nec non, quod, ſecundum commune feudorum ius, Pares curiæ iudicantur à Paribus, Pares Franciæ hoc vtuntur priuilegio, vt cauſæ, quæ concernunt illorum honorem, aut ſtatum Pariatuum, debeant in prima inſtantia tractari in Parlamēto Lutetiano, priuatiue, reſpectu aliorum Parlamentorum, aut iudiciorum Franciæ) omnibus illius Cameris

 conuo-

conuocatis, quod omnibus Conſiliariis Parlamenti commune eſt. Hoc vero peculiare eſt Franciæ Paribus, quod ad iudicium vocari debeant omnes reliqui Pares, qui tunc Lutetiæ degunt, vt ſatis demonſtrauit Tilletus, qui etiam verba facit de forma, & ſolemnitate olim vſitata in citationibus Parium Franciæ. Quod peragebatur virtute commiſſionis delatæ à ſolo ſigillo maiore, non miniſterio apparitoris, ſed duorum nobilium, aut vnius iudicis prouinciæ. Quod tantummodo locum habet in cauſis, quæ contingunt illorum honorem, aut conditionem Pariatus; in reliquis enim, vt communior ſe habet opinio, conueniuntur coram Balliuis, aut Seneſchallis, aut vero in Camera libellorum ſupplicum Curiæ, cui commiſſum eſt de illorum litibus cognoſcere, tanquam conſiliariorum Parlamenti.)

yyy) Liber, cui titulus eſt, *Stylus Curiæ Parlamenti*, hos enumerat caſus, qui excipiantur à regula, quod non ſint ſubiecti Balliuis, aut Seneſchallis, nec de ipſorum reſſorto: *Primo*, cauſam nouitatis: *part.* 1. *cap.* 2. & 11. *Secundo*, quoad inhibitiones ipſis faciendas, ne aliquid contra appellantem ab ipſis attentent, & vt intiment eis, dictos appellantes fore in ſalua guardia ſpeciali Regis, quos ipſi poſſunt recipere in eadem, & eiſdem dare ſpecialem guardiatorem, quod eſt contra *l. fin. C. de erogat milit. ann. lib.* 12. Sed Curia punit facientes contra tales guardiatores, vel ipſorum inhibitiones. Et quoad hæc dicti Pares ſunt de reſſorto Balliui, vel Seneſchalli; & eſt ratio, quia præmiſſa celeritate indigent, & iſta celeriter per Regem prouideri non poſſet. *Tertio*, in cauſis iam inceptis. *Quarto*, vbi Par adiornatur tanquam tutor, adminiſtrator alterius: *d. part.* 1. *c.* 3. *p.* 7. *Quinto*, ſi Pares voluntario procedant coram Balliuis, valebit proceſſus: *d. part.* 1. *c.* 30. §. 4. *p.* 88.

zzz) *La forme d'adiourner les Pairs de France eſt particuliere, & ſolennelle, narrée és arreſts de Hugues de Roucy, du XII. May, MCCCXLI. Matthieu Buynard le III. Iuillet, MCCCLXII. & pluſieurs autres, que deux lettres patentes du Roy ſont neceſſaires. Par les vnes, ledit Seigneur adiourne le Pair, par les autres, addreſſans à quelque perſonnage d'authorité, maiſtre des requeſtes de l'hoſtel, Conſeiller de Parlement, Bailly, Seneſchal, ou leurs lieutenans; eſt mandé preſenter les premieres à la perſonne au domicile dudit Pair: & ſuffit s'il n'eſt au dedans ſa Pairie, parler à ſes officiers: Si le Pair eſt priſonnier, ne le faut adiourner. Celuy, ou ceux, qui preſentent les lettres du Roy au Pair, doiuent eſtre honorablement accompagnés, ſelon l'aduis du Roy, & ſon Conſeil, pour faire ladite preſentation. Ce que deſſus, doit eſtre entendu, quand il eſt queſtion de l'honneur, perſonne, ou eſtat du Pair, ou en cas d'appel interiecté au Parlement, du iuge dudit Pair, qu'il ne peut deſaduouër, & pour lequel il paye l'amende du mal-iugé, és autres cauſes non. Parquoy, ſi le iuge dudit Pair a cognu par delegation du Roy, ledit Pair en tel appel peut eſtre adiourné en Parlement, par vne ſeule lettre, & commune, ſans ladite ſolennité. Es matieres de complaincte, & nouuelleté, execution*

cution des lettres obligatoires, & autres quelconques inſtances intentées audit Parlement ſans appel, ſuffit vne lettre, pourueu qu'il ne ſoit queſtion des honneur, perſonne, & Eſtat du Pair. Le ſemblable eſt en toutes cauſes, ſoit en premiere inſtance, ou appel, reſſortiſſant par deuant iuge ſubalterne, où le Pair n'amende le mal-iugé que de ſoixante ſols. La cauſe de ladite forme, & ſolennité d'adiourner, ſera cogneuë, quand on ſçaura, que les deux Eſtats, des Egliſe & Nobleſſe de France, ont tres-long temps eſté maintenus en grande authorité. Par iugement des enqueſtes de la S. Martin d'hyuer, MCCLVIII. fut ordonné, ſuiuant l'ancienne couſtume, que les Eueſques de Normandie ne pourroient eſtre adiournés par deuant Iuge Royal, pour fait appartenant à leur Baronnie, que le Sergent du Roy n'euſt pour ſes records quatre Cheualiers; & les ſubiects deſdits Eueſques, ne pourroient eſtre adiournés en la iuſtice du Roy és cas, deſquels leſdits Eueſques pourroient cognoiſtre, que le Sergent Royal n'appellaſt le Sergent de l'Eueſque pour eſtre preſent à l'adiournement. Le Gentilhomme, en cauſe feodale, ne pouuoit en ce Royaume eſtre adiourné, à la requeſte d'vne partie, par le Sergent de ſon Seigneur feodal; mais le deuoit iceluy Seigneur faire adiourner par deux autres gentilshommes, ſes Vaſſaux; & s'il n'auoit autre Vaſſal, ledit Seigneur deuoit emprunter deux vaſſaux de ſon Seigneur de fief, qui eſtoient tenus luy en aider. Si c'eſtoit ledit Seigneur qui eſtoit partie du Vaſſal, ſon Sergent le pouuoit adiourner. Pour la reuerence deſdits Pairs a eſté ladite forme, de les adiourner, és cas ſuſdits introduite: toutesfois au Regiſtre du procés de Robert d'Arthois apres l'arreſt, ſont eſcrit ces mots: A toutes les iournées, qui luy furent aſſignées, furent adiournés les Pairs de France; Suppoſé que les adiournemens ne fuſſent ainſi faits, n'y a-il force; car ia ne ſera trouué, que le Roy ſoit aſtrainct à certaine forme d'adiourner ſes Pairs, puis que la cauſe luy touche, c'eſt à ſçauoir, ſon office, car ils ne ſont Pairs à luy, bien entre eux: Tillet *d. tit. p.* 261. (Duobus Regiis diplomatibus opus eſt in citando Pari; vno Rex in ius accerſit Parem, altero, ad magnum aliquem virum, Conſiliarium Parlamenti, Præfectum, Seneſchallum, aut Vicarios eorum, imperatur, vt prius ſcriptum, ipſi Pari, in ipſius domicilio, offerat: Quod ſi Par abeſt, iubetur ad officiales ipſius perferre: ſi captiuus eſt, citari non debet. Ille vel illi, qui diploma Regis Pari exhibent, honeſtum debet, vel debent, habere comitatum, ex Regis & Conſilii ſententia, vt grauitatem habeat exhibitio. Atque hæc propoſitio, de binis literis, locum habet tunc, quando de honore, capite, dignitate Parium agitur, aut ſi in Parlamento prouocauerit à iudice, quem non poſſit reiicere, & cuius nomine mulctetur, tanquam ob rem male iudicatam: in aliis vero cauſis diuerſa eſt ratio. Quamobrem ſi iudex Paris iudicauit, tanquam delegatus à Rege, poteſt Par ille ea appellatione vocari in Parlamentum vnis literis, & ſine ſolemni formula. In cauſis expoſtulationis, & nouitatis, executionis literarum obligationum, & aliis quibuscunque actionibus, quæ in Parla-

mento intenduntur ſine appellatione, vnæ literæ ſufficiunt, modo ne contra Parem de honore, capite, aut dignitate ipſius ſtatuatur. Idem obſeruatur in cauſis omnibus, ſiue poſtulatione prima, ſiue prouocatione à Iudicibus inferioribus, vbi Pares rei male iudicatæ nomine ſexagenis tantum ſolidis Pariſienſibus mulctantur. Cauſam ſolemnis huius in citando formulæ, facile nouerit, quiſquis tenuerit, duos Galliæ Status, Clerum, & Nobilitatem, diu fuiſſe in autoritate ſumma. Quæſtionibus in iudicio, menſe Nouembri, anno MCCLXIII. habitis, fuit ex antiquo ritu conſtitutum, ne Epiſcopus Normanniæ coram Regali Iudice, in cauſa Baronatus ſui, quenquam in ius vocaret, niſi lictor Regius quatuor Equites in teſtes adhiberet, neue in cauſis, de quibus Epiſcopi cognoſcere poſſunt, eorum ſubditi ad iudices Regios à lictore regio vocarentur, aliter quam lictore Epiſcopi præſente, & vocato. In feudali cauſa, Nobilis non potuit in Francia, poſtulante aduerſario, vocari in ius à lictore feudalis Domini, ſed eum Dominus, per duos alios ſuos vaſallos nobiles, citare tenebatur; & ſi non habebat vaſallum ipſe, alium à ſuo domino feudi, ad ſubeundam hanc operam, petere iubebatur, qui hanc ei gratiam denegare non poterat. Vbi dominus feudi ipſemet litigabat cum vaſallo ſuo, tunc eundem citare poterat per lictorem ſuum. Ad honorem Parium hæc citandi ratio in illis cauſis fuit vſurpata. In commentario Parium, in cauſa Roberti Arteſii, poſt decretum habentur hæc verba; quoties citatus fuit, ſimul etiam vocati ſunt Pares Franciæ. Poſito, citationes ita non factas, nil tamen refert: nam in cauſa, quæ Regem attingit, hoc eſt ipſius officium; Rex nulla citandorum Parium formula conſtringitur; hi enim non Regi, ſed ſibi inuicem Pares ſunt.)

aaaa) Hæc oneroſa formula merito exoleuit, fiebat enim, vt pauperibus ſubditis difficilior eſſet iuſtitiæ aditus, qui tamen æqualis eſſe debet; imo tenuiorum magis, quem potentiorum gratia inſtitutus. Hæc addit Molinæus *ad d. cap. 2. part. 1. & 11. ſtyli Curiæ Parlamenti.*

bbbb) Vide *lit. zzz. in f.*

cccc) Vide ſupra *lit. xxx.*

dddd) *C'eſt priuilege d'eſtre iugé en la Cour du Roy, garnie de Pairs, auquel le Pair peut renoncer, & s'il en veut vſer, le doit dire, & alleguer:* Tillet *d. tit. pag. 265.*

eeee) *L'aduocat qui plaide les cauſes des Pairs, ſoit qu'ils ſoient demandeurs, ou defendeurs, appellés, ou intimés plaide touſiours au plus-honorable barreau, qui eſt celuy prés la cheminée de la Chambre dorée, lequel, pour ceſte cauſe, eſt appellé le barreau des Pairs:* Loyſeau *des ſeigneur. d. chap. 6. n. 49.*

ffff) Vide ſupra *lit. xxx. in f. & yyy.*

gggg) Accuſatio, ſeu iudicium criminale, Pari Franciæ intentari non poteſt, niſi in aliqua ex ſupremis Franciæ Curiis: Et ita iudicatum fuit, à

Rege

Digitized by Google

Rege ipſo, Paribus Franciæ, & Curia adſidentibus II. Martii MCCCCXXCVI. non habita tum ratione eius, quod aliquando aduerſus Ducem Armoricum, Anglum, aliter decretum fuerat: Papon. *lib. 4. arreſtor. tit. 5. arreſt. 1.*

bbbb) Cum Dux Alenconius, Caroli VII. Francorum Regis propinquus, perduellionis reus eſſet, Senatus, Regi conſulenti, reſpondit, iudicium illud nec conſtitui, nec terminari poſſe niſi à Paribus Franciæ, Rege ipſo præſente. Idem, Ludouico XI. Regi, de cauſa Renati, Siciliæ Regis, Senatum roganti, reſponſum eſt: etiamſi in cauſa iudices interloqui oporteret, Regi adeſſe non licere; Nihilo minus tamen Regi ſententiam ferre non licebat: Cum ne iudicio quidem maieſtatis Reges olim affuerint, tametſi Principum, ac Parium cauſa ageretur. Et quidem extat in actis Curiæ teſtatio Ducis Burgundionum, qui tunc erat à Rege ſecundus, qua publice interceſſit, quo minus Carolus VI. Rex iudicio perduellionis, quod aduerſus Regem Nauarræ conſtitutum erat, adeſſet. Conſimili interceſſione Pares Franciæ coram Carolo V. Rege obteſtati ſunt, ne iudicio Ducis Britannorum intereſſet; aut ſi morem maiorum innouare vellet, vno conſenſu Senatui, ac poſteritati teſtatum id voluerunt, ac ſuæ declarationis acta ſibi decerni petierunt. Curia teſtationis acta, Paribus, ac Procuratori Regio, decreuit. Itaque cum de fortunis omnibus, Marchionis Saluſſiarum, Franciſco I. Rege Francorum, ageretur, magna contentione certatum eſt, ac neceſſariis argumentis, rationibusque tum diuinis tum humanis demonſtratum, Regem à iudicio penitus abſtinere oportere. Ac, tametſi Regio Procuratore cauſam vrgente, iudicio Rex interfuerit, nec ſententiam tulerit, qua Marchionis bona iuſtiſſime publicata fuerunt, nihilo minus plerisque viſum eſt, iudicium illud ereptum fuiſſe. Quamobrem, cum Calliſthenis, ac Philotæ, aliorumque coniuratorum perduellium capita peterentur, Alexander Magnus, nec ſe iudicem ferre, nec iudiciis intereſſe, iuſtum putauit, ne iudicibus metum incuſſiſſe, aut liberam iudicandi poteſtatem ademiſſe videretur. Nam ſi contra naturam eſt, vt eundem iudicem, ac accuſatorem feramus (*l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iud.*) Rex autem in omnibus publicis iudiciis accuſator ſit, quanto id verius eſt in crimine perduellionis, quo reus Principis vitam, aut famam violaſſe dicitur? Quamobrem, D. Ludouicus, iudicia maieſtatis, aduerſus Petrum, Britanniæ Ducem, & Thomam, Flandriæ Comitem, tractare noluit: nec Philippus Longus, Rex Francorum, Roberti, Flandriæ Comitis, cauſam; ſed omnia iudicanda permiſit Paribus, quorum imperio, ac poteſtate, iudicia conſtituta ſunt, & ſententia his verbis concepta: *Nos Pares Franciæ, ad requaſtam, & mandatum Regis, venimus in ſuam Curiam Pariſiis, & tenuimus Curiam cum XII. aliis perſonis &c.* Item, ſententia aduerſus Petrum Maledoctum, qua Britanniæ fiducia ab eo abiudicatur, lata eſt ab Archiepiſcopo Rhemenſi, duobus Epiſcopis, octo

Comitibus, Matthæo Mommorancio, Vicecomiti Bellimontis, & Iohanne Sueſſionenſi, & hac formula concepta: *Notum facimus, quod nos coram cariſsimo Domino noſtro, Ludouico, Rege Franciæ, iudicauimus &c.* quibus verbis perſpicuum fit, Rege quidem autore, ac ſæpius præſente, non tamen iudice, maieſtatis iudicia diſceptari conſueuiſſe. Cum vero Alphonſo, Pictonum Comite, mortuo, Rex Neapoleos, hereditatem iure legitimo ad ſe delatam, creuiſſet, quam D. Ludouicus, iure adcreſcendi, ad ſe pertinere diceret, iudicio abſtinuit. Nec Franciſcus maior, in iudicio aduerſus Carolum Borbonium, perduellem, conſtituto, ſententiam ſibi ferendam putauit, tametſi præſens adeſſet. Quin etiam, cum de fide à Comitibus Campaniæ præſtanda ageretur, iudicium ab aliis Principibus, Rege præſente, conſtitutum eſt, ac terminatum, cuius ſententiæ formula ſic concepta eſt; *IVDICATVM eſt à Paribus Regni, videlicet, Rhemenſi Archiepiſcopo, & Lingonenſi, Guilielmo Catalaunenſi, Ph. Bellouacenſi, Stephano Nouiomenſi, Epiſcopis: & Othone, Duce Burgundiæ, & aliis Epiſcopis, & Baronibus &c. nobis audientibus & iudicium approbantibus*: Bodinus *de Republica lib. 4. cap. 6. pag. 723. & ſeqq.*

iiii) *Les Pairs de France furent appellés au iugement du procés du Duc de Biron, nul ne comparuſt, la Cour, pour leur abſence, ne laiſſa de paſſer outre:* P. Matthieu *en l'hiſtoire de Henry IV. liu. 5. narrat. 4. tom. 2. pag. 297. Henry IV. fit faire le procés au Duc d'Aumale, par la Cour de Parlement de Paris, ſans y conuoquer les Pairs de France, à cauſe, que le crime de leze maieſté le faiſoit dechoir de ſon priuilege.* (Pares Franciæ conuocati fuerunt, vt iudicarent de delictis Ducis Bironii; Cum autem nullus eorum compareret, Curia, ipſis abſentibus, non deſtitit cognoſcere de criminibus, ac reum condemnauit. Henricus IV. fecit condemnari Ducem Aumalium, à Parlamento Lutetiano, non conuocatis Paribus Franciæ, quoniam crimen læſa maieſtatis, quod commiſerat, eum priuabat omnibus priuilegiis: Scipion du Pleix *en l'hiſtoire de Henry IV. pag. 253. n. 3.* Anno MDCXXXII. Dux Mommorancius fuit iudicatus à Parlamento Tholoſano, cui Rex Ludouicus XIII. expreſſe tunc cognitionem, & iudicium cauſæ, commiſerat, *& icelle interdite à toutes autres Cours, non obſtant le priuilege de Pairie, ou autre, qu'on pourroit alleguer.* Le Mercure François *tom. 18. pag. 837.* Nec Mommorancius alio expreſſe prouocauit, ſed Regis voluntati ſe ſubmiſit. Ita enim ille ad commiſſarios: (vid. *d. tom. pag. 821.*) *Meſſieurs, quoy que vous ne ſoyés mes iuges naturels, & ne vous doiue recognoiſtre, veu ma qualité de Duc & Pair de France; neantmoins, puis qu'il plaiſt au Roy, que ie reſponds, ie le feray.*

kkkk) Ordinatum fuit per conſilium Regis, Rege præſente, quod Archiepiſcopus Rhemenſis, & Epiſcopi, Pares Franciæ, non poterunt admortiſare domanium ſuum, nec feuda, quæ ab ipſis tenentur immediate, ſed ſua retrofeuda poterunt admortiſare. Alii vero Epiſcopi, qui non ſunt

Pares

Digitized by Google

Pares Franciæ, nec domanium ſuum, nec ſua retrofeuda, nec ſua feuda poterunt admortiſare. Hoc, quod de Paribus Clericis refert Gilles le Maiſtre, *au traicté des admortiſſemens, chap. 2. fol. 3.* idem ibidem docet competere etiam Laicis: Tillius vero, *d. tit. pag.* 270. id hodie mutatum eſſe aſſerit: *Aujourd'huy nul peut amortir, que le Roy.* Vide ſupra *hoc lib. 2. cap. 7. lit. fff.*

llll) Vide Ragueau, *des droits Royaux, verſ. fiefs admortis, pag.* 12.

mmmm) Les Pairs ont le priuilege d'entrer en la Chambre du Roy, quand il leur plaiſt, & d'eſtre prés de ſa perſonne: Louys Guyon *tom. 2. des diuerſes leçons liu. 3. chap. 30. pag.* 646.

nnnn) Le Roy doit nourrir le Pair, s'il n'a dequoy viure: Tillet *dict. tit. pag.* 257.

oooo) In iſta præſentatione roſarum, ſi Princeps ſanguinis Par concurrat cum Pari, non-Principe ſanguinis, præfertur Princeps Pari, etiamſi quoad acquiſitionem Pariatus hic illo ſit antiquior: Tillet *d. tit. des Princes du ſang de France, pag.* 221. *& tit. Recueil des rangs des grands de France, p.* 436. Et Papon. *d. lib.* 4. *arreſt. tit.* 5. *arreſt.* 2. vbi ait: Duces, Niuernenſis, & Montpenſerii, primi olim omnium Pares Franciæ creati fuere, ſic tamen, vt ex his Montpenſerius poſtremus creatus fuerit. Et vero Curia, eo tempore, quo, more in ea recepto, roſæ offeruntur, hæſit, vter ex his præcedere deberet: tandem arreſto prærogatiua Domino Montpenſerio adiudicata fuit, nempe, quod cognatione Regem à patre contingeret; quæ ratio prærogatiuam præ cæteris omnibus tribuit: prædictum arreſtum pronunciatum fuit, XVII. Iunii MDLI.

pppp) Les Pairs ont pouuoir de porter eſpée dans la grande Chambre du Parlement, & en leurs ſieges: Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlements, chap.* 17. *pag.* 224.

qqqq) Il y a encor vn autre priuilege, qu'ont les Pairies layes ſeulement, (qui leur eſtoit commun anciennement auec les appanages, dots, & doüaires de France) d'auoir, outre leur iuſtice ordinaire, encor vne autre iuſtice ſuperieure, où l'ordinaire reſſortit par appel. Ce qui s'appelle proprement droict de reſſort, c'eſt à dire, droict d'auoir vne iuſtice ſuperieure, & de reſſort, ou leur iuſtice ordinaire reſſortiſſe; comme il apert du paſſage du Tillet. Encore, dit-il, que ny les Pairs, ny les appanages de France, n'ont pas ce droict de reſſort, de droict commun, ains ſeulement par conceſſion ſpeciale. Ceſte iuſtice ſuperieure, & de reſſort, eſt appellée Grands iours: Loyſeau *des Seign. d. chap. 6. num.* 97. Tillet *d. tit. pag.* 267. *& ſeq.*

rrrr) L'ordonnance de Rouſſillon, artic. 24. a interdict aux Seigneurs de France, d'auoir deux degrés de iuriſdiction; laquelle neantmoins n'a point eſté executée à l'esgard des grands iours des Pairs, au moins de la pluspart d'iceux, comme nous enſeigne Choppin, ſur le 46. article de la couſtume d'Aniou: Combien

que

que Coquille, ſur le 15. article de celle de Neuers, tit. des ſucceſſions, nous rapporte, que les grands iours de Niuernou, qui ſouloient eſtre appellés la Iuſtice des Auditeurs des cauſes d' appel en Niuernois, furent abolu, en vertu de ceſte Ordonnance: quoy que ce ſoit, elle a operé en cela, qu' on n' a point donné ce droit d' auoir des Grands iours, aux Pairs, qui ont eſté erigés depuis icelle: Loyſeau *d. lib. 6. n. 59.* (Conſtitutio Roſſillonenſis, *artic. XXIV.* prohibuit proceribus Franciæ habere gradus iuriſdictionis, ſed ea obſeruata non fuit, quoad magnos dies iuridicos Parium, aut ſaltem maiorem eorum numerum, vt docet Chopp. *ad Artic. XXXVI. conſuetud. Andegau.* licet Conchylius, *ad art. XV. conſuetud. Niuernenſ. tit. de ſucceſſionibus*, referat, magnos dies iuridicos Niuernenſes, qui ſolebant appellari iuſtitia auditorum appellationum Niuernii, abolitos fuiſſe, virtute dictæ conſtitutionis. Quicquid ſit, in eo vires ſuas exercuit, quod ius habendi magnos dies iuridicos, non datum fuerit Paribus, qui poſt eam conſtitutionem hanc dignitatem conſecuti ſunt.)

ssss) Quid appellatione *des grands iours* denotetur, ſupra *h. lib. 2. cap. 19. lit. bb.* notaui, ex Loyſeau *d. lib. 6. n. 57. & 58.* cuius verba latinitate donata ita ſonant: Appellantur magni dies, non, vt alii putant, quod habiti fere ſemper fuerint tempore æſtiuo; ſed ad differentiam dierum ordinariorum. Conſtat enim, diem in lingua latina, & *iour* in Francica, aliquando accipi pro legitima diſceptatione in iudicio. Hoc itaque ſenſu magni dies Parium, in illorum iudicio extraordinario, & ſuperiori, quod exercent ſemel, vel bis in anno, nec non magni dies Parlamenti, ſunt conuentus extraordinarii aliquot iudicum Parlamenti, qui habentur, vi commiſſionis factæ à Rege, in prouincia aliqua longe diſſita à loco, vbi Parlamentum reſidet. *Grands iours* (inquit Ragueau, *des droits Royaux pag. 402.*) *ſe tiennent en certaine ville de reſſort d' vn Parlement, par lettres patentes, & commiſſion du Roy, pour iuger ſouuerainement des matieres criminelles, & des ciuiles, iuſques à certaines ſommes, & de certaines cauſes des prouinces, Bailliages, Seneſchauſſees, & païs denommés par les lettres du Roy, & dedans le temps ordonné.*

tttt) Les Pairs laiz peuuent auoir grands iours, auxquels les appellations de leurs Baillifs reſſortiſſent, & celles desdits grands iours, au Parlement: Tillet *d. tit. p. 267.*

uuuu) Vn Pair de France n' a puiſſance en ſes terres, de faire ordonner, ou bailler lettres de permiſſion d' exercer meſtiers, ou les changer, & innouer; & faut auoir recours au Roy. Et fut trouué fort mauuais en la Cour, que Monſr de Neuers auoit faict defenſes aux tailleurs de Neuers, de plus faire de chauſſes, permettant par lettres, (à ceux, qu' il auoit choiſis) exercer l' eſtat de chauſſetier, le 9. Feu. 1569. additio 3. ad Papon. lib. 4. arreſt. tit. 5. p. 206. (Par Franciæ non habet poteſtatem in terris ſuis conſtitutionis edendæ, ſeu præbendæ conceſſionis, ſuper artificio aliquo exercendo, immutando, & innouando: verum

Verum Rex ſuper his adeundus eſt. Et improbatum valde fuit in Curia, quod Dominus Niuernius, Sartoribus interdixiſſet, ne tibialia deinceps facerent, indulta licentia, & artificio, iis, quos ipſe elegerat, tibialium conficiendorum.)

CAPUT XXVI.

De Conneſtabili, ſeu Comite ſtabuli.

INter officiarios Regni bellicos, *le Conneſtable* ſuo tempore ſummus fuit (*a*), non quidem tunc, vbi nomen primum in Francia cœpit, ſed quando à primo officio, cui ſtabuli cura adhærebat (*b*), ad bellicum munus, eodem tamen ſub nomine, euectus fuit. Scriptura ac etymologia nominis diuerſa eſt. Apud Latinos erat *Comes ſtabuli* (*c*), inde per corruptionem, ex duobus vocabulis factum eſt *Comeſtable* (*d*), & apud Gallos, *Conneſtable*, reſoluto m in duplex n. Alius nomen æquipollere docet *au Comte eſtable* (*e*), quod ipſe interpretatur, *eſtabli*, quaſi eum indicet, cuius muneris eſt ſtabilire omnia bellica negotia. Iohannes Goropius Becanus, in nominum deriuationibus eruendis ingenioſus magis, quam verax (*f*), originem vocabuli à compoſitione vocum, *Connine* & *ſtabel*, quorum illud Regem, hoc pedem, & fulcrum ſignificat (*g*), deducit. Mihi aliorum (*h*) diſplicet, horum autem placet opinio, qui à Comite ſtabuli (*i*) deriuationem acceſſunt. Ita enim ad exemplum Romanorum Imperatorum (*k*) Francos appellaſſe eum, qui equorum, vel ſtabuli præpoſitus erat, omnino mihi perſuadeo, quando vero hoc nomen in Francia primum vſurpari cœperit (*l*), ſatis non conſtat: certum autem eſt, idem poſteaquam munus Comitis ſtabuli, omnino bellicum, & ſic diuerſum à primo factum (*m*), adhuc reſpectu originis eidem attributum, quamuis cura equorum, & ſtabuli, alii data, & Comes ſtabuli, qui antea inter domeſticos officiales Regis numeratus (*n*), Regni officialis, ac magiſter militum factus. Vnde eueniſſe probabile eſt, quod *Conneſtablie* turma militum, & huic præfectus *Conneſtable*, quaſi ad æmulationem, vel exem-

plum præfecti generalis, audierit (*o*). hodie, inter militaris ordinis viros etiam ille, qui certo numero bombardarum maiorum præpoſitus, quas dirigit, onerat, & exonerat, *Conneſtable*, dicitur, à noſtris Conſtabel/qui olim der Büchſenmeiſter/quem melius fortaſſis, & ad rem aptius, *Canonſtable* exprimeremus. Cæterum, in conſtituendo Conneſtablio potius ad ſcientiam rei bellicæ, ac fortitudinem, quam genus, & proſapiam (*p*), reſpicitur. Regi (*q*), à quo accipit euaginatum enſem (*r*), non Parlamento (*s*), vt ſemel factum (*t*), præſtat, & dehinc munus ſibi concreditum ſubit, ac exercet; cuius tria quaſi ſunt capita. ***Primum*** & præcipuum eſt pure Martiale. Huius vi, militaris diſciplinæ, ac bellicarum rerum arbiter eſt, ac moderator totius exercitus (*u*); in quo omnibus imperat, etiam Principibus ſanguinis (*x*), & cuncta (*y*) ibi (*z*) dirigit, atque diſponit, quæ videntur vel neceſſaria, vel vtilia. ***Alterum***, iurisdictionis eſt, quam præter caſtrenſem, exercet Lutetiæ (*aa*), ad menſam marmoream (*bb*), & generaliter in milites, & militaria negotia (*cc*), ac ab iis dependentia (*dd*), vel his ſimilia (*ee*). ***Tertium*** eſt, officialis illa opera, quando ante Regem, in ſolemni introitu in ciuitates maiores, vel in conſeſſu magnifico, nudum gerit enſem Regium (*ff*), tanquam ille, cui eius cuſtodia concredita (*gg*); vnde etiam enſem in inſigniis habet (*hh*). Atque propterea primus eſt inter omnes militaris ordinis viros (*ii*), prætereaque domeſticæ diſciplinæ, ac iudiciorum principem, Cancellarium dignitate antecellit, dextrumque Regis latus occupat (*kk*). Dum reſpectu officii offenditur, vel læditur, iniuria ſimul infertur Regi (*ll*), & crimen committitur in maieſtatem ipſam (*mm*). Non exautoratur, aut priuatur officio, & dignitate, niſi & mortis pœnam ſubeat (*nn*). Salarium ampliſſimum eſt, & accidentia non exigua. Verum, vt cæteris pleriſque rebus haud conſtans, & perpetua facies (*oo*), ita etiam Conneſtabilis officio. Modo ſummo in cultu, poſt in quiete (*pp*); modo renouatum fuit, poſt vero iterum ceſſauit (*qq*), quemadmodum noſtra ætate ſub Ludouico XIII. Rege (*rr*).

Teſtes

Teſtes & Teſtimonia.

a) *C'eſt la premiere dignité de tous les ordres de France*: P. Matthieu, *liur.* 3. *de l'hiſtoire de Louys XI, pag.* 162. *Le Conneſtable entre les eſtats militaires obtient le premier rang & degré*: Eſtienne Paſquier *liu.* 2. *des recherches de la France ch.* 10. *fol. m.* 68. *lit. b.* *La charge de Conneſtable eſt le ſolſtice des honneurs militaires*: Hilarion de Coſte *tom.* 2. *des eloges & vies des Dames illuſtres, part.* 5. *pag.* 207. Conneſtabiliatus eſt totius Galliæ maximum munus, & honor ampliſſimus: Cominæus *lib.* 2. *Commentar. pag. m.* 347.

b) Quando adhuc domeſticus Regis & Stabuli præfectus erat, poſtponebatur magno Magiſtro aulæ, magno Cubiculario, & magno Pincernæ, *parce qu'il ne touchoit de ſi prés à la perſonne du Roy, que les trois: Car l'vn eſtoit deſtiné pour eſtre le Chef de la Chambre; l'autre du manger, & l'autre du boire; & luy de l'eſcurie*: Paſquier *d. l. fol.* 69.

c) Qui à puritate linguæ latinæ receſſerunt, vſi ſunt vocabulis *Coneſtali, Coneſtabili, Coneſtabularii*: Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 186.

d) Erant Comites Stabuli Regii, vnde *Comeſtabuli*, ad extremum *Conneſtabuli*, poſtea, corrupto nomine, dicti ſunt. Comites autem poſteriorum Imperatorum Romanorum ætate, vulgo dicebantur omnes, qui ampliſſimos quosque honores in aula obtinebant, & Rempublicam pro parte adminiſtrabant; Hottoman. *in Francogallia cap.* 17. *pag.* 138.

e) *Le mot de Conneſtable eſt par aucuns dit, quaſi comme Comte eſtable, c'eſt à dire, eſtabli, comme voulans dire, que c'eſt à luy à eſtablir tous affaires de guerre: d'où ſont venuës Eſtablies, & Conneſtablies, c'eſt à dire, compagnies de guerre*: Du Haillan *liu.* 4. *de l'eſtat des affaires de France, pag.* 485.

f) Conatus Goropii Becani improbat Ioſephus Scaliger, *caſtigat. ad Feſtum, pag.* 15. & Lipſius *cent.* 3. *epiſtol. ad Belgas, epiſt.* 40. & *lib.* 2. *Elector. cap.* 2. *pag.* 18. vbi, ſermone ad Becani manes conuerſo, ait: Placet nobis acre ingenium tuum, multa, & recondita lectio, etſi iudicium requirimus interdum. Adde ſupra *lib.* 1. *cap.* 1. *lit. iii.*

g) *Stapel* pedem, & fulcrum ſignificat, cui vel ſedes, vel aliud quippiam innititur, ac inſiſtit, quaſi *Coninc ſtapel, Stabehelt*, id eſt, Statum conſeruans. *Connincſtapel* igitur, columen, & quaſi fulcrum eſſe Regiæ maieſtatis vox ipſa declarat. Et erat profecto tum temporis illa Regibus Francorum viuendi conſuetudo, vt illi, qui hoc nomine vocabantur, Statum Regium conſeruarent; quoniam penes eos eſſet totius gubernationis & imperii poteſtas: Becanus *lib.* 2. *Gigantomachia.*

h) Valde ſuauis Molinæus, qui ſcripſit, Coneſtabilem dici, quod ſit *cuneus ſtabilis*; de quo ſuo etymo etiam gloriatur. Huic nec Syrenes im-

petrauerint fidem. Alii putant dici, quaſi *Comitem ſtabilem*, non feliciori ingenio; Ragueau *d. tr. pag.* 188.

i) *Auparauant le Roy Hugues Capet, & tant qu'il y a eu Maire du Palais, Conneſtable eſtoit le grand Eſcuyer, & le porte le mot latin. Les Empereurs Romains l'ont ainſi entendu, depuis qu'ils ont nommé Comtes, pour la ſuitte de la Cour imperiale, les Chefs des offices d'icelle. Signifioit Conneſtable celuy, qui auoit la ſuperintendance ſur l'eſtable, ou eſcuries du Prince*; Tillet *d. tr. tit. des Conneſtable, Mareſchaux, &c. pag.* 274. Idem ſentit Paſquier *d. l. pag.* 67. *e.* & Loyſeau *des droits des offices liu.* 4. *chap.* 2. *n.* 14. ait: *I'ay dit aprés ce plus aſſeuré antiquaire de France, du Tillet, le Conneſtable auoir eſte iadis celuy, que nous appellons auiourd'huy grand eſcuyer, comme meſme teſmoigne ſon nom latin*, Comes ſtabuli, *aſſés frequent és anciens liures, dont Charondas au* 1. *de ſes pandectes chap. penult. rapporte pluſieurs beaux paſſages; mais en voicy deux ſans reſponſe, l'vn d'Aimon, liu.* 3. *chap.* 70. Landegeſilus Regalium præpoſitus equorum, quem vulgo Comeſtabilem vocant: *l'autre, de Rhegino lib.* 2. *annal.* Burchardum Comitem Stabuli (quem corrupto Conſtabulum appellamus) cum claſſe miſit in Corſicam; *Ce que i'ay bien voulu confirmer en paſſant, pource que la pluſpart des modernes, & notamment Cuias, eſt d'opinion contraire, ſur la loy vnique, C. de comitibus & tribun. ſcholar; ſous pretexte d'vn paſſage de la notice Grecque des offices de Conſtantinople, qui ne le conclud pas, & de ce, que depuis l'eſtabliſſement du Conneſtable, les compagnies des gens de guerre ont eſté appellées conneſtablies; Car i'eſtime, que ces conneſtablies, ont plutoſt pris le nom du Conneſtable, qui les ordonnoit, & dreſſoit, que le Conneſtable d'icelles.*

k) Eius dignitatis in Codice Iuſtiniani mentio fit *l.* 1. *C. de Comitibus, & tribun. Scholar*; vbi magni honoris loco illis tribuitur, vt Imperatoris epulis præeſſe, & purpuram eius adorare poſſint. Itemque *in l.* 3. *C. Theodoſ. de equor. collat & l.* 1. *C. Theodoſ. qui à præb. tyron.* vbi illis conceditur ſportulas exigendi à prouincialibus, qui militares equos ad vſum Imperatoris conferebant: Hottoman. *Francogall. d. cap.* 17. *pag.* 140.

l) Pierre de Miraulmont, *en ſes memoires, tit. Conneſtablie, Mareſchauſſée de France, fol. m.* 93. affirmat, Bouchardum, aut Bochardum, Ducem Franciæ, primo vſum titulo & nomine Conneſtablii, tempore Caroli Calui, & Ludouici Pii, circa annum Chriſti MCCCXL.

